tabidius aranea: animal ipsum dico: quamquam et ipsis telis arane
arum quid tabidius? Attende et ipsum animal quam tabidum est: Po
ne super leuiter digitum: ruina est: nihil omnino tabidius.
Talem fecisti animam meam inquit: erudiendo me pro iniquita
te. Quam eruditio infirmum fecit: quedam fortitudo erat
vitium. Video quosdam transuolasse et intellexisse: sed a cele/
rioribus non sunt deserendi tardiores: vt pariter viam
sermonis carpant. Hoc dixi: hoc intelligite: si erudi/
tio iusti dei hanc infirmitatem fecit: fortitudo quedam erat
vitium. Fortitudine quadam displicuit homo vt erudiretur
infirmitate: quia superbia quadam displicuit: vt erudiretur
humilitate. Fortes esse dicuntur omnes superbi: infirmi hu
miles. Ideo hic vicerunt multi ab oriente et occidente Matth. 8.
venientes: vt recumbant cum abraam et isaac et iacob in re/
gno celorum. Quare vicerunt? Quia fortes esse nolue/
runt. Quid est fortes esse noluerunt? De se presumere Roma. 10.
timuerunt. Iustitiam suam non constituerunt: vt iustitie dei
subijcerentur. Denique quando dixit dominus hoc: Multi ab orien
te et occidente venient et recumbent cum abraam et isaac et ia/
cob in regno celorum: dixit enim. Filii autem regni: id est
iudei: ignorantes iustitiam dei: et suam volentes statuere:
ibunt in tenebras exteriores. Recordamini fidem illius
Centurionis vnius ex populo gentium: ita in se infirmi ita
non fortis vt diceret. Non sum dignus vt sub tectum meum Matth. 8.
intres. Non erat dignus vt christum domo reciperet: et iam
corde receperat. Etenim magister ille humilitatis: filius ho/ Luce. 9.
minis iam inuenerat in eius pectore vbi caput reclina/
ret. Ad hoc verbum centurionis dominus respiciens: ad sequen/
tes se dixit: Amen dico vobis in nullo inueni tantam Matth. 8.
fidem in israel. Hunc ut firmum inuenit: israelitas fortes
inuenit: vt inter vtrosque diceret: Non est opus medi/

Matth. 9. eos sanis: sed male habentibus. Propter hoc quia est pro
Matth. 8 pter hanc humilitatem: multi ab oriente et occidente veni
ent et recumbent cum abraam et isaac et iacob in regno ce
lorum: filii autem regni ibunt in tenebras exteriores. Ecce
mortales estis: ecce carnem putrescentem portatis: et si
Ps. 81. cut vnus ex principibus cadetis: sicut homines moriemini:
et cadetis sicut diabolus. Quid vobis prodest medicina
mortalitatis? Superbus diabolus tanquam angelus: non ha
bens carnem mortalem: tu autem qui accepisti mortalem carnem:
et nec hoc tibi prodest: vt tanta infirmitate humilieris: si
cut vnus ex principibus cades. Ipsa est igitur gratia beneficij
dei prima: redigere nos ad confessionem infirmitatis: vt
quicquid boni possumus: quicquid potentes sumus in illo si
1 Cor. 1. mus: vt qui gloriatur in domino glorietur. Cum infirmor inquit
2 Cor. 12. tunc potens sum. Pro iniquitate erudisti hominem. Et ta
bescere fecisti sicut araneam animam meam. Verum ta
Al. et non habet. men vane conturbatur omnis homo viuens.
Redit ad illud quod paulo ante commemorauit: quamuis
proficiat: vane conturbatur omnis homo viuens: viuens vtique in
incerto. Quis enim vel de ipso bono suo securus est? Va
Ps. 54. ne conturbatur. Iacta in dominum curam tuam: in illum iacta quic
quid sollicitus es: ipse nutriat: ipse custodiat. Quid enim
in hac terra certum est nisi mors? Considerate omnia om
nino: vel bona: vel mala vite huius: vel in ipsa iustitia:
vel in ipsa iniquitate: quid hic certum est nisi mors? Pro
fecisti: quid sis hodie scis: quid futurus sis crastino nescis.
Peccator es: quid sis hodie scis: quid sis crastino ne
scis. Speras pecuniam: incertum est an proueniat. Spe
ras vxorem: incertum est an accipias: vel qualem accipias.
Speras filios: incertum est an nascantur. Nati sunt: in
certum est an viuant. Viuunt: incertum est an proficiant: an
deficiant. Quocunque te verteris: incerta omnia: Sola
mors certa. Pauper es: incertum est an ditescas. Indo
ctus: incertum est an erudiaris. Imbecillis: incertum
est an conualescas. Natus es: certum est quia morieris. Et
in hoc ipso quia mors certa est: dies mortis incertus est.
Itaque hec incerta: vbi sola mors est certa: cuius etiam
hora incerta: et sola multum cauetur que nullo modo deuita
tur. Omnis homo viuens vane conturbatur. Ergo inter hec
iam transiliens: iam in quibusdam superioribus agens: hec
tamen contemnens inter hec positus. Exaudi inquit oratio
nem meam. De quibus gaudeam: de quibus gemam:
De transactis gaudeo: pro his que restant gemo. Exau
di orationem meam. Et deprecationem meam: auribus per
cipe lachrymas meas. Nunquid ei qui tanta transiui
tu: qui tanta transcendi iam fleo? Nonne multo magis fleo:
Eccle. 1. quia qui apponit scientiam: apponit dolorem? Nonne quanto
magis quod abest desidero: tanto magis donec veniat
gemo: tanto magis donec veniat fleo? Nonne quanto ma
Matth. 24. gis crescunt scandala: quanto magis abundat iniquitas: tan
Hiere. 9. to magis refrigescat charitas multorum? dico: Quis da
bit capiti meo aquam: et oculis meis fontem lachrymarum?
Exaudi orationem meam et deprecationem meam: auribus percipe
Al. et non habet. lachrymas meas. Ne sileas a me: ne obsur
descam in eternum. Ne sileas a me vt audiam te. Oc
culte enim dicit deus: multis in corde loquitur: et magnus
ibi sonus: in magno silentio cordis: quando magna voce
Ps. 34. dicit: Salus tua ego sum. Dic inquit anime mee: salus tua ego
sum. Ad hanc vocem: quam dicit deus anime. Salus tua ego sum:
Al. 1 adiecta. optat ne sileatur ab illo. Ne sileas a me. Quoniam inqui
linus ego sum apud te. Et apud te in patria: apud
diabolum cum essem inquilinus eram: sed malum dominum habebam.
Nunc autem iam quidem apud te: sed adhuc inquilinus. Quid

est inquilinus? Vnde migraturus sum: non vbi perpetuo mansurus.
Vbi perpetuo sum mansurus: dicatur domus mea: Vnde migra
turus sum quando iste: iam magnus inquilinus sum:
sed tamen apud deum meum sum inquilinus: apud
quem domo accepta mansurus sum. Sed que domus est? Quo
migrandum est ex hoc inquilinatu? Recogitate illam domum: de qua 2 Cor. 5.
dicit apostolus: Habitationem habemus ex deo: domum non
manu factam: eternam in celis. Si domus hec eterna est in
celis: cum ad eam venerimus: inquilini non erimus. Quomodo enim
eris inquilinus in eterna domo? Hic autem vbi dicturus es
domus domus: migra: et quando dicturus es nescis: paratus
esto: Desiderando autem domum eternam paratus eris: nec
succenseas ei: quia cum vult dominus migra. Non enim cautionem
tibi fecit: et placito quodam se obstrinxit: et conductor domus
accepisti certa pensione ad certum tempus: quando vult dominus emi
graturus es. Non enim gratis maneo: quia inquilinus ego
sum apud te. Et peregrinus. Ergo ibi patria:
ibi domus: inquilinus apud te: et peregrinus. Et hic
subauditur apud te. Multi enim peregrini sunt cum diabolo:
qui autem iam crediderunt et fideles sunt: peregrini quidem sunt: quia
nondum ad illam patriam domumque venerunt: sed tamen apud deum
Iudeo. sunt. Quamdiu enim sumus in corpore: peregrinamur a domino: et ambu
lamus: siue hic manentes siue peregrinantes placere illi. Et
peregrinus et inquilinus. Sicut omnes patres mei.
Si ergo sicut omnes patres mei: dicturus sum me
non emigraturum cum illi migrauerint? Alia conditione man
surus sum quam illi manserunt. Quid ergo restat vt petam: qui hic
sine dubio migraturus sum? Dimitte mihi vt refri
gerer priusquam eam. Vide idem Idithun quos nodos ha
beas remittendos tibi: quibus remissis refrigerari vis
prius quam eas. Habes enim aliquid estus a quibus vis refrige
rari: et dicis: remitte mihi. Quid remittet tibi: nisi for
te illum scrupulum vbi dicis: et vnde dicis: Dimitte no Matth. 6.
bis debita nostra? Dimitte mihi priusquam eam. Et amplius
iam non ero. Immunem me fac a peccatis priusquam eam: ne
cum peccatis eam: Remitte mihi vt requiescam in conscientia mea:
vt exonerata sit estu sollicitudinis: quam sollicitudine cu
ram geram pro peccato meo. Remitte mihi vt refrigerer an
te omnia priusquam eam: et amplius iam non ero. Si enim mihi non
remiseris vt refrigerer: abeo et non ero priusquam eam. Quia
si iero: iam non ero: remitte mihi vt refrigerer. Est ques
tio oborta quomodo iam non erit. Ecce non it ad requiem: quod
auertat deus ab Idithun. Ibi enim plane Idithun ad
requiem ibit. Sed fac aliquem iniquum non Idithun: non tran
silientem: hic thesaurizantem: laboratorem: iniquum: superbum:
iactantem: elatum: pauperis ante ianuam iacentis contempto
rem: Nonne et ipse erit? Quid est ergo non ero? Si enim di
ues ille non erat: quis est qui ardebat? Quis est qui guttam
aque de digito Lazari stillari in linguam suam desiderabat? Luce. 16.
Quis est qui dicebat: Pater abraam mitte lazarum? Vnde qui
loqueretur erat: et qui arderet erat: et qui resurgat in fine erit
qui cum diabolo eterno igne damnetur. Quid est ergo non ero:
nisi respiciat iste Idithun? Quid est esse et non esse. Vi
debat enim illum finem quo corde poterat: quam mente acie vale
bat quem sibi ostendi desiderauerat dicens: Notum fac mi
hi domine finem meum. Videbat numerum dierum suorum qui est. Et
videbat infra omnia que sunt: in comparatione illius esse non esse:
se non esse dicebat. Illa enim permanent: ista mutabilia sunt:
mortalia: fragilia: et dolor ipse eternus: perditus corrupti
onis adhuc non finitur: vt sine fine finiatur. Respectu er
go beatam illam regionem: beatam patriam: beatam domum:
vbi participes sunt sancti vite sempiterne atque incommuta
bilis veritatis. et timuit extra ire vbi non est esse: et

videre sa esse: vbi est summum esse. Propter hanc quam eo ratione inter vtrumque constituit: adhuc tamen dicit: Remitte mihi vt refrigerer prius quam eam: et amplius iam non ero. Si enim mihi non remiseris peccata: ibo in eternum abs te. Et a quo ibo in eternum: Ab illo qui dixit: Ego
Exod. 3. sum qui sum. Ab illo qui dixit: Dic filiis israel qui est misit me
Psalm. ad vos. Ab eo quod qui vere est: qui in contrarium pergit: ad non esse pergit. Itaque fratres mei etsi onerosus fui labore corporis vestri: certi sitis: quia et ego laboraui: et vere dico: quia istum laborem vos nobis facitis. Si enim sentirem vos fastidire quod dico: cito tacerem.

Explicit Tractatus de ps. XXXVIII.

Incipit Tractatus de ps. XXXIX.

Prefatio.

A Multa que predixit dominus noster iesus christus: partim facta cognoscimus: partim futura speramus: cetera tamen complebuntur: quia veritas hec dicit: et quia fideliter dicit: tam fideliter inquit. Qui credit venientibus letabitur: qui non credit venientibus confundetur. Venient tamen illa siue volentibus hominibus: siue nolentibus: siue
1. Timoth. 2. credentibus: siue non credentibus: sicut ait apostolus. Si negauerimus: et ipse nos negabit: si non credimus: ille fidelis permanet: negare seipsum non potest. Pre ceteris tamen fratres mei mementote breue: et hoc tenete quod modo ex euan-
Matth. 24. gelio omnes audistis. Qui perseuerauerit vsque in finem: hic saluus erit. Iam patres nostri traditi sunt in concilia: dixerunt causas apud inimicos quos diligebant: passi sunt eos: et quantam potuerunt correptionem: et quantam valuerunt dilectionem: et sparsus est sanguis iustus: et illo sanguine tanquam seminatione per totum mundum facta seges surrexit ecclesie. Consequens autem tempus est scandalorum et simulationis et tem-
Matth. 24 ptationum per eos qui dicunt: Ecce hic est christus: ecce illic. Hostis ille noster: tunc leo fuit cum aperte seuiebat: modo draco est cum occulte insidiatur. Ille autem cui dictum est: Con-
Ps. 90. culcabis leonem et draconem: quia corpus eius et membra eius sumus: sic conculcauit leonem pedibus patrum nostrorum aperte seuientem: et ad passiones martyres attrahentem: ita modo draconem conculcabit: ne nobis insidietur. De quo dracone nos cautos faciens apostolus ait: Aptaui vos vni viro
2. Cor. 11. virginem castam exhibere christo: Timeo autem ne sicut serpens euam seduxit astutia sua: sic et vestre mentes corrumpantur a castitate que est in christo iesu. Serpens ergo iste adulter antiquus: virginitatem cordium pendam: non carnis sed cordis inquit. Sicut autem adulter dolo letatur in nequitia sua cum carnem corrumpit: sic et diabolus letatur quando mentem corrumpit. Sicut autem patribus nostris aduersus leonem opus erat
B
Ps. 90. patientia: sic nobis aduersus draconem vigilantia. Persecutio tamen siue a leone siue a dracone nunquam cessat ecclesie: et magis metuendus est cum fallit quam cum seuit. Illo tempore cogebat christianos negare christum: isto autem tempore docet christianos negare christum. Tunc cogebat: nunc docet. Tunc ergo ingerebat violentias: nunc insidias. Videbatur tunc fremens: lubricus nunc et oberrans difficile videtur. Quomodo autem tunc cogebat christianos negare christum: apertum est. Attrahebantur enim vt negarent christum: et confitentes christum coronabantur. Nunc autem docet negare christum: et ideo fallit: quia qui docetur negare christum quasi non sibi videtur recedere a christo. Quid enim quod dicitur ab heretico homini christiano catholico: Veni: esto christianus. Quid dicitur: esto: vt dicat: non sum. Aliud longe est: Veni esto christianus: aliud veni nega christum. Apertum malum fremitus leonis a longe audit: a longe cauet. Applicat se lubricus draco occultis lapsibus: serpens a leni tactu surrepens: astuto sibilo immurmurans: et non dicit: nega christum. Nam eum coronatis martyribus quis audiret: Sed dicit: Esto christianus. Et ille mirabili voce percussus: si nondum veneno penetratur: respondet plane: christianus sum. Si autem mouetur et denti draconis captus est: respondet: Quare mihi dicis: esto christianus? Quid enim: Non sum christianus: Et ille: Non. Ergo non sum: Non. Ergo nunc fac me christianum si non sum. Veni. Sed cum interrogari cepto ab episcopo quis sis: noli dicere: christianus sum: aut fidelis sum: sed dic te non esse vt possis esse. Cum enim audierit confessionem christiani fidelis: rebaptizare non audet. Cum autem audierit quod non sit: dat illi tanquam quod non habebat: et quasi ipse sit extra culpam: quia facit in vocem eius facit. Vbi ergo abs te heretice: cur te extra culpam putas: Quid has voces audio: quia non tu negas: sed ille negat: Si habet culpam qui negat: quid est qui docet negare eum qui negat: Ita ne vero tu extra culpam es: quia facis docendo christianos: quod faciebat minando paganus: Et quid ago: Nunquid tollis quod habet: quia negauit quod habet: Non facis vt non habeat: sed vt ad penam habeat. Quod enim habet. habet. Baptismus ille tanquam character infixus est: ornabat militem: conuincat desertorem. Quid enim facio: Christum pono super christum. Si sim-
C
plex esses: christum non duplicares. Deinde quid fo te: ob-
litus es quod lapis est christus: et lapidem quem reprobauerunt Ps. 117.
edificantes: hic factus est in caput anguli. Si ergo lapis est Marci. 12.
christus: et christum vis ponere super christum: excidit tibi 1. Petr. 2.
quod audisti in euangelio: quia lapis super lapidem non stabit. Matth. 24.
Tantum autem valet structura charitatis: vt cum multi lapides viui in structuram templi dei conueniant: vnus lapis ex omnibus fiat. Tu autem discidisti te: ab edificatione reuocas: ad ruinam vocas: et abundant hec insidie: et non quiescunt: et videmus et toleramus: et quantum possumus reprimere conamur: disputando: conuincendo: conueniendo: terrendo: tamen omnes diligendo. Et cum hec nobis agentibus perseuerant in malo: et cor nostrum de fraternis mortibus contabescat cum eis qui foris sunt dolentibus quos intus sunt timent per angustias multiformes et incessabiles temptationes quibus abundat hec vita: quid facturi sumus: Et abun-
dantia enim iniquitatis fit quidam torpor charitatis: quia Matth. 24.
abundauit iniquitas: refrigescet charitas multorum. Et quid sumus facturi: nisi quod sequitur: si tamen ipso adiuuante possi-
mus: qui perseuerauerit vsque in finem: hic saluus erit. Ergo Ibidem et. 10.
dicamus quod iste psalmus.

Expositio psalmi.

D
Expectans sustinui dominum: Sustinens sustinui: Al. Expectans expectaui.
non quemlibet hominem promissorem qui possit fallere et falli: non quemlibet hominem consolatorem: qui pre tristicia sua ante tabescere quam me reficere. Consoletur me frater homo cum tristis est mecum simul gemamus: simul fleamus: simul oremus: simul sustineamus. Quem nisi dominum qui promissa non aufert: sed differt: Exhibebit profecto: exhibebit quia multa iam exhibuit: et nihil de dei veritate formidare deberemus: etiam si nihil adhuc exhiberet. Ecce iam putemus ita omnia promisit: nondum aliquid reddidit: idoneus promissor: et fidelis redditor: tu tamen esto pius exactor: et si paruulus: et si infirmus: exige misericordiam. Non vides pecorum agnos capitibus pulsare vbera matrum: vt lacte satientur: Sustinens inquit sustinui dominum. Et quid ille: An auertit se a te: an sustinentem despexit: an forte non vidit: Non plane ista: sed quid?
Et attendit mihi. Et exaudiuit deprecationem meam. Al. Intendit. preces meas.
Attendit et exaudiuit. Ecce non frustra sustinuisti:
super te oculi eius: ad te aures eius. Oculi domini super iustos: Ps. 33.

et aures clausi super eos etc. Quid ergo cum male faceres: cum
eius obtemperares: non videbat: non audiebat: Et vbi est
quod in alio psalmo dictum est: Vultus autem domini super facientes
mala: Ut perdat de terra memoriam eorum. Ergo
et cum malus esses attendebat te: sed dominus attendebat tibi.
Proinde iste qui sustinendo sustinuit dominum: pax ei fuit di-
cere: Attende in me sed attende mihi: intende et persolido atten-
dat ut mihi prodesset. Quid attendit: Et exaudiuit deprecatio-
nem meam. Et quid ibi praestitit: quid tibi fecit: Eduxit me
E
Et eduxit. de lacu miserie: et de luto limi. Et statuit sup
petram pedes meos et direxit gressus meos. Et immisit
in os meum canticum nouum: hymnum deo nostro. Magna
bona prestitit et adhuc debitor est: sed qui hec reddita iam
tenet: de ceteris credat qui credere debuit: et antequam ali-
quid sumeret. Rebus etiam ipsis persuasit nobis dominus noster
fidelem se esse promissorem: largum datorem. Quid ergo nunc fe-
cit: Eduxit me de lacu miserie. Quid est lacus miserie:
Profunditas iniquitatis: ex carnalibus concupiscentiis.
Psal. 68. Hoc est enim et de luto limi: vnde te eduxit de profundo
Psal. 129. quodam. Unde in alio psalmo clamabas: De profundo
clamaui ad te domine. Et qui iam de profundo clamant: non pe-
nitus in profundo sunt: clamor ipse iam leuat. Sunt alii profun-
dius in profundo: qui nesciunt nec sentiunt se esse in profundo.
Tales sunt superbi contemptores: non pii deprecatores: non
lachrymosi clamatores: sed tales quales alio loco scri-
Prouerb. 18. ptura designat: Peccator cum venerit in profundum ma-
lorum contemnit. Et cui enim paruum est esse peccatorem: nisi
etiam non sit peccatorum suorum confessor sed defensor: altior in pro-
fundo est. Ille autem qui de profundo exclamauit iam ab
imo profundi caput vt clamaret leuauit. Auditus est: edu-
ctus est de lacu miserie et de luto limi. Iam habet fidem
F
quam non habebat: habet spem sine qua erat: in christo am-
Et statuit. bulat qui in diabolo errabat. Ideo enim: Posuit inquit
supra petram pedes meos: et direxit gressus
1. Cor. 10. meos. Petra autem erat christus. Simus super petram: di-
rigantur gressus nostri: opus est tamen adhuc vt ambulemus: vt
ad aliquid perueniamus. Nam paulus apostolus iam super petram iam
Phil. 3. directis pedibus suis quid dicebat: Non quia iam acceperim
aut iam perfectus sim: Fratres ego non arbitror me apprehen-
disse. Quid ergo tibi prestitum est. si non apprehendisti: Unde
1. Timoth. 1. gratias ago cum dicto: Sed misericordiam consecutus sum: Quia
directi sunt pedes. quia iam super petram ambulat. Quid enim
Phil. 3. ait: Una autem que retro oblitus. Que retro: Lacus mise-
rie. Quid est retro: Limus luti concupiscentie carnalis: te-
nebre iniquitatum: que retro oblitus. In ea que ante sunt extentus.
Non se diceret extentum si iam peruenisset. Extenditur enim
Ibidem. animus desiderio rei concupiscende: non letitia percepte. In ea
que ante sunt inquit extentus. secundum intentionem sequor ad palmam superne vocationis
dei in christo iesu. Currebat: sequebatur ad palmam. Et alio lo-
co iam preuentus palme: cursum inquit consummaui. Cum ergo dice-
bat Sequor ad palmam superne vocationis: quia iam pedes
eius in petra directi erant: iam viam bonam ambulabat: habe-
bat unde gratias ageret: habebat quod peteret: gratias agens
de acceptis: petens debita. De quibus acceptis: De
indulgentia peccatorum: de illuminatione fidei: de robore
spei: de flamma charitatis. Unde autem adhuc dominum debi-
2. Timoth. 4. torem tenebat: De cetero inquit superest mihi corona iu-
stitie. Adhuc ergo mihi aliquid debetur. Quid debetur: Co-
rona iustitie quam reddet mihi dominus in illa die iustus iu-
dex. Primo benignus pater vt erueret de lacu miserie:
Psal. 63. vt donaret peccata: vt liberaret de luto limi: postea
iustus iudex reddens bene ambulanti quod promisit: cui
primo vt bene ambularet donauit. Reddet ergo iustus
Mat. 10. et. 24. iudex. Sed quibus: Qui perseuerauerit vsque in finem. hic

salutus erit. Immisit in os meum canticum nouum.
G
Quod canticum nouum: Hymnum deo nostro. Dice- Et immisit.
bas forte hymnos diis alienis: veteres hymnos: quia
vetus homo dicebat non nouus homo. Fiat nouus homo: discat
canticum nouum. Innouatus amet noua: noua quibus re-
nouetur. Nam quid antiquius deo qui est ante omnia: et sine fi-
ne: et sine initio: Tibi fit nouus redeunti: quia descenden-
do factus eras vetus. et dixeras. Inueteraui inter omnes Psal. 6.
inimicos meos. Dicamus ergo hymnum deo nostro. et ipse
hymnus liberat nos. Laudans enim inuocabo dominum: et Psal. 17.
ab inimicis meis saluus ero. Hymnus est enim canticum
laudis. Laudans inuoca: non reprehendens. Cum enim inuo-
cas deum vt perimat inimicum tuum: qui de malo alieno gau-
dere vis: et ad hoc malum inuocas deum: participem eum fa-
cis malitie tue. Non ergo laudans inuocas sed reprehendens.
Talem enim putas deum qualis tu es. Unde tibi in alio loco
dicitur: Hec fecisti et tacui: suspicatus es inique quod ero Psal. 49.
tibi similis. Laudans ergo inuoca dominum: noli eum putare similem
tibi: vt similis fias illi. Estote enim sicut pater vester qui est in celis: Mat. 5.
qui solem suum oriri facit super bonos et malos: et pluit super
iustos et iniustos. Sic ergo lauda dominum vt nolis male ini-
micis tuis. Et quantum eis inquis velim bonum: Quantum
tibi: Non enim de tuo accepturi sunt vt boni sint: aut
quod illis dabitur: tibi minuetur. Inimicus tuus: quia malus est
inimicus est. fit bonus et amicus erit: et socius erit: vt simul
velis possidere quod amabas: iam frater erit. Laudans Psal. 17.
ergo inuoca. hymnum dic deo tuo. Sacrificium laudis ho- Psal. 49.
norificabit me. Et quid: Maior gloria erit deo quia glori-
ficas eum. Aut addimus gloriam deo quando ei dicimus: Glori-
fico te deus meus: Aut sanctiorem eum facimus quando dicimus:
Benedico te deus meus: Ipse qui nos benedicit: facit
nos sanctiores: facit nos feliciores: qui nos glorificat
facit nos gloriosiores: facit nos honoratiores: quando eum
glorificamus nobis prodest: non illi. Quomodo enim eum glorifica-
mus: Gloriosum dicendo: non faciendo. Proinde quid
secutus ait: cum diceret: Sacrificium laudis honorifica-
bit me: ne putares te aliquid prestare deo offerendo illi sa-
crificium laudis: et ibi est via inquit: via vbi ostendam illi Ibidem.
salutare meum. Uideo quia tibi proderit laudare deum:
non deo. Laudas deum: ambulas viam: reprehendis deum:
perdidisti viam. Et immisit in os meum canticum nouum hym-
num deo nostro. Forte querit aliquis que persona loquitur in hoc
H
psalmo. Breuiter dixerim: christus est. Sed sicut nostis
fratres: et sepe dicendum est: christus aliquando loquitur ex se.
id est ex capite nostro. Est enim ipse saluator corporis: ca- Ephe. 5.
put nostrum filius dei natus ex virgine passus pro nobis: Roma. 4.
resurgens ad nos iustificandos sedens ad dexteram dei
ad interpellandum pro nobis: retributurus et in iudicio
bona bonis: mala malis. Caput nostrum ille: caput di-
gnatus est corporis fieri: carnem assumendo a nobis in qua mori-
retur pro nobis: quam etiam resuscitauit propter nos: vt in illa
carne resurrectionis nobis preberet exemplum: vt sperare
disceremus quod desperabamus: et haberemus iam pedes in pe-
tra: ambularemus in christo. Loquitur ergo aliquando ex capite
nostro. loquitur aliquando ex nobis id est ex membris suis: quis enim Mat. 25.
qui dixit: Esuriui et dedistis mihi manducare: ex membris
suis loquitur non ex se. Et quando dixit: Saule saule quid me Act. 9.
persequeris. caput pro membris clamabat: et tamen non dixit: quid
persequeris membra mea sed quid me persequeris. Si in nobis ipse
patitur et nos in illo coronabimur. Hec est charitas christi.
I
Sed quid huic comparari potest: Dicit ergo hymnum immisit in os
nostrum: et dicit hoc ex membris suis. Uidebunt
multi et timebunt. Et sperabunt in deum. Uide-
bunt multi. Qui multi: Fideles: quia multos ex fide

viam. Etenĩ in ecclesia iste ordo est: alii ꝓcedunt: alii
sequuntur. Et q ꝓcedũt exemplũ se ꝓbent sequẽtibꝰ:
⁊ qui sequũtur imitantur ꝓcedẽtes. Sed ⁊ illi q se exem-
plũ ꝓbent sequẽtibus: nũquid neminẽ sequuntur? Si
neminẽ sequũtur: errabũt. Sequuntur ergo ⁊ illi aliquẽ: ipsum
iam christũ. Meliores quiqȝ in ecclesia qbꝰ nõ remã-
sit iam bõ quẽ imitentur: q2 oẽs ꝑficiẽdo supauerunt:
ipse christꝰ eis remanet quẽ vsqȝ in finẽ sequantur. Et
certos ordinatos gradus per paulũ aplm dicentẽ:
1.Cor.11. Imitatores mei estote: sicut ⁊ ego christi. Ergo qui iã
directos gressus habẽt in petra: forma sunt fidelibꝰ.
1.Tim.4. Sed forma inqt: estote fidelibꝰ. Ipsi fideles sũt iu-
sti q attendẽtes eos: q se in bono ꝓcedũt: imitando
sequũtur. Quid sequitur? Uidebũt iusti ⁊ timebũt: vide-
bũt ⁊ timebũt sed vias malas: cũ vidẽt q̃sqȝ melio-
res iã elegisse vias bonas: ⁊ dicũt in aĩo suo quẽad-
modũ solet dicere viatores: attẽdẽtes alios cũ ꝓspe-
ritate ambulãtes in via: ibi adhuc incerti vię: ⁊ q̃si flu-
ctuãtes q eant: dicãt sibi: Nõ frustra illi hac eũt: qsi
sic eũt q nos ire volumꝰ. Et quare cũ magna fiducia
hac eunt: nisi q2 illac ire periculosũ ẽ? Uidebũt ergo iusti
Matt.7. ⁊ timebũt. Angustã viã vident: hac latã viã vidẽt il-
lac. Hac vidẽt paucos: illac multos. Sed si iustꝰ es:
noli numerare sed appende staterã: affer equã nõ do-
losam: q2 iustꝰ appellatꝰ es. Uidebũt iusti ⁊ timebũt
dictũ est de te. Noli ergo numerare turbas hoĩm ince-
dẽtes latas vias: implentes crastinũ circũ ciuitatis:
natalẽ clamãdo celebrãtes: ciuitatẽ ipsã male viuen-
do turbãtes. Noli ergo illos attẽdere: multi sũt. Et qs
numerat? Pauci aũt ꝑ viã angustã. Profer inqȝ sta-
terã: appẽde: vide q̃ pauca grana quãtã paleã leues.
Hoc agũt fideles iusti q sequuntur: qd illi q ꝓcedunt?
Non supbiant: nõ se exaltent: nõ decipiãt sequẽtes.
Quõ possũt decipe sequẽtes? Promittẽdo illis in se
R salutẽ. Quid ergo debẽt illi q sequuntur? Uidebũt iusti et
Ibidem. timebũt: Et sperabũt in dñm. Nõ in eos a q-
bus ꝓceduntur: sed attendẽdo ꝓcedẽtes se sequuntur qui-
dẽ ⁊ imitantur: sed cogitãt a q acceperũt illi vt ꝓcedant:
⁊ in eũ sperãt. Cum vos ergo iustos imitentur. spem suã tñ in
illo ponũt a q ⁊ isti acceperũt vt tales sũt. Uidebũt
iusti ⁊ timebũt ⁊ spabũt in dñm: quẽadmodũ in alio
Ps.120. psalmo: Leuaui oclos meos in mõtes. Intelligamꝰ mõ-
tes: claros q̃sqȝ ⁊ magnos ecclię spũales viros: ma-
gnos soliditate nõ tumore. Per ipsos nob scriptura
oĩs dispẽsata ẽ: ꝓphę sũt: euãgelistę sũt: doctores bo-
ni sunt: illuc leuaui oculos meos in mõtes: vñ auxiliũ
veniet mihi. Et ne hũanũ putares auxiliũ sequitur et
Ibidem. dr. Auxiliũ meũ a dño q fecit cęlũ ⁊ trã. Uidebũt iu-
sti ⁊ timebũt: ⁊ sperabũt in dño. Ergo q volũt spare in
Matt.7. dño: q vidẽt ⁊ timẽt: timeãt ãbulare vias malas: vias
latas: eligant viã angustã vbi iã sup petrã quorũdã
directi sũt gressus. Quid facere debeãt: audiãt mõ.
L
Beatꝰ vir cuiꝰ est nomẽ dñi spes eiꝰ: et nõ
respexit in vanitates ⁊ insanias mẽdaces.
Ecce q̃ volebas ire: ecce turba vię latę: nõ frustra ipsa
ducit ad amphitheatrũ: nõ frustra ipsa ducit ad mor-
Matt.7. tẽ. Via lata mortifera est: latitudo eiꝰ delectat ad tem-
pus: finis eiꝰ angustꝰ in ęternũ. Sed turbę strepũt:
turbę festinãt: turbę colluctantur: turbę ꝯcurrũt. Noli
li imitari: noli auerti: vanitates sunt ⁊ insanię mẽda-
ces. Sit dñs deꝰ tuꝰ spes tua: non aliud aliqd a dño
deo tuo speres. sed ipse dñs deꝰ tuꝰ sit spes tua. Multi nãqȝ
de deo sperãt pecuniã. multi de deo sperant honores
caducos ⁊ pituros: aliud quodlibet a deo ꝓter ipsum
deũ. Sed tu ipsum deũ tuũ pete. Immo vero contemptis
aliis pge ad illũ: obliuiscẽs alia memẽto illius: relin-
quẽs retro alia: extẽdere in illũ. Ipse certe auersum Phil.3.
correxit: ipse ducat rectũ. Ergo sit ipse spes tua: q du-
cit ⁊ pducit. Quo ducit: ⁊ quo pducit? Terrenę aua-
ricię fundos quęrebas: terram possidere cupiebas:
vicinos excludebas illis exclusis: aliis vicinis inhia-
bas ⁊ tamdiu tenebas auaritiã donec ad littora per-
uenires. Perueniens ad littora insulas cõcupiscis:
possessa terra: cęlum forte vis prendere. Relinque
oẽs amores: pulchrior est ille qui fecit cęlum ⁊ ter-
rã. Beatus vir cuiꝰ est nomẽ dñi spes eius: ⁊ nõ re-
spexit in vanitates ⁊ insanias mẽdaces. Uñ enim insa- M
nię mẽdaces? Insania mendax: sanitas verax. Quę
vides bona falleris: sanꝰ nõ es: nimia febre freneticꝰ
factus es: verũ nõ est qd amas. Laudas aurigã da-
mas aurigę: insanis in auriga. Uanitas est: insania
mẽdax est. Nõ est ait: nihil meliꝰ: nihil delectabiliꝰ.
Quid facio febrienti? Si est in vobis misericordia:
orate ꝓ talibꝰ: q2 ⁊ ipse medicus plerũqȝ in despera-
tionẽ cõuertitur ad eos qui circũstant lachrymãtes in
domo: qui pendẽt ex ore eiꝰ audire sententiã de ęgro-
to ⁊ periclitãte. Stat anceps medicꝰ: nõ videt bonũ
qd ꝓmittat: timet malũ ꝓnũciare ne terreat: mode-
stã tñ plane iste cõcipit sententiã. Bonꝰ deus oĩa põt:
orate ꝓ illo. Quẽ itaqȝ cõprehendã istorũ insanorũ?
Quis me audiat: quis eorũ nos nõ miseros dicat?
Quia cũ eis non insanimꝰ: amisisse nos putant ma-
gnas ⁊ varias voluptates in quibꝰ ipsi insaniũt: nec
vident q2 mẽdaces sunt. Quãdo illi ouũ inuito vel calicẽ
salutarẽ porrigo saucio: Et quid refertã? Quid inue-
nio ne inedia deficiat: ⁊ ad sanitatẽ pueniat? Hortor
vt reficiat: pugnos parat: sęuire vult in medicũ. Et
si peruenerit diligat: etsi iniuriã fecerit non relinquat:
rediturꝰ est ad mentẽ gratias acturꝰ. Quam multi hĩ co-
gnoscũt: vident se inuicẽ: ⁊ loquũtur de se in ecclesia
dei. in ecclesię sanctę gremio attendũt studia sua tam
bona circa verbũ dei: circa officia ⁊ obsequia chari-
tatis: ad frequẽtandũ gregem christi nõ recedere de
ecclesia: vidẽt ⁊ loquuntur ad inuicẽ de inuicẽ. Quis ẽ iste
circensarius? Quis est iste amator ⁊ laudator illiꝰ ve-
natoris illiꝰ histrionis? De alio loquitur: ⁊ ille de ipso.
Certe ista sunt: certe gaudeamꝰ de talibꝰ: Si gaude-
mus de talibꝰ: nõ desperemꝰ de talibꝰ. Oremꝰ ꝓ ipsis
frẽs charissimi: inde crescit numerꝰ sctõrum: de numero
q erat impiorũ. Et nõ respexit in vanitates ⁊ insanias
mẽdaces. Ille vincat talis. ⁊ cũ vincit ꝓnũciat: quasi
diuinꝰ vult esse. Affectat diuinitatẽ amittẽdo fontẽ
diuinitatis: ⁊ sępe ꝓnũciat. ⁊ sępe fallitur. Quare hoc?
Quia insanię mẽdaces sunt. Quare autẽ aliquãdo
ꝓueniunt quę dicũt? Ut adducant insanos vt amã-
do ibi speciem veritatis incurrant laqueũ falsitatis.
Retro sint: relinquantur amputentur. Si membra no-
stra erant mortificentur: Mortificate inquit membra Col.3.
vestra quę sunt super terram. Sit spes nostra. deus
noster: Qui fecit omnia melior est omnibꝰ qui pul-
chra fecit: pulchrior est omnibus qui fortia fortior
est: qui magna maior est: quicquid amaueris: ille ti-
bi erit. Disce amare in creatura creatorem: et in fa-
ctura factorem: ne teneat te quod ab illo factũ est: et
amittas eum a quo et ipse factus es. Ergo beatus
vir cuiꝰ est nomẽ domini spes eius: et nõ respexit in

N vanitates et insanias mendaces. Forte nobis dicitur
est qui versatus perfidus contra volentes: et quid oc-
Math. 7. cup[illegible] tunc: hic [illegible] et vobis experit an
bulare angustam viam. dicitur est nobis: ambulare non
durabo: in illud expectabo. Quid ergo facimus fratres cor
D[illegible] cum simus: Quae spectacula monent. non
sol solet non nos sequitur. Quid ergo faciemus: Demus pro
spectaculis spectacula. Et quae spectacula daturi su-
mus christianis hominibus: quos volumus ab illis specta-
culis reuocare. Gratias ago domino deo nostro: sequen-
ti versu psalmi ostendit nobis quae spectatoribus spe-
ctare volentibus spectacula proferemus: et ostendere
debeamus. Ecce auersus fuerit a circo a theatro ab
amphitheatro: quaerat quod spectet profisus quaerat: non
eum relinquimus sine spectaculo. Quid pro illis dabi-
mus? Audi quid sequitur: Multa fecisti tu domine
deus meus mirabilia tua. Miracula homines intu-
ebantur mirabilia dei: Multa fecit dominus mirabi-
lia sua haec respiciat. Quare illi valuerunt: Aurigam lau-
dans regentem quatuor equos: et sine labe atque offensione
currentes. Forte talia miracula spiritualia non fecit dominus.
Regat luxuriam. regat ignauiam. regat iniustitiam. regat
imprudentiam. motus illos quibus nimium lapsi haec vitia fa-
ciunt: regat et subdat sibi: et teneat habenas et non ra-
piatur: ducat quo vult: non trahatur quo non vult. auri-
gam laudabat: aurigam laudabit. Clamabat ut auriga
veste coopertus. immortalitate vestietur. Haec munera:
haec spectacula tradit deus: clamat de coelo: specto vos:
luctamini adiuuabo: vincite coronabo. Multa feci-
O sti tu domine deus meus mirabilia tua. Et cogitationi-
bus tuis non est quis similis sit tibi. Hunc specta-
bilem [illegible]. Didicit enim homo magno studio in fune
ambulare: et pendens te suspendit. Illum attende contra-
riatorum spectaculorum. Didicit iste in fune ambulare:
numquid fecit in mari ambulare? Obliuiscere theatrum
tuum: attende petrum nostrum non fune ambulantem: sed ut ita
Math. 14. dicam mari ambulantem. Ambula et tu non in illis aquis
vbi petrus aliquid significans ambulauit sed in aliis
quia hoc seculum mare est. Habet amaritudinem nociuam:
habet fluctus tribulationum: tempestates temptationum.
Habet homines velut pisces de suo malo gaudentes:
et tamquam se inuicem deuorantes. Hic ambula. hoc calca.
Spectare vis: esto spectaculum. Ne deficias: vide prae-
cedentem et dicentem. Spectaculum facti sumus huic mun-
do et angelis: et hominibus. Calca mare ne mergaris in
mari. Non ibis: non calcabis: nisi ille iusserit qui prior
Ibidem. in mari ambulauit. Sic enim ait petrus: Si tu es iube
me venire ad te super aquam. Et quia ipse erat: audiuit pe-
tentem. tribuit desideranti. vocauit ambulantem. erexit
mergentem. Haec mirabilia fecit dominus. ipsa intuere.
Oculus spectantis fides sit: et facta talia: quia etsi venti
turbauerint: et si fluctus intremuerint: et de humana fra-
gilitas ad aliquam dubitationem tuae salutis adduxerint:
habes clamare. dicas: Domine pereo. Non sinit ille peri-
re qui iussit te ambulare. Quia enim iam in petra am-
bulas nec in mari timeas: si sine petra fueris et in mari
mergeris: quia in tali petra ambulandum est quae in mari
P non mergatur. Vnde mirabilia dei. Annunciaui et
locutus sum: multiplicati sunt super numerum.
[illegible] numerus [illegible] super numerum. Numerus certus est
2. Timoth. 2. pertinens ad illam caelestem hierusalem. Nouit enim dominus qui
sunt eius. christianos timentes: christianos fideles:
christianos praecepta seruantes. dei vias ambulantes: a

peccatis abstinentes: si crediderunt confitentes ipsi ad
numerum pertinent. Sed numquid soli sunt? Sunt et super
numerum. Nam et si modo pauci sunt: pauci in compa-
ratione multitudinis malorum frequentant. quibus tur-
bis implentur ecclesiae: stipantur parietes. ipsi inter se vr-
gent: prope se suffocant multitudine. Rursus de ea
ipsis si minus est: currunt ad amphitheatrum. isti super nu-
merum sunt. Sed ad eos ista dicimus: ut in numero sint:
quia non absunt: quia non audiunt a nobis: sed cum exeuntes au-
diant a vobis. Annunciaui inquit et locutus sum. Caput
dicat: Annunciauit ipse ex capite nostro. ipse annunciauit
ex membris suis: ipse misit annunciatores: ipse misit
apostolos: In omnem terram exiuit sonus eorum. et in fines Ps. 18.
orbis terrae verba eorum. Quia fideles agglomerantur:
quales turbae concurrunt: multi vere conuertuntur. et multi fal-
so conuersi: et pauciores sunt vere conuersi: plures fal-
so conuersi: quia multiplicati sunt super numerum. Annun-
ciaui et locutus sum: multiplicati sunt super numerum. Q
Sacrificium et oblationem noluisti. Haec mira- Heb. 10.
cula dei sunt: haec cogitationes dei sunt: quibus nemo est
similis: ut spectator ille adducatur ad curiositatem. et
quaerat ista nobiliora meliora fructuosiora: de quibus in-
uentis gaudebit. et sic gaudebit ut non timeat. ne ab eo
vincatur quem amat: amat enim aurigam. quo victo insulta-
tiones ferat. Cum vincit auriga ipse vestitur: numquid
pauper quam ille clamat? Victor ipse vestitur: pro victo ille in-
sultatur. Quare pro illo perpeti reprehensionem cum quo non vi-
deris vestiri? Hoc aliud in spectaculis nostris: omnes quidem 1. Cor. 9.
currunt paulus apostolus dicit: in illo stadio: in illo specta-
culo: vnus tamen accipit brauium. ceteri victi discedunt et
perseuerauerunt in currendo. Sed cum accepit vnus: rema-
nent ceteri quam sibi laborauerunt. Hic non est sic quotquot
currunt perseueranter currant: omnes accipiunt: et qui prior vene-
rit expectat: ut cum posteriore coronetur. Agonem quippe
istum non cupiditas sed charitas facit: omnes currentes R
amant se: et ipse amor cursus est. Sacrificium et oblatio-
nem noluisti ait populus deo. Antiqui enim qui adhuc sacrifi-
cium verum quod fideles norunt in figuris praenunciabant cele-
brabant figuras futurae rei: multi scientes sed plures
ignorantes. Nam prophetae et sancti patriarchae nouerunt quod
celebrabant. Cetera autem multitudo iniqua carnalis sic
erat: ut fieret de illa quod significaret posteriora ventura
rat: et venit sublato illo sacrificio primo: sublatis holo-
caustis arietum. hircorum vitulorum: ceterarumque victima-
rum. noluit illa deus. Quare illa noluit? Quare primo
voluit? Quia illa omnia quasi verba erant promittentis
et verba promissiua cum venerit quod promittunt non iam
enunciantur. Tamdiu quisque promissor est donec det. cum
dederit mutat verba non dicit: adhuc dabo quod se da-
turum dicebat: sed dicit dedi mutauit verbum. Quare
illi primo placuit hoc verbum: et quare illud mutauit?
Quia temporis sui verbum fuit. et pro suo tempore placuit. Cum
promittebat: tunc dicebat. cum autem datum est quod promissum
est: ablata sunt verba promissiua. data sunt completiua.
Sacrificia ergo illa tamquam verba promissiua ablata sunt.
Quid est quod datum est completiuum? Corpus quod no-
stis: quod non omnes nostis: quod utinam qui nostis omnes non ad
iudicium noueritis. Videte quando datum est: Christus enim
ille est dominus noster modo loquens ex membris suis: modo
loquens ex persona sua. Sacrificium inquit et oblationem no-
luisti. Quid ergo? Nos iam hoc tempore sine sacrificio di- [illegible]
missi sumus? Absit. Corpus autem perfecisti mihi. Ideo Heb. 10.
illa noluisti: ut hoc perficeres. illa voluisti antequam hoc perficeres.

Perfecto promissorum abstulit verba promittentia. Magis adhuc sunt promittentia: non dum impletum est quod promissum est. Hoc promittebatur quibusdam signis: ablata sunt signa promittentia: quia exhibita est veritas promissa. In hoc corpore sumus: huius corporis participes sumus: quod accepimus nouimus: et qui non nostis noueritis: et cum didicerint non ad iudicium accipiatur. Qui enim manducat et bibit indigne: iudicium sibi manducat et bibit. (1.Cor.11.) Perfectum enim est nobis corpus: perficiamur in corpore. Sacrificium et oblationem noluisti. corpus autem perfecisti mihi. Holocausta etiam pro delicto non petisti: tunc dixi ecce venio. (Heb.10.) Numquid exponendum est sacrificium et oblationem noluisti: corpus autem perfecisti mihi. holocausta etiam pro delicto non petisti: Et que petebat antea. Tunc dixi: ecce venio. Tempus est vt veniat que promittebantur: quia auferuntur. Et vos fratres mei attendite illa ablata: hec impleta. Det mihi modo gens iudaica sacerdotem: Ubi sunt sacrificia illorum? Certe perierunt: certe ablata sunt. Numquid nunc reprobaremus ea? Reprobamus modo: quia si modo velis facere intemporale est: non est opportunum: non congruit. Adhuc promittit: iam accipe. Remansit illis quoddam quod celebrent: ne omnino sine signo remanerent. Cain enim maior frater qui occidit minorem fratrem: accepit signum ne quis eum occideret: sicut scriptum est in Genesi. (Gen.4.) Posuit deus cain signum vt nemo eum occideret. Proinde et ista gens iudea manet per omnes gentes subdita iuri romano. In iure romanum consueuerunt: supstitiones conicauerunt. Postea inde ceperunt per gratiam domini nostri Iesu christi separi. Illa vero sic mansit cum signo suo: cum signo circumcisionis: cum signo azymorum sic mansit: non est occisus cain: non est occisus: habet signum suum. (Ibidem.) Maledictus est a terra que aperuit os suum excipere sanguinem fratris eius de manu eius. Ille enim fudit sanguinem non excepit. Ille fudit: alia terra excepit: et ab ea terra que os aperuit et excepit: ille maledictus est: et ipsa terra que ore excepit sanguinem: ecclesia est. Ab hac que ille maledictus est: et ille sanguis clamat de terra ad me. De hac enim terra dixit dominus: (Gen.4.) Uox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Clamat inquit ad me de terra. Clamat ad me: sed surdus est qui sanguinem fudit: quia non bibit. Illi ergo ita sunt: tanquam cain cum signo. Sacrificia vero que ibi fiebant ablata sunt: et quod eis remansit ad signum cain iam perfectum est et nesciunt. (1.Cor.5.) Agnum occidunt: azyma comedunt: Pascha nostrum immolatus est christus. Ecce agnosco agnum occisum: quia immolatus est christus. Quid de azymis? Itaque inquit diem festum celebremus: (Ibidem.) non in fermento veteri: neque in fermento malicie et malignitatis. Ostendit quid sit vetus fermentum. vetus farina est et acuit: sed in azymis sinceritatis et veritatis. In vmbra remanserunt: solem glorie ferre non possunt. Iam nos in luce sumus: tenemus corpus christi. tenemus sanguinem christi. Si habemus nouam vitam: cantemus canticum nouum hymnum deo nostro. (Ps.39.) Holocausta pro delicto non petisti tunc dixi: ecce venio. (Heb.10.) In capite libri scriptum est de me vt facerem voluntatem tuam: deus meus volui: et legem tuam in medio cordis mei. Ecce ad membra respexit: ecce ipse fecit voluntatem patris. Sed in quo capite libri scriptum est de illo? Fortasse in capite libri huius psalmorum. Quid enim longe petamus: aut alios libros inquiramus? (Ps.1.) Ecce in capite libri psalmorum scriptum est: Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum: et in via peccatorum non stetit: et in cathedra pestilentie non sedit: sed in lege domini voluntas eius fuit: et in lege eius meditabitur die ac nocte.

Bene nunciaui iusticiam tuam in ecclesia magna. (Al. Annunciaui.) Alloquitur membra sua: hortatur quod fecit vt faciant. Annunciauit: annunciemus: passus est compatiamur: glorificatus est conglorificabimur. Annunciaui iusticiam tuam in ecclesia magna. Quam magna? Toto orbe terrarum. Quam magna? In omnibus gentibus. Quare in omnibus gentibus? Quia semen est abrahe in quo benedicentur omnes gentes. (Gen.12.et.26. et Gal.3.) Quare in omnibus gentibus? Quia in omnem terram exiuit sonus eorum. In ecclesia magna. Ecce labia mea non prohibebo domine tu cognouisti. (Al. Nouisti.) Labia mea non prohibebo domine tu cognouisti. Labia mea loquuntur: non ea prohibebo loqui. Sonant quidem labia mea ad aures hominum: sed tu cognouisti cor meum. Labia mea non prohibebo domine tu cognouisti. Aliud audit homo: aliud cognoscit deus. Ne illis labiis solis esset annunciatio: et diceretur de nobis: que dicunt vobis facite: que autem faciunt facere nolite. (Matth.23.) Aut ipsi quidem populo laudarent deum ore non corde diceretur: populus hic labiis me honorat cor autem eorum longe est a me: sonant labiis: propinqua corde. (Matth.15) Corde enim creditur ad iusticiam: ore autem confessio fit ad salutem. (Roma.10.) Qualis ille latro inuentus est pendens in cruce cum domino: agnoscens in cruce dominum. Alii non cognouerunt miracula facientem: agnouit ille in ligno pendentem. Erat ille confixus omnibus membris: manus clauis inherebant: pedes transfixi erant: totum corpus adiungebatur ligno: corpus illud non vacabat ceteris membris: lingua vacabat: et cor. Corde credidit. ore confessus est: Memento mei inquit domine: cum veneris in regnum tuum: salutem suam longe futuram sperabat: et post longum tempus accipere contentus erat. (Luc.23.) In longum sperabat: dies non est dilatus. Ille dixit: Memento mei cum veneris in regnum tuum. Ille respondit: Amen dico tibi. hodie mecum eris in paradiso. Hodie mecum inquit in paradiso. Paradisus habet ligna felicia: hodie mecum in ligno crucis: hodie mecum in ligno salutis. (Ibidem.) Ecce labia mea non prohibebo domine: tu cognouisti: ne credat corde: et pre timore labia prohibeat annunciare quod credidit. Sunt enim christiani: habent fidem in corde: et si inter paganos amaros: misere vrbanos: sordidos: infideles: ineptos: insultatores: si eis garrire ceperint: quia christiani sunt: habent in corde fidem: et timent confiteri per labia: prohibent labia sua sonare quod norunt: sonare quod intus habent: sed reprehendit hos dominus: Qui me confessus non fuerit coram hominibus: confundar de illo coram patre meo: id est non eum cognoscam. quia erubuit me confiteri coram hominibus: non eum confitebor coram patre meo. (Matth.10. Marc.8. Luce.12.) Dicant ergo labia quod habes cor. hoc contra timorem habeat cor quod dicunt labia. hoc contra simulationem habeant labia quod credat cor. Aliquando enim timor est: et non audes dicere: quod nosti quod credis: aliquando simulatio est dicis: et non habes in corde. Consentiant labia tua cordi tuo. Querens pacem adeo tibi ipsi esto pacatus: non sit inter os tuum et cor tuum mala rixa. Ecce labia mea non prohibebo domine tu cognouisti. Quid ille? Quid cognouit? Dominus intus in corde: vbi non videt homo: ideo et illud credidit. Ecce cor habet iam: habet quod videat deus: non prohibeat labia sua: non prohibet. Quid enim dicit? Credidi propter quod locutus sum. (Ps.115. 2.Cor.4.) Et quia locutus est quod credidit: querens quid retribuat domino pro omnibus que retribuit ei: adiungit: Calicem salutaris accipiam: et nomen domini inuocabo. Non exhorruit dominum dicentem: Potestis bibere calicem quem ego biburus sum? (Matth.20.) Contraxit enim per labia quod habebat in corde: peruenit ad passionem. Et quia peruenit ad passionem: hostis quid nocuit? Nempe preciosa in (Ps.115.)

cōspectu dñi mors iustorū eius. Mortes in quas pagani seuierūt: in illis hodie recreamur. Natalē martyrū celebrem⁹: exēpla martyrū nobis ꝓponim⁹. Attēdim⁹ fidē: quā inuenit quō attraxit: quō steterūt ante iudices in ecclesia catholica nihil habētes simulationis cō paganorū tinctura vnitatis. cōfessi sunt christū: caput quod precesserat: sic mēbra sequi cōceperūt. Sed quō cōceperūt? In tormētis patiētes: in ꝓfessiōe fideles: in sermone veraces. Iaculabāt eñi in ora interrogātiū se sagittas dei et vulnerabant ad irā. sed et multos vulnerauerūt ad salutē. Hec oia ꝓponim⁹ nobis: et intuemur illa: et optam⁹ imitari. Hec sunt spectacula christiana: hec videt desup deus: ad hec hortatur: ad hec adiuuat: his certaminib⁹ p̄mia ꝓponit et donat. Ecce labia mea nō ꝓhibebo. Vide ne timeas: et ꝓhibeas labia tua. Dñe tu cognouisti: quia est et in corde quod sonat et in labiis. Iusticiā tuā nō abscondi in corde meo: Quid est iusticiā tuā? Fi
r
Abacuc.2. dē meā: quia iustus ex fide viuit: vtpote interrogat sb pena ꝑsecutor quod eis licuit aliquādo. Quid es: paganus an christian⁹? Christianus. Ipsa est iusticia eius: credidit: ex fide viuit. Non abscondit in corde suo iusticiā suā: Non dixit apud se: Credo quidē in christū. sed huic ꝑsecutori meo seuienti et minanti nō dicam quod credidi: nouit deus intus in corde meo: quia credo. ipse scit: quia non illi renūcio. Ecce hoc dicis tu intus hic in corde: in labiis quid? Nō sum christian⁹. Cōtra cor tuū testimoniū dicūt labia tua. Iusticiā tuā nō abscondi in corde meo. Veritatē tuam et salutare tuū dixi. Christū tuū dixi: hoc est veritatē tuā et salutare tuū dixi. Vnde veritas christ⁹?
Joh.14. Ego sum veritas. Vñ salutare ipse christ⁹? Symeō agnouit infantē in manib⁹ matris in templo et dixit:
Luc.2. Quia viderūt oculi mei salutare tuū. Agnouit infantē senex: fact⁹ in puero: puer innouat⁹ fide. Acceperat eñi responsum et dixit hoc: dixerat ei dñs: quia nō erat [illegible] erat de hac vita: p̄usq̄ videret salutare dei. Hoc salutare dei bonū est: vt ostēdat hominib⁹: sed clamat:
Ps.84. Ostēde nobis dñe misericordiā tuā et salutare tuum da nobis. Salutare aūt dñi in omnib⁹ gentib⁹: quia
Ps.66. cū dixisset quodā loco: Deus misereat nobis et bñdicat nos: illumiet vultū suū sup nos: vt cognoscam⁹ in terra viā tuā: addidit: In omnib⁹ gentibus salutare tuū. Primo dixit vt cognoscam⁹ in terra viā tuā: et
Ibidem. secut⁹ est: in omnib⁹ gentib⁹ salutare tuū. Quasi diceret ei: que est via quā cupis agnoscere? Homies ad viā veniūt: nūquid via venit ad hoies? Via nr̄a venit ad homies: inuenit errātes: vocauit ad se extra
Joh.14 ambulātes. In me inqt ābulate et nō errabitis: Ego sum via veritas et vita: ne diceres: vbi est via dei: ad quā regionē ibo: quē montē ascendā: quos campos inquirā? Viā dei inquiris: salutare dei est via dei: et vbiq̄ est hec: quia in omnib⁹ gentib⁹ salutare tuū. Veritatē tuā et salutare tuū dixi. Nō celaui misericordiā tuā et veritatē tuam: a cōgregatiōe multa. Ibi sim⁹: in hoc corpe numeremur et nos: nō celem⁹ misericordiā dñi: et veritatē dñi. Vis audire misericordiā dñi? Recede a peccatis: ꝑdonabit peccata. Vis audire veritatē dñi? Tene iusticiā: coronet iusticia. Modo eñi misericordia tibi p̄dicat. postea veritas exhibebit. Nō eñi sic est deus misericors vt iniust⁹ sit: nec sic iust⁹ est vt misericors nō sit. Parua ne misericordia tibi est? Nō imputabit hora
Z
Al. t abscondi.
Al. cōcilio multo.

nēdo offenderūt: ⁊ offendēdo quassati sunt: restat vt
cōterant. Hoc eñ de lapide illo dictū est. Qui offen Luce. 20.
derit i lapidē illū: cōquassabit eū: sup quē venerit cō
teret eū. Aliud est cōquassari: aliud cōteri. Cōquas-
sari min⁹ est q̃ cōteri. Sed neminē cōterit excelsus
veniēs: nisi quē cōquassauerit hūilis iacēs. Modo
aūt anteq̃ veniat dñs noster hūiliter iacuit iudęis:
⁊ offenderūt in illū ⁊ cōquassati sūt: veniet postea in
iudicio suo clar⁹ atq; altus: magn⁹ ⁊ potēs: et nō in-
firmus vt iudicet: sed fortis vt iudicet: ⁊ cōterat eos
qui cōquassati sunt in eū offendēdo. Lapis eñ offen
sionis ⁊ petra scandali nō credētibus ipse est. Ergo
charissimi non est mirū si iudęi nō agnouerūt quem
tanq̃ paruū lapidē ante pedes suos iacentē ꝯtēpse-
rūt: illi mirādi sunt qui adhuc tā magnū montē no-
lunt agnoscere. Iudęi in lapidem paruū nō vidēdo
offenderūt: heretici in montē offendūt. Iam eñ cre
uit ille lapis: iā dicim⁹ illis: Ecce impleta ē ꝓphetia
Danielis: Lapis ille q erat paru⁹: fact⁹ ē mons ma- Daniel. 2.
gnus: ⁊ impleuit vniuersā terrā. Quare in illū offen-
ditis: ⁊ nō in illū ascēditis? Quis tā cęcus ē vt offen
dat in montē? Quasi ideo ad te venerit: vt habeas i
quē offendas: ⁊ nō habeas in quem ascēdas: Uenite Esa. 2.
ascēdamus ad montē dñi. Esaias hoc dicit: Uenite
ascēdam⁹. Quid est: venire ascēdam⁹? Uenite ⁊ cre
dite. Ascēdam⁹: hoc ē ꝓficiam⁹. Isti aūt nec venire
volunt: nec ascendere: nec credere: nec proficere. La-
trant cōtra montē: iam in illum totiens offendendo
quassati sunt: ⁊ nolūt ascendere: semp eligentes offen
dere. Dicamus illis: Uenite ⁊ videte opera domini:
Quę posuit ꝓdigia sup terrā. Prodigia di- O
cunt qđ aliquid portendant signa illoꝝ miracu-
loꝝ quę facta sunt quādo mūdus credidit. Et quid
P inde factū est: et qd portendebāt? Auferēs bella
vsq; ad fines terrę: Hoc nōdum videmus com Al. finem.
pletū esse. Sunt adhuc bella: sunt inter gentes ꝑ re-
gno: inter sectas: int iudęos: int paganos: int chri-
stianos: int hereticos. Sūt bella: crebrescunt bella:
aliis ꝑ veritate: aliis ꝑ falsitate certantibus. Non-
dum ḡ cōpletū est. Auferens bella vsq; ad fines trę:

sed fortasse cōplebit. Ān ⁊ mō cōpletū est? In qbus/
Danī.13 dā cōpletū est in danielo cōpletū est ⁊ in susanna non
dum completū est. Quid ergo hoc est: Auferens bel
la vsq; ad fines terre? Bella dicit quib⁹ bellat aduer
sus deū. Quis enī bellat aduersus deū? Impietas.
Et quid pōt facere deo impietas? Nihil. Quid facit
fictile vas elisum ad petrā: q̄uis vehemēter elidat?
Tanto maiore malo suo venit: quāto maiore impe/
tu venerit. Hec bella magna erāt. crebra erāt: cōtra
deū impietas dimicabat: ⁊ vasa fictilia cōterebant:
p̄sumētes de se both de virtute sua multū p̄ualēdo.
Job.15. Cui⁹ rei scutū etiā iob dixit de quodā impio: Cucur
rit aduersus deū. in crassa ceruice scuti sui. Quid ē in
crassa ceruice scuti sui? Nimiū p̄sumēdo de protectiōe
sua. Nūquid nā isti tales erāt qui dicebāt: Deus nr̄
refugiū ⁊ virtus: adiutor in tribulatiōib⁹ q̄ inuene/
Ps.43. rūt nos nimis? Aut in alio psalmo: Non enī in arcu
meo sperabo: ⁊ brachium meū nō saluabit me? Qñ
quisq; cognoscit: q: in seipso nihil est: ⁊ adiutoriū de
se nullū habet: arma in illo cōfracta sunt: bella sedata
sunt. Talia ḡ bella deleuit vox illa altissimi de nubi/
bus sanctis: qua terra cōmota est: ⁊ inclinata sunt re/
P gna: abstulit hec bella vsq; ad fines terre. Arcum
cōteret ⁊ cōfringet arma: ⁊ scuta comburet
igni. Arcus: arma: scuta: ignis. Arcus: est insidie.
Arma: publica oppugnatio. Scuta: vana p̄sumptio
sue protectiōis. Ignis: q̄ ista cōburunt ē: de quo dñs
Luce.12. ait: Ignē veni mittere in terrā: De q̄ igne dicit psal/
Ps.18. mus: Et non est qui se abscondat a calore eius. Fer/
uente igne isto: nulla ī nobis impietatis arma rema/
nebūt: necesse est vt oia cōfringant: cōterant: cōbu/
rant: remaneas inermis: nō habēs vllum adiutoriū
tuū: ⁊ quāto magis infirmus es: nulla tua arma ha/
Ps.45. bens: tanto magis te suscipit: de quo dictū ē: Susce/
ptor noster deus iacob. Valebas enī quasi p te: con/
turbaris in te. Perde arma quibus p̄sumebas: audi
2.Cor.12. dñm dicētē: Sufficit tibi gr̄a mea. Dic ⁊ tu: qñ infir/
mor: tūc potens sum. Apli vox est. Oia arma sua p/
Ibidem. diderat tanq̄ fortitudinis sue: qui dicebat: Ego aūt
nō gloriabor: nisi in infirmitatib⁹ meis: velut si dice/
Job.15. ret: Nō curro aduersus deū ī crassa ceruice scuti mei
1.Timoth.1. qui p̄us fui blasphemus ⁊ psecutor et iniuriosus: sed
ideo misericordiā cōsecutus sum: vt in me ostēderet
christus iesus omnē longanimitatē in eos q̄ creditu/
ri sunt illi in vitā eternā. Auferēs bella vsq; ad fines
terre. Qñ aūt nos dñs suscipit: nūquid inermes di/
mittit? Armat nos. sed aliis armis euāgelicis: verita
tis: cōtinentie: salutis. spei: fidei charitatis. Hec ar/
ma habebim⁹: sed nō a nobis. Arma autē q̄ a nobis
habuim⁹ arserūt: si tñ igne illo spūssancti accensi su/
mus. Et scuta comburet igni. Quid postea in te esse
cupiebas? Infirmū te fecit deus: vt fortē te faceret
Q de se: q: infirmabaris de te. Quid ḡ sequit? Vaca/
te. Ad quā rem? Et videte qm̄ ego sum de⁹:
Hoc est: non vos: sed ego sum deus: ego creaui: ego
recreo: ego formaui: ego reformo: ego feci: ego refi/
cio. Si non potuisti facere te: quō potes reficere te?
Hoc nō videt tumult⁹ cōtentiosus animi hūani: cui
tumultui cōtentioso dicit: vacate: id est reprimite ani/
mos vestros a cōtradictiōibus. Nolite argumētari
⁊ tanq̄ armari cōtra deū: alioqn viuūt arma nōdū
illo igne cōbusta. Si aūt cōbusta sunt: vacate: q: nō
habetis vñ pugnetis. Si aūt vacaueritis in vobis:

⁊ a me petieritis oia: qui p̄mo de vobis p̄sumebatis:
vacate ⁊ videbitis qm̄ ego sum deus. Exaltabor
in gentibus: ⁊ exaltabor in terra. Paulo ante
dixerā terre noīe significari gentē iudeoꝝ: maris no/
mine ceteras gentes. Translati sunt mōtes in corde
maris cōturbati sunt gentes. ⁊ inclinata sunt regna:
dedit vocē suam altissimus: ⁊ mota est terra. Dñs
virtutū nobiscū: susceptor noster deus ia/
cob. Facta sunt miracula in gentib⁹: implet fides
gentiū: ardent arma p̄sumptiōis humane. Vacat in
trāquillitate cordis: vt cognoscat auctor de⁹ omniū
munerū suoꝝ. Et post istā clarificationē: nūquid de/
serit ⁊ plebē iudeoꝝ: de qua dicit aplus: Dico enī vo
bis: vt non sitis vobis sapiētes: q: cecitas ex pte isrl Rom.
facta ē: donec plenitudo gētiū intraret? Id est donec
mōtes huc trāsferrent: nubes hic plueret: hic dñs to
nitruo suo regna inclinaret: donec plenitudo gentiū
intraret? Et q̄d postea? Et sic oia israel salu⁹ fieret. Ibidem.
Ideo ⁊ hic ipm ordinē seruās: exaltabor inq̄t in gen
tibus et exaltabor in terra: id est: ⁊ in mari ⁊ in terra.
Vtinā omnes dicāt qd̄ sequit: Dñs virtutū nobiscū
susceptor noster deus iacob.

Explicit Tractatus de ps̄. XLV.
Incipit Tractatus de ps̄. XLVI.
Prefatio.

Ominus deus noster fidē in qua viuim⁹ et
D ex q̄ viuim⁹: p libros sāctos: scripturas sā/
ctas multipliciter nobis varieq; diffudit: sa
cramēta quidē verboꝝ varians: fidē tñ vnā cōmen/
dans. Vna enī eadēq; res: ideo multis modis dicit:
vt mod⁹ ipse dicēdi pter fastidiū varietur: sed pter cō
cordiā vna fides teneat. Itaq; in h̄ psalmo quē can/
tatū audiuim⁹: cui cantādo respōdim⁹: ea sumus di/
cturi q̄ nostis: ⁊ tñ fortassis aliquā admixte ⁊ dona/
te dño suauitatē allaturi sumus vobis: qñ ea q̄ alibi
⁊ alibi noueratis: etiā cōmoniti ruminatis. Nam et Leui.
ipsa ruminatiōe in q̄ significat de⁹ mūda aialia. hoc
voluit insinuare: q: omnis homo qd̄ audit sic debet
in cor mittere: vt non piger sit postea inde cogitare:
vt qñ audit sit similis māducāti: cum autē audita in
memoriā reuocat: ⁊ cogitatiōe dulcissima recolit: fi/
at similis rumināti. Talia ḡ mō eadē dicunt: et facit
nos dulciter cogitare que nouim⁹: ⁊ eadē ipsa liben
audire: q: modus dicendi variat: ⁊ res antiqua ipso
modo dicendi renouat.

Titulus psalmi sic se habet: In finem pro
filijs chore: psalmus ipsi Dauid.

Filios istos chore habēt tituli psalmoꝝ etiā
F alij nōnulli: ⁊ indicāt dulce mysteriū: Insi/
nuant magnū sacramentū: vbi ⁊ nosipsos li
benter intelligam⁹ et agnoscam⁹ in titulo: nos q̄ au/
dimus ⁊ legimus. tanq̄ speculo posito qui simus
intuemur. Filij chore qui sunt? Fuit homo quidā
chore nomine: sic enī vocabat aliquis homo. Verū
tamē cū legunt q̄ scripta sunt: ⁊ inuenit sermo diui/
nus loqui ad quosdā qui nō valde intelligunt filios ē
eius viri⁹ homis qui vocabat chore: recurrimus anim⁹ 1.Par.
ad mysteriū: vt queramus q̄d significet chore. Quia enī
verbū hebreū: dicit vtiq; ⁊ interptat ī grecā linguā
⁊ ī latinā linguā: ⁊ factū est. Iā multa noīa hebrea ⁊
interptata sunt nobis: ⁊ inspiciam⁹: ⁊ inuenim⁹ chore
interptari caluū: multo magis attendimus. Obscurū
erat cū dicerent filij chore: nōne obscurius est cum

pellant filiũ calue: Qui sunt isti filij calue: An forte fi
lij sponsi: Quia sponsus in loco caluarię crucifixus
Math. 27. est. Recolite euangelium vbi dominũ crucifixerũt:
et inuenietis eum in loco caluarię crucifixum. Pro
inde qui crucẽ eius irrident: a demonibus tanq̃ a be
stijs deuorant. Nam significauit et hoc q̃dã scriptu
4 Reg. 2. ra: cũ ascẽderet ꝓpheta dei heliseus: clamabãt post
eum pueri irridentes: Ascende calue: ascende calue.
Ille aũt non tam crudeliter q̃ mystice fecit illos pu
eros ab vrsis exeũtibus deuorari. Si non deuoraren
tur illi pueri: nunq̃d vsq̃ adhuc viuerent: Aut non
possent mortales nati etiam febre intercipi: Myste
rium in eis tamẽ non ostenderet: vbi posteri terrerẽ
tur. Nemo ergo irrideat crucem domini: iudei sunt
possessi a demonibus et deuorati. Nam in caluarię
loco crucifigentes christũ: et leuantes in cruce: tanq̃
ibi dicebãt sensu puerili: nõ intelligẽtes q̃d loq̃rent:
Math. 27. ascende calue. Quid est enĩ ascende: Crucifige cru
cifige. Proponit enĩ puericia ad imitandã humili
tatem: et item ꝓponit puericia ad cauendã fatuitatẽ.
Proposita puericia ad imitandã humilitatem: a do
mino est: quãdo vocauit ad se pueros: Et cũ ꝓhibe
Math. 19. rentur ab illo: dixit: Sinite eos venire ad me: talium
est enĩ regnum cęlorum. Propositũ exemplũ puericię
1 Cor. 14. ad cauẽdam fatuitatẽ ab Apostolo est: Fratres no
lite pueri esse sensibus. Et rursum ꝓponit ad imitan
Ibidem. dum. Sed malicia infantes estote: vt mentibus perfe
cti sitis. Pro filijs chore psalmus canit. Ergo pro
christianis cãtatus est. Audiamus eũ tanq̃ filij spõ
si illius: quẽ pueri insensati in caluarię loco crucifixe
Math. 27. runt. Illi vero meruerũt a bestijs deuorari: nos ab
4 Reg. 2. angelis coronari. Agnoscimus enĩ humilitatẽ domini
nostri: et non de illa erubescimus. Non erubescimus
de illo appellato mystice caluo: ꝓpter caluarię locũ.
Ipsa enĩ cruce in qua illi insultatũ est: non permisit
caluã esse frontẽ nr̃am: quia eam suo ligno signauit.
Deniq̃ vt noueritis: quia nobis dicuntur hęc: hic
videte quid et cui dicitur.

Expositio psalmi.

C O Mnes gentes plaudite manibus.
Nunq̃d populus iudeorum omes gentes
erant: Sed cecitas ex parte israel facta est:
vt pueri insensati clamarẽt: Calue calue: atq̃ ita do
Math. 27. minus crucifigeret in caluarię loco: et sanguine fuso
Roma. 11. gentes redimeret: et impleret qd̃ ait apostolus: Ce
citas ex parte israel facta est: vt plenitudo gentiũ in
traret. Insultent ergo vani et hebetes et insensati: et
dicant calue calue: Vos aũt sanguine illius redem
pti qui fusus est in caluarię loco: omes gentes plau
dite manibus: peruenisse ad vos gratiam dei. Plaudite
manibus. Quid est plaudite: Gaudete. Sed quare
manibus: Quia bonis operibus. Ne gaudeatis ore
et cessent manus: Si gaudetis: plaudite manibus. Ma
nus gentiũ videat: qui gaudia donare dignatus est.
Quid est manus gentiũ: Facta bene operantiũ. Om
nes gentes plaudite manibus. Jubilate deo in
voce exultationis. Et voce et manibus. Si tm̃ voce:
nõ bene: quia pigrę sunt manus: Si tm̃ manibus: nec hoc
bene: quia muta est lingua. Concordent manus et lin
gua: Illa confiteatur: illę operent. Jubilate deo in vo
ce exultationis. Qm̃ dominus excelsus ter
ribilis. Excelsus ille qui quasi irrisibilis: ascẽden
do in cęlum factus est terribilis. Rex magnus
super omnẽ terrã. Non tm̃ super iudeos: nam et sup
illos rex. Inde enĩ et apostoli crediderũt: inde et mul
Act. 4. ta milia hominũ res suas vendiderunt: et p̃cia ad pe
des apostolorum posuerũt: et impletum est in illis: qd̃
Math. 27. erat in titulo crucis conscriptum: rex iudeorum:
Rex est enim et iudeorum. Sed parum est iudeorum:
Omnes gentes plaudite manibus: quoniam rex
omis terrę deus. Non enĩ illi sufficit vnã gentẽ ha
bere sub se: ideo tm̃ preciũ ex latere dedit vt emeret
D orbem terrarum. Subiecit plebes nobis: et Al. populos.
gẽtes sub pedibus nr̃is. Quis subiecit et quibus: Qui
sunt q̃ loquunt: Forte iudei: Plane si apostoli: pla
ne si sancti. Quis enĩ deus subiecit plebes et gentes:
vt hodie honorarent in gentibus: qui a suis ciuibus
occidi meruerũt: quõ dominus eorum occisus est a ci
uibus: et honorat a gẽtibus: crucifixus a suis: hono
ratur ab alienis: sed p̃cio facti sui: Ideo enĩ emit nos:
vt alieni ab eo non essemus. Putate ergo voces esse apo
stolorum: Subiecit plebes nobis: et gẽtes sub pedibus
nostris. Nescio. Mirũ si apl̃i tam supbe loquerẽtur
vt gauderẽt gentes esse positas sub pedibus suis: id ẽ
christianos sub pedibus apl̃orũ. Etenĩ apl̃i gaudẽt
nos secũ esse sub pedibus illius q̃ mortuus est pro no
bis. Nam sub pedibus pauli currebãt qui volebãt eẽ
1 Cor. 1. pauli: et dicebat eis: Nunq̃d paulus ꝓ vobis cruci
fixus est: Quid ergo hic: Quid accepturi sumus: Sub
iecit plebes nobis: et gẽtes sub pedibus nostris. Om
nes ꝑtinentes ad hereditatẽ christi: in omibus genti
bus sunt: et omes non ꝑtinentes ad hereditatẽ chri
sti: in omibus gentibus sunt: videtis sic exaltari in
nomine christi ecclesiam christi: vt oẽs nõdũ credẽtes
in christo: sub pedibus iaceant christianorum. Quanti enĩ
modo currũt ad ecclesiam nondum christiani: rogant
auxiliũ ecclesię: subueniri sibi temporaliter volũt: etiã
si in eternũ nobiscũ regnare adhuc nolũt. Cũ omes
q̃runt auxiliũ ecclesię: et q̃ nondũ sunt in ecclesia: nonne
E subiecit plebes et gẽtes sub pedibus nr̃is: Elegit Al. quem.
nobis hereditatẽ suã: speciẽ iacob quam
dilexit. Pulchritudinẽ quandã iacob elegit nobis
Gen. 27. hereditatẽ suã iacob. Duo fratres erãt esau et iacob:
in vtero matris ambo ꝯfligebãt: et de cõflictu viscera
materna quatiebãt: et ibi cũ duo essent: electus ẽ mi
nor: et ꝑpositus ẽ maiori: et dictũ est: Duo populi sũt
Roma. 9. in vtero tuo: et maior seruiet minori. Per omes gen
tes maior: per oẽs gentes minor. Sed minor in bonis
christianis: electis: pijs: fidelibus: Maior in supbis:
indignis: peccatoribus: ꝯtumacibus: sua peccata de
fendentibus magis q̃ confitentibus: qualis etiã ipse
Roma. 10. populus iudeorum fuit: ignorãs dei iusticiã: et suam vo
lens constituere. Sed quia dictum est: Maior seruiet
minori: manifestũ est: quia pijs subdent impij: et hũilibus
subdent supbi. Prior natus est esau et posterior natus ẽ
iacob: sed q̃ posterius natus est: ꝑlatus ẽ primo nato q̃ p gu
lam perdidit primogenita sua. Sic habes scriptũ:
Gen. 27. Desiderauit lenticulã. et ait illi frater eius: Si vis vt
dem tibi: da mihi primogenita tua. Ille plus ama
uit qd̃ corporaliter cõcupierat: q̃ qd̃ spiritaliter prius
nascendo meruerat: et deposuit primogenita sua: vt
manducaret lenticulã. Lenticulam aũt inuenimus
cibũ esse egyptiorum: Nam ibi abundat in egypto: vn
de magnificat lenticula alexandrina: et venit vsq̃ ad
terras nostras quasi hic non nascatur lenticula. Er
go desiderando cibũ egyptiũ: perdidit primatum.

Hic et populus iudeorum: de quo dictum est: conuersi
sunt corde in egyptum. lenticulam quodammodo desyde-
rauerunt: et primatum perdiderunt. Elegit nobis hereditatem
Ex. ibidem. tem suam: speciem iacob quem dilexit. Ascendit deus
in iubilatione: Ipse ille dominus noster iesus christus
ascendit in iubilatione. Dominus in voce tu-
be. Ascendit. Quo: nisi quo scimus? Quo eum iudei non
Matth. 27. sunt secuti nec oculis. In cruce enim exaltatum irriserunt:
in celum ascendentem non viderunt. Ascendit deus in iubi-
latione. Quid est iubilatio: nisi admiratio gaudii: quam
Act. 1. verbis non potest explicari? Quomodo admirati sunt gauden-
tes discipuli: videntes ire in celum: quem planxerunt mor-
tuum? Reuera quia gaudio huic verba non sufficiebant:
restabat iubilare quod nemo potuit explicare. Ibi
Esa. 58. erat et vox tube: vox illa angelorum. Dictum est enim: sicut
tuba exalta vocem tuam. Predicauerunt angeli ascensio-
nem domini: viderunt discipulos ascendente domino: herentes:
admirantes. stupentes: nihil dicentes: sed corde iubi-
lantes. Et vox iam tube in clara voce angelorum: Viri
Act. 1. galilei inquit: quid hic statis? Hic est iesus: Quasi illi non sci-
rent quia ipse esset iesus. Ante se paulo ante eum non vide-
rant: secum loquentem non audierant? Nempe non solum
Luce. 24. speciem viderunt presentis: sed et membra contrectauerunt.
Ipsi ergo nesciebant quod ipse esset iesus? Sed admirati-
one ipsa pro gaudio iubilantibus: tanquam mente alienatis: lo-
quuntur angeli: ipse est iesus: Quasi dicerent: Si creditis
Ibidem. illi qui crucifixo nutauerunt vobis pedes: qui occiso et sepul-
to spem vobis perdidisse putabatis: ecce ipse est iesus.
Act. 1. Ascendit ante vos: sic veniet quemadmodum eum vidistis
euntem in celum. Tollitur quidem corpus ab oculis vestris:
sed non separatur deus a cordibus vestris. Videte ascenden-
tem: credite in absentem: sperate venientem: sed tamen per mise-
ricordiam occultam etiam sentite presentem. Ille enim qui
ascendit in celum vt tolleretur ab oculis vestris: promisit
Matth. 28. vobis dicens: Ecce ego vobiscum sum vsque in consumma-
Phil. 4. tionem seculi. Merito et apostolus sic nos alloquebatur. Domi-
nus in proximo est: nihil solliciti fueritis. Sedet super
celos christus: et longe sunt celi: et ipse qui ibi sedet: pro-
pe est. Dominus in voce tube. Ergo vos filii chore: iam si
intellexistis vocem: et inspicitis hic vos gaudentes: quia
videtis hic vos. Psallite deo nostro: psallite.
Quem tanquam hominem irriserunt: qui a deo alienati sunt:
psallite deo nostro. Non enim homo tantum: sed et deus. Homo
Matth. 27. ex semine dauid: deus dominus dauid: ex iudeis carnem ha-
Roma. 1. bens: quorum patres: ait apostolus et ex quibus christus secundum
carnem. Ex iudeis ergo christus: sed secundum carnem. Quis autem iste
Ibidem. christus qui est ex iudeis secundum carnem? Qui est super omnia
deus benedictus in secula. Deus ante carnem: deus in
carne: deus cum carne. Nec solum ante carnem deus: sed
ante terram deus: vnde facta est caro: nec tantum ante terram
deus vnde caro facta est: sed etiam ante celum deus: quod primo
factum est. Ante diem deus quod primus factus est: ante omnes
Ioh. 1. angelos deus: in se christus deus: quia in principio erat ver-
bum: et verbum erat apud deum: et deus erat verbum. Omnia per
ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil. Ille est ante
omnia: per quem facta sunt omnia. Psallite ergo deo nostro: psalli-
te. Quia rex omnis terre deus. Quid enim? Et
antea non omnis terre deus? Nonne et celi et terre deus: cum vtique
per illum facta sunt omnia? Quis posset dicere non esse deum
suum? Sed non omnes homines agnouerunt deum suum: et vbi
Ps. 75. agnoscebatur: quasi ibi tantum deus erat. Notus in iudea
deus: non dum filiis chore dicebatur: omnes gentes plaudi-
te manibus. Ille enim deus noster in iudea: rex omnis terre

deus est. Iam ab omnibus agnoscitur: quia impletum est quod
dicit esaias: Ipse deus tuus qui eruit te: vniuerse ter- Esa. 54.
re deus vocabitur. Quoniam rex omnis terre deus.
Psallite intelligenter. Docet nos et admonet
nos vt psallamus intelligenter: non queramus sonum
auris: sed lumen cordis. Psallite inquit intelligenter.
Gentes vnde vocate estis: vt christiani essetis? Ado-
rabant deos manu factos: et psallebant illis: sed non
intelligenter. Si intelligenter cantarent: lapides non
adorarent. Quando homo sensatus cantabat lapidi
insensato: nunquid intelligenter cantabat? Modo autem
fratres non videmus oculis quem adoramus: et tamen corrette
adoramus. Multo magis nobis deus commendatur potentior:
tior: quia eum oculis non videmus. Si eum oculis vide-
remus: forte contemneremus. Nam et christum iudei vi-
sum contempserunt: non visum gentes adorauerunt.
Illis enim dictum est: psallite intelligenter: nolite esse si-
cut equus et mulus in quibus non est intellectus. Ps. 31.
Regnabit dominus super omnes gen-
tes. Qui regnabat super vnam gentem: regnabit in-
quit super omnes gentes. Quando dicebantur ista su-
per vnam gentem regnabat deus: prophetia erat: nondum
res demonstrabatur. Deo gratias: iam videmus im-
pleri quod ante prophetabatur. Chirographum deus ante
tempus scripsit nobis: impleto tempore reddidit no-
bis. Regnabit deus super omnes gentes: promissio
est. Deus sedet super sedem sanctam suam.
Quod tunc promittebatur futurum: nunc impletum agno-
scitur et tenetur. Deus sedet super sedem sanctam suam.
Que sedes eius sancta? Forsitan celi: et bene intelli-
gitur. Ascendit enim christus sicut nouimus cum corpo-
re in quo crucifixus est: et sedet ad dexteram patris. inde
eum venturum expectamus ad iudicandos viuos et mor-
tuos. Sedet super sedem sanctam suam. Celi sunt sedes
sancta eius. Vis et tu esse sedes eius? Noli putare te
esse non posse. Para illi locum in corde tuo: venit et liben-
ter sedet. Ipse certe est dei virtus et dei sapientia. Et 1. Cor. 1.
quid dicit scriptura de ipsa sapientia? Anima iusti sedes
sapientie. Si ergo anima iusti sedes est sapientie: sit
anima tua iusta: et eris regalis sella sapientie. Et re-
uera fratres: omnes homines qui bene viuunt: qui bene
agunt: secundum charitatem piam conuersantur: nonne deus in
illis sedet: et ipse iubet? Obtemperat anima sedenti
in se deo: et ipsa iubet membris. Anima enim tua iubet
membris tuis: quo moueatur pes: quo manus: quo oculus: quo
auris: et iubet ipsa membris tanquam famulis suis: sed
et ipsa seruit interius insidenti sibi domino suo. Non
potest inferiori se bene imperare: nisi superiori se non
fuerit dedignata seruire. Deus sedet super sedem san-
ctam suam. Principes populorum conue-
nerunt cum deo abraam. Deus abraam et de-
us isaac et deus iacob. Vetus est: dixit hoc deus: et superbi
erant inde iudei: et dixerunt: Nos filii abrahe sumus. Ioh. 8.
Superbientes de nomine paterno: gerentes eius car-
nem: non tenentes eius fidem: semini adherentes:
moribus degenerantes. Denique dominus quid ait eis ita
superbientibus: Si filii abrahe estis: facta abrahe faci-
te. Item quid illis dixit ioannes venientibus et con-
tremiscentibus quibusdam ipsorum: qui se penitendo
corrigere voluerunt? Progenies viperarum. Erant
enim iniqui: erant perditi: erant peccatores: erant impii:
Venerunt ad baptismum ioannis. Et quid eis dicit?
Progenies viperarum. Illi se dicebant filios abrahe:

tiã ipsos dicebat filios viperarū. Nunqd abraam vipera erat? Sed quia male viuendo demones imitati erant: et eorū filij facti erant: quos imitando male viuebant. Progenies inquit viperarū: quis vobis ostendit fugere ab ira ventura? Facite ergo fructū dignū penitentie: et nolite dicere apud vosmetipsos: patrē habem⁹ abraā: et q̄si supbire de genere abrae.
Math. 3. Potens est eñ deus de lapidib⁹ istis suscitare filios abrae. Nō eñ remansur⁹ est abraā sine filijs: si vos dānauerit deus: Pōt eñ et dānare q̄s odit: et illi reddere qd̄ promisit. Et vnde illi redditur⁹ est filios: si damnaret hebreos de carne eius pgenitos? De lapidib⁹ istis: Ostēdebat illis lapides in eremo. Qui erant lapides nisi gentes: q̄ lapides adorabant? Lapides quare? Adorādo lapides: dicti erant lapides: q: psalmus p̄dixerat: similes illis fiant q̄ faciūt ea: et
Ps. cxiij. omnes q̄ confidūt in eis. Tamē de ipsis lapidib⁹ reddidit filios abrae. Modo oēs q̄ lapides adorabam⁹: cōuersi ad dñm: filij abrae facti sum⁹: non ducendo ab illo carnē: sed imitādo fidem. Principes ḡ populorū cōuenerūt cū deo abraā. Principes pplorū: gē-
K tium principes: nō vni⁹ populi p̄ncipes: sed principes pplorū omniū cōuenerūt cū deo abraā. Ex ipsis p̄ncipibus erat et iste centurio: de quo mō euangeli-
Math. 8. um cum legeret audistis. Erat eñ Cēturio habens honorem et potestatē inter homines: princeps erat de principib⁹ populorū. Venienti ad se christo obuiā misit amicos suos: immo vero transituro christo misit amicos: et rogauit vt curaret puerum eius qui periculose īfirmabat. Et cū vellet ipse domin⁹ venire: hoc ei mandauit: Non sum dign⁹ vt sub tectū meū intres: sed tantū dic verbo: et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus:
Ibidem. habens sub me milites. Videte quēadmodū tenuit ordinē. Prius cōmemorauit qd̄ sub alio esset: et postea qd̄ alij sub illo essent. Sub ptāte sū: et in ptāte sū: Et sub aliq̄ sum: et sup aliq̄s sū: Et dico huic vade: et vadit: et alio veni: et venit: et seruo meo fac hoc et facit. Tanq̄ diceret: Si ego sub potestate cōstitutus iubeo illis qui sub me sūt: tu qui sub nullius potestate positus es: nō potes iubere creature tue: q̄ omnia
Ioh. 1. per te facta sūt: et sine te factū est nihil: Dic ergo ver-
Math. 8. bo inquit: et sanabit puer meus. Nam vt in domum meā intres: non sum dignus. Trepidauit christum mittere intra parietes suos: et iam intus erat in corde eius. Iam erat anima eius sedes illius: iam ibi sedebat ille qui humiles requirebat. Conuersus deniq̄
Ibidem. christ⁹: miratus est: et ait sequentib⁹ se: Amen dico vobis: nō inueni tantā fidē in israel. Et sicut ali⁹ euāgelista eandē rē narrat: sequit domin⁹ et dicit: Ideo dico vobis: q: multi ab oriente et occidente venient et recūbent cū abraā et isaac et iacob in regno celorum. Iste eñ centurio nō erat de pplo israel. Nam in pplo israel: supbi repellebāt a se deū: in p̄ncipib⁹ gentium inuentus est humilis qui ad se inuitaret deū. Admirans iesus fidē ipsi⁹: reprobat pfidiā iudeorū. Sani eñ sibi videbant: et periculosius egrotabant: quādo medicū nō cognoscētes occidebāt. Cum ḡ reprobaret et repudiaret illorū supbiā: quid ait? Ideo vobis
Math. 8. dico: q: multi ab oriente et occidēte venient: non ptinentes ad cognationē israel. Venient multi quib⁹ dixit: Omnes gentes plaudite manib⁹: et recūbent cum abraā in regno celorum. Non illo s genere carne sua

abraā: et venientes recumbent cū illo in regno celorū: et filij ipsi⁹ erūt. Quare filij ipsius? Non nati de carne: sed sequēdo fidē ipsi⁹. Filij autē regni ibūt in tenebras exteriores: illic erit ploratio et stridor dentiū. Damnabunt in tenebras exteriores qui nati sunt de carne abrae. Et recūbent cū eo in regno celorū: qui imitati sunt fidem abrae. Merito ergo et hic principes populorū conuenerūt cū deo abraam. Et quid illi q̄ pertinebant ad deum abraā? Quo- Math. 8.
L niam dij fortes terre valde eleuati sunt. Al. vehementer.
Qui erāt dij? Populus ille dei: vitis illa dei: de qua dicitur: Iudicate inter me et inter vineā meam: Ibūt Esa. 5.
in tenebras exteriores: nō recūbent cū abraā et isaac Math. 8.
et iacob: non conueniunt cum deo abraam: Quare? Quoniam dij fortes terre. Illi qui erant dij fortes terre: p̄sumētes de terra: de qua terra? De se ipsis: q: omnis homo terra. Homini eñ dictū est: Terra es Gen. 3.
et in terram ibis. Debet autē homo de deo p̄sumere: et inde sperare auxiliū: non de se. Non eñ terra pluit sibi aut lucet sibi. Quomodo autē terra de celo expectat pluuiam aut lucem: sic homo de deo debet expectare misericordiam et veritatem. Illi ḡ dij fortes terre: valde eleuati sunt: id est valde superbierūt: nō sibi medicum necessarium putauerunt: et ideo in sua egritudine remanserunt: et ipsa egritudine ad mortē perducti sunt. Precisi sunt rami naturales: vt humi- Roma. xj.
lis insereret oleaster. Quoniā dij fortes terre valde eleuati sunt. Teneam⁹ ergo fratres humilitatē: charitatem: pietatem: quia reuocati sumus illis reprobatis: vel illorū exemplo supbire timeam⁹ admoniti.

Explicit tractatus de ps̄. XLVI.

Incipit tractatus de ps̄. XLVII.

A Titulus psalmi est: Laus cantici filijs
chore secunda sabbati. De hoc quod dominus donare dignabit: excipite tanq̄ filij firmamenti. Secunda eñ sabbati: id est post diem primum quem dominicū dicimus: que etiam secunda feria dicitur: factū est firmamentum celi: immo firmamentū celum. Celum eñ vocauit deus fir- Gen. 1.
mamentū. Primo aūt die lucē fecerat: et a tenebris Ibidem.
diuiserat: et vocauerat lucem diem et tenebras noctē. Sicut aūt indicat psalmi huius contextio: aliquid etiam p̄locut⁹ est deus in illo opere suo: qd̄ compleretur in nobis cū gaudio: et s̄m huius creature conditionem secula cucurrerūt. Non frustra eñ domi- Ioh. 5.
nus ait de moyse: De me eñ ille scripsit: nisi q̄a oia que scripta sūt: etiam cū deus cōderet creaturā: possunt interpretari ad significationem futurorū: vt in- Gen. 1.
telligas deum fecisse lucem: cum christus a mortuis resurrexisset. Tūc eñ reuera illa lux diuisa est a tenebris: quando īmortalitas a mortalitate discreta est. Quid ergo sequit: nisi vt capiti etiam corpus fieret quod est ecclesia? Deniq̄ est etiam ps̄. de p̄ma sabbati: in quo aptissime resurrectio domini declarat. Ibi eñ dicit. Tollite portas p̄ncipes vestras: et ele- Ps. xxiij.
uamini porte eternales: et introibit rex glorie. Quid euidentius q̄ christum esse regē glorie? De quo dictum est: Si cognouissent: nunq̄ dominū glorie cruci- j. Cor. ij.
fixissent. Secundam ergo sabbati nō debem⁹ intelligere nisi ecclesiam christi: sed ecclesiam christi in sanctis: ecclesiā christi in his qui scripti sunt in celo: ecclesiā christi in his qui mundi huius temptationibus non cedunt. Ipsi eñ digni sunt nomine firma-

menti. Ergo ecclesia christi in his qui firmi sunt: de
Roma.15. quibus dicit apostolus: Debemus autē nos firmi:
infirmitates infirmorum sustinere: appellata est firma-
mentum. De hoc cantatur in hoc psalmo. Audiamus
agnoscamus: sonemus: gloriemur: regnemus. Nā
que eam etiam firmamentum apostolicis litteris ap-
j.Timot.3.5. pellatam: audi et agnosce: Que est inquit ecclesia dei
Matth.27. viui: columna et firmamentum veritatis. De hoc fir
mamento cantatur filiis chore: quos nostros esse filios
sponsi crucifixi in caluarie loco. Chore nanque calui-
cium interpretatur. Sequitur in hoc psalmo: qui in
scribitur secunda sabbati.

Expositio psalmi.

B
Ps.144. Magnus dominus et laudabilis val
de. Ecce magnus dominus et laudabilis val
de. Sed nunquid infideles laudant domi-
num? Nunquid etiam qui credunt et male viuūt lau
Roma.2. dant dominum: per quos fit vt nomen dei blasphe
metur in gentibus? Nunquid laudant dominū? An
vero si etiam laudent: acceptatur laus eorū: cum scri-
Eccl.15. ptum sit: Non est speciosa laus in ore peccatoris?
Dixisti ergo: Magnus dominus et laudabilis valde:
sed dic vbi. In ciuitate dei nostri: in monte
Ps.23. sancto eius. De hoc alibi dicitur: Quis ascendet in
montem domini? Innocens manibus et mundo cor
de. In his magnus dominus et laudabilis valde: hoc
Matth.7. est in ciuitate dei nostri in mōte sancto eius. Hec est
ciuitas in monte posita: que abscondi non pōt. Hec
Ibidem. est lucerna que sub modio non occultatur: omnibus
nota: omnibus diffamata. Non aūt vniuersi ciues
eius sunt: sed illi in quibus magnus dominus et lau-
dabilis valde. Que est ergo ista ciuitas videamus:
ne forte quia dictum est: In ciuitate dei nostri in mō
te sancto eius: debeamus querere istum montē: vbi
etiam exaudiri possimus. Non enim frustra dicitur in
Ps.3. alio psalmo: Voce mea ad dominum clamaui: et ex-
audiuit me de monte sancto suo. Adiuuit quippe te mons
iste vt exaudireris. Nam si in eum nō ascēderes: in-
fra iacens: clamare posses: sed exaudiri non posses.
Quis est ergo iste mons fratres? Magna cura inqui-
rendus: magna sollicitudine inuestigandus: labore
etiam occupandus et ascendendus. Sed si in aliqua
parte terrarum est: quid faciemus? Peregrinabimur
de terra nostra: vt ad illum montem peruenire possi-
mus? Immo vero tūc peregrinabimur: si in illo nō
sumus. Ipsa est enim ciuitas nostra: si membra regis
sumus: qui caput est ciuitatis ipsius. Vbi est ergo
iste mons? Si regionem aliquam tenuit: laborādū
est: vt dixi: vt ad eum perueniatur. Sed quid satagis?
Vtinam non sis piger ascendere in mōtem: quomo-
do mons non fuit tardus venire ad dormientē. Fu-
Roma.9. it enim quidam lapis angularis contemptibilis: in
Daniel.2. quem iudei offenderūt: precisus est de quodam mō
te sine manibus: hoc est de regno iudeorum veniēs
Luce.1.et 2. sine manibus: quia humanum opus non accessit ad
Roma.9. mariam de qua natus est christus. Sed si lapis iste
vbi in eum offenderunt iudei ibi remaneret: tu quo
ascenderes non haberes. Quid aūt factū est? Quid
Daniel.2. dicit prophetia danielis? Quid nisi quia creuit lapis
iste: et factus est mons magnus? Quam magnus? Ita
vt impleret vniuersam faciem terre. Ergo crescen-
do mons iste et implendo vniuersam faciem terre:
venit ad nos. Quid ergo montem quasi absentem

querimus: et non in presentem iam ascendimus vt
sit in nobis magnus dominus et laudabilis valde?
Denique ne istum montem non agnosceres: et in hoc
psalmo: et in aliqua parte terrarum querendum exi-
stimares: vide quid sequatur: Cum dixisset in ciuita
te dei nostri in monte sancto eius: quid addidit?
C
Dilatās exultationes vniuerse terre: mō- Ez...
tes sion. Sion vnus mons est. Quid ergo mon-
tes? An quia ad sion pertinuerunt: etiam qui de di-
uerso venerunt: vt sibi cōcurrerent in lapidem angu
larem: et fierent illi duo parietes tanquam duo montes:
vnus ex circumcisione: alter ex preputio. vnus ex iu Ephe.2.
deis: alter ex gentibus: non iam aduersi et diuersi: quia
ex diuerso tamen in angulo nec diuersi. Ipse est enim Ephe.
quies pax nostra: qui fecit vtraque vnum. Ipse ille an- Ps.
gularis lapis quem reprobauerunt edificantes: hic
factus est in caput anguli. Duos iunxit in se mons
montes: Vna domus et due domus: Due propter
ex diuerso venientes: vna propter lapidem angula-
rem in quo sibi ambe copulantur. Audi et hoc: Mō
tes sion: Latera aquilonis ciuitas regis D
magni. Intenderas enim tu sion tanquam vnum locū:
vbi condita est hierusalem: et in ea tibi non occurre-
bat: nisi populus ex circumcisione: qui quidem ex re-
liquiis a christo collectus est: et magna aūt parte tan [illegible]
quam palea ventilatus. Etenim scriptum est: Reliquie sal [illegible]
ue fient. Sed attende et gentes: vide et oleastrum in- [illegible]
seri in pinguedine oliue. Ecce gentes: latera aquilo-
nis: adiūcta sunt latera aquilonis ciuitati regis ma-
gni. Contrarius solet esse aquilo sion. Sion quippe
in meridie: aquilo contra meridiem. Quis est iste
aquilo nisi qui dixit: Ponam sedem meam ad aquilo Esa.14.
nem: et ero similis altissimo? Tenuerat regnum dia
bolus impiorum: et possederat gentes seruientes si-
mulacris: adorantes demonia: et totum quicquid
generis humani erat vbique per mundum: inherēdo
illi aquilo factus erat. Sed quoniam ille qui alligat Matth.
fortem: aufert eius vasa et facit vasa sua: liberati ho-
mines ab infidelitate et superstitiōe demoniorū: cre
dentes in christum collimati sunt illi ciuitati: occur-
rerūt in angulo illi parieti de circūcisione veniēti: et Ephe.2.
facta est ciuitas regis magni que fuerat latera aqlonis.
Ideo et in alia scriptura dicitur: Ab aquilone nubes
coloris aurei. in his est magna gloria et honor omni
potentis. Magna enim gloria medici est: quando ex
desperatione conualescit egrotus. Ab aquilone nu- Iob.37.
bes: et non nigre nubes: nō caliginose: non terre sed
coloris aurei. Vnde: nisi gratia illuminate per chri-
stum? Ecce latera aquilonis: ciuitas regis magni.
Latera vtique: quia inheserant diabolo. Quicunque
enim alicui coherent: latera ipsius dicuntur. Nam
et de aliquibus hominibus solemus ita loqui: Bo-
nus homo est: sed mala latera habet: id est ipse qui-
dem probitatem prestat: sed maligni sunt qui ei con
iuncti sunt. Latera ergo aquilonis qui diabolo co-
herebant: inde venit et iste filius de quo modo audie
bamus: quia mortuus erat et reuixit: perierat et inuē
tus est. Proficiscēdo enim in regionē longinquā: eti- Luce.15.
am ad aquilonē peruenerat: et ibi sicut audistis: vni
ex principibus regiōis illius adheserat. Factus est
ergo latus aquilonis adherendo principi regionis
illius: sed quia ciuitas regis magni et ex latere aqui-
lonis colligitur: reuersus ad se dixit: Surgam et ibo Psal.

ad patrē meū: Et occurrit ei pater qui dicit de illo:
mortuus erat et reuixit: perierat et inuentus est. Vitul⁹
ille saginatus: lapis angularis fuit. Deniq̃ et maior
filius qui epulari nolebat: exhortatus a patre ingres
sus est: et duo iam parietes: tanq̃ illi duo filij ad vi
tulum peruenientes: ciuitatē regis magni fecerūt.
Sequatur ergo iste psalm⁹ et dicat: Deus in do
E mibus eius cognoscetur. Jam in domibus p
Eph. 2. pter montes: propter duos parietes: propter duos
Luc. 15. filios. Deus in domib⁹ eius cognoscetur. Sed gra
tiam cōmendat: ideo addidit. Cum suscipiet
eam. Nā quid esset ipsa ciuitas: nisi ille suscepisset
eam? Nonne statim caderet: nisi tale fundamentum
1. Cor. 3. haberet? Fundamentum enī aliud nemo potest po
nere: preter id quod positum est: quod est christus
1. Cor. 1. iesus. Nemo ergo de suis meritis glorietur: sed qui
gloriatur: in domino glorietur: quia tunc est illa ma
gna ciuitas: tunc in ea cognoscitur dominus cum su
scipiet eam: quomodo suscipit medicus egrotum cu
randum: non sicut est amandum. Etenī febrem odit
medicus. Non amat medicus egrotum: et amat me
dicus egrotum. Si egrotum amaret: semper egro
tum optaret? Rursus si egrotū non amaret: ad egro
tum non veniret: sed amat egrotum: vt faciet sanū.
Suscepit ergo hanc ciuitatem dominus: et agnitus
est in ea: id est gratia ipsius cognita est in illa ciuita
Ibidem. te: quia quicquid habet illa ciuitas que gloriatur in
domino: non habet de se. Propter hoc enī dicitur:
1. Cor. 4. Quid enim habes quod non accepisti? Si autē ac
cepisti: quid gloriaris quasi non acceperis? Deus in
F domib⁹ eius cognoscet: dū suscipiet eam. Quo
Hī nō habet. niam ecce reges * terre * collecti sunt. Jam ec
... sūt. ce illa latera aquilonis videte quomodo veniant: vi
Esa. 2. dete quomodo dicant: Venite ascendamus in mon
tem domini: annunciauit enī nobis viam suā: vt in
Hī nō habet. grediamur in ea. Ecce reges terre collecti sūt. * Et
Eph. 2. conuenerunt in vnum. In quem vnum: nisi in
Al. ... lapidem illum angularem? Ipsi videntes * ita
admirati sunt. Post admirationem miraculorū
et glorie christi: quid secutum est? Conturbati
sunt: commoti sunt: tremor apprehendit
eos. Unde tremor apprehendit eos: nisi de conscie
tia delictorū? Currant ergo reges post regem: agno
Ps. 2. scant reges regem. Inde alibi. Ego aūt inquit cōsti
tutus sum rex ab eo super sion mōtem sanctū eius:
p̄dicans preceptum domini. Dominus dixit ad me
filius meus es tu: ego hodie genui te. Postula a me
et dabo tibi gentes hereditatem tuā: et possessionem
tuā terminos terre. Reges eos in virga ferrea: et tan
q̃ vas figuli conteres eos. Auditus est ergo rex: cō
stitutus in sion: tradita est illi possessio vsq̃ ad termi
nos orbis terre. Metuere nō debēt reges ne regnū
p̄dāt: ne illis auferat regnum: sicut miser timuit he
Math. 2. rodes: et pro paruulo occidit paruulos. Timens au
tem regnum amittere: nō meruit regem agnoscere.
Vtinam et ipse regem cum magis adoraret: non ma
le regnum querendo: innocentes perderet: et nocens
periret. Nam quod ad illū attinebat: perdidit inno
centes: Q̃ntum aūt ad christū: etiam paruus pro se
morientes paruulos coronauit. Ergo debuerunt ti
Ps. 2. mere reges quando dictum est: Ego aūt cōstitutus
sum rex ab eo: et hereditatem vsq̃ ad fines terre da
bit mihi qui me constituit regē. Sed quid inuidetis
Ioh. 18. reges? Videte nō inuidete. Longe enī alter iste rex
qui dixit Regnū meū nō est de hoc mundo. Nolite
ergo timere: ne vobis auferat regnū mundi huius:
Ps. 2. dabit vobis regnū: sed celorū: vbi ille rex est. Ideo
quid ibi sequitur? Et nunc reges intelligite. Jam in
uidere vos parabatis: itelligite: de alio rege dicit:
Cuius regnum nō est de hoc mundo. Merito ergo
collecti sunt reges in vnū: cōturbati sunt: tremor ap
prehendit eos. Inde et illis hoc dicitur: Et nunc re
ges intelligite: erudimini omnes qui iudicatis terrā.
Seruite domino in timore: et exultate ei cum tremo
re. Et quid fecerunt? Ibi dolores vt parturi
G entis. Quid sunt dolores vt parturientis: nisi dolo
res penitentis? Vide ipsam conceptionē doloris et
Esa. 26. parturitionis: A timore tuo: inq̄t esaias cōcepimus:
et parturiuim⁹ spiritū salutis. Sic & conceperunt re
ges a timore christi: vt parturiēdo salutem pareret:
credendo in eum quem timuerūt. Ibi doloris sicut
parturientis. Vbi parturientē audis: fetū expecta.
Parturit vetus homo: sed nascitur nouus homo.
Al. vehementi. Ibi dolores vt parturientis: In spiritu † vio
lento conteres naues tharsis. Viriliter intel
ligitur: euertens superbiā gentiū. Sed vnde ex hac
historia dicitur euersio superbie gentiū? Propter
naues tharsis. Tharsis ciuitatē quesierunt docti:
hoc est que nā ciuitas hoc nomine significaretur: et
aliquibus visum est ciliciam dictā esse tharsis: ex eo
qd metropolis eius tharsus dicitur: De qua ciui
Act. 21. tate erat etiam paulus apostolus: natus in tharso
cilicie. Aliqui aūt eam carthaginē intellexerunt: for
tassis aliquando ita nominatā: aut aliqua locutione
ita significatā. Nanq̃ apud p̄phetā esaiā sic inueni
Esa. 23. tur: Vlulate naues carthaginis. Apud ezechielem
Ezech. 26. autem a diuersis interpretib⁹: ab alijs carthago: ab
alijs tharsis interpretata est: et hoc diuersitate inter
pretum positū potest intelligi: hāc appellari tharsū:
q̄ carthago dicebat. Manifestū ē aūt q̄ p̄mordia
regni carthaginis nauib⁹ floruerūt: et ita floruerunt
vt inter ceteras gētes excellerēt negociationib⁹ et na
uigationib⁹. Nam quādo dido fugiens fratrem de
lapsa est ad terras africe: vbi carthaginem cōdidit:
naues que parate erant ad mercationem: in eius re
gionem assumpserat ad fugam: consentientibus sibi
regionis eius principibus: et ipse naues etiam cōdi
ta carthagine ad negociādum non defecerunt: atq̃
hinc nimium superba facta est ciuitas illa: vt digne
per eius naues intelligatur superbia gentium: presu
mens in incertis tanq̃ in flatibus ventorū. Jam nō
presumatur de velificatione: et quasi p̄speritate secu
li huius: tanq̃ maris fundamētum nostrum in sion
Eph. 4. sit: ibi stabiliri debemus non perflari omni vento do
ctrine. Quicunq̃ ergo ex incerto huius vite tumue
rant: euertantur: et subijciat christo: id est ois super
bia gentiū conterenti in spiritu violento naues thar
sis: non cuiuscunq̃ ciuitatis sed tharsis. Quomodo
in spiritu violento? Timore fortissimo. Sic enī eum
tremuit omnis superbia iudicaturum: vt in humilē
H crederet: ne excelsum expauesceret. Sicut au di
Al. * ... uimus * ita * et vidimus. O beata ecclesia quādo
Al. * non habet. tempore audisti: quodam tempore vidisti. Audiuit
in promissionibus: videt in exhibitionibus. Audiuit
in prophetia: videt in euangelio. Omnia enim que
modo complētur: antea prophetata sūt. Erige ocu

los ergo t diffunde per mundum: vide iam hereditatem vsq ad terminos orbis terre. Uide iam impleri
Ps. 71. quod dictum est: Adorabunt eum omnes reges terre: omnes gentes seruient illi. Uide impletū esse qd
Ps. 107. dictum est: Exaltare sup celos deus: t super omnem
Matth. 27. terram gloria tua. Uide illum cuius pedes t manus fixi sunt clauis: cuius ossa in ligno pendentia nume
Ibidem. rata sunt: super cuius vestimenta sors missa est. Ui
Act. 1. de regnantem: quem illi viderunt pendentem: Uide in celo sedentē: quem cōtempserunt in terra ambulātem. Uide inde impleri: Cōmemorabunt t cō
Ps. 21. uertentur ad dominum vniuersi fines terre: t adorabunt in conspectu eius vniuerse patrie gentiū. Hec videns: exclama cū gaudio: Sicut audiuimus ita t vidimus. Merito sic vocat ipsa ecclesia de gentib':
Ps. 44. Audi filia t vide: t obliuiscere populum tuum t domum patris tui. Pater tuus aquilo fuit: veni ad mōtem sion: Audi t vide: non vide t audi: sed audi t vide: prius audi: postea vide. Audis primo quod non
Ps. 17. vides: videbis postea quod non audisti. Populus em̄ inquit quē non cognoui seruiuit mihi: in obauditu auris obaudiuit mihi. Si non in obauditu auris obaudiuit: ergo non vidit? Et vbi est quibus nō
Esa. 55. est nunciatum de eo: videbūt: t qui non audierūt intelligent? Ad quos non missi sunt prophete: ipi primo audierūt t intellexerūt prophetas: Remanserūt illi ad quos missi sunt: codices ferentes: veritatē nō intelligentes: testamenti tabulas habentes: t hereditatem non tenentes. Sicut audiuimus ita t vidim'.

In ciuitate domini virtutum: in ciuitate dei nostri. Ibi audiuimus: ibi t vidimus. Et tra illam q est: nec audit nec videt: In illa q est: nec surd' est nec cecus est. Sicut audiuimus: ita et vidimus. Et vbi audis? Ubi video? In ciuitate dn̄i virtutū: in ciuitate dei nostri. Deus fundauit eam in eternum. Non insultent heretici per partes conci
Matth. 24. si: non se extollant qui dicunt: Ecce hic est christus: ecce illic. Qui dicit: ecce hic est: ecce illic: ad partes ducit. Unitatem promisit deus: reges in vnum collecti sūt: nō per schismata dissipati. Sed forte ista ciuitas que mūdum tenuit aliquando euertetur? Absit. Deus fundauit eam in eternum. Si ergo eā deus fundauit in eternum: quid times ne cadat firmamentum?

I. Al. populi. Suscepimus deus misericordiam tuam: in medio* templi tui. Qui susceperunt: t vbi susceperunt? Nonne ipse populus tuus suscepit misericordiam tuam? Si populus tuus suscepit misericordiam tuam: quomodo suscepimus misericordiā tuam: t in medio populi tui: quasi alij sint qui susceperunt: alij in quorum medio susceperunt? Magnū sacramētū: sed tamē notū: et cū huic hoc ē ex his versib' t obscuritatib' fuerit exculptū: fuerit t erutū: qd nostis: nō erit rudi' s dulci'. Nūc quippe populi dei censent omnes qui portant sacramenta eius: sed nō om̄es ptinēt ad misericordiā ei'. Om̄es quippe sacramentū baptismi christi accipiētes: christiani vocant: sed non om̄es digne illo sacramento viuūt. Sunt em̄ qdam de qbus dicit aplus:
1. Timoth. 3. Habentes formā pietatis: virtutē aūt ei' abnegantes: Tn̄ ppl'. ꝓpter specie pietatis i ꝑlo dei nominat:
Matth. 3. quō ad areā ꝑtinet trituratā: n̄ solū grana s̄ etiā palea ptinet: Nūqd t ad horreū ptinebit? In h medio aūt ꝑpli mali est ꝑpls bonus: q suscepit misericordiam dei. Ui

uit digne miscdia dei q audit t tenet t fac qd ait apo
stolus: Precipientes ergo rogam': ne inuacuū gra 2. Cor. 6.
tiam dei suscipiatis. Qui ergo nō inuacuū gratiā dei suscipit: ipse tam sacramentū q etiā misericordiā dei suscipit. Et qd illi obest: qz in medio ppli inobediētis
Matth. 3. est: donec area ista ventilet: donec boni a malis separent? Quid ei obest in medio ppli habitare? Sit de illis q appellant firmamentū: suscipiēs misericordiā dei: sit liliū in medio spinarū. Nam t ipse spine non ad ppl'm dei ptinent: vis audire? Ita posita est ipsa similitudo: Sicut liliū inquit inter mediū spinarū:
Cant. 2. ita proxima mea in medio filiarum. Nunquid dixit in medio alienarū? Non: sed in medio filiarū. Sunt ergo filie male: t inter illas est liliū in medio spinaꝝ. Itaq illi q sacramēta habēt: t mores bonos nō habent: t dei dicunt t nō dei: t ei' dicunt t alieni. Eius ꝓpter ipsi' sacramentū: alieni ꝓpter ꝓpriū vitiū: Ita t filie aliene: Filie: ꝓpter formā pietatis: aliene: propter amissionem virtutis. Sit ibi liliū: suscipiat misericordiam dei: teneat radicem boni floris: nō sit ingratum pluuie dulci de celo venienti. Ingrate sint spine: crescant de imbrib': ad ignem crescūt non ad horreū. Suscepimus deus misericordiam tuam in medio tēpli tui. In medio ppli tui nō suscipiētis misericordiā tuā: nos suscepim' misericordiā tuā: In sua
Ioh. 1. em̄ ꝓpria venit: t sui eū nō receperūt. In medio aūt eoꝝ quotqt receperunt eū: dedit eis potestatē filios dei fieri. Iam hic occurrit vnicuiq cogitanti: Et
K. qd? Iste ꝑpls q i medio ppli dei suscepit misericordiā dei: qntū numex habet? Qz pauci sunt: vix inueniūtur aliq. Illis ne ꝯtentus de' erit: t pdet tantā multitudinē? Dicūt hoc q sibi ꝓmittūt hoc: qd a deo promittente non audierunt. Et vere si male viuamus: si mundi huius delitijs perfruamur: si nostris libidinibus seruiamus: perditur' est nos deus? Quot em̄ sunt illi qui videntur seruare precepta dei? Uix inuenitur vnus vel duo vel paucissimi: Ipsos solos liberaturus est: t ceteros damnaturus? Absit: inquiūt: Cum venerit t videbit tantā multitudinem ad sini
Matth. 25. stram: miserebitur: t dabit indulgentiam. Hoc pla
Gen. 2. ne etiam serpens ille promisit primo homini: Nam minatus erat deus mortem: si gustaret. Ille aūt ab
Gen. 3. sit inquit: non morte moriemini. Crediderunt serpēti: inuenerunt verum esse quod minat' est deus: falsum quod promiserat diabolus. Ita t nunc fratres ponite vobis ecclesiā ante oculos adinstar similitudinemq padisi: nō cessat serpēs suggerere qd tūc suggessit. Sed casus pmi hois ad experimentū cauēdi debet nobis valere: nō ad imitationē peccādi. Idō ille cecidit: vt nos surgam'. Rn̄deam' talib' suggestionib': qd rn̄dit iob. Nam t ipm p feminā tanq per Iob. 2.
euam tēptauit: t vicit in stercore: victus in paradiso.
Gen. 3. Ergo nō audiam' tales voces: ne putemus paucos eē istos: multi sūt: s int plures latēt. Nō possum' em̄ negare plures eē malos: t tā plures vt int eos ꝑpl'
Matth. 3. boni nō appareāt: quō nō apparent grana i area. Nā qsqs areā i videt: sic putare qd palea sola sit. Da hominē ierptū: t putat inanit fieri qd boues mitunt: qd ibi hoies sb estu desudāt vt ꝯterāt paleā: s ibi ē t massa vētilatiōe purgāda: Tūc ꝓcedit copia frumēti: q latebat i copia paleaꝝ. Et nō vis inuenire? Bonus esto t inuenies. Cētra [illegible] desꝑationē vide qd se qtur in isto psalmo. Qñ eū dixisset: Suscepim' de'

misericordiã tuã ĩ medio templi tui: significauit esse
ipsm̃ dei: nõ suscipientẽ misericordiã dei: in cui⁹ me-
dio quidam suscipiãt misericordiã dei: ne occurreret
homĩb⁹ tã paucos esse: vt pene nulli sint: quõ cõsola-
tus est cõsequẽtibus verbis. Scd̃m nomẽ tuũ
L Ps.47. deus ita et laus tua in fines terre. Quid est
hoc: Magn⁹ dñs ⁊ laudabilis valde: in ciuitate dei
nostri in mõte sancto eius. Nõ potest esse laus eius:
nisi ĩ sanctis eius. Nã qui male viuũt: nõ eũ laudãt:
sed q2 etsi predicãt lingua: blasphemãt vita. Quia ḡ
laus ei⁹ nõ est nisi in sanctis ei⁹: nõ sibi dicãt heretí-
ci: in nobis remãsit laus ei⁹: q2 pauci sum⁹ ⁊ a turba
sepati: Nos iuste viuim⁹: nos laudam⁹ deũ: nõ solũ
loquẽdo: verũetiã cõuersando. Rñdet eis ex h̃ psal-
Sed qui male agunt: ⁊ viam seculi eligūt: mors pa-
stor est eis. Qui aūt eligunt viam dei: vita pastor est
eis. Veniet ipsa vita iudicatura: ⁊ damnatura cum
pastore suo: eos quibus dicet: Ite in ignem eternū Matth. 25.
qui preparat⁹ est diabolo ⁊ angelis eius. Illi aūt qui
bus insultatum est: ⁊ qui irrisi sunt: quia credebant:
audient ab ipsa vita quā habent pastorē: Venite be
nedicti patris mei: percipite regnum qd̄ vobis paratū Ibidem.
est ab origine mūdi. Dominabunt ergo eis recti: nō
mō: s; mane. Nemo dicat: q̄re sū christian⁹: ipo ne-
mini: ipere iniquis: Quisq̄s es noli festinare: domi-
naberis: sed mane. Et auxilium eorum vete-
rascet in inferno ⁊ a gloria ↑ eor̄. Modo ha- Al. ↑ … lia.
bent gloriā: in inferno veterascent. Quid est auxiliū
eorum: Auxiliū de pecunia: auxiliū de amicis: auxi-
liū de virtute sua: Sed cum mortu⁹ fuerit homo: in
illa die peribunt omnes cogitationes eius. Quantum Ps. 145
visus est gloriā habere inter hoies cū viueret: tantā
vetustatē ⁊ corruptionē suppliciorum habebit cū mor-
tuus fuerit apud inferos. Verūtamen de⁹ re-
dimet animā meā. Videte vocē sperantis de fu- 5
turo: Verūtamē de⁹ redimet animā meam. Forte
vox est adhuc volentis liberari de pressura. Nescio
quis in carcere est: dicit: deus redimet animā meā:
Nescio quis in catena: deus redimet animam meā:
Nescio quis periculū patit in mari: iactat fluctib⁹
⁊ seuientib⁹ tempestatib⁹: quid dicit: Deus redimet
animā meam. Liberari volunt ad istā vitam. Non
est aūt ista vox huius. Audi quid sequit. Deus redi
met animā meam. De manu inferni cum ac
ceperit me. Hanc redēptionē dicit: quā christ⁹ iā
in se ostendit. Descendit eñ ad inferos: ⁊ ascendit in Eph. 4.
celum. Quod vidim⁹ in capite: inueniemus in corpo
re. Quid eñ credim⁹ in capite: Quū q̄ viderūt: ipsi
nobis annunciauerūt: ⁊ p ipsos videm⁹: q̄r vnū cor-
pus oēs sumus. Sed meliores illi qui viderunt:
nos deteriores quibus annunciatum est: Nā hoc
dicit ipsa vita nr̄a: ipse pastor nr̄. Insultat eñ cuidā
discipulo suo dubitanti: ⁊ cicatrices palpare cupi-
enti. Et cū palpasset cicatrices exclamauit dicēs: Do-
minus meus ⁊ de⁹ meus. Videns g̃ dubitantē disci-
pulum: ⁊ intuens totū orbem terrar̄ crediturum: q̄r Ioh. 20.
vidisti inquit credidisti: beati qui nō vidēt ⁊ credent.
Verūtamē deus redimet animā meā de manu infe- 6
ri cum acceperit me. Hic ergo quid: Labor: pssura:
tribulatio: temptatio: Nihil aliud speres. Vbi gau-
dium: In spe futura. Nam dicit apostolus: Semp
gaudētes. In tantis tribulatiōib⁹: semp gaudētes:
semp tristes. Semp gaudētes: quia ipse dicit: Qua- 2. Cor. 6.
si tristes: semp aūt gaudētes. Tristicia nostra habet
quasi: gaudiū nostrū non habet quasi: q̄r in spe cer-
ta est. Quare tristicia nostra quasi habet: Quia sic
somnus trāsit: ⁊ dominabunt recti mane. Nouit eñ
charitas vestra: quia qui somniū indicat: addit qua-
si: Quasi dicebā: q̄si loquebar: quasi prandebā. q̄si
equitabā: quasi disputabam. Totū quasi: quia cum
euigilauerit: non inuenit qd̄ videbat. Quasi thesau-
rum inueneram dicit mendicus. Si quasi non esset:
mendic⁹ non esset: Sed quia quasi erat: mendic⁹ est.
Itaq̄ modo qui ad leticias seculares oculos aper-

tur ⁊ cor gaudeat: transit quasi cor eius: ⁊ venit verum i-
psorum. Quasi ipsorum letitia est species: verum ipsorum
pena est. Nostrũ aũt quasi tristicia est: gaudiũ non
2 Cor. 6. est quasi. Non enĩ ait apostolus: Quasi gaudẽtes: sp
sũt tristes: aut quasi tristes ⁊ quasi gaudentes: sed
ait: quasi tristes: semp aũt gaudentes. Sicut egeni:
Ibidem. et ibi sicut pro q̃si posuit. Multos aũt ditãtes: et cũ
hoc diceret: nihil habebat apostolus. Omĩa sua di-
miserat: diuitias nullas possidebat. Et quid secutus
ait: Quasi nihil habẽtes: ⁊ ipsum nihil habere qua-
si apostoli erat. Et omĩa possidẽtes: ibi nõ dixit q̃si.
Quasi egebat: non aũt quasi: sed vere multos dita-
bat. Quasi nihil habebat: nõ aũt quasi: sed oĩa pos-
sidebat. Unde vere omnia possidebat: Quia omniũ
creatori adherebat. Uerũtamẽ inquit: deus redimet
animã meã de manu inferi cum acceperit me. Quid
igitur: Quid hic voluit florere: Tu visurus es ho-
b minem florentẽ malũ: ⁊ forte titubabũt pedes tui: et
dicturus es in anima tua: Deus ego noui facta hu⁹
hominis: q̃ scelera fecit iste homo: ⁊ ecce floret: fret:
dominatur: extollit: caput illi non dolet: nihil in do-
mo eius diminutũ est: ⁊ timebis: q̃a credidisti: ⁊ for-
te dicet cor tuũ: me miserũ puto: sine causa credidi:
de⁹ nõ respicit res humanas. Excitat ergo nos deus
Et quid dicit: Ne timueris cũ diues factus
fuerit homo. Quare enĩ timebas: q̄r diues fact⁹
est homo: Timebas ne sine causa crederes: ne forte
perdidisses laborem fidei tue: ⁊ spem cõuersiõis tue
quia forte incurrit tibi lucrũ cum fraude: ⁊ potuisti
facere ipsum lucrũ cũ fraude: diues esse ⁊ nõ labora-
re: et attendens quid minatus est deus: temperasti a
fraude ⁊ contẽpsisti lucrũ. Uides aliũ fecisse lucrum
de fraude et nihil mali pati: et times esse bonus. Ne
timueris ait tibi spiritus dei: cũ diues factus fuerit
homo. Oculos nõ vis habere nisi in p̃sentia: Futu-
ra p̃misit qui resurrexit: pacẽ in hac terra ⁊ requiem
non p̃misit. Omĩs homo requiẽ querit: bonã rem
querit: sed non in regione sua illã querit. Non ẽ pax
in hac vita: in celo nobis p̃missum est quod in terra
querimus. In futuro seculo p̃missum est: qd in isto
seculo querimus. Ne timueris cũ diues factus fue-
I rit homo: Et cum multiplicata fuerit glo-
Al. iacuerit. ria domus eius. Quare ne timueris: Quo-
timet. niam non cum moritur accipiet hec om-
non in e... nia. Uides viuentẽ: cogita morientẽ. Quid hic ha-
Job. 27. beat attendis: quid secũ tollat attende. Quid secum
tollit: Multum auri habet: multum argenti habet:
multũ prediorum: mancipiorum. Morit: remanẽt illa: ne-
scit quibus. Etsi enĩ dimittit quib⁹ vult: non seruat
quib⁹ vult. Multi enĩ ⁊ nõ sibi dimissa acquisierũt:
et multi sibi dimissa p̃diderũt. Remanẽt enĩ illa om-
nia: ⁊ tulit secũ. Quid: Forte dicit aliquis: Illud se-
cum tollit vnde inuoluit: ⁊ qd̃ illi erogat ad p̃ciosũ
et marmoratũ sepulchrũ ad instruẽdã memoriam:
hoc secũ tollit. Ego nec hoc dico. Exhibent enĩ ista
non sentienti. Si dormientẽ ⁊ non vigilantẽ ornes:
in lecto secũ illa habet. Forte ornamẽta insunt i cor-
pore iacentis: ⁊ forte ille in somnis in pãnis se videt.
Quod sentit ei plus est: q̃ qd̃ non sentit. Or q̃ et illũ
cum euigilauerit non erit: tamen dormienti magis
illud erat quod in somnis videbat: q̃ illud quod nõ
sentiebat. Quid ergo fratres dicant sibi homines:
Ero heres ad mortẽ meam: quare dimitto heredes

meos diuites: Multa habebunt de meo: habeam ⁊
ego aliquid de meo in corpore meo. Quid habebit
corpus mortuum: Quid habebit caro putrescens:
Quid habebit caro nõ sentiens: Si aliquid habuit
diues ille cuius lingua siccauerat: tunc habet homo
aliquid de suo. Fratres: nunquid non legimus in euã- Luce. 16.
gelio: q̃a diues ille cum holosericis ⁊ byssinis tegu-
mentis apparebat in igne: Nunquid qualis erat in
epulis ad mensam: talis erat ⁊ apud inferos: cum si-
tiret ⁊ stillam desideraret: Non ibi erant illa omnia.
Non ergo secum accipit homo omnia: nec qd̃ tollit
sepultura: tollit secum mortuus. Ubi enĩ sensus: ibi
homo: vbi null⁹ sensus non est homo. Iacet vas qd̃
cõtinebat hominẽ: dom⁹ q̃ habebat hominẽ. Cor-
pus dicam⁹ domũ: spũm dicam⁹ habitatorẽ dom⁹.
Spirit⁹ torquetur apud inferos: qd̃ illi prodest: q̃a
corpus iacet in cinnamis et aromatibus conditum:
inuolutũ p̃ciosis lintheis: Tanq̃ si dominus dom⁹
mittat in exilium: ⁊ tu ornes parietes ipsius. Ille i
exilio eget ⁊ fame deficit: vix sibi vnam cellã inuenit
vbi somnũ capiat: ⁊ tu dicis felix est. Nam ornata
est domus illius. Quis te non aut iocari: aut insani-
re arbitret: Ornas corpus: torquet spiritus. Da ali-
quid spiritui: ⁊ dedisti aliqd mortuo. Sed quid illi
dabis: quando vnam guttam desiderauit ⁊ non ac-
cepit: Hic enĩ contẽpsit mittere ante se aliqd. Qua-
re contempsit: Quia hec via eorum scãdalum est il-
lis. Non putauit vitam nisi presentem: non cogita-
uit nisi quemadmodum preciosis vestibus obuolu-
tus sepeliretur. Ablata est ab illo anima eius: sicut
domin⁹ dicit: Stulte: hac nocte auferet anima tua: Luce. 12.
⁊ que preparasti cuius erunt: Et impletũ est in illo
quod iste ps̃. dicit: Ne timueris cum diues factus
fuerit homo: ⁊ cum multiplicata fuerit gloria dom⁹
eius: quoniã non cum morietur accipiet hec omnia. K
Neq̃ simul descendet cum eo gloria dom- Al. non habet.
mus eius. Quoniam anima eius in vita non habet.
ipsius benedicetur. Intendat charitas vestra: Al. Quia.
quoniã anima eius in vita ipsius benedicet. Qr diu
vixit: bene sibi fecit. Hoc dicunt omnes: sed falso di-
cunt. Benedictio est ab animo benedicentis: nõ ab
ipsa vanitate. Quid enĩ dicis tu: quia manducauit
et bibit: q̄r fecit qd̃ voluit: quoniã splendide epulat⁹
est: ideo secũ fecit bene: Ego dico: fecit secum male:
non ego dico sed christus: fecit secũ male. Etenim di-
ues ille quando quotidie epulabat splendide: bene Luce. 16.
secum facere putabat: cũ aũt cepit ardere apud infe-
ros: tunc inuentũ est male: quod putabat bene. Qd̃
enĩ mãducauerat apud superos: hoc digerebat apd̃
inferos. Iniquitatem dico fratres quã epulabatur.
Manducabat preciosas epulas ore carnis: ore cor-
dis manducabat iniquitatem. Quod apud superos
ore cordis manducabat: hoc apud inferos in illis
supplicijs digerebat. Et quidem temporaliter man-
ducauerat: in eternũ male digerebat. Manducatur
ergo iniquitas. Forte aliquis dicit: Quid est quod
loquit: manducat iniquitas: Non ego dico: audi
scripturam: Sicut vua acerba dentibus vexatio est: Prouerb. 10.
et fumus oculis: sic iniqtas vtentibus ea. Qui mã-
ducauerit enim iniquitatem: id est qui libenter ha-
buerit iniquitatem: non poterit manducare iusti-
ciam. Panis enim iusticia est. Quis est panis:
Ego sum panis viuus: qui de celo descendi. Ipse ẽ Joh. 6.

panis cordis nostri. Quomodo qui manducat ore
Hiere. 31. corporis uuas acerbas: obrigescunt & obstupescunt
dentes eius: & min⁹ idoneus fit ad manducandũ pa
nem: & remanet illi laudare qđ videt: & mãducare nõ
posse: sic & qui iniquitate vsus est: & pastus peccatis
in corde: incipit nõ posse manducare panem: laudat
verbũ dei: & non facit. Unde nõ facit? Quia cum ce/
perit facere laborat: quomõ sentimus laborare den
tes post vuas acerbas cum ceperimus panem mã
ducare. Sed quid faciunt illi quibus obstupuerunt
dentes? Temperãt se aliquantũ ab vuis acerbis: et
redeũt dentes ad stabilitatem suã: & incumbunt pa/
ni: Sic et nos laudem⁹ iusticiam. Sed si nos volu/
mus manducare iusticiã: temperem⁹ nos ab iniqui/
tatibus: & nascitur in corde: nõ solum delectatio lau/
dandi iusticiã: sed etiã facilitas mãducandi. Nam si
dicit christianus: deus nouit: quia delectat me: & nõ
possum facere: quassatos dentes habet: diu mandu/
cauit iniquitatẽ. Ergo & iusticia manducatur? Si non
Math. 5. manducaretur: non diceret dñs: Beati qui esuriunt
& sitiũt iusticiã. Ergo quoniã anima illius in vita ip/
R sius benedicetur: in morte torquebitur. Cõfitebitur
tibi cum bene feceris ei. Attendite et psalmum:
hereat in cordibus vestris: mãducate & videte tales
et nolite esse tales. Cauete & talia verba: Confitebitur
tibi cum bene feceris ei. Quã multi sunt christiani fra/
tres: qui tunc deo gratias agunt: quãdo illis accidit
lucrũ: hoc est: ꝯfitebitur tibi cum bene feceris ei: lau
dabit te & dicet: Uere qꝛ tu es de⁹ me⁹: Liberauit me
de carcere: & ꝯfitebor illi. Uenit illi lucrũ: confitetur:
venit hereditas: cõfitetur: patitur dãmnũ: blasphemat.
Qualis filius es: quia quãdo te pater emendat: tũc
tibi displicet? Non emẽdaret: nisi displiceres. Aut si
sic displiceres vt odisset: non ille te emendaret. Gra/
tias age ergo emẽdatori: vt accipias hereditatem a
deo q̃ te emẽdat. Erudiris eñ cũ emẽdaris: sed mul/
tum emendat: qꝛ magnũ est qđ habes accipere. Nã
si appendas qđ emẽdaris cum eo qđ accepturus es:
inuenies quia nihil est qđ emendaris. Apostol⁹ pau
2. Cor. 4. lus hoc dicit: Etenĩ qđ ad p̃sens est temporale leue
tribulationis nostre: iuxta incredibilẽ modũ eternũ
Ibidem. glorie pondus operatur in nobis. Sed quõ? Non respi
cientibus inqt q̃ videntur: & q̃ non videntur: non q̃ tem
poralia: sed q̃ eterna. Que eñ videntur temporalia
Roma. 8. sunt. q̃ aũt non videntur eterna. Et iterũ: Nõ sunt cõ
digne passiones huius temporis: ad futurã gloriã q̃
reuelabitur in nobis. Quid ergo? Quod pateris sic
semp pateris? Cõcedo: Ex quo natus es p omẽs eta/
tes tuas: vsqꝫ ad senectutẽ tuã: quousqꝫ morieris: pu/
ta quia hoc pateris qđ est passus iob. Quod ille pas/
sus est aliqt dieb⁹: si aliquis patiatur ab ip̃a infantia: Cõ
pateris transit: finitur: qđ accepturus es: finẽ non ha
bebit. Nolo iam eque ꝑ gr̃a cum premio tempora
M li: Equa eternitati si potes. Confitebitur tibi cum be
ne feceris ei. Nolite esse tales fratres: videte qꝛ pro/
pterea dicimus hec, ꝓpterea cantamus: ꝓpterea tra
ctatur: ꝓpterea sudatur. Nolite facere ista: negocia ve
stra vos probant. Aliquãdo in negocio vestro audi
tis verum & blasphematis: ecclesiã blasphematis.
Quare? Quia christiãi estis. Si sic est: duco me in
parte donati: pagan⁹ volo esse. Quare? Quia mo/
mordisti panem & dolẽt dentes. Quãdo videbas ip/
sum panẽ laudabas. cepisti manducare & dolent den
tes: id est q̃ndo audiebas sermonẽ dei collaudabas:
cum tibi dicitur: fac hoc: blasphemas. Noli sic vel/
le: hoc dic: bonus est panis: sed ego non possum illũ
manducare. Nunc aũt si oculis vides laudas: cum
ceperis dentes premere: dicis: malus est panis iste.
Et qualis est ille qui illũ fecit? Ita fit vt confitearis
deum: quãdo tibi bene fecit deus: & mentiaris quan/
do cantas: benedicã dominũ in omĩ tempore: semp
laus eius in ore meo. Ergo ille de corde tuo cãtanti la/ Ps. 33.
bior tuorũ: cantasti in ecclesia: benedicã dominũ in
omni tempore. Quomõ in omni tempore? Si omĩ
tempore lucrũ: omĩ tempore benedicetur. Si aliqn/
do est dãnum non benedicitur: sed blasphematur. Certe
quia nõ benedicis in omĩ tempe: certe quia nõ semp
laus eius in ore tuo est: eris talis q̃lem modo descri/
psit: Confitebitur tibi cũ bene feceris ei. Introi/ R
bit vsqꝫ in ꝓgenies patrum suorum: Id est
imitabitur patres suos: qꝛ iniqui quõ sunt: non ha/
bent fratres vel patres? Antiqui iniqui: patres sunt
p̃sentium. Et modo q̃ iniq̃ sunt: patres sũt posterio
rum iniqrũ: quomõ patres iustorum antiq̃ iusti pa
tres sunt iustoꝝ: quõ & q̃ modo sunt: patres sunt eoꝝ
q̃ futuri erunt. Ostendere voluit spũssanct⁹: qꝛ non
est mala equitas: q̃ ad illam murmuratur: & hi ab ori
gine vsqꝫ ad ꝓgeniẽ patrũ suoꝝ: p̃rem suũ habent.
Duos genuit adam: & in vno iniqtas: & in vno iusti/
cia. Iniqtas in cain: iusticia in abel. Preualuisse vi/ Gen. 4.
detur iniqtas sup iusticiã: quia occidit cain iniust⁹ abel
iustũ & inocentẽ. Nunqđ mane? Sed domiabuntur
eis recti mane. Ueniet mane: & videbitur vbi sit abel:
& vbi cain. Sic omnes q̃ s̃m cain: & sic omnes q̃ s̃m
abel vsqꝫ in finẽ seculi. Introibit vsqꝫ in progenies
patrũ suoꝝ. Usqꝫ in eternum non videbit
lumen. Quia & hic cũ esset i tenebris: erat gaudẽs
falsis bonis: & non amans bona vera: & ideo hinc ad
tartarũ ibit: A tenebris somnioꝝ: excipient eũ tene/
bre tormentoꝝ. Ergo vsqꝫ in eternũ non videbit lu/
men. Sed q̃re hoc: quod posuit in medio psalmo:
hoc & in fine? Homo cum in honore esset nõ C
intellexit: comparatus est iumentis insipien
tibus: & similis factus est illis. Uos aũt fratres
cõsiderate vos hoĩes factos ad imaginẽ & similitu/
dinẽ dei. Imago dei intus est: nõ est in corpore: non Gen. 1.
est in aurib⁹ istis q̃s videtis: et oculis: et naribus: et
palato: & manib⁹: & pedib⁹: sed est facta mẽs vbi est
intellectus: vbi est mẽs: vbi ratio inuestigãde verita
tis: Ubi est fides: vbi ẽ spes vestra: vbi charitas ve/
stra: Ibi habet deus imaginẽ suã: vel ibi intelligitis
et videtis: qꝛ ista trãseunt: qꝛ sic dixit in alio psalmo:
Quãq̃ in imagine ambulet hõ: tñ vane conturbatur: Ps. 38.
thesaurizat & nescit cui cõgregabit ea. Nõ turbemi/
ni qꝛ q̃liacunqꝫ sunt ista: transitoria sunt: si homines
estis in honore positi & itelligitis. Nã si hoĩes estis
in honore positi et non intelligitis: cõparamini iu/
mentis insensatis: et similes efficimini illis.

Explicit tractatus de p̃s. XLVIII.

Incipit tractatus de p̃s. XLIX.

Prefatio.

Quantũ noctis valeat sermo dei ad correctio S
nem vite nostre: & ad speranda p̃mia eius
penasqꝫ metuendas: vnusqsqꝫ in se metiatur:
et cõsciam suã ante oculos eius sine dolo ponat: nec
sibi blandiatur in tanto periculo: qꝛ et ipse dñs deus

eosdem: videmus quia nulli blandit. Et si psolatur nos
promittendo bona sua: et confirmando spem nostram:
male viuentibus tamẽ et contẽnentibus verbũ suuz:
omnino non parcit. Interroget se vnusquisqz cũ tem/
pus est: et videat vbi sit: et aut perseueret in bono:
aut mutetur a malo. Sicut eñ dicit in hoc psalmo:
Non quicunqz homo: aut quicunqz angelus: sed

Expositio psalmi.

D [illegible] **Eus deorum dominus locutus est.**
Loquendo aũt qd egit? †**Vocauit ter**
ram. A solis ortu vsqz ad occasũ.
Qui vocauit terrã a solis ortu vsqz ad occasũ: dñs
Jo. i. noster et saluator: est iesus christ⁹: Verbũ caro factũ
est vt habitaret in nobis. Domin⁹ ergo noster iesus
christus deus deoꝝ est: quia per ipsũ facta sunt om/
Ibidem. nia: et sine ipso factũ est nihil. Verbũ dei: si deus est:
vtiqz deus deoꝝ est. Utrũ aũt sit deus: euangeliũ re
Jo. i. spondet: In principio erat verbũ: et verbũ erat apud
deũ: et deus erat verbũ. Et si omnia per ipsum facta
sunt: sicut cõsequenter dicit: et dij si q facti sunt: p ip/
sum facti sunt. Unus eñ deus nõ factus: et verus de/
us ipse solus. Ipse aũt solus de⁹: pater et filius et spi
ritussanctus: vnus deus. Dij ergo quoꝝ deus verus
Ps. i. [illegible] est: q sunt aut vbi sunt? Dicit ali⁹ psalm⁹: Deus stetit in
synagoga deoꝝ: in medio aũt deos discernit. Adhuc
nescim⁹: ne forte dij aliq in celo congregati sint: et in
eoꝝ congregatiõe: Hoc est eñ in synagoga stetit de
us discernere illos. Videte in eodem psalmo quibus
Ibidem. dicat: Ego dixi dij estis: et filij excelsi oẽs. Uos aũt
vt homines moriemini: et sicut vn⁹ ex principib⁹ ca/
detis. Manifestũ est ergo: quia homines dixit deos:
ex gratia sua deificatos: nõ de substantia sua natos.
Roma. 4. Ille eñ iustificat: q p semetipsm nõ ex alio iust⁹ est:
et ille deificat qui per seipm non alterius pticipatio/
ne deus est. Qui aũt iustificat: ipse deificat: quia iu/
Jo. i. stificando filios dei facit. Dedit eñ eis ptãtem filios
dei fieri. Si filij dei facti sum⁹: et dij facti sumus: sed
hoc gratię est adoptãtis: nõ naturę generãtis. Uni/
cus eñ dei filius deus: et cũ patre vnus deus: domi/
nus et saluator noster iesus christ⁹: in principio ver/
Ibidem. bum: et verbum apud deum: verbũ deus. Ceteri qui
fiunt dij: gratia ipsius fiunt: non de substantia ei⁹ na
scunt vt hoc sint qd ille: sed vt p beneficiũ pueniant
ad eum: et sint coheredes christi. Tanta eñ charitas
C est in illo herede: vt voluerit hic coheredes. Quis
eñ auarus homo velit habere coheredes? Sed et q
inueniet velle: diuidet cum eis hereditatẽ: minus ha
bens ipse diuidens q̃ si solus possideret. Hereditas
aũt in qua coheredes christi sumus: non minuit co/
pia possessorũ: nec fit angustior numerositate cohę
redũ: sed tanta est multis quanta paucis: tãta singu
i Jo. 3. lis quãta omnib⁹. Videte inquit aplus: q̃lem dile/
ctionẽ nobis dedit deus: vt filij dei vocemur et sim⁹.
Ibidem. Et in alio loco: Dilectissimi filij dei sumus: et nondũ
apparuit quid erimus. Ergo sumus in spe: nondum
in re. Scim⁹ aũt inqt: quoniã cum apparuerit: siles
ei erimus: quoniã videbim⁹ eũ sicuti est. Unicus si/
milis nascendo: nos similes viuẽdo. Non eñ ita si/
miles vt ille qui hoc est quod ille a quo genitus est.
Nos eñ similes nõ equales: ille quia equalis ideo simi
lis. Audiamus qui sint dij facti iustificati: qa filij dei
dicunt: et dij qui non sunt dij: qbus ille deus deorum
Ps. 95. terribilis est. Dicit eñ alius psalm⁹: Terribilis est
sup omnes deos. Et q̃si q̃reres: qs deos: qm omes
dij gentiũ demonia. Dijs gentiũ demoniis terribi/
lis: dijs a se factis filijs: amabilis. Proinde cõtinen
tes maiestatem dei vtrosqz inuenio: et demonia con/
fessa sunt christũ: et fideles pfessi sunt christũ. Tu es Matth. 16.
christus filius dei viui: dixit petrus. Scim⁹ qui sis: Marc. i.
tu es filius dei: dixerunt demones. Parẽ audio cõ/
fessionẽ: sed non parem inuenio dilectionẽ: imo ve/
ro hic dilectionẽ: ibi timorẽ. Quibus ergo amabilis:
filij sunt: qbus terribilis: filij non sunt. Quibus ama
bilis deos illos fecit: quibus terribilis nõ esse deos
conuincit. Hi eñ dij fiunt: illi dij putant. Hos deos
facit veritas: illos error existimat. Deus ergo deoꝝ
D domin⁹ locutus est. Locutus est multis modis. Per Hebr. i.
angelos ipse locutus est: per pphetas ipse locutus
est: per os pprium locutus est ipse: p apostolos suos
ipse locutus est: p fideles suos ipse loquit: per humi
litatem nostrã cũ aliquid verum dicimus: ipse loqui
tur. Videte itaqz loquẽdo multipliciter: multis mo/
dis: per multa vasa: per multa organa: ipse tamẽ so/
nat vbiqz tangendo: modificãdo: inspirando. Vide/
te quid egerit. Locutus est eñ et vocauit terrã. Quã
terrã? An forte africã ppter eos qui dicunt: ecclesia
christi pars donati est. Solam quidẽ africã non vo/
cauit: sed et africam non separauit. Qui eñ vocauit
terram a solis ortu vsqz ad occasum: nullas reliquit
partes q̃s non vocauerit in sua vocatione: et africam
inuenit. Gaudeat ergo in vnitate: non supbiat in di/
uisione. Bene dicim⁹: quia vox dei deoꝝ: et in afri/
cam venit: non in africa remansit. Vocauit eñ ter/
ram a solis ortu vsqz ad occasum. Non est vbi late/
ant insidię hereticoꝝ: non habent in q se vmbra fal/
sitatis abscondant. Nec eñ est q se abscondat a calo Ps. 18.
re eius. Qui terram vocauit: et totaz terrã vocauit.
Qui terrã vocauit: tantã vocauit quantã fabricauit.
Quid mihi exurgũt pseudo christi et pseudo pphe/
te? Quid est qd me verbis captiosis illaqueare mo
liuntur dicentes: Ecce hic est christus: ecce illic est? Matth. 24.
Non audio ostendentes partes: deus deoꝝ totum
mihi ostendit: qui vocauit terrã a solis ortu vsqz ad
occasum: totum redemit: partes aũt id est calũnian
tes condemnauit. Sed audieram⁹ a solis ortu vsqz
ad occasum vocauit terrã. Unde cępit vocare q vo/
cauit? Et hoc audite. **Ex sion species deco/** E
ris eius. Certe concordat psalmus euangelio di/
centi: Per omes gentes: incipientib⁹ ab hierusalẽ. Luce. 24.
Audi per omes gentes: vocauit terrã a solis ortu vs
qz ad occasum. Audi incipiẽtibus ab hierusalem: ex
sion species decoris eius. Ergo vocauit terrã a so/
lis ortu vsqz ad occasum: concordat verbis domini
dicentis: Oportebat christũ pati: et resurgere a mor Ibidem.
tuis tertia die: et predicari in nomine eius pęniteuti/
am et remissionẽ peccatoꝝ per oẽs gentes. Omnes
eñ gẽtes sũt a solis ortu vsqz ad occasum. Qd vero
ex sion species decoris eius: quod inde cępit decus
euangelij eius: qd inde annunciari cępit speciosus
forma prę filijs hominũ: concordat verbis domini Ps. 44.
dicentis: Incipientibus ab hierusalem. Concinunt Luce. 24.
noua veterib⁹: vetera nouis. Dicunt adinuicẽ sera/ Esa. 6.
phin duo: Sanctus sanctus sanctus domin⁹ deus
sabaoth. Hęc consonant duo testamenta: et vnam
vocẽ habent duo testamenta. Audiat vox cõcinen/
tium testamentorum: non calũniantiũ exheredatoꝝ

tum. Fecit ergo ista deus deorum: Vocauit terrã a solis
ortu vsq; ad occasũ: ex sion pcedẽte specie sua. Ibi
(Act.1.) enĩ erãt discipuli qui acceperũt spiritũsanctũ quinqua-
gesimo post resurrectionẽ ei⁹ die missũ de celo. In-
de euãgeliũ: inde p̃dicatio: inde implet orbis terrarũ:
Et hoc in gr̃a fidei: Nam cũ ipse dominus venisset:
qz passurus venit: occult⁹ venit: Et cũ esset fortis in
se: infirm⁹ ĩ carne apparuit. Oportebat enĩ eũ videri
vt nõ intelligeret: cõtemni vt occideret. Erat glorię
(1.Cor.2.) species in diuinitate: sed hęc latebat in carne. Si enĩ
cognouissent: nunq̃ dñm glorię crucifixissent. Sic
ergo inter iudęos: sic inter inimicos ambulauit oc-
cultus: mira faciẽs: mala patiẽs: donec suspenderet
in ligno. Viderẽtq; pendentẽ iudei: magis magisq;
(Math.27.) cõtẽpserũt: et ante crucẽ caput agitãtes et dicẽtes: Si
filius dei est: descẽdat de cruce. Occult⁹ ergo erat deus
deorum: et voces edebat magis ex cõpassiõe nostra: q̃
ex maiestate sua. Unde enĩ ille voces nisi ex nobis as-
(Ps.21.) sumptę: Deus deus me⁹ vt qd me dereliquisti: Quan-
(Math.27.) do aũt pater filiũ dereliquit: aut filius patrẽ: Nonne
(Ioh.10.) vnus deus fili⁹ et pater: Nõne verissimũ. Ego et pr̃
vnũ sum⁹: Unde ergo: deus de⁹ me⁹ vt qd me dereliq-
sti: nisi qz in carne infirmitatis agnoscebat vox pec-
(Roma.8.) catoris: Qui enĩ suscepit similitudinẽ carnis pecca-
ti: cur non susciperet similitudinẽ vocis peccati: Oc-
cultus ergo deus deorum: et cum inter hoĩes ambulauit: et
(Ioh.4.) cum esuriuit et sitiuit: et cũ fatigatus sedit: et cũ lassa-
(Math.27.) to corpore dormiuit: et cũ app̃hensus: et cũ flagella-
tus: et cum ante iudicẽ positus: et cũ supbiẽti respon-
(Ioh.19.) dit: Non haberes in me potestatẽ: nisi data tibi fuis-
(Esa.53.) set desup: et qd ductus ad victimam: corã tondẽte se
(Math.27.) non aperuit os suũ: et qd crucifixus: et quod sepult⁹:
semp occult⁹ deus deorum. Quid postea q̃ resurrexit:
(Luce.24.) Mirati discipuli: et primo nõ crediderũt donec tan-
gerent atq; palparẽt. Sed caro resurrexerat: qa ca-
ro mortua erat: diuinitas quę mori non poterat: ad-
huc etiam in carne resurgẽtis latebat. Videri forma
(Ioh.1.) potuit: teneri mẽbra: palpari cicatrices: verbũ p qd
facta sunt oĩa: quis videt: Quis tenet: Quis pal-
pat: Et tamẽ verbũ caro factum est: et habitauit in
(Ibidem.) nobis. Et qui tenebat dominũ thomas: intelligebat et
poterat deũ. Palpatis enĩ cicatricibus exclamauit:
(Ioh.20.) Dñs me⁹ et deus meus. Ostendebat tñ domin⁹ eã
formã: eamq; carnẽ quã in cruce viderant: quę in se-
(Act.1.) pultura posita fuerat. Fuit cũ eis q̃draginta dies:
Impijs iudęis nõ se demõstrauit. Illis demõstrauit
se qui in eum crediderant anteq̃ crucifigeret: vt quos
crucifixus dimiserat titubãtes: resurgẽs faceret for-
tes. Deinde quadragesimo die cõmendans ecclesiã
suam: id est vocatã terrã: a solis ortu vsq; ad occasũ:
ne haberẽt excusationẽ qui volunt in schismate depe-
(Act.1.) rire: ascendit in celum. dicens eis: Eritis mihi testes
in hierusalem (vnde species decoris ei⁹) et in totã iu-
dęam: et samariam: et vsq; in totam terrã. His enĩ di-
(Act.1.) ctis: nubes suscepit eũ. Intuebant illi quẽ nouerãt:
nouerant tamẽ in humilitate: nondũ in claritate. Et
cum ab eis iret in celũ: admoniti sunt voce angelica
dicente: Quid statis viri galilei: Hic iesus quẽ vide-
tis ire: sic veniet quẽadmodũ videtis eũ euntẽ in ce-
lum. Ascendit ergo. Regressi illi letantes manserũt
in ciuitate sm eius p̃ceptũ: donec implerent spiritu
sancto. Quid aũt dictũ erat thomę palpanti: Quia
(Ioh.20.) vidisti credidisti: beati qui nõ viderũt et crediderunt.

Prędicati sumus: Terra illa vocata a solis ortu vsq;
ad occasum: non vidit et credit. Occultus ergo deus
deorum: et eis inter quos ambulauit: et eis a quib⁹ cru-
cifixus est: et eis a quorũ oculis resurrexit: et nobis qui cre-
dimus in celo sedentẽ: quẽ nõ vidim⁹ in terra ambu-
lantem. Sed et si viderem⁹: nonne hoc viderem⁹ qd
iudęi viderũt et crucifixerũt: Plus est qd nõ viden-
tes christũ credim⁹ deũ: q̃ qd illi videntes: non nisi
hoiem putauerũt. Illi deniq; male putãdo mortifi-
cauerũt: nos bene credẽdo et viuẽdo viuificabimur.
Quid ergo fratres: Ille deus deorum et tũc occult⁹: et mõ oc-
cult⁹: Nõ qd semp occult⁹: Nõ plane. Audi sequẽtia.
Deus manifest⁹ veniet. Qui venit occult⁹:
veniet manifest⁹. Venit occult⁹ iudicand⁹: veniet mani-
festus iudicatur⁹. Venit occultus vt ante iudicẽ sta-
ret: veniet manifestus vt etiã de iudicibus iudicet.
Veniet manifestus et nõ silebit. Quid enĩ
modo tacet: Et vnde sũt quę dicim⁹: Unde ista p̃ce-
pta: Unde ista monita: Unde ista tuba terroris: Nõ
silet: et silet. Non silet admonendo: silet a iudicãdo.
Non silet p̃cepto: silet a iudicio. Patit enĩ peccato-
res q̃tidie mala faciẽtes: deũ non curãtes: nõ in cõsci-
entia sua: nõ ĩ celo: nõ in terra: Nõ eũ latẽt hęc oĩa:
et vniuersaliter omnes admonet: et quãdo aliquos fla-
gellat in terra: admonitio est: nondũ dãnatio. Silet
ergo a iudicio: occult⁹ in celo est: adhuc interpellat
p nobis. Patiens est sup peccatores: non exercens
iram: sed expectãs penitentiã. Dicit alio loco: Tacui:
Nunquid semp tacebo: Quãdo ergo nõ tacebit: Deus
manifest⁹ veniet. Et quis de⁹: Deus nr̃: et ipse est de-
us. Quis de⁹ noster: Non enĩ deus est: qui nõ est no-
ster de⁹. Dij gentiũ demonia. Deus christianorum
ver⁹ deus. Ipse veniet: sed manifestus: nõ adhuc il-
ludend⁹: nõ adhuc alapand⁹: nõ adhuc flagelland⁹.
Veniet: sed manifest⁹: nõ adhuc calamo in capite per-
tiend⁹: nõ adhuc crucifigend⁹: occidend⁹: sepeliend⁹:
quia hęc oĩa occult⁹ deus pati voluit. Veniet ma-
nifestus et nõ silebit. Quia vero ad iudiciũ veniet se-
quentia docẽt. Ignis ante eum prędibit. Ti-
meam⁹: mutemur: et nõ timebim⁹. Ignem palea ti-
met: auro quid facit: Est aũt nunc in potestate qd
facias: ne illud qd et te nolente venturũ est: non cor-
rectus experiaris. Si enĩ possem⁹ facere fratres: vt
dies iudicij non veniret: puto qz nec sic erat male vi-
uendũ. Si nõ veniret ignis diei iudicij: et sola pecca-
toribus immineret separatio a facie dei: in qualibet essent
affluentia deliciarũ: nõ videntes a quo creati sunt: et se-
parati ab illa dulcedine ineffabilis vultus eius: in qua-
libet eternitate et impunitate peccati: plangere se de-
berent. Sed qd loqr: aut quib⁹ loqr: Hęc amantib⁹
pęna est: nõ cõtemnentib⁹. Qui dulcedinẽ sapientię
et veritatis vtcũq; sentire cęperũt: nouerũt qd dico:
q̃nta pęna est tantũmõ a facie dei separari. Qui aũt
illã dulcedinẽ nõ gustauerũt: si nondũ desiderãt dei fa-
ciem: timeãt vel ignẽ: supplicia terreãt quos p̃mia nõ
inuitant. Vile tibi est qd deus pollicet: contremisce
qd minat. Veniet dulcedo p̃sentię: nõ mutaris: nõ
excitaris: non suspiras: non desideras: Amplexaris
peccatã tua: et delitias carnis tuę: stipulas ad te cogeris:
veniet ignis. Ignis in cõspectu ei⁹ ardebit. Nõ erit
iste ignis sicut focus tuus: quo tamẽ si manũ mitte-
re cogaris: facies quicqd voluerit qui hoc minat. Si
tibi dicat: scribe cõtra caput patris tui: scribe contra

ca[illegible] tuo: ad si non fecer[illegible] tuã mitto
[illegible] faciendo ne ardeat man⁹ tua ne ardeat ad
[illegible] tuã nõ sis in dolore futurũ. Minat̃ g im
ma⁹ [illegible] fac malũ minat̃ de⁹ eternã ma
[illegible] fac bonũ: ad malũ faciendũ [illegible]
te compellere deberent: a bono faciẽdo nec minę te
terrere deberent. Minis enĩ dei: minis eterni ignis
p̃hiberis a malo: inuitaris ad bonũ. Unde piget: ni
si q̃ non credis? Excutiat ergo vnusq̃sq̃ cor suũ: et
videat q̃d ibi fides teneat. Si credamus futurũ iudi
ciũ fratres: bene viuam⁹. Tẽp⁹ miscdię nũc est: tp̃s
iudicij tũc erit. Nemo dicet: reuoca me ad priores an
nos. Penitebit [illegible] frustra penitebit. Nõ peni
teat cũ fructus est penitendi: mõ adhibeat̃ ad radi
Luc. 13. ces arboris cophin⁹ stercoris id est cordis luctus et
lachrymaꝝ: ne veniat ventus et eradicet. Cum enim
[illegible]
[illegible]
[illegible]. Tunc omnis arbor
q̃ non facit fructũ bonum excidet̃ et in ignem mittet̃.
In [illegible]. Et in circuitu
I eius tempestas valida. Ualida tempestas: ven
tilatura tam magnã aream. Hac tempestate erit illa
ventilatio: q̃ separabit̃ a sanctis om̃e imundũ: a fide
[illegible] verbũ dei:
om̃is cõtemptor et sup̃b⁹. Modo enĩ mittitur q̃dam
tacet a solis ortu vsq̃ ad occasum. Uideamus ergo
quõ faciet qui venturus est tempestate illa: quid fa
cturus: q̃ erit in circuitu ei⁹ potestas valida? Pro
culdubio ista tempestas quandã separationẽ factu
ra est. Ista est illa separatio: quã nõ expectauerunt
Luc. 5. qui ante [illegible] retia dirupe[r]ũt. In illa
vero sepatiõe fit q̃dã maloꝝ et bonoꝝ distinctio. Alij
sunt enĩ sequẽtes nunc christũ: expeditis humeris si
ne sarcina curarũ secularũ: qui nõ frustra audierũt:
Matt. 19. Si vis esse perfectus: vade vende omnia q̃ habes et
da pauperibus: et habebis thesaurũ in celo: et veni
Ibidem. sequere me: q̃bus dicit̃. Sedebitis super duodeci
sedes: iudicãtes. xij. trib⁹ israel. Alij ergo erunt iudi
cantes cum domino: alij vero iudicãdi: sed ad dexte
ram ponendi. Nam quia erunt quidã iudicãtes cũ
domino: habemus aptissimũ testimoniũ: qd̃ modo
[illegible]. Sedebit̃ sup̃ [illegible] sedes iudicãtes. [illegible]
trib⁹ isr̃l. Si dicit aliq̃s: Duodecim illic ap̃li cõsede
bũt: nõ ampli⁹? Ubi g̃ erit ap̃ls paul⁹? Nũqd inde
separatus est? Absit vt hoc dicamus: absit vt hoc
vel tacite cogitemus. Quid si ergo in loco iude ipse
residebit? Sed manifestauit scriptura diuina: q̃s in
Act. 1. [illegible] loco sit ordinatus. Matthias enĩ est exp̃sse no
minatus in Actib⁹ apostoloꝝ: vt de illo dubitare nõ
possim⁹. Cadente g̃ iuda: impletus est numer⁹ duo
denarius. Cum g̃ ille numerus duodenari⁹ occupa
uerit duodecim sedes: non iudicabit paulus aposto
lus? An forte stans iudicabit? Non ita est. Non faci
et hoc ille iusticię retributor: Nõ omnino stans iudi
cabit: qui plus om̃ibus illis laborauit. Certe vel iste
vnus apostol⁹ paulus cogit nos diligẽt⁹ cogitare et
p̃scrutari: quare dicte sint. xij. sedes. Inuenimus enĩ
K et alios numeros in scripturis: multitudinẽ significã
Matt. 25. tes. Quinq̃ virgines admittunt̃: quinq̃ excluduntur.
Ubilibet intellige virgines: siue in castitate atq̃ in in
tegritate cordis: vbi debet virgo esse tota eccl̃ia: cui
2 Cor. 11. dicit̃. Despondi [illegible] virginem castã et
[illegible]

tatem carnis dicatã habẽt deo. Nunquid in tot m[illegible]
libus quinq̃ sunt? Sed in quinario numero intelli De ver. domini 23.
gitur continentia quinq̃ sensuũ carnis. Etenĩ mul
tis venit corruptio p̃ oculos: multis per aurẽ: multis
per illicitũ olfactũ: multis per nefarium gustũ: mul
tis p̃ adulterinũ amplexũ. Ab his om̃ib⁹ quinq̃ ianuis
corruptiõis: q̃cunq̃ p̃tinẽt et sic p̃tinẽt vt in sua p̃sci
entia gloriam habeãt: nõ laudem ab hominibus ex
[illegible]: quinq̃ sunt virgines sapientes habentes ole Matt. 25.
um secum. Quid est oleũ habentes secũ? Gloria no 2 Cor. 1.
stra hec est: testimoniũ p̃scientię nostrę. Rursus ille
qui apud inferos torquebatur: habeo inq̃t quinq̃ Luc. 16.
[illegible]: Ibi [illegible] popul⁹ iudeoꝝ sub lege posit⁹: L
quia moyses legislator quinq̃ libros cõscripsit. Item Ioh. 21.
domin⁹ post resurrectionem iubet mitti retia in dex
teram p̃tem. leuant̃ pisces centũ quinquaginta tres. De tempore sermone. 148. B.
Et cum tanti et magni essent: ait euangelista: retia
non sunt dirupta. Etenim ante passionẽ iussit immit [illegible]
ti retia non dixit in dexterã p̃tem neq̃ in sinistrã: Matt. 13.
quia si in dexterã diceret: solos bonos significaret: si
in sinistrã: solos malos. Ubi autẽ tacet̃ dextera et si
nistra: mitti accipiunt̃ boni et mali. Capti sunt autẽ
tunc: sicut euãgelij veritas attestat̃: tam multi vt re Ibidem.
tia rumperent̃. Significabat enĩ illa captura hoc tẽ
pus: Retia rupta significãt scissiões et p̃scissuras he
reticoꝝ et schismaticoꝝ. Quod aũt post resurrectio
nem suam domin⁹ fecit: post resurrectionẽ nostram
nobis futuꝝ significauit: in illo numero: regnũ celoꝝ:
vbi nullus erit malus. Propterea retia q̃ in dexteram Ioh. 21.
partẽ missa sunt: dexteros expresserunt: remotis sini
stris. Nunq̃d tamẽ in illis dextris centũ quinquagin
ta tres soli iusti erunt? Millia miliũ scriptura signifi
cat. Legite apocalypsim. duodecies duodena milia Apoc. 7.
fortasse sicut ibi itelligit̃: ex solo p̃plo iudeoꝝ futura
sunt. Attendite martyrũ numerositatem solã in p̃ri
mo: que dicitur massa candida: plus habet q̃ centũ
quinquaginta tres martyres. Postremo septẽ illa
milia de quib⁹ respondet helię: Reliqui mihi septẽ mi 3 Reg. 19.
lia viroꝝ q̃ non curuauerunt genua ante baal. longe Roma. 11.
itã p̃teruũ numerũ super it. Centũ g̃ quinquaginta tres Ioh. 21.
p̃sces: nõ tm̃ numeꝝ sanctoꝝ significant. [illegible] vniuersũ
sanctoꝝ et iustoꝝ numerũ. Certa causa tanto nume M
ro significat scriptura: vt omnes intelligant̃ in illis
centum quinquaginta tribus: pertinẽtes ad resurre
ctionẽ vite eternę. Etenĩ lex habet decẽ p̃cepta. Spi Exo. 20.
ritus aũt gratię per quã sola lex implet̃. septiformis
legit̃. Discutiendus g̃ numer⁹: quid sibi velint decẽ et Esa. 11.
septem. Decem in p̃ceptis. septem in gr̃a sp̃ũsancti:
p̃ quã grãam implent̃ p̃cepta. Decẽ ergo et septem te
nent om̃es p̃tinẽtes ad resurrectionẽ: ad dexteram:
ad regnũ celoꝝ: ad vitã eternã: id est legẽ iplentes p̃
grãm sp̃us: non quasi per opus suũ aut per meritũ
suũ. Decẽ aũt et septẽ: si nũeres ab vno vsq̃ ad de
cẽ: et septẽ addendo numeres: oẽs gradatim: vt ad
vnũ addas duo: ad duo addas tres: ad tres addas
quattuor: et fiunt decem: addẽdo quinq̃ vt fiant quĩ
decim: addendo sex vt fiant vigintiunũ: addẽdo sep
tem vt fiant [illegible]: addendo octo vt fiant tri
ginta sex: addendo nouẽ vt fiant q̃dragintaquinq̃:
addendo decem vt fiant quinquagintaquinq̃: addẽ
do vndecim vt fiant sexagintasex: addendo duodeci
vt fiant septuagintaocto: addendo tredecim vt fiant
nonagintaunũ: addẽdo q̃ttuordecim vt fiant centũ

quinq; addendo quindecim vt fiant centū viginti:
addendo sedecim vt fiant centū triginta sex: addēdo
decem & septem: efficiunt centū quīquaginta tres:
inuenies ingentē numerū omniū sanctorū pertinere ad
Job.21. hunc numerū piscium paucorū. Quomō aūt in quinq;
Matth.25. virginibus innumerabiles virgines: quō in quinq;
Luce.16 fratribus illius q̄ torquebat apud inferos milia ppli
Job.21. iudeorū: quō in numero centūquinquagintatriū pi
Matth.19. scium milia milium sctōrum. sic in duodecim sedibus
non.xij.homies: sed magnus est numerus pfectorū.
R Sed video quid cōsequenter requirat a nobis: quō
Matth.25. de quinq; virginibus reddita est ratio: quare ad q̄n
q; multe pertineāt: & quare ad quinq; illos multi iu
dei: et quare ad centū q̄nquagintatres: multi perfe
cti. Ostendo quare & quomodo ad.xij.sedes nō.xij.
homines: sed multi pertineant: Quid sibi volunt
xij.sedes que significant omnes vndiq; qui iam per
Matth.19. fecti esse potuerūt: q̄b perfectis dictū est: Sedebitis
super.xij.sedes: iudicantes duodecim tribus israel:
Et quare omnes vndiq; ad duodenariū numerū p
tinent: Quia ipsum vndiq; qō dicimus: de toto mū
do dicimus. Orbis aūt terrarū quattuor designatis
partibus continet: oriente: occidente: meridiano: et
aquilone. Ab his omnibus partibus vocati in tri
nitate & perfecti fide et precepto trinitatis: quoniā
ter quaterni duodecim fiūt: agnoscetis quare ad to
tum orbem pertineant sancti: qui sedebunt sup. xij.
sedes: iudicaturi. xij. tribus israel: quia et duodecim
tribus israel: totus israel. xij. tribus sunt. Sicut eñi
iudicaturi ex toto mūdo: sic & iudicādi ex toto mun
do. Apostolus de se paulus dū argueret fideles lai
cos: q: iudicia sua nō deferebāt ad ecclesiā: sed ad pub
licū pertrahebāt eos cū quibus habebāt negocia: ait:
1.Cor.6. Nescitis quia angelos iudicabim⁹: Videte quēad
modū iudicē se fecit: nō solū se sed & omēs q̄ recte iudi
cant in ecclesia. Cū ḡ manifestū sit multos cū domi
no iudicaturos: alios vero nō tamē ex equo: sed p me
Matth.25. ritis iudicandos: cū omnib⁹ angelis suis veniet: q̄n
ante eū cōgregabunt omes gentes: & inter omes an
gelos deputādi erunt illi q̄ iam pfecti fuerint: vt sedē
Matth.19. tes sup. xij. sedes: iudicent. xij. trib⁹ israel. Etenī ho
Gal.4. mines dicti sunt angeli: Apls de se dicit: Sicut an
gelum dei suscepistis me. De ioanne baptista dicit:
Malach.1. Ecce mitto angelū meū ante faciē tuā qui p̄parabit
Matth.11. viam tuā ante te. Ergo cū oībus angelis veniēs: sic
secum habebit & sanctos. Aperte eñi dicit & esaias:
Esa.3. Veniet ad iudiciū cū senioribus populi. Isti ḡ sunt se
niores ppli: isti iam angeli nominati: ista milia milto
rum pfectorū de toto orbe venientiū: celū vocatur.
Illa vero terra sed fructuosa: q̄ terra fructuosa ī dex
Matth.25. tera ponenda erit: dicet: Esuriui: & dedistis mihi mā
ducare. Vere terra fructuosa cui gaudet aplus quā
Phil.4. do ei miserūt ad necessitates eius: nō q: quero datum
Ibidem. inqt sed requiro fructū. Et gratias agit dicēs: q: tan
dem aliquādo repullulastis p me sapere. Repullula
stis vt arborib⁹ dicit: q̄ sterilitate exaruerant q̄dam.
Veniēs itaq; dñs ad iudiciū vt iam psalmū fratres
O audiam⁹: quid factur⁹ est: Aduocauit celum
Ps.16. sursum. Celū omes sanctos pfectos iudicaturos:
aduocauit eos sursū sessuros secū iudicaturos. xij.
Matth.25. tribus israel. Quō eñi aduocauit celū sursum: cū sē
sursum sit celū: Sed q̄s hic celū dicit: eosdem celos
Ps.18. alibi appellat. Quos celos: Qui enarrāt gloriā dei.

Celi eñi enarrāt gloriā dei: de quib⁹ dicit. In omnē
terrā exiuit sonus eorū: & in fines orbis terre verba
eorum. Videte eñi discernendi ordinē in iudicio. Aduo
cauit celum sursum. Et terram discernere po
pulum suum. A quib⁹ nisi a malis: De quib⁹ hic
postea nō sic mētio iam tanq̄ adiudicatis ad penas.
Istos bonos vide & distingue. Aduocauit celū sur
sum: et terrā discernere pplm suū. Vocat & terrā non
tā cōcernendā: sed discernēdā. Primo eñi cū cōminatos
vocauit: qū locut⁹ est deus deorū et vocauit terrā: a
solis ortu vsq; ad occasū. nōdū discreuerāt fui illi q̄ Matth.22.
missi erāt inuitare ad nuptias: q̄ cōgregauerāt bonos
et malos. Cum vero de⁹ deorū manifest⁹ veniet & nō
silebit: sic aduocabit celū sursū vt iudicet cū illo. Quo
ei celū: ipsi celi: sic ḡ terra: ipe & terre: sic ḡ ecclia: ipe
ecclie. Aduocauit celū sursū: & trā discernere pplm
suū. Id ē cū celo terrā discernit. id est celū cū illo ter
ram discernit. Quō discernit terrā: Ut alios ponat Matth.25.
ad dexterā alios ad sinistrā. Terre aūt discrete quid
dic: Venite bñdicti pris mei: pcipite regnū qō vob Ibidem.
paratū ē ab origine mūdi: Esuriui eñi & dedistis mihi
māducare: Et cetera. Illi aūt: Qñ te vidim⁹ inquiūt
esurientē: Et ille: Cū vni ex minimis meis fecistis: mi
hi fecistis. Celū terre ostēdit: minimos suos id sursū
vocatos: & ab humilitate exaltatos. Cum vni ex mini
mis meis fecistis: mihi fecistis. Aduocauit ḡ celū sur
sum: & terrā discernere pplm suū. Cōgregate illi P
iustos ei⁹. Vox diuina & pphetica: videns futura tā Ps.
q̄s pñtia: exhortat angelos cōgregātes. Mittet eñi Matth.24.
angelos suos: & cōgregabūt añ eū oēs gētes. Cōgre
gate illi iustos ei⁹. Quos iustos nisi viuētes ex fide: Rom.1.
facientes opa misericordie: Etenī opa illa: iusticie opa sūt.
Habes euāgeliū: Cauete iusticiā vrām facere corā Matth.6.
hoib⁹: vt videamini ab eis. Et q̄si q̄reret quā iustici
am: cū ḡ facis elemosynā inqt. Ergo elemosynas: opa
iusticie esse significauit. Ipsos congregate iustos
ei⁹: eos congregate qui cōpassi sunt inopi: qui intel Ps.40.
lexerunt super egenum & pauperem. Congregate il
los: conseruet eos domin⁹ & viuificet eos. Cōgrega
te illi iustos ei⁹: Qui disponūt testamētū ei⁹ Eccl.
sup sacrificia: Id est q̄ cogitāt de pmissis ei⁹. sup Osee.6.
illa q̄ opāt. Ipa eñi sūt sacrificia: dō dicēte: Miseri Matth.9.
cordiā volo pl⁹ q̄ sacrificiū. Qui disponūt testamē
tū ei⁹ sup sacrificia. Et annūciabūt celi iustici C
am ei⁹. Vere hāc iusticiā dei celi nobis annūciaue
runt. euāgeliste p̄dixerūt. Per illos audiuimus futu
ros q̄sdā ad dexterā. q̄b⁹ dicet paterfamilias: Veni Matth.25.
te bñdicti pris mei pcipite. Quid pcipite: Regnū.
Pro q̄ re: Esuriui & dedistis mihi māducare. Quid
tā vile. q̄d tā terrenū: q̄ frangere panē esurienti: Tā
ti valet regnū celorū: Frange esurienti panē tuū: & ege Esa.58.
nū sine tecto induc ī domū tuā. Si videris nudū: ve
sti. Si nō habes facultatē frāgēdi panē: non habes
domū q̄ inducas: nō habes vestē q̄ cooperias: da calicē Matth.10.
aq̄ frigide: mitte duo minuta in gazophylaciū. Tā Marc.12.
emit vidua duob⁹ minutis. q̄ntū emit petr⁹ relinq̄ns Matth.4.
retia: q̄ntū emit zache⁹ dando dimidiū patrimonii.
Regnū dei tāti valet q̄ntū habueris. Annūciabunt
celi iusticiā ei⁹. Qm̄ de⁹ iudex est. Vere iudex:
nō cōcernēs sed discernēs. Nouit eñi dñs q̄ sūt ei⁹. Et 2.Timot.2.
si grana latēt in palea: agricole nota sunt. Nemo ti Luc.3.
meat esse granū etiā inter paleā: nō fallunt oculi vē
tilatoris dei. Noli timere ne illa tēpestas q̄ erit ī ar

cuitu eius pcernat te cũ palea. Certe valida erit tẽpestas: nullũ tñ granũ tollet a pte tritici ad paleã: quia nõ qlibet rusticus cũ tridẽte: sed deus trinitas iudex est. Et annũciabũt celi iusticiã eius: qm̃ deus iudex

Ps. 18. est. Cant celi annũciant celi: in omnẽ terrã exiuit sonus eorũ: et in fines orbis terre verba eorũ: Et dicat

Ps. 60. illud corpus a finib⁹ terre ad te clamaui: dũ angeretur cor meũ. Nõ eñ cõcretũ gemit: discretũ gaude

Ps. 25. bit. Clamet ĝ et dicat: Ne cõperdas cũ impiis animã meã: et cũ viris sanguinũ vitã meã. Non cõpdit: qa

Ps. 42. deus iudex est. Clamet ille et dicat: Iudica me dñe et discerne causã meã de gẽte nõ sancta. Dicat ille: faciet ille: cõgregabunt ei iusti eius. Vocauit terrã vt discerneret pplm suũ. Audi pplus meus et loqr

R. in hebr. tibi. Ille qui venit et nõ tacebit: videte qz et modo si audias nõ silet. Audi pplus me⁹: et loqr tibi. Nã si nõ audis: etsi loqr: nõ tibi. Qñ ĝ tibi loqr: Si audis. Qñ audis: Si pplus me⁹ es. Audi ei pplus me⁹: nõ audis si populus alien⁹. Audi popul⁹ meus et loquar tibi: Israel: et testificabor tibi. Isrl audi: populus meus audi. Israel nomẽ electionis est.

Ge. 32. Nõ vocaberis: ait: iacob: sed vocaberis isrl. Ergo audi sicut israel: sicut videns deũ: etsi nõdum specie: sed iam fide. Hoc eñ interptat israel: vidẽs deum. Qui

Luce 11. habet aures audiẽdi audiat: et q habet oculos vidẽdi videat. Audi isrl et testificabor tibi. Qd sursuz dixit pplus meus: hoc in cõsequẽti: isrl. Et qd dixit sursum: loqr tibi: hoc in pseqnti: testificabor tibi. Quid loquet dñs de⁹ noster pplo suo israeli suo: Quid testificabit tibi: Audiam⁹. Deus deus tu⁹ ego sũ. Deus ego sum: deus tuus sum. Quõ de⁹ ego sum:

Exo. 3. Sicut moysi dictũ est: Ego sum q sum. Quõ de⁹ tu⁹

Ibidem. sũ: Ego sũ de⁹ abraã: et de⁹ isaac: et de⁹ iacob. Sum deus: et tuus sum deus: et si tu⁹ nõ sum deus: sũ deus. Bono meo de⁹ sum: malo tuo nõ sũ de⁹ tu⁹. Etenĩ deus tuus: ei pprie dicit quẽ familiarius habet de⁹: tanq̃ in mãcipio suo: tanq̃ in peculio suo. Deus deus tu⁹ sum ego. Quid vis amplius: Preciũ queris a deo: vt aliqd tibi det deus: vt qd tibi dederit: tuuz sit: Ecce ipse de⁹ qui dabit: tu⁹ est. Quid eo dulcius: Dona querebas: ipm donatorẽ habes: De⁹ de⁹ tu⁹ ego sum. Quid q̃rit ab hoie: videam⁹: deus noster: imperator et rex noster. Nõ vectigal nobis indicit: quõ voluit esse rex noster: et voluit nos esse pruinciã sui: Audiam⁹ indictiones eius: nõ trepidet paup sb indictiõe dei. Qd sibi de⁹ dari indicit: ipse prius donat qui indicit: vos tñ deuoti estote. Non exigit deus qd nõ dedit: et oibus dedit qd exigit. Quid enim

G. exigit: Audiam⁹ id. Nõ in sacrificiis tuis arguã te. Nõ tibi dicã: q̃re nõ mihi pinguẽ taurũ mactasti: q̃re nõ de grege tuo optimũ hircũ elegisti: q̃re aries ille ambulat in ouib⁹ tuis: et in ara mea nõ ponit: Nõ dicã: inspice agros tuos et curtẽ tuã: et pararios tuos: [illegible] qd mihi des. Non sup sacrificia tua arguã te. Quid ĝ: Nõ acceptas sacrificia mea: Holocausta aũt tua in pspectu meo sunt

Ps. 50. semp. Holocausta qdam de quibus in alio psalmo dicit: Si voluisses sacrificiũ dedissem vtiq̃: holocau

Ibidem. stis nõ delectaberis. Et rursus puerte se: Sacrificiũ deo spirit⁹ ptribulatus: cor ptritũ et hũiliatũ de⁹ nõ spernit. Que sunt ĝ holocausta q̃ nõ spernit: Que holocausta que in cõspectu eius sunt semp: Benigne inquit fac domine in bona voluntate tua sion: et

edificent muri hierusalem. Tunc acceptabis sacrifi-

Ibid. ciũ iusticie: oblatiões et holocausta. Dicit quedã holocausta deũ acceptaturũ. Quid ẽ aũt holocaustũ: Totum igne absumptũ. Causis incensio est: holon totũ est. Holocaustũ aũt est totũ igne absumptum. Est qdam ignis flagrantissime charitatis. Anim⁹ inflammet charitate: arripiat eadẽ charitas mẽbra in vsum suũ: nõ ea pmittat militare cupiditati: vt tot⁹ exardescat igne amoris diuini q vult offerre deo holocaustum. Talia holocausta tua in conspectu meo sunt semp. Adhuc iste israel forte nõ intelligat q̃ holocausta eius in cõspectu suo habeat semp: et adhuc de bobus de ouibus de hircis cogitat. Non cogitet.

T. Non accipiã de domo tua vitulos. Holocausta nominaui: Iam animo et cogitatiõe ad terrenos greges currebas: inde pingue mihi aliqd eligebas. Non accipiã de domo tua vitulos. Prenũciat testamentũ nouũ: vbi oĩa illa sacrificia vetera cessauerunt. Erant eñ tunc pnunciantia futurũ quoddã sacrificiũ: cuius sanguine mundaremur. Non accipiam de domo tua vitulos: Neq̃ de gregibus tuis hircos. Quoniam mee sunt omnes bestie sylue. Quid a te querã qd ego cõdidi: Magis ne est hoc tuũ: cui possidere dedi: q̃ meum qui feci: Quoniã mee sunt oĩes bestie sylue. Sed forte ait ille israel: Bestie dei sunt ille bestie fere q̃s non includo in curte mea: q̃s nõ alligo ad psepe meum: Ceterũ bos ille: et ouis et hircus: mea sũt hec. *Pecora in mõtibus et boues. Mea sunt illa que nõ possides: mea sunt ista que possides. Si eñ seruus meus es tu: totũ peculiũ tuum meũ est. Neq̃ eñ est peculiũ domini qd sibi seruus cõparauit: et non erit peculiũ domini quod ipse dñs seruo creauit: Ergo mee sunt bestie sylue q̃s tu nõ cepisti: mea sunt et pecora in mõtibus. Que sunt tua: et boues q sũt ad psepe tuũ: Oĩa mea sunt: qa ego creaui ea.

Ex. fere siluarũ. Ex. iumenta.

V. Cognoui omnia volatilia celi. Quomõ cognouit: Appendit: nũerauit. Quis nostrũ nouit oĩa volatilia celi: Sed et si alicui de⁹ det noticiã omniũ volatiliũ celi: nõ sic ipse nouit vt dat nosse homini. Alia est noticia dei: alia hominis: sicut alia possessio dei: alia hominis: id est aliud est possidere dei: aliud possidere hominis. Non eñ tu qd possides totum habes in potestate: aut q̃diu viuat bos tuus in tua ptãte est: aut vt nõ pereat aut vt nõ pascat. Apud quẽ sũma potestas est: summa et secreta cognitio: et tribuamus hoc deo: laudãtes deũ: nõ audeamus dicere: quomõ nouit deus: Ne forte hoc a me fratres expectetis vt explicẽ vobis quomõ cognoscat de⁹. Hoc solũ dico: non sic cognoscit vt homo: non sic cognoscit vt angel⁹. Et quomodo cognoscit: dicere nõ audeo: quoniã et scire non possuz: Unum tamẽ scio: qr et anteq̃ essent oĩa volatilia celi: nouerat deus qd fuerat creatur⁹. Que est illa noticia: O homo vidم re cepisti volatilia: postea q̃ plãe natus es: postea q̃

iniquitates suas. Presumit de medici manu: de ma-
gna illa misericordia: quã in principio psalmi inuo-
cauit: omnes iniquitates meas dele. Auertit faciem
deus: et sic delet: auertẽdo faciẽ peccata delet: aduer-
tendo scribit. Audisti auertẽdo delentẽ: audi aduer-
Ps. 33. tendo: quid facientẽ? Vultus autẽ domini sup faciẽ-
tes mala: vt perdat de terra memoriã eorum: nõ de-
lendo peccata eorum. Hic autem quid rogat? Auer-
te faciem tuã a peccatis meis. Bene rogat: Ipse eñ
non auertit faciem a peccatis suis: dicens: Quoniã
peccatũ meũ ego cognosco. Merito rogas et bene
rogas: vt deus auertat faciẽ a peccato tuo: si tu inde
non auertis faciem. Si ̃o tu peccatũ tuum in dor-
so ponis: deus ibi faciem ponit. Tu peccatũ tuum
ante faciẽ tuã cõuerte: si vis vt inde deus faciem suã
R auertat: et sic securus rogas: et exaudit. Cor mũ-
dum crea in me deus. Crea: quasi nouũ aliquid
instituere dicere voluit: sed quia penitens orabat: qui
cõmiserat aliquid: q̃ p̃us q̃ cõmitteret innocẽtior
erat: ostendit quẽadmodũ dixerit: crea. Et spiritũ
rectũ innoua in visceribꝰ meis. Perfectum in-
quit in me spm̃ fac esse. Inueterata erat atq; curuata
Ps. 56. recitudo spiritꝰ mei. Dicit eñ et alio psalmo: Cur-
uauerunt animã meam. Et quãdo se homo pronum
facit ad terrenas cõcupiscentias: incuruat̃ quodam-
modo: cum autẽ erigit̃ in superna: rectũ fit cor eius
Ps. 72. vt bonus illi sit deus. Q̃ bonus enim deus israel re-
ctis corde. Proinde fratres audite. Aliquãdo deus

cui ignoscit in futuro seculo: corripit eum de peccato
in isto seculo. Nam et ipsi dauid: cui dictum iam fue-
rat p̃ p̃phetam: Dimissũ est peccatũ tuũ: et euenerũt 2. Reg. 12.
quedam que minatus erat deus p̃pter ipsum pecca-
tum. Nam filius eius absalon aduersus eum cruen- 2. Reg. 15.
tum bellũ gessit: et in multis humiliauit patrẽ suum.
Ambulabat ille in dolore: in tribulatione hũiliatio-
nis sue: ita subditus deo: vt omnia iusta ei tribuens
confiteret̃ q̃d nihil pateret̃ indigne: habens iã rectũ
cor cui nõ displicebat deus. Iniuriosum quẽdã et in-
os sibi dura maledicta iacientẽ: patienter audiebat:
ex aduersa parte: vnũ ex militibus qui erant cum fi-
lio eius impio. Et cum ille iaceret maledicta in regẽ:
iratus vnus ex comitibus dauid: voluit ire et p̃cute-
re eum: p̃hibet̃ a dauid. Et quomõ p̃hibet̃? Ut di- 2. Reg. 16.
ceret: deus illũ misit vt mihi malediceret. Agnoscẽs
culpam suã: amplexus est penam suam: querens glo-
riam non suã: dominũ laudans in eo q̃d boni habe-
bat. dominũ laudans in eo q̃d patiebat̃: benedicens Ps. 33.
dominũ in omni tempore: semp̃ laus eius in ore eiꝰ.
Tales sunt oẽs recti corde. Nonne hi p̃uersi qui se
rectos putant: et p̃uersum deũ? Qui quãdo aliquid
faciunt mali gaudent: quando aliquid mali patiunt̃
blasphemãt: Insup̃ positi in tribulatione et flagello:
dicũt deo corde distorto: Deus quid tibi feci? Uere
quia nihil deo fecerũt: omnia eñ sibi fecerũt. Et spi-
ritũ rectũ innoua in visceribus meis. Ne proii-
S cias me a facie tua. Auerte faciem tuam a pecca-
tis meis: et ne proiicias me a facie tua. Cuius faciem
timet: ipsius faciẽ inuocat. Ne proiicias me a facie
tua. Et spiritũ sanctũ tuũ ne auferas a me.
Est eñ spiritussanctꝰ in cõfitente. Jam ad donũ spi- 4. sen. dist. 17.
ritussancti p̃tinens: quia tibi displicet q̃d fecisti. Im- Quid sancti.
mũdo spiritui peccata placent. sancto displicẽt. Et-
si tu ergo adhuc veniam dep̃ceris: tamẽ ex ea parte
qua tibi displicet malũ quod cõmisisti: deo cõiunge-
ris. Hoc eñ et tibi displicet: q̃d et illi. Jam duo estis
ad expugnandã febrem tuam: tu et medicus. Quia
ergo nõ potest esse cõfessio peccati et punitio peccati
in homie a seipso: cum quisq; sibi irascit̃ et sibi displi-
cet: sine dono spũssancti non est. Nec ait: spm̃sanctũ
tuũ da mihi: sed ne auferas a me. Et spm̃sanctũ tuũ
T ne auferas a me. Redde mihi exultationẽ sa- Ut. fratres
lutaris tui. Redde quã habebã: quã peccãdo ami-
serã. Redde mihi exultationẽ salutaris tui: vtiq; chri-
sti tui. Quis eñ sine illo sanari potuit? Quia et añq̃
de maria nasceret̃: In principio erat verbũ et verbũ Joh. 1.
erat apud deũ: et deꝰ erat verbũ. Et ita a sanctis pa- Ut cor. 3. sent.
tribꝰ dispẽsatio suscepte carnis futura credebat̃. sicut dist. 25. ca. 1.
a nobis facta credit̃. Tẽpora variata sunt: nõ fides.
Redde mihi exultationẽ salutaris tui. Et spiritu p̃n-
cipali cõfirma me. Nõnulli intellexerũt hic trini-
tatẽ in deo ipsum deũ: excepta dispensatiõe carnis:
quoniã scriptum est. Deus spiritus est. Quod enim Joh. 4.
non est corpus: et tamẽ est: videt̃ restare vt spiritus
sit. Intelligũt ergo hic nõnulli trinitatem dictam: in
spiritu recto filium: in spiritusancto spiritũsanctum:
in spiritu p̃ncipali patrẽ. Siue ẽ hoc ita sit: siue spi-
ritũ rectũ ipsius homis accipi voluit: dicẽs: Spiri-
tũ rectũ innoua in visceribꝰ meis: quẽ curuauit et di-
storsit peccãdo: vt iã spũssanctꝰ ipse sit spũs p̃ncipalis
quem et auferri a se noluit: et eo se voluit confirmari.

non est heretica quelibet sententia. Sed videte quid
adiungat: Spiritu inquit principali cõfirma me. In
quo cõfirma? Quia ignouisti mihi: quia securus sum:
non mihi imputari: qd donasti. Ex hoc factus secu/
rus atq₃ ista gratia confirmatus: non ero ingratus.
Al. docebo. Quid enim faciam? † Doceam iniquos vias tu/
as. Doceã iniquos ex iniquo: id est qui fuerã et ego
iniquus: iam nõ iniquus: non ablato spiritusancto a
me: et spiritu principali cõfirmatus: doceam iniquos
vias tuas. Quas vias iniquos docebis? Et impij
ad te conuertent. Si peccatũ dauid impietati
deputatur: non de se desperent impij: quia pepercit de⁹
impio: sed si ad eum cõuertantur: si vias ipsius discãt.
Si autẽ impietati non deputatur factũ dauid: sed illa
propria impietas dicitur apostatare a deo: vnũ deum
non colere: aut nunq̃ coluisse: aut quem colebat di/
misisse: ad cumulũ valet qd ait: Et impij ad te cõuer
tentur. Ita plen⁹ es adipe misericordie: vt ad te cõuer
sis: nõ solũ quibuslibet peccatoribus: sed etiã impius
nõ sit desperandũ. Et impij ad te cõuertentur. Ut quid?
Roma. 4. Ut credentes in eum qui iustificat impium: deputetur
Al. libera. fides eorum ad iustitiam. † Erue me de sangui/
nibus deus deus salutis mee. Expressit lati/
nus interpres verbo minus latino proprietatem tamẽ
ex greco. Nam omnes nouim⁹ latine nõ dici sangui
nes nec sanguina sed sanguinẽ. tamẽ quia ita grecus
posuit plurali numero: non sine causa: nisi quia hoc
inuenit in prima lingua hebrea: Maluit pot⁹ inter/
pres minus latine aliquid dicere: q̃ minus proprie.
Quare ergo pluraliter dixit de sanguinibus? In mul
tis sanguinibus tanq̃ in origine carnis peccati mul
ta peccata intelligi voluit. Ad ipsa peccata respiciens
apostolus que veniũt de corruptiõe carnis et sangui
nis: ait: Caro et sanguis regnum dei nõ possidebunt.
j. Cor. 15. Enchiridion ca. 90. Nam vtiq₃ sm fidem veram eiusdem apostoli: caro
ista resurget: et ipsa merebitur incorruptionẽ: dicente
j. Cor. 15. ipso: Oportet corruptibile hoc induere incorrupti/
onẽ: et mortale hoc induere imortalitatẽ. Quia ergo
corruptio ista de peccato est: ipsius nomine appellã/
tur peccata: quẽadmodum dicitur lingua et illud fru/
stum carnis et membrũ quod in ore mouetur cum ver/
ba distinguim⁹: et lingua qd per linguã fit: sicut dici/
mus aliam linguã grecam: aliam latinam. Non enim
caro diuersa est: sed sonus. Quomõ ergo dicitur lin/
gua locutio que fit per linguã sic dicitur et sanguis ini/
quitas que fit per sanguinẽ. Attendẽs ergo multas
iniquitates suas: vt illud superius: Et omnes iniqui/
tates meas dele: et eas tribuens corruptioni carnis
et sanguinis: Libera me inquit de sanguinibus: hoc est
libera me ab iniquitatibus: mũda me ab omni corru/
ptione. Incorruptionẽ enim desiderat qui dicit: Li/
Ibidem. bera me de sanguinibus: quia caro et sanguis regnum
dei nõ possidebunt. neq₃ corruptio incorruptionem.
X Erue me de sanguinibus: Deus de⁹ salutis mee. Ostẽ
dit quia cum fuerit salus perfecta ĩ isto corpore: cor/
ruptio in eo non erit: que intelligitur nomine carnis et
sanguinis. Ipsa est enim perfecta sanitas corporis.
Nam modo quomõ sanũ est quod labitur: quod indi/
get: qd habet perpetuã quandam egritudinẽ famis et
j. Cor. 6. sitis? Hec et hunc nõ erunt: quia esca ventri: et venter
escis: deus autẽ et hunc et has euacuabit. Erit forma
j. Cor. 15. corporis perfecta ex deo: absorpta morte ĩ victoriã:
nulla remanente corruptione: nulla surrepente defe/
ctione: nullis mutata etatibus: nullo labore lassata:
vt nullo cibo fulciatur: et aliqua esca reficiatur. Sed non
erimus sine esca et potu: Ipse erit cibus noster deus
et potus noster. Solus ille cibus reficit nec deficit.
Libera me de sanguinib⁹ deus de⁹ salutis mee. Nõ
enim iam in ipsa salute sumus. Audi apostolũ. Spe
enim salui facti sumus. Et vide quid de ipsa salute cor/
poris dicebat: In nobismetipsis inquit ingemiscim⁹:
adoptionem expectãtes: redemptionẽ corporis no/
stri: Spe enim salui facti sumus: Spes autẽ que vide
tur nõ est spes: Quod enim videt quis: quid sperat?
Si autẽ qd non videmus speramus: per patientiã ex/
pectamus. Qui perseuerauerit vsq₃ in finem: ipsa est
illa patientia: Hic saluus erit: ipsa est salus quã non/
dum habemus: sed habituri sumus. Nondũ res est:
sed certa spes. Et exultabit lingua mea iusti/
ciam tuã. Domine labia mea aperies: et
os meũ annũciabit laudem tuam. Laudem
tuam: quia creatus sum: laudem tuã: quia vt confi/
terer iam monitus sum: laudẽ tuã quia peccans non
derelictus sum: laudem tuam quia vt securus essem
mũdatus sum. Labia mea aperies et os meũ annũ/
ciabit laudem tuã. Quoniã si voluisses sacri
ficiũ dedissem vtiq₃. In illo tempore erat dauid
quãdo sacrificiũ victimarum animaliũ offerebantur deo:
et videbat hec futura tempora. Nõne in his vocib⁹
nos agnoscimus? Erant illa sacrificia figurata: pre/
nũciãtia vnũ salutare sacrificiũ: nec nos dimissi sine
sacrificio sumus: quod deo offeram⁹. Audi enim quid
dicat aliquando gerens pro peccato suo: et ignosci sibi vo/
lens malũ quod fecit. Si voluisses inquit sacrificiũ
dedissem vtiq₃: holocaustis nõ delectaberis.
Nihil ergo offeremus? Sic veniemus ad deũ? Et
vnde illud placabimus? Offer: sane in te habes qd
offeras. Noli extrinsecus thura comparare: sed dic:
In me sunt deus vota tua: que reddam laudis tibi.
Noli extrinsecus pecus quod mactes inquirere: ha
bes in te qd occidas. Sacrificiũ deo spiritus
cõtribulatus: cor contritũ et humiliatũ de⁹
non spernit. Prorsus spernit taurum: hircũ: ari/
etem: iam non est tempus vt hec offerantur. Oblata
sunt cũ aliquid indicarent: cum aliquid promitterent:
venientibus repromissis: promissiones ablate sunt.
Cor contritũ et humiliatũ deus non spernit. Nostis
quia excelsus est deus: si te excelsum feceris longin/
quabit a te: Si te humiliaueris propinquabit ad te. Ui/
dete quis iste sit. Unus videbatur deprecari dauid: vi/
dete hic imaginẽ nostrã et typũ ecclesie. Benigne
fac domine ĩ bona volũtate tua sion. Huic
sion benigne fac. Quid ẽ sion? Ciuitas sancta. Que
est ciuitas sancta? Que abscondi nõ potest sup mon/
tem cõstituta. Sion in speculatione: quia aliud spe/
ctat quod sperat. Interpretatur enim sion speculatio:
et hierusalẽ visio pacis. Agnoscitis ergo vos in sion
et in hierusalẽ: si certi expectatis spem futurã: et si pa/
cem habetis cũ deo. Et edificentur muri hieru/
salem. Benigne fac domine in bona volũtate tua
sion: et edificentur muri hierusalem. Non sibi enim tri
buat aliqua merita sua: tu cum illa benigne fac. Edi/
ficentur muri hierusalem: Munimenta construan/
tur imortalitatis nostre: in fide: spe et charitate.

Tunc acceptabis sacrificiũ iusticię. Modo
autẽ sacrificiũ pro iniquitate: spiritũ contribulatũ et
cor humiliatũ: tunc sacrificiũ iusticię: laudis solius.
ps. 83. Beati enim qui habitant in domo tua: in secula secu
lorum laudabunt te. Hoc est enim sacrificiũ iusticię.
holocausta Oblationes et holocaustomata. Que sunt
holocaustomata? Totũ igne cõsumptũ. Quãdo to-
tum pecus imponebat arę dei: igne cõsumendũ: ho-
locaustum dicebat. Totos nos diuinus ignis absu-
mat: & feruor ille totus arripiat. Quis feruor? Nec
ps. 18. est qui se abscondat a calore eius. Quis feruor? De
Roma. 12. quo dicit apostolus: Spiritu feruẽtes. Non tñ ani
ma nostra absumat ab illo igne diuino sapientię: sed
& corp⁹ nostrũ vt mereat ibi imortalitatem. Sic le-
1. Cor. 15. uetur holocaustũ: vt absorbeat mors in victoriam.
Oblationes & holocaustomata. Tunc imponẽt
super altare tuũ vitulos. Unde vitulos? Qui
tibi elegit innocentiã nouę ętatis: liberat colla a iu-
go legis.

t Psalmus in nomine christi: etsi forte non vt
p volumus: verũtamẽ vt potuimus termina-
tus est. Restat paucis alloqui vos fratres:
propter multa mala inter quę viuimus. Neq enim
viuentes in rebus hũanis: migrare possum⁹ a rebus
humanis. Cum tolerantia viuendum est nobis inter
malos: quia cum mali essemus: cum tolerantia vixe-
runt boni inter nos. Non obliuiscentes q̃d fuerim⁹:
non desperabimus de his qui nunc sunt q̊ fuimus.
Verũtamẽ charissimi in tanta morum diuersitate: &
tam detestabili corruptela: regite domos vestras: re-
gite filios vestros: regite familias vestras. Quomõ
ad nos ptinet in ecclesia loqui vobis: sic ad vos per-
tinet in domib⁹ vestris agere: vt bonã rationem red-
datis de his qui vobis sunt subditi. Amat deus disci
plinã. Peruersa autẽ & falsa innocentia est: habenas
laxare peccatis. Valde inutiliter: valde pniciose sen-
tiet filius patris lenitatem: vt iuste postea dei sentiat
seueritatem. Et hoc nõ solus: sed cũ dissoluto patre
suo. Quid enĩ? Si ipse non peccat et non facit quod
filius eius: ideo non debet ab ipsa nequicia filiũ pro-
hibere? An forte vt videat filio eius: quia & pater ta-
lia faceret nisi senuisset? Peccatũ q̊ tibi non displi-
cet in filio tuo: delectat te: sed ętas deseruit: nõ cupi-
ditas. Maxime fratres mei filios vestros fideles at-
tẽdite: quos fide genuistis: vt baptizarent. Sed for-
te negligit malus filius: vel monita patris: vł obiur-
gationẽ: vel seueritatẽ: Tu imple psonam tuã: deus
de te & de illo exigit suam.

Diui Augustini deuota oratio: quã post singulos sermones atq tractatus psalmorum dicere consueuit.

5
De verbis dñi s. 8. in fine. c Onuersi ad dominũ deum patrem omnipo-
tentẽ: puro corde ei quãtum potest paruitas
nostra: maximas atq veras gratias agam⁹:
precãtes toto animo singularẽ mansuetudinẽ eius:
vt p̃ces nostras in beneplacito suo exaudire dignet:
Inimicũ quoq a nostris actibus et cogitationibus
sua virtute expellat: Nobis fidem multiplicet: men-
tem gubernet: Spirituales cogitationes cõcedat: Et
ad beatitudinẽ suam perducat: Per Iesum christum
filium suum dominũ nostrũ: Qui cum eo viuit & re-
gnat in vnitate spiritussancti deus: per omnia secula
seculorũ: Amen.

Diui Aurelij Augustini Hipponensis episcopi: de quinquagesimo & vltimo pri-mę Quinquagenę psalmo Tractatus feli-citer explicit.

Aurelij Augustini Se/
cunda Quinquagena

Diui Aurelij Augustini hipponen. epi
de ps. LI. Tractatus incipit.

A Prefatio.

Psalmus breuis est: de quo loquendū
suscepimus charitati vestre: & titulū
habet aliquātulū negociosū. Pa/
tienter ergo sustinete nos: donec illum
enodemus vt possumus: quantū ad
iuuerit dñs. Necq enim passim pter/
eūda sūt hec quandoquidē placuit fratribus: nō tan/
tū aure & corde: sed & stilo excipienda que dicimus: vt
nō auditorē tantū: sed & lectorē etiā cogitare debea/
mus. Nata est quidē occasio psalmo huic ex re qua
dā gesta: quā vobis etiā fecimus recitari de libro re/
j. Reg. 8. gnorum. Saul enim rex nō ad permanendū electus ē a domi
no: sed sm populi cor durū & malū datus ad eorum cor
rectionē: nō ad vtilitatē: sm illā falsā sācta scriptura
Job. 34 rā: q ait de deo: Qui regnare facit hoiem hypocri/
tā: propter peruersitatē populi. Cū ergo talis esset saul: per
j. Reg. 21. sequebatur dauid: in quo deus prefigurabat regnū salu
tis eterne: & quē deus elegerat permansurū in semine
suo: quādoquidē futurus erat rex noster rex seculorum:
Ro. j. cū quo regnaturi sumus in eternū ex semine ipsius da
uid sm carnē. Cū ergo dauid deus elegisset: & pelegisset
& predestinasset ad regnū: noluit & ipm dauid ante re
j. Reg. 21. gnū tenere: q primo a persequētibus liberaret: vt eti
am in hoc ipso figuraret nos: id est corpus eius: cuius
Coll. j. corporis caput christus. Porro enim si ipm caput no
strū sine primo peracto labore in terra: in celo regna
re noluit: neq leuare sursū corpus qd deorsum acce
pit: nisi per tribulationis viā: quid audent mēbra spe
Matth. jo rare capite suo magis se posse esse felicia? Si patrē
familias beelzebub vocauerūt: quāto magis dome
sticos eius? Non ergo speremus molliorē viā: qua
processit caput. q duxit sequamur. Si enim a vestigio
eius aberrauerimus: perimus. In hoc ergo dauid qd prefi
B gurabatur videtis. Ergo & in saul quid prefigurabatur
videte. Regnū malū in saul. & regnū bonū in dauid.
Mors in saul & vita in dauid. Etenim nos nō persequitur
nisi mors: de qua in fine triūphabimus: dicētes: Ubi
j. Cor. 15. ē mors contentio tua? vbi est mors aculeus tuus?
Quid est qd dico: nō nos persequitur nisi mors? Quia
nisi mortales essemus: nō esset qd nobis faceret ini/
micus. Nunquid enim angelis quicq facit? Ergo etiam
ipsa mors a qua maxime habemus persecutionē: cuius
finitur in fine cōtentio: cū resurrexerimus a mortuis: si/
cut finita ē in capite nostro: sic finietur & in nobis si iu
sti fuerimus inuenti. Nā mortuus ille mortis inter/
fector fuit: & magis in illo mors mortua est: q ipse in
morte. Denique etiā nomē ipm si attēdamus. non est
sine mysterio. Nā saul interpretatur petitio: hoc ē ap/
petitio. Quid enim dubitare debemus: nobis fecisse
mortē illā? A peccato enim hominis nata ē mors. Me/
rito ergo ipse sibi homo appetiuit mortē: & iō appeti/
Sap. j. tio nomen est mortis. Nam sicut scriptū est: Deus
mortē nō fecit: nec letatur in perditione viuorum: Creauit
enim deus vt essent omnia: & sanabiles fecit nationes or/
bis terrarū: Et vnde mors: tanq quereres: Impij
Ibidem. autē manibus: inquit: & verbis accersierūt illā: & esti/
mantes illā amicā defluxerūt. Ergo appetēdo illam
defluxerūt: & in mortē irruerūt: estimātes illā sibi eē
amicā & quē estimauit populus amicū: & petiuit re
gē inimicū. Extorsit enim populus a dño habere re/
gem: & datus est saul tanq dati essent illi in manus
suas: qui manibus & verbis accersierūt mortē: & figu/ j. Reg. 8
rata est in ipso saule ipsa mors. Ideo psalmus ille se/
ptimusdecimus: sic habet titulū: In die qua liberauit Ps. 17.
eum dñs de manu omniū inimicorum eius. & de manu
saul. Dixit primo omnes inimicos eius: & postea de ma
nu saul: q: nouissima inimica destruetur mors. Quid
ē: Et de manu saul? Quoniā exemit nos ab inferis: & j. Cor. 15
de manu mortis liberauit nos. Cū ergo saul persequeretur vir
sācrā dauid: confugit dauid vbi tutū putauit eē locū: j. Reg. 21
trāsiēs per sacerdotē quendā achimelech: accepit ab
eo panes. Ubi figurauit etiā personā nō tantū regis:
sed & sacerdotis: qui mēducauit panes propositionis:
quos sicut dicit dñs in euāgelio: nō licebat mandu Matth. 12
care nisi solis sacerdotibus. Postea cepit eū querere j. Reg. 22
saul: & iratus est suis qd nemo eū sibi vellet prodere.
Hoc modo lectū est in libro regnorū. Erat autē ibi
doech idumeus quidā: quādo venerat ille ad achi/
melech sacerdotē princeps pastorum saul. Qui cū adē/
set quādo saul irascebatur suis: q nullus illi vellet pro
dere dauid: prodidit vbi eū vidisset. Misit continuo
saul: exhibuit sacerdotē: & omnes eius: & iussit occidi.
Nemo ausus est hominū regis saul: nec iubēte rege
mittere manū in sacerdotes dñi: sed ille q prodiderat:
sicut iudas qui a proposito suo nō recessit: & vsq in fi
nē perseuerauit: de illa radice fructus ferre: quales nisi Matth. 7
quales fert arbor mala? Occidit doech iste manu sua
iubente rege sacerdotē & omnes eius. Deinde debel/ j. Reg. 22
lata est ciuitas etiā sacerdotū. Inuenimus ergo doech
istum inimicum regi dauid: & sacerdoti achimelech.
Unus homo est doech: sed genus hominum est do/ D
ech: sicut dauid & corpus ipsius regis & sacerdotis:
tanq vnus homo est due persone: sed tamē vnū genus
hominū. Proinde in isto tpe: & in isto seculo videa/
mus hec duo genera: vt pertineant ad vtilitatē nostram:
vel qd cātauimus: vel qd cantari audiuimus. Mō vi/
deamus doech: modo videamus corpus regis & sa/
cerdotis: modo videamus corpus hominū aduersus
regē & sacerdotē. Primo nomina ipsa attēdite q my/
stica sint. Doech interpretatur motus. Idumeus inter
pretatur terrenus. Iā videte quale genus hominū signi/
ficet doech iste motus. Nō ergo perseuerans in eter/
nū: sed emigraturus terrenus. Quid expectatur de hoie
terreno aliqs fructus celestes? Homo erit in eternū.
Est ergo regnū terrenū: vt breuiter dicā & cito insi/
nuē: hodie in isto seculo: vbi est & regnū celeste. Pe
regrinos habet ciues suos vtrūq regnū: regnū ter
renū: & regnū celeste: regnū eradicandū: & regnum in
eternū plantandū. Modo in hoc seculo ciues vtri/
usq regni permixti sūt. Corpus regni terreni: & corpus
regni celestis cōmixtū est. Regnū celeste gemit inter
ciues regni terreni & aliquādo: Nā & hoc tacendum
nō est: quēadmodū regnū terrenū angariat ciues re
gni celorum: & regnū celeste āgariat ciues regni terre/
ni. Utrūq vobis de scriptura dei demōstrabimus.
Daniel & tres pueri in babylonia prepositi sunt nego Daniel
cijs regis. Ioseph in egypto secūdus a rege positus Gen. 41
est administrare rempublicā: de qua republica erat
populus ille dei liberādus. In ipsa republica anga/
rias quodāmodo faciebat ioseph: sic illi tres pueri:
sicut daniel. Manifestum est ergo q vsurpat sibi ad
opera sua: id ē ad opera regni sui. & ad facta sua mala re/
gnū terrenū ciues regni celorū. Quid est regnū ce/

borũ: Quod vsurpat in hoc seculo ad tẽpus ciues re-
gni trenti? Nõne de his Ap̃ls dic: q nõ caste euãge
liũ annũciabãt: sʒ terrena desiderãtes: regnũ celorũ
p̄dicabant: sua q̃rebãt t christũ annũciabant? Et vt
noueritis q̃ t ipsi ad opus regni celoꝝ: tanq̃ merce-
Phil. 1. narii assumpti sunt: Ap̃ls gaudẽs de illis dicit: Sũt
qui per inuidiã t ꝯtentionẽ christũ annũciant: nõ ca
ste: existimantes tribulationem se suscitare vinculis
meis. Quid em̃ dũ omnimodo siue per occasionẽ si-
ue per veritatẽ christus annũcietur: Et in hoc gau-
deo: sed t gaudebo. De talibus etiã christus annun
Math. 23 ciat dicens: Pharisei t scribe sup̃ cathedras moysi
sederũt: que dicũt facite: que autẽ faciũt: facere noli
te. Dicũt em̃ t nõ faciũt. Que dicũt: pertinẽt ad da
uid: q̃ aũt faciũt: ptinẽt ad doech. Per illos me au-
dite: illos imitari nolite. Ista duo genera hominuʒ
sunt hodie in terra: De his duobus generibus ho-
¶ minũ cantat psalmus iste. Habet aũt psalmi titul⁹:
1. Reg. 21. In finẽ intellect⁹ dauid cum venit doech
idume⁹ t nũciauit saul: venit dauid in do-
mũ abimelech: cũ legam⁹ eũ venisse i domũ achi
melech. Et fortasse qd nõ absurde sentim⁹ ꝓpt simi-
litudinẽ nominis: t vnius syllabe differentiã: vel poti
us vni⁹ littere: variati sũt tituli. In codicibus tamẽ
psalmoꝝ: cũ inspiceremus: mag' abimelech q̃ achi
melech inuenimus. Et qm̃ in alio loco habes eundẽ
tissimũ psalmũ: nõ dissimilitudinẽ nominis: sʒ pror
sus diuersũ nomen insinuantẽ: quãdo quidẽ dauid
ante regẽ achis: nõ ante regem abimelech imutauit
faciem suã: t dimisit eũ: t abiit. Titulus aũt psalmi
Ps. 33. sic scrip⁹ est: Quãdo imutauit vultũ suũ corã abi-
melech: Ipsa magis mutatio nomis in mysteriũ fe-
cit nos esse intentos: ne tanq̃ res historie ꝓsequaris:
t sacrata vela contẽnas. Discussũ nomen in psalmo
illo: qd ẽ abimelech: inuenit interp̄tatũ: patris mei
regnũ. Quomodo aũt patris sui regnũ dimisit da-
uid: t abiit: nisi quomõ christ⁹ regnũ iudeoꝝ dimi-
sit: t ad gentes trãsiuit? Hũc fortassis etiã ꝓpheti-
cus spiritus ascribens titulũ psalmo huic: voluit vt
nõ diceret achimelech: sed abimelech: quia quando
venit dauid ad patris sui regnũ: tũc est ꝓditus: hoc
est quãdo venit dñs noster iesus christus ad regnuʒ
iudeoꝝ institutũ a patre suo: de q̃ dic: Auferet a vob
Math. 21 regnũ dei: t dabit gẽti facientĩ fruct⁹ ei⁹: t iusticiã: ic ẽ
ꝓditus morti: quã significat saul. Non est aũt occi-
sus: sicut nec isaac: cuʒ t ipse passionẽ dñi figuraret:
nec tamẽ sine sanguine figura transacta ẽ: Uel ibi il-
Gen. 22 lius aries: vel hic achimelech sacerdotis. Neq̃ em̃
occidi oportuit eos quos tunc resurgere nõ oporte-
bat: sed eorũ vitã a mortis periculo liberari. Uerũ-
tamẽ effusi sanguinis liberatio: resurrectionẽ pot⁹
significabat: que hoc modo i illis figurabat. Quia
vero dño seruabat resurrectio: plura hinc dici pos-
sent: si illarũ rerũ gestarũ in hoc sermone suscepisse-
mus tractanda mysteria. Nunc iam audiamus ista
duo genera hominũ: quãdoquidẽ de titulo isto: t si
operosius t fortasse loquacius: tamen vt dominus
6 concessit exitũ est. Duo genera hominũ attendite:
vnũ laborantiũ: alterum eoꝝ inter quos laboratur.
Unũ de terra: alterũ de celo cogitantiũ. Unũ in pro
fundũ cor mittentiũ: alterũ cor angelis coniũgẽtiũ.
Unuʒ sperantiũ de terrenis quibus pollicet hic mũ-
dus: alterũ presumentiũ de celestibus: que promisit
nõ mendax deus. Nõ esse desperandũ de homini-
bus bonis: si per eos terrenũ aliquid administret:
nec rursũ continuo gratulandũ de hoĩbus qui cele-
stia agere dinoscant negocia: cũ plerũq̃ illi qui ne-
gocia secularib⁹ implicati sũt: cor semper sursũ ha-
beant: t isti qui celestia semp̃ predicant: cor trahunt
in terra. Sed mixta sũt ista genera hominũ: Inueni-
mus modo ciuẽ hierusalem: ciuẽ regni celoꝝ admi-
nistrare aliquid in terra: vtputa purpurã gerit: ma-
gistratus est: edilis est: proconsul est: imperator est:
rempublicã gerit terrenã: sed cor sursũ habet: Si chri
stianus est: si fidelis est: si pius est: si contẽnens in q̃
bus est: t sperat in quibus nondũ est. De quo gene-
re fuit illa sancta mulier hester: que cũ esset vxor re-
gis: ventũ est ad periculũ deprecandi pro ciuib⁹ su-
is. Et cum oraret coram deo: vbi mentiri non pos-
set: in oratiõe sua dixit: ita sibi fuisse illa ornamenta Hester. 14.
regalia sicut pannũ menstruate. Non ergo despere-
mus de ciuibus regni celoꝝ: quãdo eos videm⁹ ali-
qua gerere babylonie negocia: aliquid terrenum in
republica terrena. Nec rursus cõtinuo gratulemur
omnibus hominibus quos videmus agere negocia ce-
lestia: quia t filii pestilentie sedent aliquãdo i cathe- Ps. 1.
dra moysi: de quibus dicit: Que dicũt facite: q̃ aũt Math. 23
faciunt: facere nolite. Dicũt em̃ t nõ faciunt. Illi in
terrenis rebus leuant cor in celũ: isti in celestib⁹ ver
bis trahũt cor in terrã. Ueniet autẽ tempus ventila-
bri: quãdo vtrũq̃ diligentissime discernatur: ne gra- Math. 3.
nũ aliquod transeat in aceruũ palee comburẽduʒ:
nec vna stipula transeat ad massam in horreo recon
dendã. Q̃ diu ergo nũc permixtũ est: audiam⁹ hinc
vocem nostrã: id est ciuiũ regni celoꝝ. Hoc em̃ affe-
ctare debemus: tolerare hic malos q̃ tolerari a bo-
nis: t coniũgamus nos huic voci: t aure: t lingua:
t corde: t opere. Quod si fecerimus: nos hic loqui-
mur i his que audiuim⁹. Dicat ergo primo de cor-
pore malo regni terreni.

Expositio psalmi.

q

Quid gloria- Ps. 1. h gloriaris
tur i malicia qui po-
tens est? Attẽdite fra-
tres mei: gloriam mali- tes.
gnitatis: gloriam homi-
nũ maloꝝ. Que ẽ glia?
Quid gloriat i malicia:
qui potens est: id ẽ q in
malicia potẽs: quid glo-
riatur? Opus est potentẽ esse: sed in bonitate: nõ in
malicia. Aliquid magnũ est gloriari in malicia? Edi-
ficare domũ paucoꝝ ẽ: destruere multorũ. Quiuis
ignarus potest seminare frumenta: excolere segetẽ:
expectare donec maturescat: sed in eius fructu in q̃
laborauit gaudere: paucoꝝ est. Una scintilla omnẽ
segetẽ incendere quiuis potest. Suscipere infantes:
natũ nutrire: educare: ad iuuenilẽ etatem perduce-
re: magnũ officiũ ẽ: occidere hoĩ illũ vno puncto tẽ-
poris quiuis potest. Ergo ea que ad destructionẽ fi-
unt: facillime fiunt. Qui gloriat: in domino glorietur: 1. Cor. 1.
Qui gloriat: in bonitate glorietur. Gloriaris quia po-
tens es in malo: quid facturus es o potens: quid fa-
cturus es? Multũ te iactas: occasurus es homines:
hoc t scorpius: hoc t vna febris: hoc t fung⁹ mal⁹:

[illegible] redacta [illegible] oīs potētia tua: vt vno malo fi[illegible]
go [illegible]: Hoc ergo faciāt boni ciues hierusalē:
q nō in malicia [illegible] in bonitate glorient: Primo vt nō
in se sed in dño glorient. deinde vt ea que ad [illegible]
[illegible] faciāt studiose faciāt: [illegible] talia faciāt que valeāt
ad permanendū. Que adh faciūt ad destructionē fa
ciāt pter disciplinā [illegible] nō pter [illegible]
innocentiū. Huic ergo potentię comparatū corpus
illud terrenū: qre non audiat ex his verbis: Quid
gloriaris in malicia qui potēs est In iniquitate:
3 Tota die iniusticiā cogitauit lingua tua.
In iniquitate tota die: id est toto tēpore [illegible]
dine: sine interuallo: sine pausatiōe. Et quādo nō fa
cis: cogitas: vt quādo aliquid mali abest a manib⁹:
a corde nō absit. Aut facis malū: aut dū non potes
facere: dicis malū: hoc ē maledicis. Aut quādo nec
hoc potes: vis [illegible] cogitas malū. Tota die ergo: id ē
sine intermissiōe expectamus huic hoī pęnā: Par
ua sibi pęna est: minaris ei. Tu cuz ei minaris: quo
eū vis mittere: I malū: Dimitte illū in se: Ut multū
seuias: subiecturus es bestijs: In seipm peior est
bestijs. Bestia eñ lacerare corpus eius potest: ipse
cor suū sanuz relinquere nō potest. Interi⁹ in seipm
seuit: [illegible] tu exterius plagas inqris: imo ora deū p illo
vt liberet a se. Uerūtñ i hoc psalmo fratres mei: nō
oratio est pro malis: aut ɔtra malos: sed phetia qd
[illegible] euenturū malis. Nō [illegible] putetis ex maliuolen
tia psalmū aliquid dicere: Dicit eñ in spiritu phe
tię. Quid ergo sequit: Tota potētia tua: [illegible] tota co
gitatio iniquitatis: tota die: [illegible] meditatio malignita
tis in lingua tua sine intermissiōe quid egit: quid fe
4 cit: Sicut nouacula acuta fecisti dolū. Ec
De [illegible] 6. ce quid faciāt [illegible] capillos radūt. Quid est
quod dixit: Si sint tales ciues hierusalē qui audiāt
vocē dñi [illegible]: Nolite timere eos q
Mat. 5. 10 corp⁹ occidūt: animā aūt nō possūt occidere: Qui
audiāt vocē que mō ex euāgelio recitata ē: Quid p
Mat. 5. 16. dest hoī si totū mūdū lucret: se aūt ipm pdat [illegible] de
trimētū sibi faciat: cōtēnūt oīa psentia bona: insup
[illegible] ipam [illegible] Et quid factura est nouacula doech ho
j. Reg. 21. mini meditāti in hac terra regnū celorū: [illegible] futuro in
regnū celorū habēti secū deū [illegible] permāsuro cū deo:
Quid ē factura illa nouacula: Capillos rasura: Cal
uū factura est. Et hoc ad christū pertinet: qui in lo
Mat. 27 co caluarię crucifixus est. Facit [illegible] qd in
j. paral. 26 terpretatur caluarā. Nā isti capilli superflua rerū tē
poraliū significāt. Qui quidē capilli non supflue fa
cti sūt a deo in corpore hominuz: sed ad aliquod or
namentū: tamē quia sine sensu pręciduntur: illi q ad
hęrēt corde deo: sic habent ista terrena tanq̄ capil
los. Sed aliquādo [illegible] aliquid boni de capillis operā
Esa. 58. dū est. quādo frangis panē esurienti: egenus sine te
cto iducis in domū tuā: si videris nudū vestis: Po
stremo etiā ipi martyres imitātes dominū: sangui
j. Joh. 3. nē pro ecclesia fudentes audiētes vocē illā: Sicut
christus aīam suā p nobis posuit: sic [illegible] nos debem⁹
p fratribus aīas ponere. Quodāmodo de capillis
suis bene nobis fecerunt: id est de his rebus quas
potest amputare vel radere illa nouacula. Quia er
go [illegible] de ipis capillis boni aliquid fieri potest: signi
ficatur [illegible] illa mulier peccatrix: que cū fleuisset super
Luc. 7. pedes dñi capillis suis tersit quos lachrymis riga
uit: significās quia cū misertus fueris alicuius: de
bes [illegible] subuenire si potes. Cū eñ misereris: [illegible] la
chrymas fundis: cū subuenis: capillis tergis. Et [illegible]
hoc [illegible] quāto magis pedibus dñi: Qui sunt
pedes dñi: Euāgelistę sancti. de quibus dictum est:
Quā speciosi pedes sunt eorū qui annūciant pacem:
Esa. [illegible] qui annunciant bona. Ergo acuat nouaculā suam
doech: acuat dolū quantū potest: ablaturus est sup
flua tēporalia: nūquid necessaria sempiterna: Dile
5 xisti maliciam super benignitatem. Ante te
erat benignitas: ipam diligeres. Nō enim aliquid
eras erogaturus: aut quos diligeres de longinqua
nauigatiōe allaturus eras. Benignitas ante te: ini
quitas añ te: cōpara [illegible] elige. Sed forte habes ocu
lū quo videas malignitatē: [illegible] nō habes oculum quo
videas benignitatē. Uę iniquo cordi: qd peius est:
auertit se: ne videat quod videre potest. Quid enim
de talibus alio loco dictū est: Noluit intelligere vt
Ps. [illegible] bene ageret. Nō eñ dictū est: nō potuit: noluit [illegible]
intelligere vt bene ageret: clausit oculos a luce psen
ti. Et quid sequitur: Iniquitatē meditatus est in cubi
li suo: hoc est in interiori secreto cordis sui. Tale qd
j. Reg. [illegible] obijcit huic doech idumeo maligno corporis motu
terreno: nō permanēti: nō cęlesti. Dilexisti maliciaz
super benignitatē. Nam vis nosse q̄ videat malus
vtrūq: [illegible] illud potius eligat: hinc se auertat. Quare
clamat quādo inique aliquid patitur: Quare tunc
exaggerat quantū potest iniquitatē: [illegible] laudat beni
gnitatē: rephendēs eū qui in illo operatus est mali
gnitatē super benignitatem: Sit ergo regula sibi ad
videndū: de seipo iudicabit. Porro si faciat qd scri
Mat. [illegible] ptū est: Diliges pximū tuū tanq̄ teipm: Et q vul
tis vt faciāt vobis homines bona: hęc [illegible] vos facite
illis: apud se habet vnde nouerit: quia quod sibi nō
vult fieri: nō debet facere alteri. Dilexisti maliciam
super benignitatē. Inique: inordinate: [illegible] pverse vis
leuare aquā super oleū: demergit aqua: oleū super
eminebit. Ponere vis sb tenebris lucē: fugabūt tene
brę: lux manebit. Super cęlum terrā vis collocare:
pondere suo cadit terra in locū suū. Tu ergo merge
ris diligēdo maliciā sup benignitatē. Nā nunq̄ be
nignitatē malicia superabit. Dilexisti maliciā super
benignitatē: Iniquitatē magis q̄ loqui ęquitatē.
Añ te ē ęquitas añ te ē iniquitas. Unā linguā habes: q̄
vis eā vertis. Quare ergo potius ad iniquitatem [illegible]
nō ad ęquitatē: Cibos amaritudinis nō das ventri
tuo: [illegible] cibos iniquitatis das linguę tuę maligne: Sic
eligis q̄ vescaris: sic elige qd loquaris. Pponis
ergo iniquitatē ęquitati: [illegible] pponis maliciam beni
gnitati. Tu quidē pponis: sed supra esse qd potest
nisi benignitas [illegible] ęquitas: Sed tu imponendo te q̄
dāmodo super ea que necesse est vt deorsū eant: nō
illa facias esse supra bona: sed tu cū eis mergeris in
mala. Propter hoc sequitur in psalmo: Dilexisti
Ps. [illegible] omnia verba submersionis. Eripe ergo te si
potes a submersione. [illegible] fuge: [illegible] plumbū
amplecteris. Si nō vis mergi: tabulā apphende li
j. [illegible] gno portare: crux te perducat. Nūc ergo qr doech
es idumęus: motus [illegible] terrenus: quid facis: Dilexi
[illegible] sti oīa verba submersiōis. Linguā dolosā.
Ergo illa verba submersionis linguā dolosam. Quid
est lingua dolosa: [illegible] est lingua dolo
sa: aliud in corde gestantiū: aliud in ore promentiū.
Sed in his subuersio: in his submersio est. Pro

pterea deus destruet te in finē. Et si nūc vide
Esa. 40 ris viuere tanq̃ fenū ī agro añ estū solis. Omnis em̄
M caro fenū: ⁊ claritas eius vt flos feni: Fenū aruit ⁊
flos decidit: verbū aūt dn̄i manet in eternū. Ecce q̄
te teneas: ad id qd̄ manet in eternū. Nā ad fenū: et
ad florē feni si te tenueris: quoniā fenū arescet: ⁊ flos
decidet: destruet te deus in finē. Et si modo nō: cer
Luc. 3. te in finē destruet: quādo illud ventilabrū venerit: et
aceruus paleę a massa sepatus fuerit. Nōne massa
in horreo: ⁊ palea in igne: Nonne totus iste doech
Math. 25 ad sinistrā stabit. quādo dicturus est dn̄s: Ite in ig
nem eternū qui paratus est diabolo ⁊ angelis eius:
Destruet ergo te deus in finē. Euellet te et emi
grabit te de tabernaculo tuo. Modo ē do
ech iste idumeus est in tabernaculo: sed seruus non
Io. 8 manet in domo in eternū. Operatur ⁊ iste aliquid bo
Phil. 2 ni: ⁊ si nō facta sua: saltē verba dei: vt ī ecclesia q̄
sua querit: saltem quę christi sūt dicat. Sed emigra
bit te de tabernaculo: Amē dico vobis: perceperunt
Math. 6 mercedem suam. Emigrabit te de tabernaculo tuo:
N Et radicē tuā de terra viuentiū. Ergo in ter
ra viuentiū nos debemus habere radicē. Radix no
stra ibi sit. In occulto est radix. Fructus videri pos
sūt: radix videri nō pōt. Radix nostra charitas nō
stra: fructus nostri: opera nostra. Opus est vt ope
ra tua de charitate procedāt: tūc est radix tua de ter
1. Reg. 21. ra viuentiū. Inde eradicabit iste doech: nec omnino
poterit ibi pmanere: quia nec altius ibi fixit radicē.
Sed quō illa semina in petra ⁊ si radicē emittūt: ta
Math. 13. mē q̄r humorē nō habēt: sole orto ptinuo arescunt.
Et vero illi qui altius figūt radicē: quiā audiunt ab
Eph. 3 Aplo: Flecto genua mea p vobis ad patrē dn̄i nr̄i
iesu christi: vt sitis in charitate radicati ⁊ fundati. Et
q̄r ibi iā radix: vt possitis inquit cōphendere quę sit al
titudo: latitudo: longitudo ⁊ pfundū. Scire etiā su
pereminentē scientiā charitatis christi: vt impleamī
ni in omnē plenitudinē dei. Talibus fructib⁹ digna
est tanta radix: tam simplex: tam germinās in germi
na: tā alta ⁊ fundata ⁊ profunda. Et vero huius ra
[illegible] dix eradicat de terra viuentiū. Et videbūt iusti
O ⁊ timebūt: ⁊ sup eum ridebūt. Quando time
bunt: Quādo ridebūt: Intelligamus ergo ⁊ discer
namus duo ista tēpora satis vtiliter timendi ⁊ ridē
di. Q̄ diu em̄ sumus in hoc sęculo: nondū est riden
1. Reg. 22. dū ne postea ploremus. Legimus quid seruet in fi
nē huic doech: legimus ⁊ quia intelligamus ⁊ credi
mus: videmus sed timemus. Hoc ergo dictū ē: Vi
debūt iusti ⁊ timebūt. Q̄ diu timemus quid euentu
rū sit in finē malis: quare timem⁹: Quia dixit Apo
Phil. 2 stol⁹: In timore ⁊ tremore vestrā ipsorū operamī sa
Ps. 2 lutē. Quia dictū ē in ps̄. Seruite dn̄o in timore: ⁊
exultate ei cū tremore. Quare cū tīore: Quia ppt
1. Cor. 10. hoc ait Aplus: Qui se putat stare: videat ne cadat.
Gal. 6 Quare cū tremore: Quia dicit alibi: Fres si pocu
pat⁹ fuerit hō ī aliq̄ delicto: vos q̄ spirituales estis ī
struite huiusmodi in spiritu lenitatis: intendēs teip
sum ne ⁊ tu tempteris. Ergo iusti qui sūt modo: qui
Ro. 1 viuunt ex fide ⁊c. videāt istū doech quid illi euenturū
sit: vt tamē timeāt ⁊ sibi. Quid em̄ sūt hodie: sciūt:
quid cras futuri sint: nesciūt. Modo ergo videbūt
iusti ⁊ timebūt. Quādo aūt ridebūt: Quādo trāsi
erit iniquitas: quādo transuolauerit: sicut iā ex ma
gna parte transuolauit: tēpus incertū: quādo fuga

te fuerint tenebrę huius sęculi in quibus modo nos
ambulamus: nisi ad lucernā scripturarū: ⁊ ideo time
mus tanq̄ in nocte. Ambulam⁹ em̄ ad prophetiā:
de qua dicit aplus petrus. Habemus certiorē p̄phe 2. Pet. 1
ticū sermonē: cui bn̄ facitis itēdētes sic lucernę luce
ti ī obscuro loco: donec dies lucescat: ⁊ lucifer oriat
in cordibus vestris. Q̄ diu ergo ad lucernā ambula
mus: necesse est vt cū timore viuamus. Cū autē ve
nerit dies ille: id est manifestatio christi: de q̄ illā
dic aplūs: Cū christ⁹ apparuerit vita vr̄a: tūc ⁊ vos Col. 3
apparebitis cū ipo in gloria. Tūc iusti videbūt ⁊ irri
debūt sup istū doech. Nō ē em̄ iā subueniendi loc⁹ 1. Reg. 21.
quomō nūc: quādo vides hominē iniuste viuentē:
vis cū illo laborare vt corrigas: quia qui iniustus ē:
conuersus poterit iustus esse: quomō ⁊ iustus auer
sus poterit iniustus esse. Itaq̄ nec de te psumas:
nec de illo desperes: ⁊ da operā quantū potes si be
nignus es. si nō diligis maliciā sup benignitatē: vt
ambulantē hominē in via mala ⁊ errantē: corrigas
ad viā bonā. Tūc vero cū venerit iudicii tēp⁹: cor
rectionis locus nō erit: sed tantū damnatiōis: ⁊ erit
ibi pęnitentia: sed infructuosa: quia sera. Vis vt fiat
fructuosa: non sit sera. Considera: hodie te corrige.
Reus es: ille iudex est. Corrige reatū tuū ⁊ gaude
bis ad iudicē. Hodie em̄ hortat te ne iudicet te: ⁊ q̄
iudex tuus futurus est: ipse est hodie aduocatus tu
us. Tūc ergo fratres restat ridendi tempus. Nam
ipam irrisionē iniquorū quę futura ē a iustis signifi
cauit liber ille sapientię. In suorū em̄ amicorū aīas
cū transfert se sapiētia factura est qd̄ dicit: Increpa Prouer. 1.
bā ⁊ nō exaudiebatis: loquebar ⁊ meis sermonibus
nō intendebatis: ⁊ ego vestrę pditioni superridebo.
Hoc fiet tunc a iustis in istū doech. Modo autē vi
deamus ⁊ timeamus: ne hoc simus qd̄ in eum dici
mus. Et si eramus hoc: esse desinamus: vt modo ti
mentes postea rideamus. Quid aūt tūc dicent qui
ridebūt: Et sup eū ridebūt: Et dicent: ecce ho P
mo qui nō posuit deū adiutorem suū. Vi
dete corpus terrenū. Quantū habebis: tant⁹ eris:
prouerbiū auarorū: rapaciū: innocētes opprimētiū:
res alienas inuadentiū: cōmendata negantiū. Qua
le hoc prouerbiū: Quantū habebis: tantus eris id de rege. iur. 239. n
est quantū habueris pecunię: quātū plus acquisie
ris: tanto plus poteris. Ecce homo qui non posuit
deum adiutorē suū. Sed sperauit in multitu
dine diuitiarū suarum. Nō dicat pauper forte
malus: ego nō sum de hoc corpore. Audiuit em̄ pro
phetā dicentē: Sperauit in multitudine diuitiarū
suarū: continuo si paup est attendit pannos suos.
Respexit iuxta se forte diuitē in populo dei ornati⁹
vestitū: ⁊ ait in corde suo: de isto dicit: nūquid dē me:
Noli inde te excipere: noli separare: nisi videris ⁊ ti
mueris vt postea rideas. Nam quid tibi prodest si
eges facultate: ⁊ ardeas cupiditate: Quādo dn̄s no
ster iesus christus abeunti a se illi diuiti contristato
dixerat. Vade vende oīa quę habes: ⁊ da paupe Math. 19
bus: ⁊ habebis thesaurū in cęlo: ⁊ veni seq̄re me. Et
magnā desperationē diuitib⁹ pnūciaret: vt diceret:
Facili⁹ posse camelū trāsire p foramē acus: q̄ diui
tē intrare in regnū cęlorū: Nōne ptinuo discipuli cō
tristati sūt dicentes apud semetipsos: Quisnā poterit sal Ibidem.
uari: Ergo quādo dicebāt: quisnā potest saluari:
diuites paucos attendebāt. Latebat eos tāta pau

perũ multitudo? Nõ sibi poterãt dicere: si difficile
ẽ imo ẽ impossibile: vt intrẽt diuites in regnũ celo/
rũ: sicut impossibile est: vt intret camelus p foramẽ
acus. Oẽs pauperes intrent in regnũ celoꝝ: diui
tes soli excluduntur? Quot sũt eñ diuites? At vero
pauperũ milia innumerabilia. Nõ eñ tunicas ispe
ctaturi sumus in regno celorũ: sed vestis cuiusqꝫ fulgor
iustitiæ deputabit. Erũt ergo pauperes equales an
Math. 22 gelis dei. indutꝰ stolis imortalitatis: et fulgebunt sicut
Math. 13. sol in regno patris sui. Quid nobis est de diuitibus
paucis sollicitos esse aut laborare? Non hoc sense/
Math. 19. rũt apostoli: sed cũ dñs hoc dixisset: Facilius est ca
melũ trãsire p foramẽ acꝰ. q̃ diuitẽ intrare i regnũ ce
loꝝ: illi apud se dicẽtes: Quisnã poterit saluari? Quid
attenderũt? Nõ facultates: sed cupiditates. Viderũt
eñ etiã ipsos pauperes: et si nõ habẽtes pecuniã: ta/
mẽ habere auaritiã. Et vt noueritis nõ pecuniã3 in
diuite: sed auaritiã condẽnari: aduertite quod dico.
Respicis illũ diuitẽ stantẽ iuxta te: et forte in illo est
pecunia et nõ est auaricia: in te nõ ẽ pecunia et ẽ aua/
ricia. Pauper vlcerosꝰ: ærũnosus: linctus a canibꝰ:
nõ habẽs opem: nõ habẽs escam: nõ habẽs forte ip
Luc. 16 sam vestem: ablatus ẽ ab angelis in sinũ abrahe. Eia
tu pauper gaudes modo: nũquid nam tibi et vlcera
optãda sũt? Nõne patrimoniũ tuũ sanitas ẽ? Nõ
est in hoc lazaro meritum paupertatis: sed pietatis.
Nam diues qui sublatus est: nõ vides quo sublatꝰ
est. Quis est sublatus ab angelis? Pauper ærũno/
sus: vlcerosus. Quo sublatus est? In sinum abrahe.
Lege scripturas et inuenies diuitẽ abrahã. Vt noue/
Gen. 13. ris q̃ nõ diuitiæ puniũtur: habebat abrahã multum
auri: argẽti: pecorũ: familiæ. Diues erat: et in eius si/
Luc. 16. nũ lazarus pauper sublatus est. In sinu diuitꝭ pau
per. An potiꝰ ambo deo diuites: ambo a cupidita/
te pauperes? Quid ergo in hoc doech culpat scriptu
R ra? Nõ dixit: Ecce homo qui fuit diues: sed ecce ho/
mo qui nõ posuit deum adiutorẽ suũ: sed sperauit in
multitudine diuitiarũ suarũ: Nõ quia habuit diuiti/
as: sed quia in ipsis sperauit: et in deo nõ sperauit: Ideo
damnatur: ideo punitur: ideo mouetur de tabernaculo
Ps. 1. et. 5 tanq̃ motus ille terrenus. sicut puluis quẽ proiicit
vẽtus a facie terræ: ideo extirpatur radix eius de ter
ra viuentiũ. Nũquid huic similes sũt diuites: de q̃/
1. Timo. 6 bus Paulus aplus loquitur: Præcipe diuitibus hu/
ius mũdi: nõ superbe sapere: sicut doech: neqꝫ spera
re in incerto diuitiarũ: sicut ipse sperauit in multitu/
dine diuitiarũ suarũ: sed in deo viuo: non quomõ iste
q̃ nõ posuit deũ adiutorẽ suũ? Deniqꝫ illis quid p̃
cepit? Diuites sint in operibus bonis: facile tribu/
ant: cõmunicent. Et quid si facile tribuerint: si com/
municauerint nõ habẽti: intrabũt p foramen acus?
Math. 19 Intrabũt plane. Nam et pro illis iam ipse camelus
intrauit. Ipse eñ prior intrauit: quẽ sicut camelum
nemo sarcina passionis oneraret: nisi ipse se in terram
deponeret: quia et ipse hoc dixit: Qđ hominibꝰ im/
possibile est: deo facile est. Dãnatur ergo iste doech: ti
meant de illo modo iusti: rideant super eũ postea iu/
sti. Merito eñ dãnatur: q̃ nõ posuit deũ adiutorẽ suũ
sicut tu: qui forte habes pecuniã: sed de deo præsumis:
nõ de pecunia. Et sperauit in multitudine diuitiarũ
suarũ. Similis factus est illis: qui cũ dicerent: Be/
Ps. 143. atꝰ populꝰ cui hec sũt: id ẽ ista terrena: Retulit cõ/
trarius iste qui insultat huic doech: Beatus populꝰ
cuiꝰ ẽ dñs deus ipsius. Nam illa in quibus diceret
beatũ populũ enumerat psalmus: Locuti sũt eñ tã
q̃ filii alieni: tanq̃ iste doech idumeus: id est terre/
nus: os eoꝝ locutũ est vanitatẽ: dextera eorũ dexte/
ra iniquitatis. Quoꝝ filii ipsorũ sicut nouellæ cõsta/
bilitæ in iuuentute sua: filiæ eoꝝ compositæ et ornatæ:
sicut similitudo templi. Cellaria eoꝝ plena: eructan
tia ex hoc in hoc. Oues eoꝝ fœcundæ multiplicatæ
in exitibus suis: boues eoꝝ crassæ: Non est ruina se
pis. nec exitus: neqꝫ clamor in plateis eorũ. Quasi
magnã fœlicitatẽ videntur habere pacis terrenæ. Sed iste
qui terrenus est: etiam motus est: id est tanq̃ puluis
quẽ proiicit ventus a facie terræ. Deniqꝫ quid in il/
lis reprehenditur? Nõ quia ista habuerint: nam et boni
habẽt ista. Sed quid? Hoc intendite ne passim diui/
tes reprehendatis: et rursus ne de paupertate et egesta
te præsumatis. Si eñ nõ est præsumẽdũ de diuitiis:
quãto magis nõ est præsumendũ de paupertate: sed
de deo viuo. In quo ergo isti notantur? Quia beatũ
dixerũt populũ cui hec sũt. Ideo filii alieni: ideo os
eoꝝ locutũ est vanitatẽ: et dextera eoꝝ dextera iniq̃/
tatis. Tu aũt quid? Beatus populus cuius est do
minus deus ipsius. Ergo isto damnato quid? Spe
rauit in multitudine diuitiarũ suarũ. Et præualu/
it in vanitate sua. Quid eñ vanius eo qui putat
plus valere nũmũ q̃ deum? Ergo isto damnato qui
dixit: Beatũ populũ cui hec sũt: tu quid dicis? Be
atus populus cuius est dñs deus ipsius. Quid de te
sentis? Quid tibi speras? Ego aũt iam modo corpꝰ
illiꝰ: audi. Ego autem sicut oliua fructifera
in domo dei. Nõ vnꝰ hõ loquitur: sed oliua illa fru/
ctifera: vnde amputati sũt superbi illi rami: et insertꝰ
humilis oleaster. Sicut oliua fructifera i domo do
mini. Speraui i misericordia dei. Iste quid?
In multitudine diuitiarũ suarũ: ideo radix eiꝰ euel/
letur de terra viuentiũ. Ego aũt quia sicut oliua fru
ctifera in domo dei: cuius radix nutritur nõ eradicatur:
speraui in misericordia dei. Sed forte modo: Nam
et hinc errant homines aliquãdo. Deũ quidẽ colũt:
et nõ sũt iam similes isti doech. Sed q̃uis de deo præ
sumãt ad temporalia: tamẽ vt dicant sibi: colo deum
meũ qui me facturus est diuitẽ in terra: qui mihi fi/
lios daturus est: qui mihi vxorẽ daturus est. Talia
quidẽ nõ dat nisi deus: sed non vult se propter talia
diligi deus. Ideo eñ sæpe ista dat et malis: vt aliud
ab illo discãt quærere boni. Quomõ ergo tu dicis:
Speraui in misericordia dei? Forte ad tẽporalia adi/
piscenda? Immo: In æternũ et in sæculũ sæculi.
Qđ dixit in æternũ: repetere voluit adiciendo in sæ/
culũ sæculi: vt confirmaret ibi repetendo: q̃ fundatꝰ
esset in dilectione regni celorũ: et in spe æternæ fœlici/
tatis. Cõfitebor tibi i sæculũ quoniã tu fe/
cisti. Quid fecisti? Doech damnasti: dauid coro/
nasti. Cõfitebor tibi in sæculũ quoniã tu fecisti. Ma
gna cõfessio: quoniam tu fecisti. Quid fecisti: nisi hec
ipsa quæ supra dicta sũt: vt tanq̃ oliua fructifera i do
mo dei sperarem in misericordia dei in æternũ et in sæ/
culũ sæculi? Tu fecisti: impius iustificare se nõ põt.
Sed quis est qui iustificat? Credẽti inquit in eum qui
iustificat impium. Quid eñ habes qđ nõ accepisti?
Si aũt accepisti: quid gloriaris quasi nõ acceperis:
quasi ex te habeas? Absit vt et ego sic glorier: ait iste
qui oppositus est contra doech: qui tolerat doech i

terra: donec emigret ille de tabernaculo: et eradicet de terra viuentiũ. Nõ glorior quasi nõ acceperim: sed in deo glorior. Et cõfitebor tibi quoniã tu fecisti: id est q̃ tu fecisti: nõ ex meritis meis: sed ex misericordia

Timoth.1. tua. Ego enĩ quid feci? Si recolas prĩꝰ fui blasphemus et persecutor et iniuriosus. Tu aũt quid fecisti? Sed misericordiã cõsecutus sum: quia ignorãs feci. Cõfitebor tibi in sęculũ quoniã tu fecisti. Et expe-

Ps.118. ctabo nomen tuũ quoniaꝫ iocundum est.

B Amarũ est sęculũ: sed nomẽ tuũ iocundũ. Et si dulcia quędã sũt in sęculo. sed cũ amaritudine digeruntur. Pręponit nomẽ tuũ: nõ solũ amaritudini: sed etiã iocunditati. Narrauerũt etenĩ mihi iniusti dele-

Ps.118. ctatiões suas: sed nõ sicut lex tua dñe. Neq3 enĩ si nihil dulce esset martyribus: tantas tribulationũ amaritudines ęquo animo sustinerẽt. Amaritudo eorũ a quouis sentiebatur: dulcedinẽ eorũ nõ facile quisq3 gustare poterat. Nomẽ ergo dei iocundũ ẽ amãtibus deũ super omnes iocũditates. Expectabo nomẽ tuum. quoniã iocundũ est. Et cui probas quia iocundum est? Da mihi palatũ cui iocundũ est: Lauda deum quantũ potes: et exaggera dulcedinẽ eius quibꝰ valueris verbis. Homo nesciens quid sit mel: nisi gustauerit: quid dicas nescit. Ideo magis ad experimẽ-

Ps.33. tũ te inuitãs psalmus: quid ait? Gustate et videte quoniã suauis est dñs. Gustare nõ vis: et dicis: iocundũ est. Quid iocundũ est? Si gustasti in fructu tuo inueniatur: nõ in solis vocibꝰ tantũmodo tãq3 in foliis: ne

fili⁹ dei: verbũ dei: de quo etiã dicit. Oĩa ꝑ ipsum fa- Ibidem.
cta sunt: et sine ipso factum est nihil: vt illi dicat̃: filio
dei: qꝛ ipse est sacerdos noster: postea carne assũpta:
Beat⁹ quẽ eligisti et assumpsisti: id est ille homo quo
indutus es: qui cępit ex ꝑgnat⁹ ex fęmina: temporali
quodãmodo illi⁹ est q̃ semp in ęternũ est: et in ęternũ
fuit. An potius ipse christ⁹ assumpsit quẽdam bea-
tũ: et nõ dicat̃ ipse quẽ assumpsit quasi in plurali nu-
mero ẽ i singulari? Unũ eñ assumit: qꝛ vnitatẽ assu-
mit: schismata nõ assumit: hereses nõ assumit: Mul-
titudinẽ de se fecerũt: non est vnus qui assumit̃. Qui
autẽ manent in cõpage christi: et membra eius sunt:
faciũt quodãmodo vnũ virum: de quo dicit aplus:
Donec occurramus omnes in agnitionem filij dei in Eph. 4.
virũ ꝑfectum: in mensurã ętatis plenitudinis christi.
Itaq; vnus vir assumit̃ cui caput est christus: qꝛ ca- 1. Cor.
put viri christ⁹ est. Ipse est ille beat⁹ vir qui nõ abiit Ps. 1.
in cõsilio impioꝝ: et cętera q̃ ibi dicunt̃. Ipse est qui
assumit̃: Nõ est extra nos: in ipsi⁹ mẽbris sum⁹: sub
vno capite regimur: Uno spũ oms viuim⁹: vnã pa-
triã oẽs desideram⁹. Uideam⁹ ergo qđ ad christum
dicat̃: vtrũ ad nos ptineat: et de nobis dicat̃. Interro-
gemus cõsciẽtias nostras: amorẽ illũ ꝑscrutemur: et
si adhuc paruus est: et modo nat⁹ amor iste: forte eñ
modo in aliquo germinauit: diligẽter extirpet iuxta
germinãtes spinas: id ẽ curas seculares: ne crescẽdo
sanctũ germẽ offocet. Beat⁹ quẽ elegisti et assumpsisti:

In illo sumus: ꝛ assumemur: in illo sumus ꝛ electi erimus. Et q̄ā nobis dabit? Inhabitabit: inquit: in atriis tuis. Dicit̄ n̄ illa eī cui cantant qui incipiunt exire de babylonia: Inhabitabit ĩ atriis tuis.

D Replebimur in bonis domus tue. Que sunt bona domus dei? Fratres cōstituamus nobis aliquā domū diuitem: quantis bonis refecta sit: q̄ꝫ copiosa sit: vasa q̄ꝫ multa ibi aurea: sed ꝛ argētea: q̄ntum familie: quantū iumentoꝝ ꝛ aīalium: ipsa deniq̄ꝫ domus q̄ꝫ delectat picturis: marmore: laq̄aribus: columnis: spaciis: cubilibus: et desiderantur talia: sed adhuc ex cōfusione babylonie. Amputa omnia ista desideria o ciuis hierusalem: amputa: si vis redire: non te delectet captiuitas. Sed iam cepisti exire: noli retro respicere: noli remanere in via. Non desūt adhuc hostes q̄ tibi persuadeant captiuitatem ꝛ peregrinationē. Jam nō p̄ualeant sup te sermones iniquoꝝ. Domū dei desidera: ꝛ bona eius domus desidera: sed noli talia qualia desiderare soles: vel in domo tua: vel in domo vicini tui: vel in domo patroni tui. Aliud quidē est bonū dom⁹ illius. Quid opus est vt nos dicamus que sint bona illius domus? Ipse iudicet qui cantat exiens de babylonia. Replebimur inquit ĩ bonis domus tue. Que sunt bona ista? Erexeramus fortasse coꝛ ad aurum: ad argentum: ꝛ cetera preciosa: Noli talia q̄rere: ista premūt: nō leuant. Hic ḡ iam bona illa hierusalē: bona illa dom⁹ domini: bona illa templi domini meditemur: qꝛ que domus domini: hoc ipsum templū domini. Replebimur in bonis domus tue.

R Sanctum est templum tuū mirabile in iusticia. Ista sunt bona dom⁹ illius. Non dixit: templū sanctū tuū mirabile in colūnis: mirabile in marmorib⁹: mirabile in tect̄ auratis: sed mirabile in iusticia. Habes foris oculos vnde videas marmora ꝛ auꝝ: intus est oculus vnde videat̄ pulchritudo iusticie. Intus iquā est ocul⁹ vn̄ videat̄ pulchritudo iusticie. Si nulla est pulchritudo iusticie: vnde amat̄ iustus senex? Quid affert in corpore qd̄ oculos delectet? Curua membra: frontē rugatam: caput canis albatum: imbecillitatē vndiq̄ꝫ querelis plenā. Sed forte quia tuos oculos non delectat senex iste decrepit⁹: aures tuas delectat. Quibus vocibus? Quo cantu? Et si forte adolescens bn̄ cantauit: omnia cū etate defecerunt. An forte sonus verboꝝ eius delectat aures tuas: que verba vix plene enūciat lapsis dētibus? Tamē si iustus est: si alienum non cōcupiscit: si de suo qd̄ habet erogat indigētib⁹: si bene monet: ꝛ rectū sapit: si integre credit: si paratus est ꝓ fide veritatis etiā ipsa ꝯfracta mēbra impēdere: Multi eī martyres etiā senes: vnde illū amamus. Quid in eo bonū videmus oculis carnis? Nihil. Quedā ḡ est pulchritudo iusticie quam videm⁹ ocl̄is cordis: ꝛ amam⁹: ꝛ exardescam⁹. Quā multum dilexerūt hoīes in ipsis martyrib⁹: cū eoꝝ mēbra bestie laniarēt. Nōne cū sanguis fedaret oīa: cū morsib⁹ beluinis viscera funderent̄: nō habebāt ocl̄i nisi qd̄ horrerēt? Quid ibi erat qd̄ amaret̄: nisi qꝛ erat ĩ illa feditate dilaniatoꝝ mēbroꝝ ĩtegra pulchritudo iusticie? Ista sunt bona domus dei: his te para satiari. Sed vt ĩde saties cū perueneris: hoc te oportet esurire ꝛ sitire cū peregrinaris: Hoc siti: h̄ esuri: qꝛ ipsa erūt bona dei. Audi illū regē cui ista dicūtur: q̄ venit vt te reducat: ꝛ se tibi fecit viā. Quid dicit? Beati q̄ esuriūt ꝛ sitiūt iusticiā: qm̄ ipsi saturabunt̄. Sanctū templū tuū admirabile in iusticia. Et ipsū templū fratres nolite p̄ter vos cogitare. Amate iusticiā ꝛ vos estis templū dei. Matth. 5.

O Exaudi nos deus salutaris noster. Aperuit mō quē deū dicat. Al. salutaris

Saluator ē ꝓprie dn̄s iesus christ⁹: Aperuit mō apti⁹ de q̄ dixerat: Ad te oīs caro veniet. Exaudi nos de⁹ saluatoꝛ nr̄. Ille vn⁹ vir q̄ assumit̄ ĩ templū dei: et plures sunt ꝛ vnus est. Ex vnius ꝑsona dixit: Exaudi orationē meā: ꝛ quia ipse vn⁹ ex plurib⁹ cōstat: mō ait: Exaudi nos deus saluatoꝛ nr̄. Audi illū iam aptius ꝑ dicari: Exaudi nos de⁹ saluatoꝛ noster.

Spes omniū finiū terre ꝛ in mari longe. Ecce vnde dictū est: Ad te oīs caro veniet. Vndiq̄ꝫ venit̄. Spes omniū finiū terre: nō spes vnius anguli: nō spes solius iudee: nō spes soli⁹ africe: non spes pānonie: nō spes oriētis aut occidētis: ſ spes omnium finiū terre: ꝛ in mari lōge. Ipsoꝝ finiū terre ꝛ in mari longe: ꝛ qꝛ in mari: iō longe. Mare eī in figura dicit̄ seculū hoc: salsitate amarū: ꝓcellis turbulētum: vbi hoīes cupiditatib⁹ ꝑuersis ꝛ prauis: facti sunt velut pisces inuicē se deuorantes. Attēdite mare malum: mare amarum: fluctibus seuum: attendite qualibus hominibus plenum sit. Quis optat hereditatem: nisi morte alterius? Quis optat lucrum: nisi damno alterius? Q̄m multi alioꝝ defectione cupiūt sublimari? Q̄m multi vt emāt optāt alios vēdere res suas? Quō se inuicē opprimūt: ꝛ q̄ possūt deuorāt? Et cū deuorauerit vn⁹ piscis maioꝛ minorē: deuorat̄ ꝛ ipse a maiore. O piscis male: ꝑdam vis de paruo: preda efficieris magno. Quotidie ista eueniūt: aīi nos sūt: videm⁹ illa: hoꝛream⁹ illa. Nō illa agam⁹ frēs: qꝛ spes est ille finiū terre. Ille si nō esset spes ꝛ in mari longe: nō diceret discipulis suis: Faciā vos piscatores hoīm. Jam in mari capti ꝑ retia fidei: gaudeam⁹ nos ibi natare adhuc infra retia: q̄a adhuc mare h̄ seuit ꝓcellis. sed retia q̄ nos ceperunt ꝑducent ad littus. Littus est finis maris. Ergo peruētio in finē seculi. Interī infra ipsa retia frēs bn̄ viuam⁹: nō retia rūpētes: foras exeam⁹. Multi eī ruperūt retia ꝛ schismata fecerūt ꝛ foras exierunt: q̄a malos pisces intra retia captos se nolle tolerare dixerunt: ipsi mali facti sunt poti⁹: q̄ꝫ illi q̄s se nō potuisse tolerare dixerūt. Namq̄ꝫ illa retia ceperūt pisces et bonos ꝛ malos. Dn̄s dic: Simile est regnū celorum sagene misse in mare: q̄ ꝯgregat ex oī genere: Quā cū impleta esset educētes: ꝛ sec⁹ littus sedētes elegerunt bonos in vasa: malos aūt foras miserunt. Sic erit inq̄t in ꝯsūmatione seculi. Oñdit littus: oñdit finē maris. Exibūt angeli: ꝛ separabunt malos de medio iustoꝝ: ꝛ mittēt eos in caminū ignis: Ibi erit fletus ꝛ stridoꝛ dentiū. Eia ciues hierl̄m q̄ infra retia estis: ꝛ pisces boni estis: tolerate malos: retia nolite rumpere: cū illis estis ĩ mari: nō cū illis eritis in vasis. Spes eī ille finiū terre: ipse spes est ꝛ in mari longe: Longe: quia ꝛ in mari. Matth. 4. Matth. 13. Ibidem.

P Preparās mōtes in fortitudine sua. Non ĩ fortitudine illoꝝ. Al. virtute tu[a]

Preparauit eī magnos p̄dicatores: ꝛ ipsos appellauit montes: humiles in se: excelsos ĩ illo. Preparās montes in fortitudine sua. Quid dicit vnus ex ipsis montibus? Ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuim⁹: vt nō fidentes in nobismetipsis simus: ſ in deo q̄ suscitat mortuos. Qui in se fidit: ꝛ in christo 2. Cor. 1.

nõ fidit:nõ est de his mõtibus q̃s ille p̃parat in for-
titudine sua. Preparans montes in fortitudine sua.
Al. † accinctus potentia. Circũcinctus in potẽtatu: Potentatũ in-
telligo: Circumcinct⁹ quid est? Christũ quẽ in me-
dio ponũt circũcinctũ faciunt:id est vndiq; cinctũ:
Habemus illũ omes cõmuniter:ideo in medio est.
Circumcingim⁹ illũ omnes qui credim⁹ in illũ:et qz
fides nostra non de viribus nostris: sed de illius po-
tentia est:ideo circũcinctus in potẽtatu suo:non no-
Al. † profundũ. stra fortitudine. Qui conturbas † fundũ ma-
ris. Fecit h: videt qd fecerit: Preparauit eñ mõtes
in fortitudine sua:misit illos p̃dicare. Circũcinctus
est a credentib⁹ in potentatu:et motũ est mare: com-
motũ est seculũ:et cepit psequi sanctos eius. Circũ-
cinctus in potentatu:qui cõturbas fundum maris.
Non dixit:q cõturbas mare:sed fundũ maris. Fun-
dum maris est cor impiorũ. Sicut eñ a fundo vehe-
mentius omia mouentur:et fundus cõtinet omia:Sic
quicqd pcessit per linguã:per manus: p potestates
diuersas: ad psecutionem ecclesie a fundo pcessit. Si
eñ non esset radix iniqtatis in corde:nõ illa omia p-
cederent aduersus christũ. Fundũ cõturbauit forte:
vt et fundũ exhauriret: Nam in malis quibusdã ex-
hausit mare a fundo:et posuit mare desertũ. Dicit il-
Ps. 65. lud alius psalm⁹: Qui cõuertit mare in aridã. Oẽs
impij et pagani q crediderũt: mare erant: terra facti
sunt:salsis fluctib⁹ primo steriles:postea iusticie fru-
ctu fecundi. Qui cõturbas fundũ maris. Sonum
Al. † non habet. fluctuũ eius † quis sufferet? Quid est:quis suf-
feret? Quis hõ sufferet sonũ fluctuũ maris:iussiões
sublimitatũ seculi? Sed vnde sufferunt? Quia p̃pa-
rat mõtes in fortitudine sua. Quod ẽ dixit:qs suffe-
ret:hoc ait: Nosipsi per nosipsos sufferre illas pse-
cutiones nõ possem⁹:nisi ille daret fortitudinẽ. Qui
cõturbas fundũ maris:sonũ fluctuũ eius quis suffe-
ret? Turbabuntur gentes. Primo turbabantur:
sed illi mõtes parati in fortitudine christi:nunqd tur-
bati sunt? Turbatũ est mare:elisum est in montem:
mare fractũ est: mõtes incõcussi manserũt. Turba-
Al. † nõ habet. buntur gentes: Et timebũt † omes. Ecce iam om-
nes timẽt:antea qui turbati erant:timẽt iam omes.
Non timuerũt christiani et timent iã christiani. Om-
nes q psequebantur:modo timẽt. Superauit eñ ille qui
circũcinctus est in potentatu:sic ad illũ venit omnis
caro:vt ceteri paucitatẽ ipsam iam timeant. Et time-
Al. † terminos. † non habet. bunt oẽs. Qui inhabitant † fines † terre a si-
gnis tuis. Miracula eñ fecerunt apostoli: et ideo
omes fines terre timuerũt et crediderũt. Exitus
Al. † matutini. † mane et vespere delectabis: Id est delectabi-
les facis. Jam in ista vita qd nobis pmittitur? Exitus
delectabilis:mane et vespe. Sunt exit⁹ mane:sũt exi-
tus vespe. Mane significat psperitatẽ seculi: vespa
signat tribulationẽ seculi. Intẽdat charitas vestra.
In vtroq; eñ temptatur aia hũana: Et psperitate:ne
corrũpatur:Et aduersitate:ne frangatur. Ideo aũt ma-
ne psperitatẽ significat:quia mane letũ est: trãsacta
velut tristicia noctis. Tristes aũt sunt tenebre venie-
te vespa: Ideo veniẽte quasi mũdi vespera:obtulit
sacrificiũ vespertinũ. Non ẽ timeat vnusq̃sq; vesperũ:
ne mane corrũpatur? Ecce nescio qs vt facias mali ali-
quid: pmisit lucrũ:mane est. Arridet tibi ampla pe-
cunia:mane tibi fit. Noli corrũpi: et habebis exitũ
mane. Si eñ habes exitũ:nõ capieris. Sic est enim
pmissio lucri:q̃si esca in muscipula. Coartaris:et nõ
est q exeas:caperis in muscipula. Dedit aũt tibi exi-
tum dñs deus tuus:ne lucro capiaris:cũ tibi dicit in
corde:ego sum diuitie tue: Noli attẽdere qd mũdus
pmittit:sed qd pmittit cõditor mũdi. Attẽde qd tibi
pmisit de⁹ facienti iusticiã:et cõtemne qd tibi pmittit
hõ:vt abducat iusticiã:et adducat iniusticiã. Noli ẽ
attẽdere qd mũd⁹ pmittit: s qd cõditor mũdi: et ha-
Matth. x. bebis exitũ mane p dñi verbũ dicẽtis: Quid pdest hoi
si totũ mundũ lucretur:anime aũt sue detrimentũ pa-
tiatur? Sed ille q te pmisso lucro corrũpere:et ad iniq-
tatem adducere nõ potuit:minatur penas:et cõuertit
se ad inimicitias:et incipit tibi dicere: Si hoc nõ fe-
ceris:ego ostendã:ego faciã: habebis me inimicum.
Primo cũ lucrũ pmittebat:mane tibi erat: mõ iam
vesperascit:tristis factus es. Sed q dedit tibi exitum
mane:dabit et vespere. Quõ cõtempsisti mane seculi
ex luce dñi:sic cõtemne et vesperã ex passionib⁹ dñi:
vt dicas anime tue: Quid mihi amplius factur⁹ est
iste:q̃ passus est p me dñs meus de⁹: vt teneã iusti-
ciã:nõ cõsentiã ad iniqtatẽ? Seuiat in carne: frangat
Matth. x. muscipulã:et volabo ad dominũ meũ q mihi ait: No-
lite timere eos q corp⁹ occidũt:animã aũt nõ possũt
occidere. Et de ipso corpore securitatẽ dedit dicens:
Luc. 21. Capillus capitis vestri nõ peribit. Magnifice h po-
suit: delectabis exit⁹ mane et vespe. Si eñ nõ te dele-
ctet ipse exitus:nõ laborabis exire inde. Mittis ca-
put in lucrũ pmissũ: si nõ te delectet pmissio salua-
toris. Et rursus cedis tẽptãti et terrẽti:si nõ te delectet
ille q prior passus est: vt tibi exitũ faceret. Exit⁹ ma-
R ne et vespe delectabis. Uisitasti terrã et inebri-
Ps. 22. asti eam. Unde inebriasti terrã? Calix tu⁹ inebrians
q̃ p̃clarus ẽ. Uisitasti terrã et inebriasti eã:misisti nu-
Al. [illegible] bes tuas:pluerũt p̃dicationẽ veritatis: inebriata est
terra. Multiplicasti † ditare eam. Unde multi-
Al. [illegible] plicasti eam ditare? † Fluuius dei † repletus est
† aqua. Quid est fluui⁹ dei? Populus dei. Prim⁹
ille populus repletus est vñ et cetera terra rigaretur. Audi il-
Joh. 7. lum pmittẽtẽ aquã: Si qs sitit: veniat et bibat: Qui
credit i me:flumia aq̃ viue de vẽtre ei⁹ fluẽt. Si flu-
mina et vn⁹ fluuius:qz pter vnitatẽ multi vnũ sunt:
Multe ecclie et vna ecclia: Multi fideles et vna spõsa
christi:sic multa flumina et vn⁹ fluuius. Crediderũt
multi israelite:et impleti sũt spũsancto: Inde diffusi
sunt p gẽtes: ceperũt p̃dicare veritatem: et de fluuio
Al. [illegible] dei q implet⁹ est aq̃:irrigata est tota terra. Para-
sti cibũ illorũ † qz ita est p̃paratio † tua. Non
qz te pmeruerũt qb⁹ peccatã donasti: Merita illorũ ma-
la erant: s tu pter misericordiã tuã:qz ita est p̃para-
Al. [illegible] tio tua: ita p̃parasti cibum illorũ. † Sulcos eius
inebria. Fiãt ẽ primo sulci q inebrientur:duritia pe-
ctoris nri aperiatur vomere sermonis dei. Sulcos ei⁹
Al. [illegible] inebria. Multiplica † generatiões eius. Ui-
demus credũt:et ex credẽtib⁹ alij credũt:et ex illis alij
credũt:et nõ sufficit vni hoi vt fact⁹ ipse sit fidelis si
nõ et aliũ lucretur. Sic multiplicatur et semẽ: Pauca gra-
na mittũtur:et segetes exurgũt. Sulcos ei⁹ inebria:mul-
Al. † [illegible] † germina. tiplica generationes eius. In stillicidijs † suis
letabitur † cũ exorietur. In stillicidijs suis.id est an-
teq̃ sit forte idonea capacitate fluminis: cũ exorietur
in stillicidijs suis:id est sibi cõgruis letabitur. Paruu-
lis eñ adhuc et infirmis stillantur quedã de sacramẽtis:
qz nõ possunt capere plenitudinem veritatis. Audi

quõ similiter paruulis dum crescunt. id est in recenti cor-
1.Cor.3. pusculo minus capacibus apostolus dicit. Non potui vo-
bis loqui quasi spiritualibus: sed quasi carnalibus: qua-
si paruulis in christo. Cum dicat paruulos in christo:
iam dicit exortos: sed nõdum idoneos ad capiendã
1.Cor.2. illam vberem sapientiã: de qua dicit Sapientiã lo-
quimur inter perfectos. Letetur in stillicidiis suis: cum
crescit et augetur: roboratur: capiet et sapientiam
quomõ infans nutritur lacte et fit idoneus cibo: tamen
primo de ipso cibo cui minus idoneus erat illi lac fa-
ctum est. In stillicidiis suis letabitur cũ exorietur.
B Benedices coronã anni benignitatis tue.
Seminatur modo: crescit qđ seminatur: erit et messis:
Matth.13. et modo super semẽ superseminauit inimicus zizania:
et exorti sunt mali inter bonos pseudo christiani: si-
milem habentes herbã: sed nõ parẽ fructũ. Etenim
zizania ea proprie dicuntur que nascuntur in similitudine
frumentorũ: sicuti est lolium: sicuti est auena et cete-
ra talia que primã herbam prorsus similem habent.
Propterea de seminatione zizaniorũ hoc dixit do-
minus: Venit inimicus et superseminauit zizania. Cũ
aũt creuisset herba et fructũ fecisset: tunc apparuerũt
zizania. Ergo venit inimicus et superseminauit zizania.
Sed quid fecit tritico? Nõ opprimuntur zizaniis frumẽ-
tum: immo per tolerantiã zizaniorum crescit fructus fru-
mentorum. Ipse enim dominus dixit quibusdã operarijs
Idem. volentibus eradicare zizania: Sinite vtraque cresce-
re vsque ad messem: ne forte cũ vultis eradicare ziza-
nia: eradicetis simul et frumentũ: sed in tẽpore mes-
sis dicam messoribus: Colligite primũ zizania et al-
ligate fasciculos ad cõburendũ: frumẽtum aũt recõ-
dite in horreũ. Ille est finis anni: messis seculi. Be-
nedices coronã anni benignitatis tue. Coronam vbi
audis: gloria victorie significatur. Vince diabolum: et
habebis coronã. Benedices coronã anni benignita-
tis tue. Rursus cõmendat benignitatẽ dei: ne quis-
C quam de suis meritis glorietur. Et campi tui reple-
Al. speciosa. buntur vbertate. Pinguescent fines deser-
ti: et colles exultatiõe accingentur. Campi: col-
les: fines deserti: idem: ipsi sunt homines. Campi:
propter equalitatem. Ergo propter equalitatem:
inde dicti sunt campi populi iusti. Colles: propter
erectionem: quia erigit in se deus eos qui se humi-
liant. Fines deserti: omnes gẽtes. Quare fines deser-
ti? Deserti erant: nullus ad eos propheta missus
erat. Sic erant illi quõ heremus: qua nõ transit hõ.
Nullum verbũ dei missum erat ad gentes: Soli po-
pulo israel predicauerunt prophete. Venitũ est ad dñm:
crediderũt frumenta in ipso populo iudeorum. Nam
Ioh.4. dixit tũc discipulis suis: Dicitis qđ lõge est messis: re-
spicite et videte: quia albe sunt regiones ad messem.
Fuit ergo messis prima: erit secunda in vltimo seculo.
Messis prima de iudeis: quia mittebantur ad illos pro-
phete annũciantes venturũ saluatorem. Ideo dixit
discipulis suis dominus: Videte quia albe sunt regi-
ones ad messem. regiones vtique iudee. Alij inquit la-
Idem. borauerũt: et vos in eorum labores intrastis. Labora-
uerunt prophete vt seminarent: et vos cum falce intra-
stis ad illorum labores. Facta est ergo prima messis:
et inde de ipso frumẽto qđ tunc purgatũ est. semina-
tus est orbis terrarũ: vt surgat alia messis que in fine
Matth.13. metenda est. In secũda messe superseminata sunt ziza-
nia: modo hic laboratur. Quomõ in illa prima laborauerunt prophete quousque veniret dominus: Sic in ista se-
cunda laborauerũt apostoli. et omnes predicatores ve-
ritatis laborant: quousque in finem dominus mittat
in messem angelos suos. Antea ergo desertũ erat. et pin-
guescent fines deserti. Ecce vbi prophete nõ sonuerãt:
dominus prophetarum acceptus est. Pinguescent fines
deserti: et exultatione colles accingentur. In duti D
sunt arietes ouiũ: Subaudiendũ exultatione.
Qua enim exultatione colles accingentur hac induuntur
arietes ouiũ. Ipsi arietes: qui colles. Colles enim emi-
nẽtiore gratia: Arietes. quia duces gregũ. Arietes
ergo apostoli induti sũt exultatiõe: gaudẽt de fructi-
bus suis: non sine causa laborauerunt: non sine cau-
sa predicauerunt. Induti sunt arietes ouium. Et
*conualles abundabunt frumento. Et hu- Al. et valles.
miles populi multum fructum afferent. Clama-
bunt. Inde abundabũt frumẽto: quia clamabunt.
Quid clamabũt? Etenim hymnũ dicent. Aliud
est enim clamare aduersus deum: aliud hymnũ dicere:
aliud clamare sacrilegiũ: aliud clamare laudes. Si
clamas in blasphemia. spinas protulisti: Si clamas
in hymno: abundas frumento.

Explicit tractatus de psalmo LXIIII.

Incipit tractatus de psalmo LXV.

Inscribitur in titulo psalmus iste: In finem A
1 canticũ psalmi resurrectionis. In fi-
nem cũ audimus qñ psalmi pronunciantur. in chri-
stũ intelligatis: dicẽte apostolo: Finis enim legis chri- Roma.10.
stus: ad iustitiã omni credenti. Quõ ergo hic cantatur
resurrectio: et cuius resurrectio: quantũ ipse donare et agi-
re dignatur: audietis. Resurrectionẽ enim christiani no-
uimus in capite nostro iam factã: et in mẽbris futurã.
Caput ecclesie christus est: mẽbra christi ecclesia. Col.1.
Quod precessit in capite: sequetur in corpore. Hec est
spes nostra: ad hoc credimus: ad hoc duramus et perse-
ueramus in tanta malignitate huius seculi: cõsolãte
nos spe: antequam spes fiat res. Res enim erit cũ et nos
resurrexerimus: et in celestẽ habitũ cõmutati equales an- Matth.22.
gelis facti fuerimus. Quis hoc sperare auderet: nisi
veritas promitteret? Hanc aũt spem promissam sibi iu-
dei tenebãt: et de bonis: et de quasi iustis operibus mul-
tum gloriabantur qđ acceperãt legem secundum quã viuen-
do: et hic haberẽt bona carnalia: et in resurrectiõe mor-
tuorum talia sperabãt de qualibus hic gaudebãt. Pro-
pterea saduceis qui negabãt futurã resurrectionẽ: iu-
dei respõdere nõ poterãt proponentibus questionẽ quã
dño proposuerũt eidem saducei. Hinc enim intelligamus
eos hanc questionem soluere non potuisse: quia do-
mino soluente mirati sunt. Proponebant ergo sadu-
cei questionem de quadã muliere que habuit septẽ
viros: non simul sed succedentes sibi. Erat enim hoc
legis ad populũ propagandũ: vt qui forte sine libe-
ris defungeretur: frater eius si haberet: acciperet Deut.25.
vxorem eius: ad resuscitandũ semen fratri suo. Pro- Matth.22.
posita ergo illa muliere que habuit septẽ viros om-
nes mortuos sine liberis: et ad hoc officium implen-
dum ducentes fratris vxorem: dixerunt querentes
In resurrectiõe cuius eorum erit vxor. Procul dubio
iudei non fatigarentur: non deficerent in ista questi- Ibidem.
one: si non talia sibi in resurrectione sperarent: qua-
lia agebant in hac vita. Dominus aũt equalitatem
angelorum promittens nõ humanam carnis corru-
ptionem: ait illis: Erratis: nescientes scripturas neque

Math. 22. virtutem dei. In resurrectione enī neqꝫ nubent: ne-
qꝫ vxores ducent: neqꝫ enī incipient mori: sed erunt
ęq̄les angelis dei. Demōstrauit q̄ ibi nō sit necessa-
ria successio: vbi deletur decessio. Ibi quia decesso-
res non erūt: nec successores quęrent. Ad hoc subie
cit: non enī incipient mori. Uerumtamen quia iudęi
tenebant: et si carnaliter spem resurrectionis futurę:
gauisi sunt responsum esse saduceis cum quibus illis
erat de hac ancipiti et obscura questione certamen.
Tenebant ergo iudęi spem resurrectionis mortuo-
rum: et solos se ad beatam vitā resurrecturos spera-
bant propter opus legis: et ꝓpter iustificatiōes scri
pturarum quas habebant soli iudęi: et gentes nō ha
Roma. xi. bebant. Crucifixus est christ⁹: cęcitas ex parte in isra-
el facta est: vt plenitudo gentium intraret. Hoc apo
stolo dicente: cępit etiam gentibus promitti resur-
rectio mortuorum: credentibus in iesum christum
quod resurrexerit. Inde psalm⁹ iste est aduersus p̄-
sumptionem et superbiam iudęorum: pro fide genti-
um ad eandem spem resurrectionis vocatarum. Quo-
dammodo fratres mei animū psalmi audistis. In h̄
quod dixi: in hoc quod proposui: tota vestra suspen
datur intentio. Hinc vos nulla cogitatio auertat: cō
tra presumptionem dicitur iudęorū: qui de iustifica-
tionibus legis sperabant sibi resurrectionem: et cru-
cifixerunt christum qui primus resurrexit: nō mem-
bra resurrectura solos iudęos habituros: sed oēs
qui in eū credidissent: id est oēs gētes. Inde cępit.

Expositio psalmi.

B Iubilate deo. Qui? Omnis terra. Nō
ergo sola iudea. Uidete fratres quemadmo
Ps. 99. dum cōmendetur vniuersitas ecclesię toto
orbe diffusę: et non solum dolete iudęos: qui gratiā
istam gentibus inuidebant: sed plus hereticos plan
gite. Si enī dolendi sunt qui collecti non sunt: quan-
to amplius q̄ collecti diuisi sunt? Iubilate deo om-
nis terra. Quid est iubilate? In vocē erumpite gau
diorum: si non potestis verborum. Non enī verbis
iubilat: sed solus gaudentium sonitus redditur qua-
si parturientis et parientis cordis leticiam in vocem
rei conceptę quę verbis explicari non possit. Iubila
te deo omnis terra. Nemo iubilet in parte: Nemo in
q̄ iubilet in parte: omnis terra iubilet: catholica iu-
bilet: catholica totum tenet. Quicūqꝫ partem tenet
C et a toto pręcisus est: vlulare vult non iubilare. Iu-
Ul. psalmum dicit. bilate deo omnis terra. †Psallite* autē nomi-
ni eius. Quid dixit psallentibus vobis? Benedi-
†non habet. catur nomen eius. Quid sit aūt psallere: heri dixi:
et credo meminisse charitatem vestram. Psallere est
organum etiam assumere quod psalteriū dicitur: et
pulsu atqꝫ opere manuū vocibus concordare. Si er
go iubilatis quod deus audiat: psallite etiam q̄ ho-
mines videant et audiant: sed non propter nomen ve
Math. 6. strum. Cauete enī facere iusticiā vestrā corā homini
bus: vt videamini ab eis. Et propter cuius nomen
inquies psallam: vt non videant ab hominibus ope
Math. 5. ra mea? Attendite alio loco: Luceant opera vestra
coram hominibus: vt videant bona facta vestra:
et glorificent patrem vestrū qui in cęlis est. Uideant
bona facta vestra: et glorificent non vos sed deum.
Nam si propter vos glorificandos facitis opera bo
na: respondet vobis q̄d ipse dixit de quibusdā tali-
Math. 6. bus: Amen dico vobis: perceperunt mercedē suam.

Et iterum: Alioquin mercedē non habebitis apud [illegible]
patrem vestrum qui in cęlis est. Ergo inquies debeo
abscondere opera mea: ne faciam corā hominibus?
Non. Sed quid ait? Luceant opera vestra corā ho
minibus. Anceps ergo remanebo. Hic mihi dicis:
Cauete facere iusticiam vestram coram hominibus:
hic mihi dicis: Luceant opera vestra coram homi-
nibus: Quid obseruabo? Quid faciam? Quid relin
quam? Tamē nō potest homo seruire duobus do- [illegible]
minis diuersa iubentibus: q̄ nec vni diuersa iubēti.
Non ait dominus: diuersa iubeo. Finem attende:
in finem canta: quo fine facias: vide. Si ideo facis vt
tu glorificeris: hoc prohibui: si aūt ideo vt deus glo
rificetur: hoc iussi. Psallite ergo non nomini vestro:
sed nomini dn̄i dei vestri. Uos psallite: ille laudetur:
vos bene viuite: ille glorificet. Unde enī habetis ip-
sum bene viuere? Si ęternum haberetis: nunq̄ ma
le vixissetis: si a vobis haberetis nunq̄ bene vixisse-
tis. Psallite autem nomini eius. Date glori- D
am laudi eius. Totam intentionē nostram in lau
dez dei mittit: nihil nobis relinquit vnde laudemur.
Gloriemur inde magis et gaudeamus: illi inhęream⁹:
in illo laudemur. Audistis cū legeret apostolus: Ui
dete vocationem vestram fratres: quia non multi sa [illegible]
pientes sēm carnem: non multi potentes: non multi
nobiles: sed stulta mundi elegit deus: vt confundat
sapientes: et infirma mundi elegit deus vt cōfundat
fortia: et ignobilia mundi elegit deus: et ea quę non
sunt tanq̄ quę sunt: vt ea quę sunt euacuent. Quid
voluit dicere? Quid voluit ostendere? Descendit do
min⁹ de⁹ noster iesus christ⁹ in spiritu reparare gen⁹
humanum: et dare gratiam suā omnib⁹ intelligenti
bus: quia gratia illius nō ex meritis eorum: Et ne q̄-
libet persona gloriaret in carne: infirmos elegit: nam
inde non est electus ille nathanael etiam. Quid enī
tibi videtur: vt publicanum in telonęo sedentem eli- Math.
geret matthęum: et non eligeret nathanael cui per-
hibuit testimonium ipse dominus dicens: Ecce ve- Ioh.
rus israelita in quo dolus non est? Intelligitur ergo
nathanael iste doctus fuisse in lege: non quia doctos
non erat electurus: sed si ipsos primo elegisset: do-
ctrinę suę merito se electos putarent: et ita illorū sci
tia laudaretur: et tanta christi gratię minueret. Per-
hibuit testimonium tanq̄ bono fideli in quo dolus
non erat: sed tamen eum non assumpsit inter illos di
scipulos quos primum idiotas elegit. Et vnde intel
ligimus quod ille peritus erat legis? Quando audi
uit ab vno ex eis qui secuti erant dominum dicentē:
Inuenimus messiam: quod interpretatur christus:
quęsiuit vnde: et dictum est a nazareth. Et ille: A na [illegible]
zareth potest aliquid boni esse. Proculdubio qui in
tellexit: q̄a a nazareth potest aliquid boni esse: peri-
tus erat legis: et bene prophetas inspexerat. Nolui
esse in illius verbis aliam ꝓnunciationem: sed a pru
dentioribus non est approbata: vt quasi desperasse
videatur: ille cum audiēs dixisset: a nazareth potest
aliquid boni esse: id est nunq̄d potest? Sic pronunci
ando quasi desperaret. Sequitur aūt ibi: Ueni et vi
de. Hęc verba: id est veni et vide: vtramqꝫ possunt
pronunciationem sequi: Si dicas: quasi nō credēs:
a nazareth potest aliq̄d boni esse? Respondet: Ue-
ni et vide quod non credis. Rursus si dicas confir-
mādo: A nazareth pōt aliq̄d boni esse. Respōdet: ve

ni et vide quod credis ꝙ vere bonum sit: bonum qd̃
nũcio a nazareth: ꝛ ꝙ recte credas: veni et experire.
Hunc tamẽ estimatur doctus ille in lege fuisse: quia
1.Cor.1. nõ est electus inter discipulos ab illo qui stulta mũ-
di prius elegit cum tantum ei perhibuerit testimo-
nium dominus dicẽs: Ecce vere israelita: in quo do-
Joh.1. lus nõ est. Elegit ergo dominus postea et oratores:
sed illi superbirẽt si nõ prius elegisset piscatores. Ele-
git diuites sed dicerent merito diuitiarum suarum
se electos esse: nisi primo elegisset pauperes. Elegit
imperatores postea: sed melius est vt romam cum
venerit imperator: deposito diademate ploret ad me-
moriam piscatoris: ꝙ vt piscator ploret ad memo-
1.Cor.1. riam imperatoris. Infirma eñ mundi elegit deus:
vt confundat fortia: ꝛ ignobilia mundi elegit: et ea
q̄ non sunt tanꝙ ea q̄ sunt vt ea q̄ sunt eua-
cuarentur. Et quid sequitur? Quid ait? Conclusit
Ibidem. apostolus: vt non glorietur coram deo omnis ca-
ro. Videte quemadmodum nobis abstulit glori-
am: vt daret gloriam. Abstulit nostram: vt daret
suam. Abstulit inanem: vt daret plenam. Abstu-
lit nutantem: vt daret solidam. Tanto ergo gloria
nostra fortior et firmior: quia in deo est. Non ergo
in te debes gloriari quod prohibuit veritas: sed quod
ait apostolus: hoc precipit veritas: Qui gloria-
tur in domino glorietur. Date ergo gloriam laudi
eius: nolite imitari iudeos: q̄ quasi meritis suis vo-
lebant tribuere iustificationes suas: et inuidebant
gentibus accedentibus ad gratiam euangelicam: vt
peccata omnia donarẽtur eis: quasi illi non haberẽt
quod donaret sibi: quasi iam boni operarij merce-
dem expectãtes: Et cum adhuc egroti essent: sanos
se esse putabant: et inde periculosius egrotabant.
Nã si vel mitius egrotassent: nõ q̄si phrenetici medi-
cum occidissent. Date gloriam laudi eius. Dicite
deo ꝙ timenda sunt opera tua. Quare ti-
menda et non amanda? Audi aliam vocem Psalmi
Ps.2. Seruite domino ĩ timore: ꝛ exultate ei cum tremo-
Phil.2. re. Quid sibi hoc vult? Audi vocem apostoli: Cum
timore inquit et tremore vestram ipsorum salutem
operamini. Quare cũ timore et tremore? Subiecit causam:
Ibidem. Deus est eñ qui operatur in vobis ꝛ velle et perficere
pro bona voluntate. Si ergo deus operatur in te:
gratia dei bñ operaris nõ viribus tuis. Ergo si gau-
des: et time: ne forte quod datum est humili: aufera-
tur superbo. Nam vt noueritis hoc esse factum de
ipsa superbia iudeorum quasi se ex operibus legis
iustificantium: et ideo cadentium: dicit alius ps.
Ps.19. Hi in curribus ꝛ hi in equis: quasi in suis quibusdã
passibus et instrumentis ad erectionem suam. Nos
aũt inquit in nomine domini dei nostri magnificabi-
mur. Hi in curribus ꝛ hi in equis: nos aũt in nomi-
ne domini dei nostri magnificabimur. Videte quẽ-
admodum illi extollebantur in se: videte quẽadmo-
dum isti gloriabãtur in deo: propterea quid secutum
Ibidem. est? Ipsi obligati sunt pedes ꝛ ceciderunt: nos autẽ
surreximus et erecti sumus. Audi ipsum dominum
Joh.9. nostrum hoc idem dicẽtem: Ego inquit veni: vt qui
non vident videant: et qui vident ceci fiant. Vide in
vna parte bonitatem: in alia quasi maliciam. Sed
quid melius illo? Quid misericordius? Quid iusti-
us? Quare ergo qui non vident videant? Propter
bonitatem. Quare et qui vident ceci fiant? Propter

elationem. Et vere videbant: et facti sunt ceci: Non
videbant: sed videre sibi videbantur. Nam ecce vi-
dete fratres cũ dicerẽt ipsi iudei: Nunquid et nos ceci sumus? Ibidem.
ait illis dominus: Si ceci essetis: peccatum nõ ha-
beretis: modo aũt quia dicitis videmus: peccatum
vestrum in vobis manet. Ad med. cum venisti. vide-
re te dicis? Cessabũt collyria: semper cecus remane-
bis. Confitere te cecum: vt illuminari merearis. At-
tende iudeos: attende gentes. Qui nõ vident: vide-
ant inquit: Ideo veni: ꝛ vt qui vidẽt ceci fiant. Ipsũ
dominum iesum christum in carne videbant iudei:
gentes non videbant. Ecce qui viderunt crucifixe-
runt: qui non viderunt crediderunt. Ergo quid feci-
sti o christe: aduersus superbos? Id fecisti: Videmus
quia dignatus es ꝛ membra tua sumus: videmus:
Abscondisti deũ: ꝛ hominem aspectibus obiecisti hominũ.
Quare hoc? Vt cecitas ex parte in israel fieret: ꝛ plenitu- Roma.11.
do gentium intraret. Ad hoc abscondisti deum: ꝛ ho-
minem aspectibus obiecisti. Videbant et non vide-
bant. Videbant quod acceperas: et non videbant
quod eras. Videbant formam serui: non videbant Phil.2.
formam dei. Formam serui qua maior est pater: nõ Joh.14.
formam dei propter quam modo audisti: Ego et Joh.10.
pater vnum sumus. Tenuerunt quod videbant: cru-
cifixerũt quod videbant: Insultauerũt ei quem vi- Math.26.
debant: non agnouerunt qui latebat. Audi aposto- Ibidem.27.
lum dicentem: Si eñ cognouissent: nunꝙ dominũ 1.Cor.2.
glorie crucifixissent. Ergo gentes q̄ vocate estis
attendite ramos precisos propter seueritatem: vos Roma.11.
aũt insertos propter bonitatem: ꝛ participes factos
pinguedinis olee: non altum sapientes: id est non su-
perbientes. Non eñ tu radicem portas: ait: sed ra- Ibidem.
dix te: magis terreamini: quia videtis amputatos
ramos naturales. Iudei eñ per patriarchas vene-
runt: et de carne abrahe nati sunt. Et quid ait aposto-
stolus? Sed dicis: Fracti sunt rami vt ego inserar.
Bene. Propter infidelitatem fracti sunt: tu autẽ in- Roma.11.
quit fide stas: noli altum sapere: sed time. Si enim
naturalibus ramis deus non pepercit: neq; tibi par-
cet. Attende ergo ramos fractos: ꝛ te insertum: noli
extolli super ramos fractos: ß magis dicito deo: ꝙ
metuẽda sunt opera tua. Fratres si aduersus iude-
os olim precisos de radice patriarcharum extollere
nos non debemus: sed timere potius et dicere deo:
ꝙ timenda sunt opera tua: quanto minus non nos
debemus extollere aduersus recentia vulnera pre-
cisionum? Precisi sunt ante iudei: inserte sunt gen-
tes. De ipsa insertione: precisi sunt heretici: Sed
neq; contra illos nos extollere debemus: ne forte
precidi mereamur. Quos delectat insultare preci-
sis? Fratres mei qualiscunq; episcopi vox sonuit
vobis: rogamus vos vt caueatis quicunq; in ec-
clesia estis: nolite insultare eis qui non sunt intus:
sed orate potius vt ꝛ ipsi intus sint. Potens est eñ Ibidem.
deus iterum inserere illos. De ipsis iudeis dixit hoc
apostolus: et factum est in eis: Resurrexit dominus
et multi crediderunt: Non intellexerũt cum crucifi-
gerent: tamen postea crediderunt in eum: et donatũ
est eis tam magnum delictum. Fusus domini san-
guis donatus est homicidis: non vt dicam deicidis:
quia si cognouissent nunꝙ dominum glorie cruci- 1.Cor.2.
fixissent. Modo homicidis donatus est: fusus san-
guis innocentis: Et ipsum sanguinẽ quem per insa-

niam fuderunt: per gratiam biberunt. Dicite ergo
deo: quam timenda sunt opera tua. Unde timenda: Quia
Roma.11. cecitas ex parte in israel facta est: vt plenitudo gen
tium intraret. O gentium plenitudo: dic deo quam ti
menda sunt opera tua: et sic gaude vt contremiscas:
noli extolli super ramos precisos. Dicite deo: quam ti
G
In. virtutis. menda sunt opera tua. In multitudine potē
tie tue mentientur tibi inimici tui. Ad hoc ti
bi inquit mentientur inimici tui: vt multa sit poten
tia tua. Quid est hoc? Intentius audite. Potentia
domini nostri iesu christi: maxime apparuit in resur
rectione: Unde psalmus iste titulū accepit. Et resur
gens apparuit discipulis suis. Non apparuit inimi
Act.10. cis suis: sed discipulis suis. Crucifixus apparuit om
nibus: resurgens fidelibus: vt etiam postea qui vel
let crederet: et credenti resurrectio promitteretur.
Multi sancti multa miracula fecerunt: nullus eorū
mortuus resurrexit: quia et qui ab eis resuscitati sūt:
morituri resuscitati sunt. Intendat charitas vestra.
Joh.10. Commendans dominus opera sua dixit: Operibus
credite: si mihi non vultis credere. Et commendan
tur etiam preterita opera prophetarum: etsi nō ea
Matth.14. dem: tamen multa eiusdem potētie. Ambulauit do
minus super mare: iussit et petrū. Nunquid non ibi
Exo.14. erat ipse dominus: quando se diuisit mare: vt Moy
ses cū poplo israel transiret? Idē dñs illa faciebat:
Qui fecit ista per carnem suam: ipse illa faciebat per
carnem seruorum suorum: Illud tamen per seruos
suos non fecit: Nam ipse omnia faciebat vt aliquis
ipsorum mortuus esset: et resurgeret in vitam eter
nam. Quia ergo possent dicere iudei cum miracula
faceret dominus: fecit hoc et moyses: fecit hec et he
3.Reg.17. lias: fecit hoc et helizeus: possent sibi ista dicere: quia
4.Reg.4. et illi mortuos resuscitauerunt: et multa miracula fe
cerunt: Propterea cum ab illo signum peteretur: p
prium signum cōmendans quod in se solo futurum
erat: ait: Generatio ista praua et amaricans signū q
rit: et signum non dabitur ei: nisi signum Jone pro
Matth.12. phete. Sicut enī fuit ionas in ventre ceti tribus die
Jone.2. bus et tribus noctibus: sic erit et filius hominis in cor
de terre tribus diebus et tribus noctibus. Quomo
do fuit ionas in ventre ceti? Nonne vt postea viuus
euomeretur? Hoc fuit infernus domino: quod ione
cetus. Hoc signum proprium cōmendauit: hoc est
potentissimum. Potentius est reuixisse mortuum:
quam non fuisse mortuum. Multitudo potentie domi
ni scdm quod homo factus est: in virtute resurrectiōis
apparet. Hanc commendat et apostolus cum dicit:
Phil.3. Non habens eam iusticiam que ex lege est: sed eam
que est per fidem christi: que est ex deo iusticia in fi
de ad cognoscendum eum et virtutem resurrectionis
2.Cor.13. eius. Sic commendat et alio loco: Et si crucifixus
h est ex infirmitate: sed viuit ex virtute dei. Cum ergo
ista magna potentia domini in resurrectione intelli
gatur: vnde titulum psalmus iste accepit: quid sibi vult
in multitudine potentie tue mentientur tibi inimici
tui: nisi vt sic intelligas: ideo tibi mentientur inimici
tui vt crucifigaris: ideo crucifigeris vt resurgas?
Mendacium ergo illorum ad commēdandam mul
tam potentiam tuam valebit. Quare solent inimici
mentiri? Ut potentiam cuiusque minuant de quo mē
tiunt. Tibi inquit cōtrariū accidit. Nam minus ap
pareret potentia tua: si illi tibi non mentirentur. At

tendite et ipsum mendacium falsorum testium in eu
gelio: et videte quia de resurrectiōe est. Cū enī dño Matth.12.
dictum esset quod signum ostendis nobis: quia ista
facis: excepto eo quod dixerat de iona: per aliam si
militudinem hoc ipsum item dixit vt noueritis hoc
proprium signum maxime commendatum: Solui Jo.2.
te templum inquit hoc: et in tribus diebus excitabo
illud. Et illi dixerunt: Quadraginta et sex annis edi
ficatum est templum hoc: et tu in triduo excitabis il
lud? Et euangelista: quid illud esset: exponens: Hoc Ibidem.
aūt inquit dicebat iesus de templo corporis sui. Ec
ce hanc potentiam suam hominibus se demonstra
turum dicebat: Unde similitudinem de templo de
derat propter carnē suā que erat templū latētis intus
diuinitatis. Unde iudei templū foris videbāt numē intus
habitās nō videbāt. Ex istis verbis dñi cōcinnauerūt
falsi testes mendacium quod contra eum dicerent:
ex his ipsis vbi cōmendauit resurrectionē suam fu
turam loquens de templo. Dixerunt enī falsi testes
aduersus eum: cum quereretur ab eis quid illum au
dissent dixisse blasphemū: Audiuimus enī eū dicen
tem: Soluam templum hoc: et post triduum reedifi Matth.26.
cabo illud. Post triduum resuscitabo audierant: sol
uam non audierant: sed audierant soluite. Unum
verbū mutauerūt et paucas litteras: vt falsum testi
moniū molirent. Sed cui mutas verbū o humana va
nitas: o humana infirmitas? Verbo incōmutabili ver
bū mutas? Mutas tu tuū verbū: nunquid mutas dei
verbū? Unde alio loco dicitur: Et mētita est iniquitas sibi. Ps.26.
Quare ergo tibi mentiti sunt inimici tui o dñe: cui
iubilat omnis terra? In multitudine potētie tue mētien
tur tibi inimici tui. Dicūt: soluā: cū tu dixeris: soluite.
Quare te dixerūt dixisse: soluam: et nō dixerunt quod
tu dixisti: soluite? Ut quasi ipsi se a crimine soluti tem
pli defenderent sine causa. Christus enī qui voluit mortuus
est: et tamen vos occidistis. Ecce cōcedimus vobis o mēda
ces: ipse soluit tēplū. Dictū est enī ab aplo: Qui me I
dilexit: et tradidit semetipsum pro me. Dictū est de patre: Gal.2.
Qui proprio filio nō pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit Roma.8.
illū. Si ergo pater filiū tradidit: et filius semetipsum
tradidit: Judas quid fecit? Pater tradēdo filium ad Matth.26.
mortē pro nobis: bene fecit: christus tradēdo seipsum pro no
bis fecit bene: tradēdo iudas magistrū pro auaricia sua
fecit male. Nō enī quod nobis prestitū est de passiōe chri
sti: malicie iude deputabitur. Habet ille mercedē mali
cie: christus laudē gratie. Prorsus ipse soluerit tēplū: ip Joh.2.
se soluerit quod dixit: Potestatem habeo ponēdi animam meā Joh.10.
et potestatem habeo iterū sumēdi eam: nemo tollet eā a
me: sed ego ipse pono eā a me: et iterū sumo eā. Ipse sol
uit tēplū gratia sua: nō malicia vestra. In multitudine potē
tie tue mētientur tibi inimici tui. Ecce mētiuntur: ecce cre
ditur eis: ecce opprimeris: ecce crucifigeris: ecce insul
tatur tibi: ecce caput agitatur: Si filius dei es: descen Matth.27.
de de cruce. Ecce quando vis animā ponis: et lancea Joh.19.
latus perforeris: et sacramenta de latere tuo deflu
unt: deponeris de ligno: inuolueris lintheaminibus:
poneris in sepulchro: adduntur custodes ne tollant Matth.27.
te discipuli tui: Uenit hora resurrectionis tue: terra
concutitur: monumenta scinduntur: resurgis occul
tus: appares manifestus. Ubi sūt ergo illi mendaces?
Ubi est falsū testimoniū maliuolētie? Nōne in mul
titudine potētie tue mentiti sunt tibi inimici tui? Da
et illos sepulchri custodes: referant quid viderunt:

accipiant pecuniã ⁊ ipsi mentiant. Dicant etiam ipsi
moniti peruersi a peruersis: dicant a iudeis corrupti:
qui in christo noluerunt esse integri: dicant: Mentiã
tur etiã ipsi. Quid dicturi sunt? Dicite: videamus:
mentimini ⁊ vos in multitudine potentie dñi. Quid
dicturi estis? Cum dormiremus nos: venerũt disci
puli ei⁹ ⁊ abstulerũt eũ de monumẽto. O vere stulti
cia dormiẽs: Aut vigilabas: ⁊ phibere debuisti: Aut
dormiebas: ⁊ quid sit gestum nescisti. Accesserunt ⁊
ipsi mendacio: inimicoꝝ: auctus est ⁊ numerus men
tientiũ: vt augeret merces credentiũ: quia in multi
tudine potentie tue mentient tibi inimici tui. Ergo
mentiti sunt: in multitudine potẽtie tue mentiti sunt.
Apparuisti contra mendaces veracibus: ⁊ apparuisti
eis veracibus quos tu veraces fecisti. Remaneant
iudei in mendacijs suis: quia tibi in multitudine po
K tentie tue mentiti sunt: fiat quod sequit: Omnis
terra adoret te ⁊ psallat tibi: psallat nomi
ni tuo altissime. Pauloante humillime: modo
altissime. Humillime inter manus mentientiũ inimi
coꝝ: Altissime sup verticem laudantiũ angelorum.
Omnis terra adoret te et psallat tibi: psallat nomini
tuo altissime. Venite ⁊ videte opera domi
ni. O gentes: o vltime nationes: relinquite iudeos
mentiẽtes: venite cõfitentes. Venite ⁊ videte opera
domini. Terribilis in consilijs sup filios ho
minũ. Filius hominis ⁊ ipse quidem dictus est: et
Phil. 2. vere filius hominis factus est. Vere filius dei in for
ma dei: vere filius hominis in forma serui. Sed no
lite formam istam serui ex aliorum similiũ cõditione
pensare. Terribilis est in consilijs super filios ho
minũ. Machinati sunt filij hominũ cõsilium ad cru
cifigendũ christum: crucifixus excecauit crucifigen
tes. Quid ergo fecistis filij hominũ machinãdo acu
ta cõsilia aduersus dominũ vestrum: in quo latebat
maiestas et apparebat infirmitas? Vos machinati
estis consilia pdendi: Ille excecandi ⁊ saluandi. Ex
cecandi superbos: saluandi humiles. Ad hoc autem
superbos istos excecandi: vt cecati humiliarent: hu
miliati confiterent: confessi illuminarent. Terribilis
in cõsilijs super filios hominũ. Vere terribilis: Ecce
Roma. xi. cecitas ex parte in israel facta est. Ecce iudei ex quib⁹
natus est christus foris sunt. Ecce gentes que cõtra
iudeam erant in christo: intus sunt. Terribilis in cõ
silijs super filios hominũ. Propterea quid fecit ter
rore consilij sui? Conuertit mare in aridam. Hoc eñ
L sequit: Qui cõuertit mare in aridam. Ma
re erat mũdus amarus salsitate: turbulẽtus tempe
state: seuiens fluctibus psecutionũ. mare erat. Certe
in aridã cõuersum est mare: Modo sitit aquam dul
cem mũdus: quia salsa plenus erat. Quis hoc fecit?
Qui cõuertit mare in aridam. Iam anima gentium
Ps. 142. omniũ quid dicit? Anima mea velut terra sine aqua
tibi. Qui cõuertit mare in aridam. In flumine p
transibunt pede. Illi ipsi qui conuersi sunt in ari
dam: cum essent antea amari: in flumine pede ptrãsi
bunt. Quid est flumen? Flumen est omnis mortali
tas seculi. Vide flumen: alia veniũt ⁊ transeunt: alia
transitura succedunt. Nõne sic fit in aqua fluminis:
que de terra nascit et manat? Oĩs qui natus est: ce
dat oportet nascituro: Et omnis iste ordo rerũ labẽ
tium fluuius quidam est. In istum fluuiũ nõ se mit
tat cupida anima: nõ se mittat: stet. Et quõ transiet

delectatiões rerum periturarũ? Credat in christũ: ⁊
facile ptransibit pede: trãsibit illo duce: pede trãsibit
Quid est pede transire? Facile transire: Et nõ que
rat equũ vt transeat: nõ erigat superbia ad trãseun
dum flumẽ: humilis transeat. ⁊ ocyus trãsit. In flu M
mine ptransibunt pede. Ibi iocundabimur in Al. letabimur
ipso. In bonis operibus iocũdare. O iudei de ve
stris operibus gloriamini: deponite superbiã glori
andi de vobis: sumite gratiam iocũdandi in christo.
Ibi eñ iocũdabimur: sꝫ nõ in nob: ibi iocũdabimur
in ipso. Quãdo iocũdabimur? Cum flumẽ transie
rimus pede: vita eterna promittit: resurrectio pmit
titur: ibi caro nostra iam nõ erit flumẽ. Flumẽ enim
modo est: quando mortalis est. Videte si stat aliqua
etas: Pueri crescere volunt ⁊ nesciunt q spaciũ vite
sue annis succedẽtibus minuit. Nõ eñ addunt an
ni: sed subtrahunt crescentibus: sicut aqua fluminis
psus accedit: sed a fonte recedit: Et volunt crescere
pueri vt careant dominatu maiorũ. Ecce crescunt:
agit cito: peueniũt ad iuuentutẽ. Qui excesserũt pue
riciam: si possint teneant iuuentutẽ. Transit et ipsa:
senectus succedit: vel senectus eterna succedit: vel se
nect⁹ eterna sit: morte auferat: ergo fluuius est car
nis nascẽdi. In hũc fluuiũ mortalitatis nemo se mor
taliũ rerum cõcupiscentia subuertat ne rapiat: facile
trãsit q humilis. id est pede trãsit: duce illo q prior trãsijt
q de torrẽte i via vsqꝫ ad mortẽ bibit: ppterea exalta Ps. 109
uit caput. Trãseuntes ḡ pede fluuiũ istũ: id est facile
transeũtes mortalitatẽ istã fluentẽ: ibi iocũdabimur
i ipso. Nõ aũt i q nisi vel i ipo: vel i spe ipsius? Etsi
eñ iocũdamur mõ: in spe iocũdamur: tũc aũt in ipo
iocũdabimur: Et modo in ipso sed p spem: tunc autẽ j. Cor. 13.
facie ad faciẽ: ibi iocũdabimur in ipso. In q: Qui N
dominat in virtute sua in eternũ. Nam nos
quã virtutẽ habemus? Nũquid eternã? Si eterna
esset virtus nostra: nõ lapsi essemus: nõ cecidissem⁹ Sch. 5.
in peccatũ: nõ meruissemus mortalitatẽ penalẽ. Ille
voluntate suscepit: quia nos meritũ nostrum deiecit.
Qui dominat in virtute sua in eternũ: Eius pticeps
efficiamur: in cui⁹ virtute nos erimus fortes: ille aũt
in sua. Nos illuminati: ille lumen illuminans. Nos
auersi ab illo cõtenebramur: ille auerti a se non põt.
Calore ipsi⁹ accẽdimur: vnde recedentes friguera
m⁹: accedẽtes rursuꝫ accẽdimur. Ergo dicam⁹ ei vt
custodiat nos in virtute sua: qꝛ in ipo iocũdabimur q
dñat in virtute sua in eternũ. Sed nõ h solis iudeis
p̃stitit credẽtibus: qꝛ multũ se extulerũt iudei de vir
tute sua p̃sumẽtes: postea cognouerũt in cui⁹ virtu
te fuerũt salubriter fortes: ⁊ quidã eoꝝ crediderũt: s
nõ sufficit christo Multũ ẽ qd dedit: magnũ hoc de
dit: nõ p solis iudeis debuit valere qd dedit Oculi
ei⁹ sup gentes respiciũt. Ergo oculi ei⁹ sup gen
tes respiciũt: Et qd faciũt? Murmurabũt iudei: di
cturi sunt iudei: qd nobis. h ⁊ illis: Nobis euãgeliũ:
illis euãgeliũ: Nobis gratiã resurrectiõis: ⁊ illis gra
tiam resurrectiõis: Nihil nobis pdest quod nos le
gem accepimus: ⁊ in iustificatiõibus legis viximus:
⁊ tenuim⁹ pcepta patrũ? Nihil valebit h illis qd no
bis. Non irascãtur: nõ cõtendant. Qui amaricant Al. exasperant
nõ exaltent in semetipsis. O caro misera ⁊ tabes
cens: nonne peccatrix es? Quid clamat lingua tua?
Attendatur cõscientia. Omnes enim peccauerũt: et Roma. 3.

egent gloria dei. Agnosce te infirmitas humana: ac/
cepisti legē vt z p̄uaricatrix legis esses. Nō enim te/
nuisti et implesti quod accepisti. Accessit tibi ex lege
nō iustificatio quā lex iubet: sed p̄uaricatio quam
Roma.5. tu fecisti. Si ergo abundauit peccatū: quid inuides
sup̄abundanti gratie? Noli amaricare: quia q̄ ama/
ricant non exaltent. Quasi maledixisse videtur: qui
amaricant non exaltent: imo exaltent sed nō in seip/
Matth.23. sis. Humilent in seipsis: exaltent i christo. Qui eñ
se humiliat exaltabit: et qui se exaltat humiliabit.
O Qui amaricāt: nō exaltent i semetipsis. Benedi/
cite gentes deum nostrū. Ecce repulsi sunt qui
amaricant: reddita ē illis ratio: Aliqui cōuersi sunt:
aliqui superbi remāserunt. Non vos terreant q̄ gra/
Gen.12. tiam euangelicā inuident gentibus: iam venit semē
abrae in quo benedicunt omnes gentes. Benedicite
eū in q̄ b̄ndicamini: b̄ndicate gentes deū nostrū. Et
Al. ✝ auditā fa/ cite. ✝audite vocē laudis eius. Ne vosipsos laude/
tis s̄ ip̄m laudet̄. Que ē vox laudis eius? Quia g̃ra
ip̄i⁹ sumus: quicq̄d boni sum⁹. Qui posuit ani/
[illegible] mā meam ✝in vitam. Ecce vox laudis eius: Qui
posuit animā meam in vitam. Ergo in morte erat:
In morte erat: q2 in te erat. Inde ē q̄ nō debuistis
exaltari i vobisipsis. Ecce i morte erat i te. Ubi erit
Joh.14. in vita nisi in illo qui dixit: Ego sum via: veritas: et
vita: Quomō quibusdā credentibus ait apostolus:
Eph.5. Fuistis aliquādo tenebre: nūc autē lux in domino?
Tenebre ergo i vobis: lux i domino: sic mors in vo/
bis: vita in domino. Qui posuit animā meam in vi/
tam. Ecce posuit animā nostrā in vitam: quia credi/
mus in eum qui in vitā posuit animā nostram. Sed
quid deinde opus est nisi vt p̄seueremus vsq̄ in finē?
Et hoc quis dabit: nisi de quo consequēter dictum
Al. ✝cōmotionē. est: Et non dedit in ✝motum pedes meos?
Ipse posuit animā meam in vitam: ipse regit et pe/
des ne nutent: ne moueant z dent in motū: z ip̄e nos
Matth.10. faciet viuere: ipse p̄seuerare vsq̄ in finem vt i eternū
viuamus. Et non dedit in motū pedes meos. Qua/
re hoc dixisti: z nō dedit in motū pedes meos? Quid
enim passus es: aut quid pati potuisti vt mouerent
pedes tui? Quid? Audi q̄ sequant. Quare dixi: nō
dedit i motū pedes meos? Quia multa passuri sum⁹
de quibus mouerent de via pedes nostri nisi ipse re/
geret eos z in motū nō daret. Que sunt ista? Quo/
P
Al. ✝igne nos examinasti sicut examinat. niam probasti nos deus: ✝ignisti nos sicut
ignit argentum. Non ignisti sicut fenum: sed si/
cut argentū: Adhibendo nobis ignem: non in cinerē
cōuertisti: sed sordes abluisti. Ignisti nos sicut igni/
tur argentū. Et vide quomō seuit deus in illos quo/
rum animā posuit in vitam. Induxisti nos in
Al. laqueū. ✝muscipulā. Non vt capti moreremur: sed vnde
liberati experiremur. Posuisti tribulatiōes in
dorso nostro. Erecti enim male: superbi eramus:
male erecti curuati sum⁹: vt curuati bñ erigeremur.
Posuisti tribulationes in dorso nostro. Imposui/
sti homines sup̄ capita nostra. Hec omia passa
est ecclia variis z diuersis p̄secutiōib⁹: passa est hoc
z singillatim: z modo patit etiā. Nō enim quisq̄ est
qui se in hac vita ab his temptationib⁹ possit dicere
imunem. Ergo imponūt z homies super capita no/
stra: toleramus quos nolumus: patimur superiores
aliquādo quos nouimus peiores. Peccata autem

si desint bene superior est homo: Quāto autē plura
assunt: tanto est inferior. Et bonū est vt consideren⁹
nos peccatores esse: z sic toleremus impositos sup̄
capita nostra: vt z nos deo confiteamur: quia digna
patimur. Quid enim indigne pateris quod facit qui
iustus est? Posuisti tribulatiōes in dorso nostro: im/
posuisti homines sup̄ capita nostra. Secure videtur
deus cum ista facit: ne metuas quoniā pater est: nū/
q̄ sic seuit vt p̄dat. Quādo male viuis si parcit: plus
irascit. Omnino iste tribulatiōes flagella sunt corri/
gentis: ne sit sententia punientis. Posuisti tribulati/
ones in dorso nostro: imposuisti homines super ca/
pita nostra. Transiuimus p̄ ignem z aquā. C
Ignis z aqua: vtrūq̄ p̄iculosū ē: In hac vita: certe
videt aqua ignem extinguere: et ignis videt aquam
siccare: Ita z ipse temptatiōes sunt: quib⁹ abundat
hec vita. Ignis vrit: aqua corrumpit: vtrūq̄ metuē
dum: et vstio tribulationis: et aqua corruptionis.
Quādo sunt res anguste z alique infelicitates sūt in
hoc mūdo: quasi ignis est: quādo sunt res p̄spere et
abūdantia seculi circūfluit: quasi aqua est. Vide ne
te ignis exurat: ne aqua corrumpat. Firmus esto ad
uersus ignem: coqui te oportet: tanq̄ vas fictū mit/
teris in caminū: vt firmet q̄ formatū est: Vas ē q̄
in igne firmatū est: aquā nō timet: vas aūt si solida/
tum igne non fuerit: tanq̄ lutū aqua soluet. Noli fe/
stinare ad aquam: p̄ ignē transi ad aquā: vt transeas
z aquā. Propterea et in sacramētis z in cathezizan/
do z in exorcizando: adhibet prius ignis. Nā vnde
plerūq̄ imundi spiritus clamant ardeo: si ille ignis
non est? Post ignem autē exorcismi venit ad baptis/
mū: vt ab igne ad aquā: ab aq̄ i refrigeriū. Q̄ autē
in sacramētis aq̄ baptismi: hoc etiā i temptatiōibus
huius seculi angustia timoris. Accedit prima vice
ignis: postea ablato timore metuendum est ne feli/
citas corrumpat mūdana. Cum autē te ignis crepare
nō suffecerit: z in aquā nō merseris sed enatauens p̄
disciplinā transis ad requiē: z transiens per ignem z
aquam educeris in refrigeriū. Quarum enim rerum
signa sunt in sacramētis: ipse res sunt in illa p̄fectiōe
vite eterne. Iam cum transierim⁹ ad illud refrigeriū
fratres charissimi. nullū ibi timebim⁹ inimicū: nullū
temptatorē: nullū inuidū: nullū ignem: nullā aquā:
perpetuū ibi refrigeriū erit. Refrigeriū p̄pter quie/
tem dicit: Nam si dicas calorē: verū est: si dicas re/
frigeriū verū est. Si enim refrigeriū male acceperis:
quasi torpescimus ibi: nō autē torpescimus ibi: sed
requiescimus: Nec quia calor dicit estuabimus ibi:
sed feruemus spiritu. Attende ipsum calorem in alio
psalmo: Nec est qui se abscōdat a calore eius. Quid Ps.18. Roma.12.
dicit z apostol⁹? Spiritu feruētes. Ergo trāsiuim⁹
p̄ ignem z aquam. Et eduxisti nos in refrige/
rium. Attende quia non tantū de refrigerio: sed nec
de ipso igne optabili tacuit. Introibo in domū K
tuā in holocaustis. Quid est holocaustū? Totū
incensum. sed igne diuino. Holocaustū enim dicitur
sacrificiū cum totū accendit. Alie sunt partes sacri/
ficiorū: aliud holocaustū. Quādo totum ardet: z to/
tum consumit igne diuino: holocaustū dicit: quādo
pars: sacrificiū. Omne quidem holocaustum sacri/
ficium: sed non omne sacrificiū holocaustum. Holo/
causta enim p̄mittit: Corpus christi loquitur: vinctas

christi loquit̃: Introibo ĩ domũ tuã in holocaustis.
Totũ em̃ meũ ꝯsumit ignis tu⁹: nihil em̃ remaneat
mihi: totum sit tibi. Hoc autem erit in resurrectione
1. Cor. 15. mortuoꝝ: quando ⁊ corruptibile hoc induerit incor/
ruptionem: et mortale hoc induerit ĩmortalitatem:
Osee. tunc fiet qḋ scriptũ est: Absorpta est mors in victo/
ria. Victoria q̃si ignis diuin⁹ est: cũ absorbet et mor/
tẽ nostrã: holocaustũ ẽ: Nõ remanet mortale aliq̃d
in carne: nõ remanet culpabile aliq̃d in spiritu: totũ
ex mortali vita cõsumet̃: vt in eterna vita cõsũmat̃:
vt a morte seruemur in vitã. Erũt ergo illa holocau/
sta. Et quid erit ĩ holocaustis? Reddã tibi vota
mea que distinxerũt labia mea. Que ẽ distin/
ctio in votis? Hec est distinctio: vt te accuses: illum
laudes. Te intelligas creaturã: illum creatorem. Te
tenebras: illũ illuminatorẽ: cui dicas: Tu illumiabis
Ps. 17. lucernã meã dñe: de⁹ meus illumina tenebras meas.
Nã q̃si dixeris: O aĩa: quia ex te tibi lucet: ne distin/
gues: Si nõ distigues nõ reddes vota disticta. Red
de vota disticta: ꝯfitere te mutabilẽ: illũ incõmutabi
lẽ: ꝯfitere te sine illo nihil eẽ: ipm aũt sine te pfectũ eẽ
te indigere illo: illũ aũt tui nõ indigẽ. Clama ad illũ:
Ps. 15. Dixi dño de⁹ me⁹ es tu: qm̃ bonoꝝ meoꝝ nõ idiges.
Iã eo q te ĩ holocaustũ assumit de⁹: nõ ille crescit: ñ
ille auget̃: nõ ille ditior: nõ ille ĩstructior fit: tibi ẽ me/
li⁹ q̃cq̃d de te ꝓ te facit: nõ ei q̃ fac̃. Hec si discernas:
reddis vota deo tuo: q̃ distinxerũt labia tua. Reddã
tibi vota mea: q̃ distinxerũt labia mea. Et locutũ
est os meũ: in tribulatione mea. O dulcis est
sepe tribulatio: q̃ necessaria est tibi. Quid ibi locutũ
est os ipsi⁹ in tribulatiõe sua? Holocausta me/
dullata offeram tibi. Quid est medullata? Int⁹
teneam charitatẽ tuã: nõ erit in supficie: in medullis
meis erit qḋ diligo te. Nihil em̃ interi⁹ medullis no/
stris: Interiora ossa sũt carne: medulle interiores sũt
ipsis ossibus. Quisq̃s ergo in supficie colit deũ: ma/
gis placere vult hominib⁹. Aliud aũt intus sentiẽs:
nõ offert holocausta medullaꝝ: cui⁹ aũt medullã in/
spicit: ipm totũ accipit. Holocausta medullata offe/
[illegible] rã tibi: Cũ incenso ⁊ arietib⁹. Arietes sũt duces
eccle. Totũ corp⁹ christi loquit̃: h̃ est qḋ offert deo
incensum. Quid est orõ cũ incenso ⁊ arietib⁹? Mari
me em̃ arietes orant ꝓ gregibus. Offeram tibi
boues cũ hircis. Boues inuenim⁹ triturãtes: et
ipsi offerunt̃ deo. Aplus de annũciatorib⁹ euangelij
1. Cor. 9. dixit intelligendũ qḋ scriptũ est: Boui triturãti os
nõ infrenabis. Nũquid de bobus ptinet ad deum?
Ergo magni illi arietes: magni boues. Quid reliq̃ q̃
forte cõscij sunt aliquorũ peccatoꝝ: qui forte in ipso
itinere lapsi sunt ⁊ sauciati: p penitentiã sanant̃? Nũ
quid ⁊ ipsi remanebũt: ⁊ ad holocausta nõ ptinebũt?
Ne ipsi timeãt addidit ⁊ hircos. Holocausta inquit
medullata offerã tibi: cũ incenso ⁊ arietib⁹: offerã ti/
bi boues cũ hircis: Adiũctiõe ipsa saluant̃ hirci: q se
nõ pñt accipi: adiuncti bob⁹ accipiunt̃. Talibus em̃
Luce. 16. dictũ est: Facite vobis amicos de mãmona iniq̃ta/
tis: vt ⁊ ipsi recipiãt vos ĩ eterna tabernacula. Ergo
illi hirci nõ erunt a sinistris: q2 fecerũt sibi amicos de
mãmona iniq̃tatis. Qui aũt hirci ad sinistrã? Quib⁹
Matth. 25. dicet̃: Esuriui ⁊ nõ dedistis mihi mãducare: non qui
peccata sua elemosynis redemerũt. Venite: au/
dite et narrabo omnes qui timetis deum:
Veniamus: audiamus quid narraturus est. Venite

audite ⁊ narrabo. Sed quid? Venite audite ⁊ narra
bo omnes qui timetis deum. Si deum nõ timetis:
non narrabo. Non est quibus narret̃: vbi dei timor
nõ est. Dei timor aperiat aures: vt sit quod intret: et
qua intret: qḋ narraturus sum. Sed quid est narra/
turus? Quanta fecit anime mee. Ecce narrare
vult. Sed quid est narraturus? An forte quantũ pa/
teat terra: quãtum distendat̃ celum: ⁊ quot sint syde/
ra: ⁊ que sint vices solis et lune? Ista creatura pagit
ordinẽ suum: qui multũ eam curiose quesierũt: eius
creatorem ignorauerunt. Illud audite: illud accipi/
te: o qui timetis deum: quanta fecit anime mee: Si
vultis ⁊ vestre est. Quanta fecit anime mee? Ad
ipsum ore meo clamaui. Et hoc ipsum factum
dicit anime sue: vt ad ipsum ore suo clamaret: factũ
esse dicit anime sue. Ecce fratres gentes eramus: et
si nõ in nobis: in parẽtib⁹ nostris. Et quid dicit apo/ 1. Cor. 12.
stolus: Scitis quando gentes eratis: ad simulacra
sine voce quodãmodo ascendebatis inducti. Dicat
nunc ecclesia quanta fecit anime mee: ad ipsum ore
meo clamaui. Olim ad lapidem clamabã: ad lignũ
surdũ clamabã: simulacris surdis: mutis loq̃bar: iã
imago dei cõuersa est ad creatorem suum. Qui dice/ Hiere. 2.
bam ligno: pater meus es tu: et lapidi: tu me genui/ Matth. 6.
sti: modo dico: Pater noster qui es in celis. Ad ipm
ore meo clamaui. Ore meo iam nõ ore alieno. Quã/ 1. Pet. 1.
do clamabã ad lapidem in vana cõuersatione pater/
ne traditionis: ore alieno clamabã: quando clamaui
ad dominũ: qḋ ipse donauit: qḋ ipse inspirauit: ad Al. exaltaui.
ipm ore meo clamaui. Et †exaltaui sub lingua
mea. Quid est clamaui ore meo: ⁊ exaltaui sub lin/
gua mea? Ipsum publice p̃dicaui: ipsum in secreto
cõfessus sum. Parum est deũ exaltare lingua: sed et
sub lingua: vt qḋ coram loquer̃: hoc tacit⁹ cogites.
Ad ipsum ore meo clamaui: et exaltaui sub lingua
mea. Vide q̃ vult ĩ secreto esse integer qui in secreto
offert holocausta medullata. Hoc agite frẽs: h̃ imita
mini: vt dicatis: Venite: audite quãta fecit aĩe mee.
Omnia em̃ que enarrat: ipsius gratia fiũt in anima
nr̃a. Videte et alia q̃ dicat: Iniquitatẽ si aspe/ V
xi in corde meo: non exaudiet domin⁹. Cõ/
siderate modo fratres: q̃ facile: q̃ quotidie homies
erubescẽtes in homib⁹ iniq̃tates accusant: Male fe/
cit: perdite fecit: sceleratus homo est: hoc forte ꝓpter
homines dicit. Vide si nõ in corde tuo conspicis ini/
quitatẽ: ne forte qḋ reprehendis in altero cogites fa
cere: ⁊ ideo ĩ illũ clames: nõ quia fecit: sed quia inuẽ/
tus est. Redi ad te: intus esto tibi iudex. Ecce in cu/
biculo tuo abscõdito: in ipsa vena intima cordis tui
vbi tu sol⁹ es ⁊ ille qui videt: illuc tibi displiceat ini/
quitas: vt placeas deo. Noli illã respicere: id est no/
li illam diligere: sed potius despice: id est contemne ⁊
auertere ab ea. Quicquid letum ꝓmiserit vt illiciat
ad peccandũ: quicquid triste minatum fuerit: vt im/
pellat ad malefaciendũ: totũ nihil est: totum trãsit:
despici dignũ est vt calcetur: nõ cõspici vt acceptet̃.
Suggerit em̃ aliquãdo per cogitatiões vel p verba 1. Cor. 15.
colloquẽtiũ malorũ. Corrumpũt em̃ mores bonos
colloq̃a mala: tu noli ea respicere. Sed parũ est ĩ vul
tu: parũ est ĩ lingua: in corde noli respicere: id est noli
diligere: noli acceptare. Nã respectũ ꝓ dilectiõe po/
ni quotidianũ ẽ: ꝓmo q2 de deo dicim⁹: respexit me.
Quid est: respexit me? Ante em̃ te non videbat? Aut

rursum attendebat: et p̄cibus tuis cōmonitus est: vt in te oculos mitteret: Videbat te ⁊ añ: ſ; respexit me dicis: dilexit me. Et homini q̄ te videt: ⁊ rogas eū dicis vt misereat̄ tui: respice me. Videt te: ⁊ dicit: respice me. Quid est: respice me? Dilige: attēde: miserere mei. Ergo nō ideo dixit iniquitatē si aspexi in corde meo: q2 oīno nulla iniq̄tas suggerit̄ cordi humano: Ibi suggerit̄: nō cessat suggestio: ſ; nō fiat respectio. Si eñ conspicis iniquitatē: retro aspicis: ⁊ incurris

Luce. 9. sententiā dñi dicētis in euāgelio: Nemo ponēs manū sup aratrū ⁊ respiciēs retro: aptus est regno dei.

Phil. 3. Quid g̃ debeo facere? Qd̄ ait aplūs: Que retro oblitus: in ea q̄ ante sunt extent⁹. Retro eñ nostra oīa q̄ trāsierūt: iniq̄ sunt. Nemo ex bono venit ad christū:

Roma. 2. oēs pctōres fuerūt: oēs peccauerūt: ſ; credēdo iustificant̄. Perfecta iusticia nō erit: nisi in illa vita: tñ ad pfectū et mores boni ab ipso inspirant̄: ab ipso donant̄. Noli g̃ tua merita cōputare: noli. Et si suggerit̄ iniq̄tas: noli cōsentire. Quid eñ ait? Iniq̄tatē si

x cōspexi in corde meo: nō exaudiet dñs. Propter

Al. † nō habet. ea exaudiuit † me deus: Quia iniquitatē nō con

Al. † attendit. spexi in corde meo. Et † intendit voci † oratio-

† depcatiōis. nis mee. Benedict⁹ deus me⁹: qui nō amouit depcatiōē meā ⁊ misericordiā suā a me. Tenet sensū ab eo loco vbi ait: Venite audite et narrabo vobis oēs qui timetis deū: quāta fecit anime mee: et dixit que audistis et ad finē ita cōclusit. Benedict⁹ deus

Al. † nō habet. † meus q̄ nō amouit † depcationē meā ⁊ mi-

Al. † orationē. sericordiā suā a me. Sic eñ puenit ad resurrectionē iste q̄ loquit̄ vbi iam ⁊ nos spe sum⁹: imo et nos sum⁹: Etenī nostra vox ista ē. Qz diu g̃ hic sum⁹ hoc rogemus deū: vt nō a nobis amoueat depcationem nostrā: ⁊ misericordiā suā: id est vt pseuerāter orem⁹: ⁊ pseuerāter misereat̄. Multi eñ languescūt in orando: ⁊ i nouitate sue cōuersiōis feruēter orant: postea lāguide: postea frigide: postea negligēter: Quasi securi sunt. Vigilat hostis: dormis tu. Ipse dñs p̄cepit in euāgelio: Quia oportet semp orare ⁊ nō deficere.

Luc. 18. Et dat similitudinē de illo iniquo iudice q̄ nec deū timebat: nec hoīem reuerebat̄: quē interpellabat illa vidua quotidie vt audiret eam: ⁊ cessit tedio: qui nō flectebat̄ misericordia: ⁊ ait sibi iudex nequā: Si nec deū timeo: nec homiēs reuereor: vel pter tediū qd̄ mihi quotidie facit hec vidua: audiā causam ei⁹ ⁊ vindicabo eā. Et ait dñs: Si iudex nequā hoc fecit: pat̄

Ibidem. vester nō vindicabit electos suos qui ad eū clamant die ac nocte? Ita dico vobis: faciet iudiciū eo᷑ cito. Ergo nō deficiam⁹ in orōne. Ille qd̄ cōcessurus est: etsi differt: nō aufert. Securi de pollicitatiōe ipsi⁹ nō deficiam⁹ i orādo: ⁊ h̄ et bñficio ipsi⁹ est. Propterea dixit: Bñdict⁹ de⁹ me⁹: qui non amouit depcationē meā: ⁊ misericordiā suam a me. Cum videris nō a te amotā depcationē tuam: secur⁹ esto quia non est a te amota misericordia eius.

Explicit Tractat⁹ de ps̄. LXV.

Incipit Tractat⁹ de ps̄. LXVI.

Prefatio.

A Meminit charitas vestra in duobus psalmis m qui iam tractati sunt exhortatos nos fuisse animā nostrā vt benediceret dominū: ⁊ pro

Ps. 102. cantu dixisse: Benedic anima mea dominū. Si ergo hortati sumus in illis psalmis animā nostrā vt benediceret dominū: in hoc psalmo recte dicit̄:

Expositio psalmi.

D Eus misereatur nostri: ⁊ benedicat † nos. Benedicat aīa nostra dominū: ⁊ de⁹ benedicat nos. Cū benedicat nos deus: nos crescimus: ⁊ cum nos bñdicimus dominū: crescim⁹: Al. † [illegible] vtrūq3 nobis pdest. Nō augetur ille benedictiōe nr̄a: nec minuit̄ maledictiōe nostra. Qui maledicit dño: ipse minuit̄: qui benedicit dominū ipe auget̄. Prior est i nobis bñdictio dñi: ⁊ psequēs ē: vt ⁊ nos bñdicam⁹ dñm. Illa pluuia: iste fruct⁹ ē. Ergo redd̄it̄ tanq̄ fruct⁹ agricole deo: cōpluēti nos ⁊ colēti: Cantem⁹ ista deuotiōe: nō sterili: nō inani voce: ſ; vero corde. Apertissime eñ de⁹ p̄r dict⁹ ē agricola: Aplūs dicit: Dei agricultura estis: dei edificatio estis. In reb⁹ h⁹ mūdi visibilibus: vitis nō est edificiū: ⁊ edificiū non est vinea: nos aūt vinea domini sumus: q2 colit nos ad fructū: Edificiū dei sum⁹: q2 colit nos et habitat in nobis. Et quid ait idē aplūs? Ego plantaui: apollo rigauit: sed deus incrementū dedit. Ergo neq3 qui plantat est aliq̄d: neq3 qui rigat: sed qui incrementū dat de⁹. Ille ergo incrementū dat: nūquid forte isti sunt agricole? Agricola eñ dicit̄ qui plantat et qui rigat. Dixit aūt aplūs: Ego plātaui: apollo rigauit. Querimus vnde ipse iam fecerit? Respōdit aplūs: Nō ego autē sed gratia dei mecū. Ergo quocūq3 te conuerteris: siue p angelos: deū inuenies agricolā tuū: siue p pphas: ipe est agricola tu⁹: siue p aplos: eūdē ipsum agnosce agricolā tuū. Quid g̃ nos? Fortasse opariī sumus agricole illi⁹: ⁊ hoc ipm ab ipso impertitis viribus: ⁊ ab ipso donata gratia. Ipse g̃ ⁊ colit ⁊ incrementū dat: Agricola aūt homo vineā colit hactenus: vt aret: putet: adhibeat cetera que ptinēt ad agricolarū diligentiā: pluere vinee sue non pōt. Qd̄ si forte irrigare pōt: de cui⁹ potest? Ipse ducit quidē in riuū: sed deus implet fontem. Postremo in vinea sua incremētū dare sarmētis nō potest: formare fructus nō potest: modificare semina nō potest: tēpora gignendi temperare nō potest. Deus autē qui omnia potest agricola noster est: securi sim⁹. Forte ait aliq̄s: Tu dicis agricolā nostrū esse deum: Immo ego apostolos agricolas dico eē q̄ dixerūt: Ego plantaui: apollo rigauit. Si ego dico: nemo credat: si christus dicat: ve qui nō credit. Quid ergo domin⁹ christus ait? Ego sum vitis: vos sarmenta: pater meus agricola. Sitiat g̃ terra ⁊ edat voces sitis sue: quoniā scriptū est: Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Dicat ergo terra nostra: nosipsi: pluuiam dei desiderans: Deus misereat̄ nostri ⁊ benedicat nos. Illu-

x minet vultū suum sup nos. Quesiturus eras fortasse quid est bñdicat nos. Multis modis se volunt homines benedici a deo. Alius benedici se vult vt habeat plenā domū necessariīs rebus huic vite: Alius benedici se cupit vt obtineat salutem corporis sine labe. Alius benedici se vult si forte egrotat vt reparet sanitatem. Alius desiderās filios: ⁊ forte contristatus q2 non nascantur: benedici se vult vt habeat posteritatē. Et quis enumeret diuersa vota hominū se a domino deo bñdici cupientiū? Quis autē nostrū dicturus est non esse illā dei bñdictionē: si vel agricultura ei fructū ferat: vel dom⁹ cuiusq3 abūdet copia rerū tēporaliū: vel ipa corpis sal⁹: aut vt teneat̄: aut ne amittat̄: aut amissa repet̄? Fecūditas etiā feminarū: ⁊ casta vota filios desiderantiū: ad quē ptinet

nent nisi ad unum deum? Qui enim creauit oīa quū non
erant: ipse prolis successu facit pmanere quod condidit.
Facit hec deus: donat hec deus. Parū est nobis di-
cere: facit hec deus: donat hec deus: sed solus hec fa-
cit: solus donat. Quid enim? Facit hec deus: si facit hec
aliquis nō deus? Facit hec deus: et solus facit: Et sine
causa ista petunt: vel ab hominibus vel a demonibus:
et quecūqz bona accipiūt inimici dei: ab illo accipiūt:
et cū ab aliis petūt et accipiūt: ab illo accipiūt nesciē-
tes. Quomō cū puniunt et putant se ab aliis puniri:
nesciētes ab illo puniunt: Sic et cum vegetant: im-
plent: saluant: liberant. Et si hoc nesciētes: vel homi
nibus vel demonibus vel angelis tribuūt: nō habent
nisi ab illo penes quē potestas est oīm. Ad hoc dixe-
rim⁹ hec fratres vt quisqz etiā ista terrena forte: vel
ppter supplementa necessitatis: vel ppter aliquā infir
mitatē desiderat: nō nisi ab illo desideret: qui est fons
C omniū bonoꝝ et creator et recreator vniuersoꝝ. Sed
alia sunt dona que dat deus et inimicis suis: alia quē nō
seruat nisi amicis suis. Que sunt dona que dat deus
inimicis suis? Ea que numeraui. Non enim soli boni
plenas habent domos rebus necessariis: aut soli bo
ni: vel salui facti sunt: vel ab egritudine cōualescunt:
aut soli boni filios habent: soli boni pecuniā: soli bo-
ni cetera apta huic vite tēporali atqz trāseunti: Ha-
bent hec et mali: et aliqñ desunt bonis: sed desunt et ma
lis: et plerūqz illis magis qz illis: aliqñ illis qz istis po
tius abundant. Permixta ista temporalia deus esse
voluit: quia si bonis solis ea daret: putarent et mali
ppter hec colendum deum. Rursus si ea solis malis
daret: timerent boni infirmi conuerti: ne ista illis for-
te deessent. Est enim adhuc anima infirma minus ca
pax regni dei: nutrire illam debet deus agricola no-
ster. Nā et queqz arbor iā tempestates robore susti-
net: cū de terra nasceret herba erat. Nouit ergo ille
agricola: nō solū robustas arbores putare atqz pur-
gare: sed etiā teneras in recēti ortu sepire. Propter-
ea dilectissimi: vt dicere cepera: si solis bonis daren-
tur ista: omnes ppter hec accipienda vellent cōuerti
ad deum. Rursus si solis malis darent: timerent in-
firmi ne cū cōuerterent: amitterēt quod soli mali habe-
rent: Permixte data sunt et bonis et malis. Rursus si
solis bonis auferrent: idē ille timor eēt infirmoꝝ nec
conuerterent ad deū. Rursus si solis malis auferrē-
tur: ipsa sola pena putaretur qua mali plectunt. Qz
ergo dat ea bonis: consolat itinerantes: quod dat ea et
malis: admonet bonos vt alia desiderent que nō ha
D bent cum malis cōmunia. Rursus bonis aufert ea
quādo vult: vt interrogent se de suis viribus: et inue-
niant se qui forte latebant se: vtrum iam possint dico
Job. j. re: Dominus dedit dñs abstulit: sicut domino placuit:
ita factū est: sit nomē dñi benedictū. Benedixit enim
et illa anima dominū: et reddidit fructus cōpluta sa-
gina bndictiōis: Dominus dedit dñs abstulit. Sub-
traxit data: sed non subtraxit datorē anima bñdicta.
Omnis simplex nō herens terrenis rebus: nec visco
implicatis pēnis iacens: sed exerto nitore virtutū in
geminis alis gemine dilectiōis exultat in auras libe
ras: et videt sibi subtractū esse quod calcabat: nō ibi in-
cūbebat: et dicit secura: Dominus dedit dñs abstulit:
sicut dño placuit ita factum est: sit nomē dñi benedi-
ctū. Dedit et abstulit: manet qui dedit: et abstulit quod
dedit: sit ergo nomen eius bñdictū. Ad hoc ergo ista
auferunt bonis. Sed ne quis forte infirmus diceret: E
quū ego esse possem tante virtutis sicut sanctus Job. Ro
bur miraris arboris que modo nata est? Hec magna quā
modo miraris: sub cuius ramis et vmbra refrigeraris:
virga fuit. Sed times ne tibi auferant hec: tu cū ta-
lis fueris: attēde: quia auferunt et malis. Quid te ergo
differs a cōuersione? Quod bonus times amittere: for
te amissurus malus es. Si bonus ea pdideris: adest
consolator qui abstulit. Arca exinanita est auro: cor
plenū est fide. Foris pauper es: sed intus diues es.
Diuitias tecū portas quas nō amitteres etiam si de
naufragio nudus exires. Quod ergo forte pditurus es
malus: cur nō bonū te inuenit damnū: quū quidē vi-
des et malos pati damnū? Sed maiore illi dāno fe-
riunt. Inanis est domus: inanior cōsciētia ē. Quisqz
malus ista pdiderit: nō habet foris quod teneat: nō ha
bet intus vbi requiescat. Fugit hec vbi damnū passus
est: vbi se ab oculis hoīm de diuitiaꝝ ostentatiōe ia-
ctabat. Jam se in oculis hoīm iactare non pōt: ad se
intro nō redit: quia nihil habet. Nō est imitatus formi- Prouer. 6. et. 30.
cā: nō sibi collegit grana cum estas esset. Quid dixit
cum estas esset? Cū esset vite trāquillitas: cum esset
seculi huius erga illū psperitas: quū ei vacabat: quū fe-
lix vocabat ab omībus: estas ipsius erat: Imitaret for-
micā: si audiret verba dei: colligeret grana: et intus recō-
deret. Venerat temptatio tribulationis: superuenerat
hyems torporis: tēpestas timoris: frigus tristicie: siue
dānū esset: siue salutis piculū: siue aliq orbitas suoꝝ
siue aliqua exhonoratio siue hūiliatio: hyems erat.
Redit formica ad id quod estate collegit: et intus in secre
to suo vbi nemo videt: estiuis laboribus recreat. Quū
sibi ista colligebat estate videbāt oēs: cū his pascit in
hyeme: nullus videt. Quid est hoc? Vide formicam
dei: surgit quotidie: currit ad ecclesiā dei: orat: audit
lectionē: hymnū cātat: ruminat: quod audiuit: apud se
cogitat: recōdit intus grana electa de area. Hec ipsa
que modo dicunt qui prudēter audiūt: hoc agūt: et ab
omībus vident pcedere ad ecclesiā: redire de ecclesia:
audire sermonē: audire lectionē: inuenire librū: aprire
et legere: Oīa ista vident cū fiūt. Formica illa est cō-
terens iter: portans et recōdens in cōspectu cernētiū.
Venit hyems aliqñ: cui enim non venit? Accidit dam
nū: accidit orbitas: Ceteri miserant forte vt miserū
qui nō norūt quid intus habeat formica quod comedat:
et dicunt: Miser ille cui hoc accidit. Aut ille cui hoc
accidit: Quid illi credis animi esse? Quomō confe-
ctus est? Metitur ex se: comparat ex viribus suis: et
ideo fallit: quia mensurā qua se metitur: vult afferre
ad eū quem nō nouit: Vides illum passum damnū:
aut hūiliatū: aut orbitate percussū: Quid credis? Iste
aliquid mali fecit: vt hoc illi contingeret: Tale cor habeāt:
aut talē animū inimici mei. Ignoras o homo: vere tu ti
bi inimicus es: qui per estatē tibi nō colligis quod iste colle-
git. Nō intus formica comedit labores estatis: sed eā
colligentē videre poteras: mānducantē videre nō po
tes. Ista fratres quātū dñs dedit: quātum suggerere et
imbuere dignatus ē infirmitatē et hūilitatē nrām: quā-
tum capimus pro modulo nostro: diximus quare det
deus omnia ista permixta: et bonis et malis: et quare
auferat et bonis et malis. Dedit tibi: non extollaris:
abstulit tibi non frangaris. Times ne auferat: bonorum
pōt auferre et malo. Melius ergo bonus quod dei est amit-
tis: sed deū tenes: Sic ergo et ille malus: ipsū hortamur.

Passurus es damnū: quis non passur⁹ est orbitatē?
Aliquis casus irruet: aliqua calamitas de trāsuerso:
vndecūq; plen⁹ est mūdus: exempla nō cessant. Lo-
quor tibi i estate: grana q̄ colligas nō desunt. Attēde
ad formicā o piger: collige estate cum potes: hyems
colligere te nō sinet: s̄ mādUcare sinet qđ collegeris.
Mlti em̄ tribulationē ita patiunt: vt nō eis vacet
nec legere aliquid: nec audire aliqd: nec forte admit-
tunt ad eos qui eos cōsolent. Remāsit formica i ca-
uerna: videat si collegit estate aliquid quo se adiuuet
F byeme. Sed mō q̄ bn̄dicet nos de⁹: quare bn̄dicet
nos? Quā benedictionē petit hec vox? Ut bn̄dicat
nos deus benedictione quā seruat amicis suis: quā
solis bonis dat: Nō p̄ magno appetas qđ ⁊ mali ac-
Math. 5. cipiūt: Quia bonus deus facit illa: qui solem suū fa-
cit oriri sup bonos ⁊ malos: ⁊ pluit sup iustos ⁊ iniu-
stos. Quid ḡ p̄cipue bonis? Quid p̄cipue iustis? Il-
luminet vultū suū sup nos. Solis hui⁹ vultū illumi-
nat sup bonos ⁊ malos: vultū tuū illumina sup nos.
Uident istā lucē cū pecoribus ⁊ boni ⁊ mali: Beati
em̄ mūdo corde: q̄m ipsi deū videbūt. Illumiet vul-
tū suū sup nos. Geminus intellect⁹ est: vterq; dicen-
dus est. Illumīa inq̄t vultū tuū sup nos: ostende no-
bis vultū tuum. Non em̄ aliq̄n illumīat vultū suum
deus: quasi aliq̄n fuerit sine lumine: sed illumīat sup
nos: vt qđ nos latebat: apiat nobis: et qđ erat s̄ no-
bis abscōditū erat: reuelet sup nos: hoc ē illuminet.
Aut certe imaginē tuā illumina sup nos: vt hoc dixe-
rit: illumina vultū tuū sup nos: impressisti nobis vultū
Gen. 1. tuū: fecisti nos ad imaginē ⁊ similitudinē tuam: fecisti
nos nummū tuū: sed nō debet imago tua in tenebris
remanere. Mitte radium sapiētię tuę: expellat tene-
bras nostras: ⁊ fulgeat in nobis imago tua. Cogno-
scam⁹ nos imaginē tuā: audiant qđ dictū est in Cā-
Cant. 1. tico canticorū: Nisi cognoueris temetipsā o pulcher-
rima int mulieres. Dicit em̄ ecclesię: nisi coḡueris te-
metipsam. Quid est hoc? Nisi cognoueris ad ima-
ginē dei te factā: O anima ecclesię p̄cioso redempta
sanguīe agni īmaculati: attende quāti valeas: qđ p̄
te datū sit cogita. Dicam⁹ ḡ ⁊ optem⁹: illumiet vul-
tū suū sup nos. Gestam⁹ vultū eius: quō dicunt vul-
tus imperatorū. Uere quidē sacer vultus dei est i ima-
gine ipsi⁹: sed iniqui nō cognoscūt in se imaginē dei.
Ut illuminet vultus dei sup illos: quid debent dice-
Ps. 17. re? Tu illuminabis lucernā meā dñe: deus meus il-
lumina tenebras meas. Sum in tenebris peccato-
rū: sed radio sapiētię tuę discutiant tenebrę meę. Ap-
pareat vultus tuus: ⁊ si forte appareat p̄ me aliquā-
tulū deformis effectus: a te reformet qđ a te forma-
Al. līa habet. tū est. Illumiet ḡ vultū suū sup nos*: Ut cogno-
⁊ misereat nr̄i. scamus in terra viam tuā. In terra hac: in hac
G vita cognoscamus viam tuā. Quę est via tua? Quę
ducit ad te. Agnoscam⁹ quo eamus: agnoscam⁹ q̄
eamus: vtrūq; in tenebris non possum⁹. Longe es a
peregrinātibus: viā nobis porrexisti p̄ quā redeundū
sit ad te. Agnoscam⁹ in terra viam tuā. Quę est via
ipsius: q̄ hoc optauim⁹ vt cognoscam⁹ in terra viā
tuā? Quesituri sumus eam nos: nō p̄ nos discituri.
Possum⁹ eā de euāgelio discere: Ego sum via: dñs
Joh. 14. ait. Christ⁹ dicit: Ego sum via. Sed times ne erres:
adiecit: ⁊ veritas. Quis errat i veritate? Errat i verita-
te q̄ recesserit a veritate. Ueritas christ⁹: via christ⁹.
Ambula. Times ne moriaris anteq̄ p̄uenias: Ego
sū vita: Ego sū inq̄t via ⁊ veritas ⁊ vita. Quasi dice-
ret: quid times? Per me ambulas: ad me ambulas:
i me requiescis. Quid ḡ ait: Cognoscam⁹ i terra viā
tuā: nisi cognoscam⁹ i t̄ra christū tuū? Sed ipse psal-
mus respondeat: Ne puteris ex aliis scripturis adhi-
bendū esse testimoniū: qđ forte hic deest: repetendo
ostēdit qđ dixerit: Ut cognoscam⁹ in terra viā tuā.
Et quasi tu quęreres: i qua terra: quā viā? In om- H
nibus gentib⁹ salutare tuū. In qua terra quę-
ris? Audi: In omnib⁹ gentib⁹. Quā viam queris?
Audi: Salutare tuū. An forte christ⁹ nō est salutare
ipsius? Et quid est qđ dixit senex ille simeon: senex
ille in euāgelio seruatus annosus vsq; ad infantiam
verbi? Accepit em̄ senex ille in manibus suis infantē Luc. 2.
verbū dei. Qui ⁊ in vtero esse dignatus est: in mani-
bus senis esse dedignaret? Ille i vtero virginis: q̄ in
manib⁹ senis: infirmus infans ⁊ intra viscera ⁊ i ma-
nibus senis: ad dandā nobis firmitatē p̄ quem facta
sunt oīa. Et si oīa: ⁊ ipsa mater. Uenit humilis: venit
infirm⁹: sed indutus infirmitate mutanda: q̄ et si cru- 2. Cor.
cifixus est: ex infirmitate: s̄ viuit ex virtute dei: Apo-
stolus ait: Erat ergo in manib⁹ senis. Et qđ ait senex
ille? Quid ait gratulās qđ iā soluēdus hinc esset: vi-
dens suis in manib⁹ cōtineri a quo ⁊ in quo salus ei⁹
cōtinebat? Jam dimittis inq̄t dñe seruū tuū i pace: Luc. 2.
q̄ viderūt oculi mei salutare tuū. Ergo bn̄dicat nos
de⁹ ⁊ misereat nr̄i: illumiet vultū suū sup nos: vt co-
gnoscam⁹ in terra viā tuā. In qua terra? In omib⁹
gentib⁹. Quā viā? Salutare tuū. Quid sequit: quia
cognoscat in t̄ra via dei: q̄ cognoscat in oīb⁹ gentib⁹
salutare dei? Cōfiteant tibi populi de⁹: cōfi-
teant tibi: inquit: populi omnes. Exsurgat here-
ticus ⁊ dicat: Ego in africa pp̄los habeo: ⁊ ali⁹ ex alia
p̄te: ⁊ ego in galatia pp̄los habeo. Tu in africa: ille i
galatia: ego illū q̄ro q̄ vbiq; hz. Certe ad istā vocem
exaltare vos ausi estis: q̄m audistis: confiteant tibi
pp̄li deus. Audite sequētem versum: q̄ nō de p̄te lo-
quit: Cōfiteant tibi populi omnes. Ambulate i via
cum omnib⁹ gentibus: ambulate in via cum omni-
bus populis o filii pacis: filii vnicę catholicę ambu-
late in via: cantate ambulātes. Faciūt hoc viatores
ad solamē laboris. Cantate vos in hac via: obsecro Joh. 14.
vos p̄ ipsam viam: cantate in hac via. Canticū no-
uum cantate: nemo ibi vetera cantet. Cantate ama-
toria patrię vestrę: nemo vetera: Uia noua: viator
nouus: canticū nouum. Audi apostolū hortantē te 2. Cor.
ad canticū nouū: Si qua igit in christo noua creatu-
ra: vetera transierūt: ecce noua facta sunt. Canticum
nouū cantate in via: quā cognouistis i terra. In qua
terra? In oīb⁹ gentibus: Propterea ⁊ canticū nouū
non p̄tinet ad partē. Qui in parte cantat: vetus can-
tat. Quodlibet cantet: vetus cantat: vetus hō can-
tat: Diuisus est: carnalis est. Certe inquātū carnalis
est: intantū vet⁹: ⁊ inquātū spiritalis: intantū nou⁹.
Uide quid dicat aplus: Non potui vobis loqui q̄si i 1. Cor.
spiritalib⁹: sed quasi carnalib⁹. Unde illos p̄bat car-
nales? Cū em̄ vn⁹ dicit: Ego sum pauli. alter Ego
apollo: nōne inquit carnales estis? Ergo in spū can-
ticū nouū canta i via secura: Sic viatores cantātes
plerūq; in nocte cantāt. Formidulosa circūstrepūt
oīa: vel potius nō circūstrepūt: sed circūsilēt: ⁊ quā-
to magis silentia: tanto magis formidolosa: cantant
tamē quia latrones timent: Quāto securi⁹ cantas in

I christo? Non habet via ista latronem: si tu non dese-
rendo viam: incidas in latronem. Canta inquam se-
curus canticū nouū in via quā cognouisti in terra: h
est in omnibus gentibus. Vide quia ipsum canticū
Ps. 95. nouū non tecum cantat qui in parte esse voluit. Can-
tate inqt domino canticū nouū: Et sequit: Cantate
domino oīs terra. Confiteant tibi populi deus:
Inuenerunt viam tuam: cōfiteant. Ipsa cātatio cō-
fessio est: cōfessio peccatoꝝ tuoꝝ ē virtutis dei. Tuā
iniqtatē ꝯfitere: grām dei ꝯfitere. Te accusa: illū glo-
rifica. Te rephēde: illū lauda: vt ⁊ ipse veniēs: inueni-
at te punitorē tuū: vt exhibeat se tibi saluatorē tuū.
Quid eñ timetis cōfiteri: q inuenitis hāc viā in oī-
bus gentibus? Quid timetis cōfiteri ⁊ in cōfessione
vestra cātare canticū nouū cum omi terra? In omi
terra: in pace catholica cōfiteri times deo ne confes-
sum damnet? Si non cōfessus lates: nō cōfessus dā-
naberis. Times ꝯfiteri qui nō cōfitendo esse nō po-
tes occultus: damnaberis tacitus: qui posses libera-
ri cōfessus. Confiteant tibi populi deus: ꝯfiteantur
tibi populi omnes. Et quia ista cōfessio nō ad suppli-
cium ducit: sequitur ⁊ dicit: **Letent et exultent**
K **gentes.** Si plangūt ante hoiem cōfessi latrones:
letent añ deū ꝯfessi fideles. Si homo iudicet: exigit
a latrone cōfessionē tortor et timor: imo aliquādo
cōfessionē ꝓmit timor: exigit dolor: Et ille qui plan-
git in tormētis: timet aūt occidi cōfessus: portat tor-
menta quantū pōt: et si victus dolore fuerit: profert
ad mortem vocem suā. Nusq̄ ergo letus: nusq̄ ex-
ultans: anteq̄ confiteat exarat vngula: cū cōfessus
fuerit damnat carnifex: ducit miser vbiq̄. Sed letē-
tur et exultent gentes. Unde? Per ipsam confessio-
nem. Quare? Quia bonus est cui cōfitent. Ad hoc
exigit cōfessionē: vt liberet humilē: Ad hoc damnat
non cōfitentē: vt puniat sugbū. Ergo tristis esto an-
teq̄ cōfitearis: confessus exulta: iam sanaberis: Nō
confitentis conscientia saniem collegerat: aposte-
ma tumuerat: cruciabat te: requiescere non sinebat:
adhibet medicus fomenta verborū ⁊ aliquando se-
cat: adhibet medicinale ferrū in corruptione tribula-
tionis: tu agnosce medici manum: cōfitere: exeat in
cōfessione ⁊ defluat oīs sanies: Iam exulta: iam le-
tare: quod reliquū est: facile sanabit. Cōfiteant tibi
populi deus: cōfiteant tibi populi oēs. Et quia cō-
fitent. letent ⁊ exultent gentes. **Quoniam iudi-**
L **cas populos in equitate.** Nemo se fallat: gau-
deat iudicandus: qui timuit iudicaturum. Preuidit
eñ ⁊ preuenit faciem eius in confessione: ille autem
populos cum venerit in equitate iudicabit. Quid
ibi valebit calliditas accusatoris: vbi est testis con-
scientia: vbi tu eris et causa tua: vbi iudex non que-
rit testem? Aduocatum misit tibi propter illum: ⁊ p
illum cōfitere. Age causam tuā: ⁊ defensor est penitē-
tis: ⁊ petitor venie ꝯfitentis: ⁊ iudex īnocētis. Vere
timere poteris cām tuā: vbi aduocatus tuus erit iu-
dex tu⁹. Letent g̊ ⁊ exultēt gētes: qm̄ iudicas popu-
los in equitate. Sed timere poterūt ne male iudicē-
tur: dent se corrigendos: dent se dirigendos et qui vi-
det iudicandos. Hic corrigant: ⁊ non timeant cum
Ps. 53. iudicabunt. Vide qd dicat in alio psalmo. Deus in
nomine tuo saluū me fac: ⁊ in virtute tua iudica me.
Quid ait? Si nō me prius saluas in nomine tuo: de-
beo timere cū me iudicabis in virtute tua. Si autē

me prius saluas in nomine tuo: quid timebo iudicā-
tem in virtute: cui⁹ salus ꝓcessit in nomine? Sic enī
hoc loco cōfiteant tibi populi oēs. Et ne putens
aliqd timendū in cōfessione: letent inquit et exultent
gentes. Quare letent ⁊ exultent? Qm̄ iudicas po-
pulos in equitate. Nemo cōtra nos premiū dat. ne-
mo te corrūpit: nemo te fallit: Ergo secur⁹ sis. Sed
qd de causa tua? Nemo corrūpit deū manifestū est:
ne forte ideo magis timend⁹ sit: quia corrumpi nul-
lo modo pōt: Quō ergo secur⁹ es secundū illud qd
iam dictū est: De⁹ in nomine tuo saluū me fac: ⁊ ī vir-
tute tua iudica me: sic ⁊ hic: Letent ⁊ exultēt gentes
qm̄ iudicas populos in equitate. Et ne timeant ini-
qui: subiecit: **Et gētes in terra diriges.** Pra-
ue erant gentes: ⁊ tortuose erāt gentes: ꝑuerse erant M
gentes: merito prauitatis ⁊ distortionis ⁊ ꝑuersita-
tis sue: iudicē venientē timebāt. Venit manus ipsi⁹:
extenta est misericorditer in ipsos: dirigunt vt am-
bulent rectā viam: qd timeant venturū iudicem: qui
primo agnouerūt correctorē? Manibus eius dent
se: ipse gentes in terra dirigit. Directe aūt gētes am-
bulantes ī fide: exultantes ī illo: faciētes opa bona:
⁊ si qua forte qm̄ per mare nauigāt: intrat aqua per
minutissimas cauernas: per rimulas ad sentinā: ex-
haudiendo eam per opa bona: ne plus intrando cu-
mulum faciat: ⁊ nauim deprimat: exhauriant quoti-
die: ieiunādo: orādo: elemosynas faciendo: dicendo
puro corde: Dimitte nobis debita nostra: sicut et nos Matth. 6.
dimittim⁹ debitoribus nostris. Dicēdo ista: ambula
secur⁹: ⁊ exulta in via: canta ī via: noli timere iudicē.
Anteq̄ esses fidelis timebas: sed iā inuenisti saluatorē:
Impiū te q̄siuit vt redimeret: redēptū deseret vt ꝑ-
dat? Et gētes ī t̄ra diriget. Exultat: gaudet: hortat:
repente eosdē versus in exhortatiōe. **Confiteant**
tibi ppli deus: ꝯfiteant tibi ppli oēs: ter- N
ra dedit fructū suū. Quem fructū? Cōfiteant
tibi ppli oēs. Terra erat: spinis plena erat: Acces-
sit eradicātis man⁹: accessit vocatio maiestatis eius
et misericordie: cepit terra cōfiteri: Iā dat terra fru-
ctum suū. Daret fructū suū: nisi ante cōplueretur?
Daret terra fructum suū: nisi ante misericordia dei
veniret desup? Legāt mihi inde: quo cōpluta dede-
rit terra fructū suū. Audi cōpluentē dñm: Agite pe- Matth. 4.
nitentiā: appropinqbit eñ regnū celoꝝ. Pluit ⁊ ipsa
pluuia: Tonitru⁹ ē: tret: Time tonātē: ⁊ excipe plu-
entē. Ecce post illā vocē tonantis ⁊ pluētis dei: post
illā vocē aliqd de ipso euāgelio audiamus: Ecce illa
meretrix malā famā habēs ī ciuitate: irrupit ī alienā
domū: q̄ n̄ erat inuitata ab hospite: sed ab inuitato voca-
ta: nō ligua: sed grā. Nouerat egra hēe ibi se locū: vbi
medicū suū discūbere sciebat. Ingressa ē q̄ erat pec-
catrix: nō audet accederet nisi ad pedes: Flet ad pe- Luce. 7.
des: irrigat lachrymis: tergit crinib⁹: vngit vnguēto.
Quid miraris? Terra dedit fructū suū. Ergo hoc fa-
ctum est ibi: pluēte dño: p os suū facta sunt que legi-
mus in euāgelio: q̄ pluēte dño p nubes suas: missis
aplis ⁊ ꝑdicantib⁹ veritatē: terra ampli⁹ dedit fru-
ctum suū: ⁊ ista seges iam impleuit orbē terraꝝ. Vi-
de qd deinde dicat. **Benedicat nos deus de-**
us noster: benedicat nos deus. Benedicat si- O
cut iā dixit: etiā atq̄ etiā bñdicat: multiplicet benedi-
cēdo. Attēdat charitas vestra: qm̄ iam ꝓcessit fruct⁹
terre ī hierusalem. Inde eñ cepit ecclesia: venit ibi

Act.2. spiritussanctus: et impleuit sanctos in vnū cōgrega-
tos: facta sūt miracula: linguis oīm locuti sunt: Im-
pleti sunt spiritu dei: cōuersi sunt qui ibi erant: timen-
tes et suscipientes imbrē diuinū: dederūt in cōfessio-
Ibid. et ca.4. ne tantū fructū: vt omnia sua in cōmune cōferrent:
distribuētes pauperibus: vt nemo diceret aliqd pro
priū: sed essent illis oīa cōmunia: et haberēt vbi aīam
vnā et cor vnū in deum. Donat⁹ eñi illis erat sanguis
domini quē fuderant: donat⁹ erat ignoscente domi-
no: vt iam qd fuderāt etiā bibere discerent. Magn⁹
ibi fructus: terra dedit fructū suū: et magnū fructum
et optimū fructū. Nunquid terra illa sola debuit da
re fructū suuz? Benedicat nos deus deus noster: be-
nedicat nos de⁹. Adhuc benedicat: Benedictio eñi
in multiplicatione solet maxime et proprie intelligi.
Gen.j. Probemus hoc in Genesi: vide opera dei: Fecit
deus lucē: et diuisit deus inter lucem et tenebras: Lu-
cem vocauit diem: et tenebras vocauit noctez. Non
dictū est: benedixit lucē: Etenī eadem lux redit et al-
Ibidem. ternat diebus ac noctib⁹. Vocauit cęlū firmamentū
inter aquas et aq̄s: nō dictū est: bñdixit cęlū. Discre-
uit mare ab arida: et nominauit vtrūq;: aridaz terrā:
et cōgregationē aquaꝝ mare: nec hic dictū est: bene-
dixit deus. Ventū est ad ea quę fęcunditatis habitu
ra erant semē: et ex aquis existentia: Ipsa eñi maxi-
mam multiplicationis vbertatē habent: et benedixit
Gen.j. ea dominus dicens: Crescite et multiplicamini: et re-
plete aquas maris: et volatilia multiplicent̄ sup ter-
ram. Sic et cū omnia subiecit homini quem fecit ad
imaginē suā: scriptū est: Et benedixit eos de⁹ dicēs:
Crescite et multiplicamini et implete faciez terrę. Er-
go benedictio proprie ad multiplicationē valet: et ad
implendā faciem terrę. Audi et in hoc psalmo: Bñ-
dicat nos deus deus noster: benedicat nos deus. Et
quo valet ista benedictio? Et metuāt eum oēs
p fines terrę. Ergo frēs mei charissimi sic abūdant
in nomīe christi benedixit nos deus: vt filijs suis im
pleat vniuersā faciē terrę: adoptatis in regnū suū co
heredib⁹ vnigeniti sui. Vnicū genuit inq;: et vnū esse
noluit: Vnicū genuit iḡ et vnū eū noluit remanere.
Fecit ei frēs: et si nō gignēdo: tñ adoptādo fec̄ ei co-
heredes. Fecit eum participem prius mortalitatis
nostrę: vt crederem⁹ nos esse participes diuinitatis
eius. Attendam⁹ preciū nostrū: Predicta sunt oīa:
exhibent̄ oīa: it euāgeliū p orbē terrarū: Omnis la-
bor hūani generis i hoc tempe testimoniū dicit: im-
plent̄ oīa q̄ in scripturis p̄dicta sūt. Sicut vsq; ad
hodiernū diem oīa venerūt: sic et q̄ restāt euētura
sunt. Timeam⁹ iudicij diem: vēturus est dominus.
Qui venit hūilis: veniet excelsus: Qui venit iudicā-
dus: veniet iudicatur⁹. Agnoscamus humilē: vt nō
expauescam⁹ excelsū: Amplectamur hūilem: vt de-
sideremus excelsuz. Desiderantibus eñi se: ꝓpitius
veniet. Illi eñi desiderant q̄ tenuerūt fidē eius: et fe-
cerūt mādata ei⁹. Nā et si nolum⁹ veniet. Velim⁹ q̄
nolum⁹ veniet: q̄ veniet et si nolum⁹. Quō velim⁹ vt
Q veniat? Bene viuendo: bene agēdo: Preterita nos
Ps.57. nō delectēt: p̄sentia nō nos teneāt: ne claudam⁹ au
rem tanq̄ de cauda: ne premam⁹ aurē in terra: ne p̄-
teritis retardemur obaudiendo: ne presentib⁹ impli
Phil.3. cemur: sed ad futura meditādo. Extendam⁹ nos in ea
q̄ ante sunt: obliuiscamur p̄terita. Et qd modo labo
ramus: et qd modo gemim⁹: qd modo suspiram⁹: qd
modo loq̄mur: qd ex q̄ntulacunq; pte sentimus et ca
pere nō possumus: capiem⁹: ꝑfruemur in resurrecti-
one iustoꝝ. Renouabit̄ iuuētus nostra sicut aquilę: Ps.102.
tantummō nos vetustatem nostrā ad petrā christuz
conteramus. Siue illa vera sint fratres q̄ dicunt̄ de
serpēte: vl̄ q̄ dicunt̄ de aqla: siue sit fama potius ho
minū q̄ veritas: veritas est tamē in scripturis: et nō
sine cā hoc dixerūt scripturę: Nos qd̄ illd̄ signifi
cat faciamus: et q̄ sit illud verum nō laborem⁹. Tu
esto talis vt iuuentus tua renouari possit sicut aqui-
lę. Et scias eam nō posse renouari: nisi vetustas tua j.Cor.x.
in petra ꝯtrita fuerit: id ē nisi auxilio petrę: nisi aux-
ilio christi: nō poteris renouari. Tu noli dulcedine
p̄teritę vitę obsurdescere aduersus verbum dei: noli
presentibus rebus sic teneri et impediri vt dicas: nō
mihi vacat legere: non mihi vacat audire: Hoc autē
aurem p̄mere in terram est. Tu ergo talis noli esse: Ps.57.
sed esto talis quod contra inuenis: id est vt preterita
obliuiscaris: in anteriora te extendas: vt vetustatem
tuam in petra conteras. Et si quę tibi similitudines
datę fuerint: si inueneris i scripturis crede: si nō inue
ner̄ dici nisi fama: nec valde credas: Res ipsa forte
ita est: forte nō est ita: Tu ꝑfice tibi: valeat ad salutē
ista similitudo. Non vis p istam similitudinem: per
aliam fac: dū tamen facias: et securus expecta regnū
dei: ne rixet̄ tecū oratio tua. Tu eñi christiane q̄ndo
dic̄: Adueniat regnū tuū: quō dic̄: adueniat regnū Math.6.
tuū? Excute cor tuū: vide: Ecce veniet regnū tuum:
Clamat tibi venio: si times. Sepe diximꝰ charitati
vestrę: p̄dicare veritatez nihil est: si cor a lingua dis-
sentiat: Et audire veritatē nihil ē: si nō auditionē fru
ctus sequat̄. De isto loco q̄si sublimiore loq̄mur ad
vos: q̄ simus aūt timore sub pedibus vestris deus
nouerit: q̄ ꝓpitius sit humilib⁹: qz nō nos tā delectāt
voces laudantiū: q̄ deuotio cōhtentiū et facta recto-
rū: et q̄ nō delectemur nisi ꝓfectib⁹ vestris. In istis
aūt laudib⁹ q̄ piclitem̄: ille nouerit q̄ nos ab oīb⁹
piculis liberet: et nos vobiscū ab omi temptatiōe sal
uatos: i regno suo cognoscere et coronare dignetur.

Explicit tractatus de ps̄. LXVI.

Incipit tractatus de ps̄. LXVII.

S Salmi huius titulus nō videt̄ esse onerosę
p disputationis: simplex eñi apparet et facilis.
Nam ita se habet. In finem ipsi da-
uid psalmus cāntici. In multis aūt iam psalmis
admonuim⁹ qd sit i finē: qm̄ finis legis christ⁹ ad iu Roma.10.
sticiā omi credēti: Finis q̄ ꝑficiat: nō q̄ cōsumat aut
pdat. Verūtamē si q̄sq; conet̄ inq̄rere: qd sibi velit
psalm⁹ cantici: cur nō aut psalmus aut canticū: sed
vtrumq;: vel qd intersit iter psalmū cātici: et canticū
psalmi: qz et sic quorūdā psalmoꝝ tituli ita inscribū-
tur: inueniet fortasse aliqd qd acutiorib⁹ et ociosiori-
bus nos relinq̄mus. Discreuerūt qdā ante nos iter
canticū et psalmū: vt qm̄ canticū ore ꝓfert̄: psalmus
autē visibili organo adhibito: id est psalterio canit̄:
Videat̄ cantico significari intelligentiā mētis: psal-
mo vero opa corporis: sicut in hoc ipso sexagesimo
septimo quē nunc tractandū suscepim⁹: illud qd di-
ctum est: Cantate deo: psallite nomini ei⁹: ita qdam
discreuerunt: vt cantate: deo dictū videat̄: qz ea q̄ in
seipsa mēs agit: deo nota sunt q̄ ab hoīb⁹ nō vident̄:
Opa vero bona qm̄ iō videnda sūt ab hominibus: vt
glorificēt patrē nostrū qui in cęlis est: merito dictuz Math.5.

sit: psallite nomini eius: id est diffamationi eius: vt
laudabiliter nominetur. Hanc differentiam alicubi
Ps. 4. 8. quantū recolo: etiam ipse secutus sum. Memini aūt
Ps. 46. legisse nos etiam psallite deo: q: talia q̄ visibiliter be
ne operamur: nō tantū hominibus: sed etiā deo pla
cent. Non aūt oīa que deo placent etiam hoībus
possunt: q̄ videre nō possunt. Unde mirū est si quē
admodū vtrūq; legit: et cātate deo et psallite deo: ita
alicubi legi pōt: cantate nomini eius. Qd̄ si et hoc in
scripturis sanctis dictū inuenit: hec differentia fru
stra elaborata est. Mouet etiā me qd̄ generali nomi
L. c. 24. ne magis psalmi q̄ cantica vocant: ita vt dn̄s dice
ret: q̄ scripta sunt in lege et pphetis et psalmis de me:
Et liber ipse psalmoꝝ dicit nō cāticoꝝ: sicut scriptū
est inq̄t in libro psalmoꝝ: cū potius scd̄m istam diffe
rentiam: cantica dici debuisse videant: qm̄ canticum
etiā sine psalmo esse potest: psalmus vero sine canti
co esse nō pōt. Possūt etenī cogitatiōes esse mētis:
q̄rum nō sint opa corporalia: Nullū est aūt op⁹ bo
num: cuius non sit in mente cogitatio: Ac per hoc
vtrobiq; cātica: nō vtrobiq; psalmi: et tñ sicut dixi
generalit psalmi appellant nō cātica: liberq; psalmoꝝ
nō canticoꝝ. Et si intelligant atq; discutiant sensus
dictoꝝ vbi titulus est tantūmodo psalmi: et vbi tan
tummodo cantici: et vbi nō psalmus cantici: sicut in
isto: sed canticum psalmi inscriptū est: nescio vtrum
possit ista differentia demonstrari. Proinde sicut ce
peramus relinquētes ista eis q̄ possunt et quibus va
cat talia discernere: et certa differentiarū ratione de
finire: nos quantū adiuuante domino valemus hu
ius psalmi textum consideremus atq; tractemus.

Expositio psalmi.

B
Roma. 9. c Exurgat deus et dissipentur inimici
eius. Iam factum est: exurrexit christus: q
est sup oīa deus benedictus in secula: et di
spersi sunt inimici eius per oēs gentes: iudei: in eo
ipso loco vbi inimicitias exercuerūt debellati: atq; in
de per cūcta dispersi: et nunc oderunt: et metuunt: et
in ipso metu faciūt qd̄ sequitur. Et fugiant qui
oderunt eum a facie eius. Fuga quippe animi
est timor. Nam carnali fuga quo fugiūt ab eius facie
q̄ vbiq; p̄sentie sue demonstrat effectū: Quo abi
Ps. 138. bo inquit ille a spiritu tuo: et a facie tua quo fugiam:
Animo ergo nō corpore fugiūt: timēdo scz nō laten
do: nec ab ea facie quā non vident: sed ab ea quā vi
dere cogunt: Facies quippe eius appellata est p̄sen
tia eius per ecclesiam eius. Unde illis inimicantib⁹
dixit: Amodo videbitis filium hoīs veniētem in
Matt. 24. nubibus: sicut venit in ecclesia sua: diffundens eam
toto orbe terraꝝ: in q̄ dispersi sunt inimici eius. Ve
nit aūt in talib⁹ nubibus: de qualibus dicit: Manda
Esa. 5. bo nubibus meis: ne pluant super eam imbrem. Fu
giant ergo qui oderunt eum a facie eius: timeant a
presentia sanctoꝝ fideliūq; eius: de quib⁹ dicit: Cū
Matt. 25. vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Sicut
deficit fum⁹ deficiant. Extulerūt enī se ab igni
bus odioꝝ suoꝝ in superbie typum: et ponētes in ce
Ps. 21. lum os suū atq; clamātes: crucifige crucifige: Capto
Ps. 72. 9. illuserunt: pendentē irriserūt: et vnde victores tumu
erunt: mox victi euanuerunt. Sicut fluit cera a
facie ignis: sic pereant peccatores a facie
dei. Nisi q̄ fortasse eos hoc loco significauerit: quo
rum duricia in penitētie lachrymas soluit: tamē eti
am illud intelligi pōt vt futurū iudicium cōminet:
quia cum in hoc seculo sicut fumus se extollendo: id
est supbiendo defecerint: veniet illis in fine extrema
damnatio: vt ab eius facie pereant ī eternū: cum in
sua claritate fuerit presentatus: velut ignis ad penā
impioꝝ lumenq; iustorum. Deniq; sequitur. Et
C
Al. epulentur. iusti iocundentur et exultēt in conspectu
dei: et delectent in leticia. Tunc enī audient:
Matth. 25. Uenite benedicti patris mei percipite regnū. Iocū
dent ergo q̄ laborauerūt: et exultent in cōspectu dei.
Non enī erit exultationis huius tanq̄ coram homi
nibus inanis vlla iactantia: sed in cōspectu eius qui
Ps. 2. sine errore inspicit qd̄ donauit. Delectent in leticia:
nō iam exultantes cū tremore sicut in hoc seculo: q̄
Job. 7. diu temptatio est vita humana sup terrā. Deinde se
ad ipsos cōuertit q̄b⁹ tantā spem dedit: et hic viuētes
Al. psalmū di- alloquit et hortat. Cantate deo psallite no
cite. mini eius. Iam hinc in tituli expositione qd̄ vide
batur p̄locuti sumus. Cantat deo q̄ viuit deo: psallit
nomini eius qui operat gloriam eius. Ita in cantā
do: ita in psallendo: id est sic viuēdo: sic operando.
Iter facite ei: inquit: qui ascendit sup occa
Esa. 52. sum Iter facite christo: vt per speciosos pedes euā
gelizantiū: pateat sint ei corda credentiū. Ipse est enī
qui ascendit sup occasum: siue quia nō eū excipit no
ua vita se ad eum conuertentis: nisi vetus occiderit
huic seculo renūciantis: siue qui ascēdit sup occasū:
Al. nomē ei. cū resurgēdo vicit corporis casuz. Dominus enī
1. Cor. 2. nomē est ei. Quod illi si cognouissent: nūq̄ dn̄m
Al. nō habe- glorie crucifixissent. Et exultate in cōspectu
eius. O vos quib⁹ dictū est: cātate deo: psallite no
mini eius: iter facite ei q̄ ascendit sup occasuz: et iam
2. Cor. 6. exultate in cōspectu ei⁹: quasi tristes: semp aūt gau
dentes. Dum enī facitis iter ei: dum p̄paratis qua
veniat gentesq; possideat: multa passuri estis in con
spectu hominū tristia. Sed vos nō solū nolite defice
re: sed etiā exultate: nō in cōspectu hominū: sed in cō
Roma. 12. spectu dei. Spe gaudētes: in tribulatiōe tolerātes:
Exultate in cōspectu ei⁹. Illi enī qui vos in cōspectu
hominū turbāt: Turbabunt a facie eius: pa
Matth. 10. tris orphanoꝝ et iudicis viduaꝝ. Desolatos
enī putāt a quibus plerūq; gladio verbi dei: et parē
tes a filiis: et mariti ab vxorib⁹ separant: sed habent
cōsolationē destituti atq; viduati patris orphanorū
et iudicis viduarū: Habēt eius cōsolationē qui ei di
Ps. 26. cunt: qm̄ pater meus et mater mea dereliquerūt me:
dominus aūt assumpsit me: et q̄ sperauerūt in domi
no: psistentes in orōnib⁹ nocte ac die: a cuius facie il
Job. 12. li turbabunt cū viderint se nihil proficere: qm̄ totus
mūdus post eū abiit. Nam de his orphanis et vidu
is: id est spei secularis societate destitutis: dominus
D
Al. deus. sibi templū fabricat: de quo psequēter dicit. Do
minus in loco sancto suo. Quis enī sit locus
eius aperuit cum dicit: Deus qui inhabitare
Al. vniusmo- facit vniusmodi in domo. Unanimes: vnum
di. sentientes: iste est locus sanctus domini. Cum enim
dixisset: dominus i loco sancto suo: tanq̄ requirere
mus in quo loco: cū ille vbiq; sit totus: et nullus euz
cōtineat corporaliū spacioꝝ locus: ilico subiecit: ne
queramus eum absq; nobis: sed potius vniusmodi
habitantes in domo mereamur: vt habitare etiam
ipse dignet in nobis. Iste est enī locus sanctus dn̄i:
quod plerūq; hoīes querunt: vt habeant vbi orātes

Ps. 4. exaudiantur. Sunt ergo ipsi qui querunt et que dicunt
in cordibus suis: id est in talibus cubilibus suis compun-
gantur: habitantes vniusmodi in domo: vt a domi-
no magne domus inhabitentur: et apud se in seipsos exau-
2. Timoth. 2. diantur. Est enim domus magna in qua non solum au-
rea vasa sunt et argentea: sed et lignea et fictilia: Et alia
quidem sunt in honorem: alia in contumeliam: Si qui autem
mundauerint semetipsos a vasis contumelie: erunt vni-
usmodi in domo et locus sanctus domini. Nam sicut
in magna hominis domo: non in qualicunque loco eius
requiescit dominus eius: sed in aliquo vtique secretio-
re et honoratiore loco: sic deus non in omnibus qui in
domo eius sunt habitat: non enim habitat in vasis con-
tumelie: sed locus sanctus eius sunt quos habitare
facit vniusmodi vel vniusmoris in domo. Qui enim
tropi. Τροποι grece dicuntur: et modi et mores latine interpre-
tari possunt. Nec habet grecus: Qui inhabitare facit:
sed tantum: habitare facit. Dominus qui in loco sancto suo.
Quis est locus iste? Ipse deus quem eum sibi facit. Deus
enim habitare facit vniusmoris in domo: hic est locus
sanctus eius. Quod autem gratia sua sibi edificet hunc
E
locum: non meritis eorum precedentibus ex quibus eum
Al. vinctos. edificat: vide quid sequatur. Qui educit compe-
ditos in fortitudine. Soluit enim gratia vincula
peccatorum quibus impediebantur ne ambularent in
via preceptorum: educit autem eos in fortitudine: quam an-
Al. eos qui exasperant. te eius gratiam non habebant. Similiter amari-
cantes qui habitant in sepulchris: Id est om-
nino mortuos occupatos in operibus mortuis: Hi enim
amaricant resistendo iustitie: nam illi compediti fors-
tan volunt ambulare nec possunt: deumque precantur vt
possint atque dicunt: De necessitatibus meis educ me:
Ps. 24. A quo exauditi gratias agunt dicentes: Dirupisti vin-
Ps. 115. cula mea. Isti autem amaricantes qui habitant in sepul-
chris: in eo degeneres sunt: quod alio loco scriptura signi-
Eccli. 17. ficat dicens: A mortuo velut qui non sit perit confes-
Prouer. 18. sio: Unde est illud: Peccator cum venerit in profundum
malorum contemnet. Aliud est enim desiderare: aliud op-
pugnare iusticiam: aliud a malo liberari velle: aliud
mala sua defendere potius quam fateri: vtrosque tamen gra-
tia christi educit in fortitudine. Qua fortitudine: nisi
vt aduersus peccatum vsque ad sanguinem certent? Ex
vtroque enim genere fiunt idonei: quibus construatur locus
Luce. 13. sanctus eius: Illi soluti: illi resuscitati: quia et mulierem
quam alligauerat sathanas per decem et octo annos: sol-
Ioh. 11. uendo vincula soluit: et lazari mortem clamando sup-
auit. Qui fecit hec in corporibus: potest mirabilio-
ra facere in moribus: et facere vniusmodi habitare
in domo: educens compeditos in fortitudine: similiter
F
Al. egredere- amaricantes qui habitant in sepulchris. Deus cum
ris. Al. in conspectu populi tui. egredieris coram populo tuo. Egressus eius
intelligitur: cum apparet in operibus suis. Apparet au-
tem non omnibus: sed eis qui nouerunt opera eius intue-
ri. Non enim ea nunc opera dico: que conspicua sunt omnibus:
celum et terram et mare et vniuersa que in eis sunt: sed
opera quibus educit compeditos in fortitudine: similiter
amaricantes qui habitant in sepulchris: et facit eos
vniusmoris habitare in domo: sic egreditur coram
populo suo: id est coram eis qui istam gratiam eius
Al. perambulares. intelligunt. Deinde sequitur: Cum transieris in
deserto: Terra mota est. Desertum erant gentes
que ignorabant deum: Desertum erat vbi lex nulla ab
ipso deo data erat: vbi nulli prophete habitauerant:

dominumque esse venturum predixerant. Cum ergo tran-
sieris in deserto: cum predicaueris in gentibus: terra mo-
ta est: terreni homines ad fidem excitati sunt. Sed
vnde mota est? Etenim celi distillauerunt a
facie dei. Forsitan hic aliquis recolat illud tempus:
quando in deserto deus transibat coram populo suo: Exo. 13.
coram filiis israel: die in columna nubis: nocte in ful-
gore ignis: et hoc esse sentiat: quod celi distillauerunt a
facie dei: quando manna pluit populo suo. hoc etiam es- Ps.
se quod sequitur. Mons sina a facie dei isra-
el. Pluuiam voluntariam segregans deus
hereditati tue. Quia in monte sina locutus est de-
us ad moysen quando legem dedit: vt manna sit pluuia
voluntaria: quam segregauit deus hereditati sue: id est
populo suo: quia solos eos ita pauit: non vt ceteras
gentes: vt quod deinde dicit. Et infirmata est. Ip-
sa hereditas infirmata intelligatur: quoniam murmu-
rantes manna fastidiose respuerunt: desiderantes escas Nume.
carnium: et ea quibus vesci in egypto consueuerant. Sed
in his verbis si proprietas tantummodo littere non spiri-
tualis requirendus est intellectus: oportet vt osten-
datur secundum proprietatem carnalem: qui tunc compediti: que-
que etiam habitantes in sepulchris: educti sunt in for-
titudine. Deinde si ille populus: illa scilicet hereditas dei
fastidio manna respuens infirmata est: non debuit se-
qui. Tu vero perfecisti eam. Sed tu vero perfe- Ibidem.
cisti eam. Deo quippe offenso per illa murmura atque fa-
stidia ingens plaga secuta est. Postremo illi omnes Nume. 14.
in heremo consternati sunt: nec quisquam eorum preter du-
os terram meruit promissionis intrare: quamquam etiam si di-
catur in filiis eorum: hereditas illa perfecta: nos sensum
spiritualem liberius tenere debemus. Omnia que 1. Cor. 10.
illa in figura contingebant illis: donec aspiraret dies: Canti. 2.
et remouerentur vmbre. Aperiat itaque nobis pulsanti-
bus dominus: et mysteriorum eius quantum ipse digna-
tur secreta pandantur. Etenim vt terra mota esset ad fi- G
dem: cum in desertum gentium transiret euangelium: celi
distillauerunt a facie dei. Hi sunt celi de quibus in alio
psalmo canitur: Celi enarrant gloriam dei. De his que Ps. 18.
paulo post ibi dicitur: Non sunt loquele neque sermo-
nes quorum non audiantur voces eorum: In omnem ter- Ibidem.
ram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba
eorum. Nec tamen istis celis tanta gloria tribuenda est: tanquam
ab hominibus illa gratia venerit vt desertum: id est gentium
terra moueretur ad fidem. Non enim celi a seipsis
distillauerunt: sed a facie dei vtique inhabitantis eos: et
facientis eos inhabitare vniusmoris in domo. Ip-
si enim sunt et montes de quibus dicitur: Leuaui ocu- Ps. 120.
los meos ad montes: vnde veniet auxilium mihi. Et ta-
men ne in hominibus spem posuisse videretur: conti-
nuo subiecit: Auxilium meum a domino qui fecit celum
et terram. Et quippe alio loco dicitur: Illuminans tu Ps. 75.
mirabiliter a montibus eternis: Quis a montibus
eternis: tamen illuminans tu. Sic et hic: celi distilla-
uerunt: sed a facie dei. Etenim ipsi salui facti sunt per fi- Ephe. 2.
dem: et hoc non ex seipsis: sed donum dei est: non ex
operibus: ne forte quis extollatur: Ipsius enim sumus
figmentum: qui facit vniusmodi habitare in domo.
Sed quid est quod sequitur: mons sina a facie dei isra- H
el? An subaudiendum est distillauit: vt quod vocauit
celorum nomine: hoc voluerit intelligi nomine etiam
montis sina: sicut diximus eos vocari montes: qui
vocati sunt celi? Nec in isto sensu mouere debet quod

mons non mõtes: cum ibi dictum sit celi: non celū:
Ps. 18. quia et in alio psalmo cum dictū esset: Celi enarrant
gloriam dei: more scripture eundem sensum verbis
alijs repetens subsequēter dictum est: Et opera ma-
nuum eius annunciat firmamentum. Prius dixit:
celi non celum: et tamen postea nō firmamenta: sed
Gen. 1. firmamentum. Uocauit enim deus firmamentum
celum: sicut in genesi scriptum est. Ita ergo celi et ce
lum: montes et mons non aliud: sed hoc ipsum: sicut
ecclesie multe et vna ecclesia: non aliud sed hoc ipsū.
Gal. 4. Cur ergo mons sina qui in seruitutē generat: Sicut
dicit apostolus: An forte lex ipsa intelligenda est in
Exo. 19. monte sina: quam distillauerūt celi a facie dei vt ter
ra moueretur: Et ipse est terremotus: cum cōturba-
buntur homines quia legem implere non possunt.
Quod si ita est: hec est et pluuia voluntaria: de qua
consequēter dicit: Pluuiam voluntariam segregās
deus hereditati tue: quia nō fecit sic vlli genti: et iu-
Ps. 147. dicia sua nō manifestauit eis. Segregauit itaqz plu-
uiam hanc voluntariam deus hereditati sue quod
legem dedit: et infirmata est vel ipsa lex vel ipsa he-
reditas. Lex infirmata sic accipi potest: eo q nō im
pleretur: non q ipsa infirma sit: sed q infirmos facit
minando penam nec adiuuādo per gratiam. Nam
et apostolus ipso verbo vsus est vbi ait: Quod enī
Roma. 8. impossibile erat legi: in quo infirmabatur per car-
nem: significare volens quia per spiritumsanctum
impletur: tamē ipsam dixit īfirmari cum ab īfirmis
non possit impleri. Infirmata vero ipsa hereditas:
id est ipse populus: data sibi lege sine vlla ambigui-
Roma. 5. tate intelligitur. Lex enī subintrauit: vt abundaret
delictū. Quod aūt sequitur: Tu vero: perfecisti eā:
ad legem ita refertur: quia secūdum illud perfecta:
Mat. 5. c. id est impleta est qd dominus in euāgelio dicit: Nō
Roma. 8. veni legē soluere sed adimplere. Unde et apostolus
qui dixerat legem infirmatam esse per carnem: quia
caro nō implet: qd per spiritum impletur: id est per
gratiam spiritualē. Ipse item dicit vt iusticia legis
Ibidem. impleretur in nobis: qui non scdm carnem ambula
mus: sed scdm spiritū. Hoc est ergo: Tu vero perfe
Roma. 13. cisti eam: quia plenitudo legis est charitas: et chari-
Roma. 5. tas dei diffusa est in cordibus nostris: non per nosip
sos: sed per spiritumsanctum qui datus est nobis.
Hoc est: Tu vero perfecisti eā: si legem perfecisse in
telligatur. Si vero hereditatē: facilior est intellectus.
Si enī ꝓpter hoc dicta est hereditas dei infirmata:
Ibidem. id est populus dei infirmatus data lege: quia lex sub
intrauit: vt abūdaret delictum: Ergo et quod sequi-
tur: Tu vero perfecisti eā: ex illo intelligitur qd eti-
Ibi. 3. am in apostolo sequitur: Ubi autē abundauit deli-
ctum: superabundauit gratia. Nanqz abundante de
Ps. 15. licto: multiplicate sūt infirmitates eorū: et postea ac-
celerauerunt: quia ingemuerunt: et inuocauerunt: vt
ipso adiuuante impleretur: quod ipso iubente non
implebatur. Est in his verbis et alius sensus qui pro
babilior mihi videtur. Multo enī congruentius in-
telligitur ipsa gratia pluuia voluntaria: quia nullis
Roma. 11. precedētibus operum meritis gratis datur. Si enī
gratia iam nō ex operibus: alioquin gratia iam non
1. Cor. 15. est gratia: Non enī dignus sum inquit vocari apo-
stolus: quia persecutus sum ecclesiam dei: Gratia
aūt dei sum id quod sum. Hec est pluuia volūtaria.
Iaco. 1. Uolūtarie quippe genuit nos verbo veritatis: Hec

est pluuia voluntaria. Inde alibi dicitur: Scuto bo Ps. 5.
ne voluntatis tue coronasti nos. Istam pluuiam cū
deus transierit ī deserto: id est predicaretur in genti
bus: celi distillauerunt: non tamen a seipsis: sed a fa 1. Cor. 15.
cie dei: quā et ipsi gratia dei sunt id qd sunt. Et ideo
mons sina: quia et ipse qui plus omnibus illis labo- Ibidem.
rauit: non ipse aūt: sed gratia dei cum illo: vt abūdā-
tius distillaret in gentibus: id est in deserto: vbi christus
non erat annunciatus: ne super alienū fundamentū Roma. 15.
edificaret: Ipse inqz israelita erat ex genere israel de Phil. 3.
tribu beniamin. Et ipse ergo in seruitutem gene- Gal. 4.
ratus erat de hierusalē terrena: que seruit cū filijs
suis: et ideo persequebatur ecclesiam. Nam quod ip
se commonuit: sicut tunc qui secundum carnem ge-
neratus est: persequebatur eum qui secundum spiri Ibidem.
tum: ita et nunc: sed misericordiam consecutus est: 1. Timoth. 1.
quia ignorans fecit ī incredulitate. Miramur ergo
q celi distillauerunt a facie dei: magis miremur q
mons sina: id est qui prius persequebatur hebreus Phil. 3.
ex hebreis: scdm legem phariseus. Quid aūt mira-
mur: Non enī a seipso: sed qd sequitur a facie dei is-
rael: De quo ipse dicit. Et super israel dei. De quo dn̄s dic: Gal. 6.
Ecce vere israelita in quo dolus non est. Hanc ergo Ioh. 1.
pluuiam voluntariam nullis precedētibus meritis
operum bonorum segregauit deus hereditati sue: et
infirmata est. Agnouit enī nō esse se aliquid per seip
sum: non in viribus suis: sed gratie dei tribuēdo esse
quod est. Agnouit qd dictum est: In infirmitatibus 2. Cor. 12.
meis gloriabor. Agnouit quod dictum est: Noli al- Roma. 11.
tū sapere: sed time. Agnouit quod dictum est: Humili Iaco. 4.
bus aūt dat gratiā. Et infirmata est: Tu vero pfeci-
sti eam: quia virtus in infirmitate perficitur. Quidā 2. Cor. 12.
sane codices: et latini et greci: non habent mons sina:
sed a facie dei sinai: a facie dei israel: id est celi distilla-
uerunt a facie dei. Et quasi quereretur: cuius dei: a fa
cie dei inquit sina: a facie dei israel: id est a facie dei q
legē dedit ppl'o israel. Quare ergo celi distillauerūt a fa-
cie dei: a facie huius dei: nisi qz sic impletū est qd pdi-
ctum est: Benedictionē dabit qui legē dedit: Legē Ps. 83.
qua terreat de humanis viribus presumentem: be-
nedictionē qua liberet in deum sperantem. Tu ergo
perfecisti deus hereditatem tuā: quia infirmata est
in se: vt perficeretur abs te. Animalia tua in- Al. habitabūt.
habitabunt in ea. Tua non sua: tibi subdita non
sibi libera: a te egentia: non sibi sufficientia. Deniqz
sequit. Parasti in tua suauitate egenti de- Al. dulcedine tua pauperi.
us. In tua suauitate: non in illius facultate. Egens
est enī: quoniā infirmatus est vt perficiat. Agnouit
se indigentem: vt repleatur. Hec est illa suauitas: de
qua alibi dicitur: Dominus dabit suauitatem et ter- Ps. 84.
ra nr̄a dabit fructū suum: vt bonū opus fiat: non ti-
more sed amore: non formidine pene: sed delectatio
ne iusticie. Ipsa est enī vera et sana libertas: Sed do
minus hoc egenti parauit nō abūdanti: cui opprobrio
est ista paupertas: de qualibus alibi dicitur: Oppro- Ps. 122.
brium his qui abundant: et despectio superbis. Hos
enī dixit superbos: quos dixit: qui abundāt. Do-
minus dabit verbum: Cibaria scilicet animalibus
suis que inhabitabunt in ea. Sed quid operabunt
hec animalia quibus dabit verbum: Quid nisi qd
sequitur: Euangelizantibus virtute mul-
ta: Qua virtute nisi fortitudine illa in qua educit cō
peditos: Fortasse etiam virtutem hic dicit illā qua

euangelizantes mirabilia signa fecerunt. Quis er-
go dabit verbum euangelizantibus virtute multa?
R Rex: inquit: virtutum dilecti. Pater ergo est
rex virtutum filii. Dilectus enim quando non ponitur
quis dilectus: per antonomasiam filius vnicus intelli
gitur. An virtutum suarum rex ipse filius? Virtutum scz
sibi seruientium: quia virtute multa euangelizantibus
dabit verbum rex virtutum: de quo dictum est: Dominus
Ps.23. virtutum: ipse est rex glorie. Quod autem non dixit: rex
virtutum suarum: sed rex virtutum dilecti: locutio est in scri-
pturis vsitatissima si quis aduertat: quod ibi maxime
apparet: vbi etiam proprium nomen exprimitur: vt eundem
esse de quo dicitur: dubitari omnino non possit. Qualis est
illa in pentateucho: et multis locis inuenitur: Et fecit moy
Exo.4. ses illud atque illud sicut precepit dominus moysi. Non
dixit quod vsitatum est in locutionibus nostris: et fe-
cit moyses sicut precepit ei dominus: sed fecit moyses
sicut precepit dominus moysi: quasi alius sit moyses cui pre-
cepit: et alius moyses qui fecit: cum idem ipse sit. Tales
locutiones in nouo testamento difficillime reperiuntur.
Roma.1. Inde est tamen quod apostolus ait: de filio suo: qui factus
est ei ex semine dauid secundum carnem: qui predestinatus
est filius dei in virtute secundum spiritum sanctificationis
ex resurrectione mortuorum iesu christi domini nostri:
tanquam alius sit filius dei qui factus est ex semine dauid
secundum carnem: et alius iesus christus dominus noster:
cum sit vnus atque idem. In veteribus autem libris cre
bra est ista locutio: et ideo quando subobscure fit: ex mani-
festis sui generis exemplis intelligenda est: sicut hoc
loco psalmi huius quem tractamus subobscure facta est.
Nam si diceretur iesus christus rex virtutum iesu chri-
sti: tam aperta esset quam illa: fecit moyses sicut precepit
dominus moysi. Quia vero dictum est: rex virtutum
dilecti: non facile est vt occurrat ipsum esse regem virtutum
qui est et dilectus. Rex ergo virtutum dilecti: sic intelli
gi potest ac si diceretur: rex virtutum suarum: quia et rex virtu-
tum christus est: et dilectus est idem ipse christus: quam-
uis non habeat iste sensus tantam necessitatem vt aliud
non valeat accipi: quia et pater potest intelligi rex virtu-
Ioh.17. tum filii sui dilecti: Cui dicit ipse dilectus: Omnia mea
tua sunt: et tua mea: Quod si forte queritur: vtrum deus
domini iesu christi pater etiam rex dici possit: nescio vtrum
1.Timoth.1. quisquam audeat hoc ab eo nomen auferre: vbi apostolus di
cit: Regi autem seculorum immortali: inuisibili: soli deo: quia
et si hoc de ipsa trinitate dictum est: ibi est et deus pa
Ps.71. ter. Si autem non carnaliter intelligimus: deus iudicium
tuum regi da: et iusticiam tuam filio regis: nescio vtrum aliud
aliquid dictum est quam filio tuo. Rex ergo est et pater. Unde
versiculus iste psalmi huius: rex virtutum dilecti: vtro-
que modo intelligi potest. Cum itaque dixisset: dominus dabit ver
bum euangelizantibus virtute multa: quia ipsa virtus ab eo
regitur: cuique mittat a quo datur: ipse inquit dominus qui dabit
verbum euangelizantibus virtute multa: rex est virtutum
M dilecti. Deinde sequitur Dilecti: et speciei domus
diuidere spolia. Repetitio pertinet ad commendati
onem: quamquam istam repetitionem non omnes codices habeant: et
eam diligentiores stella apposita: speciei domus diui
dere spolia: id est dilecti etiam prenotant: que signa vocan
tur asterisci: quibus agnosci voluit ea non esse in interpreta
tione septuaginta: sed esse in hebrea: que talibus insigni
untur notis. Sed siue repetatur: siue semel dictum acci-
piatur quod positum est: dilecti: sic intelligendum puto quod
sequitur: Et speciei domus diuidere spolia: ac si diceretur:

Dilecti etiam speciei domus diuidere spolia: id est di-
lecti etiam ad diuidenda spolia. Speciosi quippe domus di-
lecti etiam ad diuidenda spolia illa fecit
id est ecclesiam christus fecit. diuidendo spolia illa fecit
distributione membrorum. Spolia
speciosum est corpus distributione membrorum. Spolia
porro dicuntur que victis hostibus detrahuntur. Hoc quid
sit: euangelium nos admonet: vbi legimus. Nemo Marc.3.
intrat in domum fortis vt vasa eius diripiat: nisi pri
us alligauerit fortem. Alligauit ergo diabolum chri-
stus spiritualibus vinculis: superando mortem: et su
per celos ab inferis ascendendo. Alligauit eum sa-
cramento incarnationis sue: quia nihil in eo reperiens
morte dignum: tamen est permissus occidere: ac
sic alligato abstulit tanquam spolia vasa eius. Operabatur Ephe.2.
quippe in filios diffidentie: quorum infidelitate vtebatur ad
voluntatem suam. Hec vasa dominus mundans remissione
peccatorum: hec spolia sanctificando hosti erepta: prostra-
to atque alligato: diuisit ea speciei domus sue: alios con
stituens apostolos: alios prophetas: alios pastores et do- Ephe.4.
ctores in opus ministerii: in edificationem corporis chri
sti. Sicut enim vnum corpus est: et membra multa habet:
omnia autem membra corporis cum sint multa: vnum est corpus: 1.Cor.12.
sic et christus. Nunquid omnes apostoli? Nunquid omnes prophe
te? Nunquid omnes virtutes? Nunquid omnes dona ha
bent curationum? Nunquid omnes linguis loquuntur? Nun
quid omnes interpretantur? Omnia autem hec operatur vnus
atque idem spiritus: diuidens propria vnicuique prout vult.
Et hec est species domus: cui spolia diuiduntur: vt
amator eius hac pulchritudine accensus exclamet: Domine Ps.25.
dilexi decorem domus tue. Iam in eo quod sequitur: se ad
ipsa membra de quibus fit species domus alloquenda conuer
tit: dicens: Si dormiatis inter medios cleros: N
penne columbe deargentate: et inter scapulas
eius in viriditate auri. Prius hic querendus est ordo
verborum quo finiatur sententia: que vtique pendet cum dicitur si
dormiatis: deinde quod ait: penne columbe deargentate: vtrum
singulari numero intelligendum est: huius penne: an plu
rali: he penne. Sed singularem numerum grecus excludit
vbi omnino pluraliter hoc positum legitur. Sed ad-
huc incertum est vtrum he penne an o vos penne: vt ad ip-
sas pennas loqui videatur. Utrum ergo verbis que precesserunt
finiatur ista sententia: vt ordo sit: dominus dabit verbum euangeli
zantibus virtute multa: si dormiatis inter medios cle
ros: o vos penne columbe deargentate: an in his que sequun
tur: vt ordo sit: si dormiatis inter medios cleros pen-
ne columbe deargentate: niue dealbabuntur in selmon: id
est ipse penne dealbabuntur: si dormiatis inter medios
cleros: vt illis hoc dicere intelligatur: que speciei domus
tanquam spolia diuiduntur: id est si dormiatis inter medi
os cleros o vos que diuidimini speciei domus: per ma
nifestationem spiritus ad vtilitatem: vt alii quidem detur per spi
ritum sermo sapientie: alii sermo scientie secundum eundem spiritum: 1.Cor.12.
alii fides: alii genera curationum in eodem spiritu etc.
Si ergo vos dormiatis inter medios cleros: tunc penne
columbe deargentate: niue dealbabuntur in selmon: Potest
et sic: Si vos penne columbe deargentate dormiatis inter
medios cleros: niue dealbabuntur in selmon: vt subin-
telligantur homines qui per gratiam remissionem accipiunt pec-
catorum. Unde etiam de ipsa ecclesia dicitur in Cantica Cant.8.
ticorum: Que est ista que ascendit dealbata? Promis-
sio quippe dei tenetur per prophetam dicentis: Si fuerint peccata Esa.1.
vestra tanquam feniculum: sicut niuem dealbabo. Potest et sic
intelligi: vt in eo quod dictum est: penne columbe deargentate:
subaudiatur estis: vt iste sit sensus: O vos qui tanquam

spolia speciei domus diuidimini: si dormiatis inter
medios cleros: pēnę columbę deargētatę eritis: id est
in altiora eleuabimini: cōpagini tñ ecclesię cohęren-
tes. Nullā quippe aliam melius hic intelligi puto co-
lumbam deargentatam: q̄ illam de qua dictum est:
Cant.2. Una est columba mea. Deargētata est aūt: quia di-
uinis eloquijs est erudita: Eloquia nāq̄ domini: alio
Ps.11. loco dicunt̄ argentum igne examinatum terrę: pur-
gatum septuplum. Magnū itaq̄ aliqđ bonum est:
dormire inter medios cleros: quę nonnulli duo te-
stamenta esse voluerūt: vt dormire sit inter medios
cleros: in eorū testamentorum auctoritate requiesce-
re: id est vtriusq̄ testamēti testimonijs acquiescere:
vt quando aliquid ex his profertur & probatur: om-
nis contentio pacifica quiete finiat̄. Quod si ita est:
quid aliud admonere vident̄ euangelizantes virtute
multa: nisi quia tunc eis dominus dabit verbum vt
euāgelizare possint: si dormiāt inter medios cleros?
Tunc enī eis verbum veritatis dat̄: si auctoritas ab
eis duorum testamentorū non relinquat̄: vt ipsi sint
et pēnę columbę deargentatę: quorum prędicatione
in cęlū gloria fert̄ ecclesię. Inter scapulas aūt pars
est vtriusq̄ corporis: pars est circa regionem cordis: a
posterioribus tamē: id est a dorso: quā columbę il-
lius deargentatę partem in viriditate auri esse dicit:
hoc est in virore sapiētię: quem virorem melius non
puto intelligi posse q̄ charitatem. Sed quare a dor-
so et non a pectore? Nec q̄ mirer quomodo positum
Ps.90. sit hoc verbum in alio psalmo: vbi dicitur: Inter sca-
pulas suas obumbrabit tibi: et sub alis eius sperabis:
cum sub alis obumbrari non possit nisi qđ a pectore
fuerit: Et latine quidē inter scapulas fortasse aliquo
modo ex vtraq̄ parte possit intelligi et ante et post:
vt scapulas accipiamus quę in medio caput habēt:
Et in hebręo sit fortassis ambiguū: qđ possit et hoc
metaphrenon. modo intelligi. Sed qđ in gręco est μεταφρένων:
non nisi a posterioribus significat: quod est inter sca-
pulas: Utrum propterea ibi est auri viriditas: id est
sapientia & charitas: quia ibi sunt quodāmodo et ra-
dices alarū: an quia ibi portatur illa sarcina leuis?
Math.22. Quid enī sunt vel ipsę alę: nisi duo precepta charita-
tis: in quibus tota lex pendet & prophetę? Quid ip-
sa sarcina leuis: nisi ipsa charitas quę in his duobus
preceptis impletur? Quicquid enim difficile est in
precepto: leue est amanti. Nec ob aliud recte intelli-
Math.11. gitur dictum: Onus meum leue est: nisi quia dat spi-
Roma.5. ritum sanctū per quem diffunditur charitas in cor-
dibus nostris: vt amādo liberaliter faciamus: quod
timendo qui facit: seruiliter facit. Nec est amicus re-
cti: quando mallet si fieri posset vt quod rectum est
non iuberet. Quęri etiam potest: cur non sit dictum:
si dormiatis in cleris: sed inter medios cleros: quid
sit hoc: inter medios cleros? Quod quidem si ex-
pressius transferretur ex gręco: inter medium clero-
rum diceret̄: quod in nullo interpretum legi: Pro-
pterea credo quia tantundem valet quod dictum est
inter medios cleros. Hinc ergo quid mihi videatur
exponam. Sepe hoc verbum ad aliqua connecten-
da atq̄ pacanda: ne inter se dissideant poni solet: si-
cut testamentum inter se: et populum deo constitu-
ente: hoc verbum scriptura ponit. Nam pro eo qđ
est in latino inter me & vos: grecus habet inter medi-
um meum & vestrum. Sic & de signo circumcisionis

cum loquitur deus ad abraam dicit: Erit testamen- Gen.17.
tum inter me & te: & omne semen tuum: quod grecus
habet inter medium meum & tuum: & inter medium
seminis tui. Item cum loqueretur ad noe de arcu in
nubibus: ad signum constituendum: hoc verbū sę-
pissime repetit: et quod habent latini codices inter Gen.9.
me et vos: vel inter me & omnem animam viuam: et
si qua ibi talia dicuntur: inter medium meum & vēm
inuenitur in gręco: quod est ἀνὰ μέσον. Dauid ana meson.
quoq̄ et ionathan signum inter se constituūt: ne ali- 1.Reg.20.
ud opinando dissideant: et quod latine dicitur inter
ambos: inter medium amborum habet grecus eo-
dem verbo quod est ἀνὰ μέσον. Optime autem ana meson.
factum est vt loco psalmi huius: interpretes nostri
non dicerent inter cleros: quod latine locutioni vsi-
tatum est: sed inter medios cleros: tanq̄ inter medi-
um clerorum: quod potius in gręco legitur: & qđ di-
ci solet in eis rebus: vt dixi: quę inter se debeāt habe-
re consensum. Iubet ergo scriptura vt inter medios
cleros dormiant: qui vel sunt pēnę columbę deargen-
tatę: vel ex hoc eis pręstat̄ vt sint. Porro si isti cleri
duo testamenta significāt: quid aliud admonemur:
nisi vt testamentis inter se cōsentientibus non repu-
gnemus: sed intelligendo acquiescamus: nosq̄ sim⁹
eorum concordię signum atq̄ documentum: cum al-
terum aduersus alterum nihil dixisse sentimus: & cū
pacifica admiratione: quasi extasis sopore monstra-
mus? Cur aūt in cleris testamenta intelligant̄: cum
hoc nomen gręcum sit quidem: sed testamentum nō
ita dicatur: hęc causa est: quia per testamentum dat̄
hereditas: quę gręce appellatur κληρονομία. et cleronomia.
heres κληρονόμος. Cleros aūt sors gręce dici- cleronomos.
tur: et sortes ex promissione dei: partes hereditatis
vocantur: quę populo sunt distributę. Unde tribus Numeri.18.
leui precepta est: nō habere sortem inter fratres su-
os: quod ex eorum decimis sustentaretur. Nam et Concor.12.q.1. Clericus. et duo sunt.
cleros & clericos hinc appellatos puto: qui sunt in ec-
clesiastici ministerij gradib⁹ ordinati: quia matthias
sorte electus est quē primū per apostolos legimus Act.1.
ordinatum. Proinde propter hereditatē quę fit te-
stamento: tanq̄ per id quod efficitur id quod efficit
nomine clerorū testamēta ipsa significata sunt: q̄q̄
mihi et alius hic sensus occurrat: nisi fallor antepone-
dus: vt cleros multo probabilius ipsas hereditates
intelligamus: vt quoniā hereditas veteris testamen-
ti est: q̄uis in vmbra significatura futuri terrena fę-
licitas: hereditas vero noui testamenti est ęterna im-
mortalitas: dormire sit inter medios cleros: nec illā
iam querere ardenter: et adhuc istam expectare pa-
tienter. Nam qui deo propterea seruiūt: vel potius
propterea seruire volunt: dum quęrunt in hac vita
et in hac terra fęlicitatē: ablatus est somnus ab eis
et non dormiunt. Inflammantibus enī cupiditati-
bus agitati in flagitia & facinora propelluntur: nec
omnino requiescunt desiderando vt acquirant: me-
tuendo ne amittant. Qui autem me audit: ait sapien- Prouer.1.
tia: inhabitabit in spe: et requiescet sine timore ab omi
malignitate. Hoc est quantum mihi videtur: dormi-
re inter medios cleros: id est inter medias heredita-
tes: nondum tenere sed iam nō in spe cęlestis hereditatis
habitare. & terrenę fęlicitatis iam cupiditate con-
quiescere. Cum aūt venerit qđ speramus: nō iam in-
ter duas hereditates requiescemus: sed in noua ve-

R ra: cuius vetus erat vmbra regnabimus. Quapro/
pter etiam si intellexerimus qd dictū est: si dormia/
tis inter medios cleros: tanq̃ si diceretur: si morta/
mini inter medios cleros: vt istam mortē carnis mo
re suo scriptura dormitionē vocauerit. hec est mors
optima: vt in cupiditatum cohibitione a terrenis in
spe celestis hereditatis homo vsq̃ in finem perseue
rans: diem vite huius vltimū claudat. Sic eñ dor
mientes inter medios cleros erunt penne columbe
deargentate: vt tempore quo resurgēt: rapiantur in
nubibus obuiam christo in aera: et semper iam cum
domino viuant: Aut certe: quia per eos qui sic mo/
riuntur: quanto securius: tāto sublimius ecclesia dif-
famatur: et quasi quibusdam pennis excelse laudis
Ecc̃l. xi. attollitur. Neq̃ enim frustra dictum est: Ante mor/
tem ne laudes hominem quemq̃. Omnes ergo san/
cti dei ab initio generis hūani: vsq̃ ad tempus apo/
Hiere. xvii. stolorum: quia et ipsi nouerāt dicere: Diem hominis
Ps. 26. nō cōcupiui tu scis: Et Unam petii a domino hanc
requiram: Eo tempore apostolorum ex quo duorū
testamentorum differentia clarius reuelata est: ipsi
apli et beati martyres ceteriq̃ iusti: tanq̃ arietes et
arietum filii vsq̃ ad hoc tempus dormierunt inter
medios cleros: regni terreni felicitatem iam contem
nentes: et regni celorum eternitatē sperantes: et non
dum tenentes. Et qui tam beate dormierunt: eis ve/
lut pennis nunc volitat et laudibus exaltat ecclesia.
Colūba igit deargētata est: vt hac eorū fama ad imi
tandum posteris inuitatis: dum sic etiam dormiunt
S ceteri: addantur penne: quibus vsq̃ in finem seculi
Sṻ. icelestis. sublimiter predicetur. Dum discernit superce/
lestis reges super eā: niue dealbabunt
in selmon. Ille supercelestis: ille qui ascendit sup
Eph. 4. omnes celos vt adimpleret omnia: dum discernit re
ges super eam: id est super eandem columbam dear-
Ibidem. gentatam: sequitur eam apostolus ac dicit: Et ipse
dedit quosdam quidem apostolos: quosdā aūt pro/
phetas: quosdam vero euangelistas: quosdam autē
pastores et doctores. Nam quid est aliud reges di/
scernere super eam in opus ministerii in edificationē
corporis christi: quādo quidem ipsa est corpus chri/
sti? Dicuntur aūt illi reges vtiq̃ a regēdo: Et quid
Roma. 6. magis q̃ carnis concupiscētias: ne regnet peccatum
in eorum mortali corpore ad obediendū desideriis
eius: ne exhibeant mēbra sua arma iniquitatis pec/
cato: sed exhibeant se deo: tanq̃ ex mortuis viuētes
et membra sua arma iusticie deo? Sic eñ erāt reges
2. Cor. 6. primitus discreti ab alienigenis: quia non erant iu/
gum ducentes cum infidelibus: deinde discreti con/
1. Cor. 12. corditer inter se muneribus proprius. Non eñ omnes
apostoli: aut oẽs prophete: aut oẽs doctores: aut
oẽs dona habent curationū: aut oẽs linguis lo-
Ibidem. quuntur: aut oẽs interpretant: Oĩa aūt hec ope-
ratur vnus atq̃ idem spiritus: diuidens propria vni/
cuiq̃ prout vult. Quem dādo ille supercelestis discer-
nit reges sup colūbam deargentatā. De quo spiritu
sancto cū ad eius matrem gratia plena missus ange
lus loqueret: querēti quō fieret qd partura nuncia/
Luce. 1. batur: quoniā nō cognoscebat virū: Spiritussanct9
inquit superueniet in te et virtus altissimi obumbra/
bit tibi. Quid est: obumbrabit tibi: nisi vmbram faci
et? Unde et isti reges dum gr̃a spiritus domini chri
sti discernuntur super columbam deargentatam: ni/
ue dealbabuntur in selmon. Selmon quippe interp/ T
tatur vmbra. Non eñ meritis aut virtute propria
discernunt. Quis eñ te inquit discernit? Quid aūt 1. Cor. 4.
habes qd non accepisti? Ut ergo discernātur ab im-
piis: accipiunt remissionem peccatorum ab illo qui
ait: Si fuerint peccata vestra sicut phoeniceum: tanq̃ Esa. 1.
niuem dealbabo. Ecce quomodo niue dealbabūtur
in selmon: in gratia spiritus christi: quo eis etiam p
pria dona discreta sunt: de quo dictum est qd supra
commemoraui: Spiritussanctus superueniet in te et Luce. 1.
virtus altissimi obūbrabit tibi: hoc est vmbram faciet
tibi: Propterea et qd nascetur ex te sanctū: vocabit
filius dei. Umbra porro ista defensaculum intelligit
ab estu cōcupiscentiarum carnalium. Unde illa virgo
christū nō carnaliter concupiscendo: sed spūaliter cre/
dendo concepit. Constat aūt vmbra lumine et corpore:
proinde illud qd in principio erat verbū: lumē illud ve Ioh. 1.
rum: vt vmbraculū meridianū fieret nobis: verbum
caro factum est et habitauit in nobis. Deo scz homo
tanq̃ lumini corpus accessit: et in eū credētes vmbra
protectionis operit. Nō eñ de q̃ua vmbra dicit: Tra Sap. 5.
sierunt oĩa illa tanq̃ vmbra: nec de q̃li vmbra dicit
apl'us: Nemo vos iudicet in cibo: aut in potu: aut in Col. 2.
pte diei festi: aut neomenie: aut sabbatorum: qd est vm
bra futurorum: sed de quali vmbra scriptū est. Sub vm/
bra alarum tuarum protege me. Dum ergo discernit ille su Ps. 16.
percelestis reges sup colūbā deargentatā. nō sua me
rita extollant: nō de sua propria virtute confidant: Niue
quippe dealbabunt in selmon: gr̃a candificabunt in pte
ctione corporis christi. Hūc aūt montē consequent dic:

V Montē dei: mōtē vberē: mōtē incasea- V
tum vel montē pinguē. Quid hic aūt aliud pin Et incaseatum mons pinguis. Montes incaseatos montes pingues.
guē: q̃ vberē diceret? Est eñ et mons isto noĩe nūcu
patus: id est selmō. Sed quē montē intelligere debe
mus montē dei: montē vberē: mōtē incaseatum: nisi
eundē dñm christū: de q̃ et alius propheta dicit: Erit et Esa. 2.
in nouissimis temporibus manifest9 mōs dñi paratus in ca
cumine montiū? Ipse est mōs incaseat9 propter paruu 1. Cor. 3.
los gr̃a tanq̃ lacte nutriēdos: mōs vber ad roboran
dos atq̃ ditādos donorum excellētia. Nā et ipm lac vñ
fit case9: miro mō significat gr̃am. Manat quippe ex
abūdātia viscerū maternorum: et misericordia delectabili p-
uulis gratis infundit. Ambigu9 est aūt in greco casus
vtrū sit nominatiu9 an accusatiuus: qm in ea lingua
mōs neutri generis ē nō masculini: Ideo nōnulli latini nō
interptati sunt mōtē dei: sed mōs dei. Puto aūt meli9
esse in selmon montē dei: hoc est in mōtē dei q vocat sel
mon: scḋm intellectū quē supra vt potuim9 exposui/
mus. Deinde qd dicit montē dei: montē incaseatum:
montē vberē: ne q̃s auderet ex hoc dñm iesum christū
compare ceteris sctis: qui et ipsi dicti sunt mōtes dei.
Legitur quippe: Iusticia tua sicut montes dei. Un/ Ps. 35.
de apostolus ait: Ut nos simus iusticia dei in ipso.
De quibus mōtibus et alio loco dicitur: Illuminās
tu admirabiliter a montib9 eternis: qui vita eis eter/ Ps. 75.
na donata est: et per eos sanctarū scripturarū emine
tissima auctoritas cōstituta est: sed illūinante ab eis
illo cui dicitur: Illuminās tu. Leuaui eñ oculos me Ps. 120.
os in mōtes vnde veniet auxilium mihi: Nec tamē
auxiliū meū ab ipsis proprie montib9: sed auxiliū meū
a dño q fecit celū et terrā: Un9 quippe ipsorum mōtiū multū
excellēs cū dixisset: q pl9 illis oib9 laborauerit: Nō 1. Cor. 15.
aūt ego inquit sed gr̃a dei mecū: Ne q̃s ergo auderet eū

Ps. 44. montē speciosū forma p̄ filijs hoīm: mōtib⁹ filijs ho
Matth. 16. minū cōparet: q̄m nō defuerūt q̄ eū dicerēt: alij ioh̄ā
nē baptistā. alij heliā: alij hieremiā aut vnū ex ꝓphe
tis: cōuersus se ad illos r aīt: ✝Et q̄d suspicamini
mōtes ✝incaseatos: ✝mōtē ī q̄ placuit
deo habitare ī eo. Ut q̄d suspicamī: Sicut eñ
Matth. 5. lumē illi: q̄z r ipsis dictū est: Uos estis lumen mūdi:
Jo. 1. sed aliud illud dictum est lumē verū q̄d illuminat om
nem hominē: sic montes illi: sed longe alius maior
Esa. 2. mons paratus in cacumine montiū. Montes itaq̄
isti illū montē portādo gloriosi sunt: quoꝝ ille vnus
Gal. 6. dicit: Mihi autē absit gloriari: nisi ī cruce dñi nostri
iesu christi per quē mihi mūdus crucifixus est r ego
mūdo: Ut q̄ gloriat̄ nō in seipso sed ī dño glorieẗ. Ut
quid ḡ suspicamini mōtes incaseatos: cum montē in
quo placuit deo habitare in eo: Nō quia in alijs nō
inhabitat: sed q̄z in ipis p ipsū. In ipso quippe inha
Col. 2. bitat oīs plenitudo diuinitatis: nō vmbraliter tanq̄
3. Reg. 6. in templo a rege salomone facto: sed corporaliter: id
2. Cor. 5. est solide atq̄ veraciter: quoniā deus erat in christo
mūdum recōcilians sibi. Q̄d siue de patre dictū ac
Jo. 14. cipiamus: quoniā ipse ait: Pater autē in me manēs
facit opera: ego autem in patre et pater in me: siue
ita intelligat̄: Deus erat in christo: verbū erat ī ho
Jo. 1. mine: sic erat vtiq̄ verbū in carne: vt verbū etiā ca
ro factū solus ꝓprie diceret̄: id est homo verbū ī vnā
christi ꝑsonā copularet̄. Ut quid ḡ suspicamini mon
tes incaseatos: cum montē in quo placuit deo inha
bitare in eo: Longe vtiq̄ aliter q̄ꝫ in illis montibus
quoꝝ aliquē etiā hic suspicamī. Nō eñ q̄z et illi per
adoptionis gratiā filij dei sunt: ideo quisq̄ꝫ illorum ē
Ps. 109. vnigenitus cui diceret: Sede ad dexterā meā donec
ponā inimicos tuos sub pedib⁹ tuis. Etenim do
minus ✝inhabitabit ✝vsq̄ in finē: Id est illos
mōtes nō comparandos huic mōti: ipe dñs inhabita
Esa. 2. bit: qui est mōs paratus in cacumine montiū: vt ꝑdu
cat eos in finē: id est in seipsum: sicut deus est cōtem
Roma. 10. plandū. Finis eñ legis christus ad iustitiam omni
credēti. Deo itaq̄ placuit habitare in isto mōte: qui
Matth. 3. paratus est in cacumine montiū: cui dicit: Tu es fi
lius me⁹ dilect⁹: in quo mihi bñ cōplacui. Ipse autē
mons dñs est: qui alios mōtes inhabitabit ī finem:
1. Timo. 2. in quoꝝ cacumine paratus est. Unus eñ deus r vn⁹
mediator dei r hoīm: homo christ⁹ iesus: mons mō
Jo. 17. tiū: sicut sanctus sanctorū: Unde dicit: Ego ī eis r tu
in me. Ut quid ḡ suspicamī mōtes incaseatos: mon
tē in quo placuit deo inhabitare in eo: Etenī mōtes
illos incaseatos dñs iste mōs inhabitabit vsq̄ in fi
Jo. 15. nē: vt aliquid sint q̄bus ait: Quia sine me nihil po
testis facere. Ita fit etiā q̄d sequit̄. Currus dei
decem ✝miliū multiplex. Uel denū miliū mul
tiplex: vel decies milies multiplex. Unū verbū eñ
grecū sicut quisq̄ potuit latinorū interpretū transtu
lit: quod ibi dictū est: μυριοπλάσιον latine aūt
satis exprimi non potuit: quoniā mille apud grecos
χίλια dicunt̄. μυριάδες autem plura dena mi
lia. μυριάς quippe vna: decem milia sunt. Ingen
tē itaq̄ multitudinē sanctorū atq̄ fideliū: qui portā
do deū fiūt quodāmodo currus dei. significauit hoc
nomine. Hanc immanēdo r regēdo ꝑducit in finem
tanq̄ currum suum velut in locum aliquē destinatū.
1. Cor. 15. Initium eñ christus: deinde qui sunt christi in ꝑsen
tia eius: deinde finis. Hec est sancta ecclesia: que sūt
Roma. 12. q̄d sequit̄: Milia letantiū. Spe eñ sunt gauden

tes: donec ꝑducant̄ in finem: quem nūc expectant ꝑ
patientiā. Mirifice autē cum dixisset: Milia letan
tiū: cōtinuo subiecit: Dominus in ✝illis. Ne mire Al. ī eis.
mur q̄ letent̄: domin⁹ in illis. Nam p multas tribu Act. 14.
lationes oportet nos introire in regnum dei. Sed do
min⁹ in illis. Ideo etsi sūt q̄si tristes. semꝑ tamē gau 2. Cor. 6.
dētes. nec iam ipso fine quo nōdum venerūt: sed spe
sunt gaudētes: r in tribulatiōe patiētes: quoniā dñs
ī illis. In ✝sina in sancto. In nominū hebreorū Al. Sinai.
interpretatiōibus inuenimus sina interpretari man
datū: Et alia quedā interpretat̄: sed hoc puto ꝑsenti
loco aptius cōuenire. Reddēs eñ causam quare le
tarent̄ illa milia quibus cōstat currus dei: Dominus
inq̄t in illis: in sina in sancto: id est dñs in illis in mā
dato: q̄d mādatū sanctū est: sicut dicit aplūs. Itaq̄ Roma. 7.
lex quidē sancta r mandatū sanctū r iustū r bonum.
Sed quid prodesset mandatū nisi dñs ibi sit: de quo
dicit̄: Deus eñ est qui operat̄ ī vobis r velle r ope Phil. 2.
rari ꝑ bona volūtate: Nam mandatū sine dei adiu 2. Cor. 3.
torio littera est occidēs. Lex eñ subintrauit: vt abū Roma. 5.
daret delictū. Sed quoniā plenitudo legis charitas Roma. 13.
est: ideo p charitatē lex implet̄ nō per timorē. Chari Roma. 5.
tas eñ dei diffusa est ī cordibus nostris p spiritūsan
ctū qui datus est nobis. Ideo letant̄ hec milia. Tan
tū eñ faciūt iustitiā legis: quātum adiuuant̄ spiritu
gratie. Quoniā dñs in illis in sina in sancto. Deinde
ad ipsum dominū locutiōe cōuersa: Ascendisti: T
inquit: in altū ✝captiuasti captiuitatē: acce Al. accepisti.
pisti dona in hominibus. Hoc aplūs sic cōme
morat: sic exponit de dño christo loquēs: Unicuiq̄ Eph. 4.
autē nostrū inq̄t dat̄ grā ꝫm mēsurā donatiōis chri
sti: Propter quod dicit: Ascendit in altū: captiuauit
captiuitatē: dedit dona homīb⁹. Q̄d autem ascen
dit quid est nisi q̄z r descēdit in inferiores partes ter Ibidem.
re. Qui descēdit ipse est r q̄ ascēdit sup oēs celos vt
adimpleret oīa. Christo ergo sine dubitatiōe dictū
est: Ascendisti in altū: captiuasti captiuitatē: accepi
sti dona in hoībus. Nec moueat q̄d aplūs idem
testimoniū cōmemorās nō ait: Accepisti dona ī ho
minib⁹: sed dedit dona hominibus. Ille quippe aucto
ritate apostolica ꝫm h̄ locutus est quod deus filius
cum patre facit. Scd̄m hoc quippe dedit dona homi
nibus: mittens eis spiritūsanctū: qui spiritus est pa
tris et filij. Scd̄m illud xp̄o q̄d idem ipse christus in
corpore suo intelligit̄ q̄d est ecclesia: ꝓpter q̄d r mem
bra eius sunt sancti r fideles eius. Unde eis dicitur:
Uos autē estis corpus christi r membra: procul dubio 1. Cor. 12.
r ipse accepit dona in hominibus. Christus quippe Act. 1.
ascēdit in celum: r sedet ad dexterā patris sed nisi et
hic esset in terris nō inde clamasset: Saule saule q̄d Act. 9.
me ꝑsequeris: Cū ergo idem ipse dicat: Quādo vni Matth. 25.
ex minimis meis fecistis: mihi fecistis: quid dubita
mus eum accipere in membris suis que dona mem
bra eius accipiūt: Sed quid est: captiuasti captiui
tatem: Utrum q̄z vicit mortē que captiuos tenebat
in quibus regnabat: an ipsos homines appellauit ca
ptiuitatem qui captiui sub diabolo tenebant̄: Cui⁹
rei mysteriū continet etiā titulus illius psalmi quā Ps. 95.
do domus edificabat̄ post captiuitatem. id est eccle
sia post gentilitatem. Ipsos itaq̄ homines qui ca
ptiui tenebant̄ appellauit captiuitatē: sicut militia
cum dicit̄: intelligunt̄ qui militant: eandem captiui
tatem a christo captiuatā dicit. Cur eñ nō sit capti

uitas fҫlix: si et ad bonū homies possunt capi: Unde
Luce. 5. petro dictum est: Ex hoc iam homies eris capiens.
Captiuati ergo quia capti: et capti quia subiugati: sub
Matth. 11. lene illud iugum missi. liberati a peccato cuius serui
Roma. 6. erant. et iustitiҫ serui facti: cuius liberi erāt. Unde et ipse
in illis est: qui dedit dona hominib⁹: et accepit dona
in hominib⁹. Ideoqꝫ in ista captiuitate: in ista serui-
tute: in isto curru: sub isto iugo nō sunt milia ploran-
tiū: sed milia letantiū. Dominus quippe i illis in sina
i sancto. Cui sensui cōgruit et alia interpretatio: quia int-
pretatur sina mēsura. Nam et de his donis leticiҫ spiri-
talis apostolus loquens idē qd supra cōmemoraui:
Ephe. 4. Unicuiqꝫ autē inquit nostrū data est gratia sm men
surā donationis christi. Hic deinde sequitur qd etiā hic
sequitur: propter qd dicit: Ascēdit i altū: captiuauit capti-
uitatē: dedit dona in hoib⁹: qd hic est: Accepisti dona
i hoib⁹. Quid hac et illa veritate cōcordi⁹? Quid ma-
Al. ꝛ nō credentes. nifesti⁹? Sed qd deinde adiūgit: Etenim ꝛ qui nō
credūt ihabitare. Uel quod nōnulli codices habēt.
Eteni nō credētes inhabitare. Nūquid sunt
alij non credētes: nisi qui nō credūt? De qb⁹ dictū sit:
nō est facilis intellect⁹. Tanqꝫ enim ratio redderetur su-
periorū verborum cū dictū esset: Captiuasti captiuita-
tem: accepisti dona in hominib⁹: ita subiūctum est:
Etenim qui nō credunt inhabitare: id est nō creden-
tes vt inhabitarēt. Quid est hoc? De quibus hoc di
cit? An illa captiuitas anteqꝫ transiret in bonā capti-
uitatē: vnde fuerit mala captiuitas ostēdit? Nō cre-
Ephe. 2. dendo enim possidebantur ab inimico qui operatur in filios
diffidētiҫ: In quib⁹ et vos inquit fuistis aliquādo cū
viueretis in illis. Donis ergo gratiҫ suҫ qui accepit do-
na in hominib⁹: captiuauit istā captiuitatē. Etenim
nō credētes erāt vt inhabitarēt. Nam fides eos in-
de liberauit: vt iā credentes inhabitent in domo dei:
facti et ipsi domus dei: et currus dei decē miliū letan-
tium. Unde qui hec canebat: in spiritu ea preuidēs:
impletus etiā ipse leticia eructauit hymnū dicēs: Do-
minus deus bñdictus. Bñdictus dñs deus
de die in diem. Qd nōnulli codices habēt: Die
emeran cathemeran. quotidie. Quia sic habent greci [illegible]
[illegible] qd veri⁹ expressimus: die quotidie. Quā puto
locutionē hoc significare qd dictū est: de die in diē.
Quotidie quippe hoc agit vsqꝫ in finē: captiuat capti-
uitatē: accipiēs dona in hominibus. Et quoniā currū
illum ducit vsqꝫ in finem: Sequitur et dicit: Prospe-
Al. salutarium nostrorū. rū iter faciet nobis deus sanitatū nostra-
rum. Deus noster deus saluos faciendi.
Multū gratia cōmendatur. Quis enim saluus esset nisi
ipse sanaret? Sed ne occurreret cogitationi: cur ergo
morimur si per eius gratiā salui facti sumus: continuo
subiecit: Et domini dñi exitus mortis. Tanqꝫ
diceret: Quid indignaris humana cōditio habere te
exitum mortis: et domini tui exitus nō alius qꝫ mor-
tis fuit? Potius ergo cōsolare qꝫ indignare: nam et
Roma. 8. domini exitus mortis. Spe enim salui facti sumus.
Si autē qd nō videmus speramus: per patientiā ex-
pectamus. Patiēter ergo etiā ipsam mortē feram⁹:
illius exemplo qui licꝫ peccato nullo esset debitor mor-
tis et dominus esset: a quo nemo animā tolleret: sed
ipse eam a semet ipso poneret: etiā ipsius fuit exitus
Al. ꝯ cōfringet. mortis. Uerūtamē deus ꝯ cōquassabit ca-
pita inimicorū suorū: verticem capilli per-
ambulantium in delictis suis: Id est nimis se
extollentiū: nimis superbientiū in delictis suis: in qui-
bus saltem humiles esse deberent dicētes. Deus propi- Luce 18.
tius esto mihi peccatori. Sed cōquassabit eorum ca
pita: quoniā qui se exaltat humiliabitur: ac per hoc quāuis Luce 14.
et domini sit exitus mortis: tamē idem dñs quoniā
deus est: et volūtate nō necessitate sm carnē mortu⁹
est. Cōquassauit capita inimicorum suorum: nō solū eorū
qui crucifixo illudentes et mouentes capita sua dice-
bant: Si filius dei est descendat de cruce: sed etiā om- Matth. 27.
niū extollentiū se aduersus doctrinam eius: et tanqꝫ
mortē hominis irridentium. Idem quippe ipse de quo
dictum est: Alios saluos fecit: semetipsum nō potest
saluū facere: deus est sanitatū nostrarū: et deus est sal
uos faciēdi: Sed propter humilitatis et patiētiҫ docu-
mentū: et sanguine suo delendū nostrorum chirographū Col. 2.
peccatorum: etiā suum esse voluit exitū mortis: ne mor
tem istā timeremus: sed illam potius vnde nos libe-
rauit per istam. Uerūtamē illusus et mortuus cōquas-
sauit capita inimicorum suorum. de quibus ait: Resuscita Ps. 40.
me et reddam illis: siue bona pro malis: dum sibi sub-
dit capita credentiū: siue iusta pro iniustis: dum punit
capita superbientiū. Utroqꝫ enim modo cōquassantur et
confringuntur capita inimicorum: cum a superbia deijci-
untur: siue humilitate correcti: siue in ima tartari ab-
sorpti. Dixit dñs ex basan: cōuertar. Uel vt
nōnulli codices habent: Ex basan cōuertam.
Ille quippe cōuertit vt salui simus: de quo dictū est
supra: Deus sanitatū nostrarū: et deus saluos facien-
di. Ei quippe et alibi dicitur: De⁹ virtutū cōuerte nos: Ps. 79.
et ostēde faciē tuā et salui erimus. Itē alibi: Cōuerte
nos deus sanitatū nostrarū. Ille autē dixit: Ex basan
cōuertam. Basan interpretatur cōfusio. Quid est ergo:
cōuertam ex cōfusione: nisi quia cōfunditur de pecca-
tis suis qui pro eis dimittendis precatur misericordiā
dei? Inde est quod ille publicanus nec oculos ad celum Luce 18.
audebat leuare: ita se cōsiderans cōfundebatur: sed de-
scendit iustificatus: quia dixit dñs: ex basan cōuer-
tam. Basan interpretatur et siccitas. Et recte intelligitur
dñs ex siccitate cōuertere: id est ex inopia. Nam qui
sibi videntur copiosi cū sint famelici: et pleni cum sint
inanissimi: non cōuertuntur. Beati enim qui esuriūt et si- Matth. 5.
tiunt iustitiā: quoniam ipsi saturabuntur. Ex ista dñs sicci-
tate cōuertit. De aīa quippe sicca illi dicitur: Extendi Ps. 142.
manus meas ad te: anima mea velut terra sine aqua
tibi. Ibi illud quoqꝫ non absurde intelligitur: quod ha
bent alij codices: Ex basan cōuertar. Cōuertitur enim
ad nos etiā ipse qui dicit: Cōuertimini ad me: et ego Zach. 1.
cōuertar ad vos: Et nō nisi extra cōfusionē: cū pec-
catū nostrū ante nos est semper: et extra siccitatē: quia eius
desideramus imbrem quē pluuiā volūtariā segrega-
uit hereditati suҫ. Nam siccitate infirmata est: ipse
xpo cōuersus perficit eam: cui dicitur: Et cōuersus vi- Ps. 70.
uificasti me. Dixit ergo dominus: ex basan conuer-
tam. Cōuertam in profundum maris. Sic cō
uertam: quare in profundū maris? In seipsum quip-
pe cōuertit domin⁹: cum salubriter cōuertit: et nō est
vtiqꝫ ipse in profundo maris. An fallit forte latina lo-
cutio: et pro eo positum est in profundum: qd est in pro-
fundo? Nō enim ille se conuertit: sed sibi cōuertit eos
qui in profundo huius seculi iacent demersi ponde-
re peccatorum: vbi conuersus ille dicit: De profun- Ps. 129.
dis clamaui ad te domine. Si autem non est: cōuer-
tam: sed conuertar in profundum maris: hoc intelligit

[illegible]

dixisse dominū nostrū: qđ sua misericordia conuer-
Ps. 68. teret etiā in ꝓfundū maris: ad eos quoqꝫ liberādos
qui essent etiā desperatissimi peccatores: q̄lesqꝫ in aliq̄
ꝓfundo inuenerim: nō in ꝓfundū. sed i ꝓfundis. hoc ē
Ps. 68. in Ps. 68.? qđ priorē sensum cōfirmat: qđ etiā ibi
deus cōuertat ad se de ꝓfundis clamātes. Qui etsi
intelligat ibi se cōuerti ad liberādos etiam tales: nō
est incongruū: t ita eos cōuertit: vel ad eos liberan-
Al. dos cōuertat ita. Et intingatur pes tuus in san-
guine. Qđ ad ipm dominū ꝓpheta dicit: vt tingat
pes tuus i sanguine: id est vt ipsi q̄ ad te cōuertunt:
vel ad quos liberandos cōuerteris: licet in ꝓfundo
maris onere iniq̄tatis depssi fuerint: intantū gr̄a tua
Roma. 5. ꝓficiant: quoniā vbi abūdauit peccatū: supabunda-
uit gratia: vt fiāt pes tuus inter mēbra tua ad annū-
ciandū euangeliū tuū: et ꝓ nomie tuo diu ducentes
martyriū: vsqꝫ ad sanguinē certent. Sic em̄ vt arbi-
tror: cōuenientius intelligat pes ei9 tinctus i sanguine.
Deniqꝫ adiūgit: Lingua canū tuorū ex inimi-
cis ab ipso. Eosdē ipos q̄ vsqꝫ ad sanguinē fuerāt
ꝓ fide euāgelica certaturi: etiā canes vocās tanq̄ ꝓ
suo dn̄o latrātes: nō illos canes de quib9 dicit apo-
Phil. 3. stolus: Cauete canes: sed illos qui edunt de micis q̄
Math. 15. cadūt de mensa dominorū suorū. Hoc em̄ cōfessa cha-
nanea meruit audire: O mulier magna est fides tua:
fiat tibi sic̄ vis. Canes laudabiles: nō detestabiles: fi-
dem seruātes dn̄o suo: t ꝓ eius domo contra inimi-
cos latrātes. Nō em̄ tantūmodo canū dixit: sed ca-
nū tuorū: nec eorū dentes: sed lingua laudata est: Quā
nō vtiqꝫ frustra: nec sine magno sacramento gedeon
Judi. 7. solus eos iussus ē ducere: q̄ flumīs aquā sicut canes
lamberēt: talesqꝫ nō ampli9 q̄ trecēti in tanta multi-
tudine inuenti sunt. In quo numero crucis signū est
ꝓpter T. litterā: que in grecis numerorū notis trecē-
tos significat. De talib9 canibus t in alio psalmo di-
Ps. 58. cit: Cōuertent ad vesperā: t famē patient vt canes.
Nam t quidā canes repbensi sunt a ꝓpheta Esaia:
Esa. 56. nō ideo q: canes essent: sed q latrare nescirēt: et dor-
mitare amarent. Ubi vtiqꝫ demōstrauit: q: si vigila-
rent t pro dn̄o suo latrarēt: laudabiles canes essent:
sicut laudant isti de quib9 dicit: Lingua canū tuorū.
Quos tamē ꝓpheta ex inimicis futuros eē p̄dixit: p
illam scꝫ cōuersionē de qua supius loquebat. Unde
Ps. 58. t ille psalmus: Cōuertent inq̄t ad vesperū: t famem
patient vt canes. Deinde veluti q̄rētib9 vnde hoc
illis tantū bonū: vt canes eius fierēt: cui9 fuerāt ini-
mici: respōsum est ab eo. Sic em̄ legit: Lingua canū
tuorū ex inimicis ab ipso: Ipsi9 vtiqꝫ dilectiōe: ipsi9
misericordia: ipsi9 gratia. Nā quādo id possent a se
Roma. 5. ipsis: Etenī cū inimici essem9: recōciliati sumus deo
p mortē filii eius: Ad hoc et dn̄i fuit exitus mortis.
Al. ingressus. Uisi sunt gressus tui deus: Gressus qui-
bus venisti p mundū tanq̄ in illo curru pagraturus
orbē terrarū: Quas t nubes i euāgelio sanctos et fi-
Math. 26. deles suos significat: vbi ait: Amodo videbitis filiū
Marci 14. hominis venientē in nubibus. Excepto illo aduentu
i quo erit iudex viuorum atqꝫ mortuorū: Amodo in-
quit videbitis filium hominis venientē in nubibus.
Hi gress9 tui visi sunt: id est manifestati sūt: reuelata
Roma. 10. gratia testamēti noui. Unde dictum est: Q̄ speciosi
pedes eorum qui annūciant pacem: qui annūciant
bona. Hec enim gratia t isti gressus latebant in vete
Gal. 4. ri testamēto. Cum autem venit plenitudo tempor̄ā

et placuit deo reuelare filium suum vt annūciaret in
gentibus. visi sunt gressus tui deus. Gressus dei Al. ingressus.
mei regis mei qui est i sancto. In quo sancto:
nisi in teplo suo: Templū em̄ dei sanctū ē inquit: qđ 1. Cor. 3.
estis vos. Ut autē gressus isti viderent: Preue-
nerunt principes cōiuncti psallentibus: in
medio adolescentularū tympanistriarum. Al. tinnuētularū.
Principes sunt apostoli: Ipsi em̄ ꝓuenerūt vt po-
puli sequerent. Preuenerūt annūciātes nouū testa-
mentū cōiuncti psallētibus: de quorū bonis operib9
etiam visibilibus tanq̄ organis laudis glorificaret
deus. Iidem aūt principes in medio adolescentula-
rum tympanistriarū: in ministerio scilicꝫ honorabili.
Nam ita sunt in medio ministri prepositi ecclesiarū
nouarū: Hoc em̄ est adolescētularū carne edomita
deū laudantiū: Hoc em̄ est tympanistriarū: eo q tym
pana fiāt corio siccato t extento. Ideo ne quisq̄ car
naliter ista acciperet: t ex his verbis quosdam luxu-
rie choros in animū duceret: sequit t dicit: In ec-
clesiis benedicite dominum: Tanq̄ diceret: Al. deo.
quicunqꝫ auditis adolescētulas tympanistrias lasci-
ua delectamenta non cogitantes: in ecclesiis benedi-
cite dominū. Ecclesie quippe vobis hac mystica si-
gnificatiōe mōstrant. Ecclesie sūt adolescentule: no-
ua gratia decorate. Ecclesie sunt tympanistrie casti-
gata carne spiritaliter sonore. In ecclesiis ergo be-
nedicite dominū. Deum de fontibus israel. Al. dn̄o.
Inde quippe ꝓus elegit quos fontes faceret. Nam
inde sūt electi apostoli: t hi primitus audierūt: Qui Joh. 4.
biberit ex aqua quā ego dabo: nō sitiet vnq̄: sed fiet
in eo fons aque salientis in vitam eternam. Ibi Al. adolescen-
beniamin adolescentior in extasi. Ibi pau tulus.
lus nouissim9 apostolorū: qui dicit: Nam t ego isra- id est mentis excessu.
elita sū ex semine abraā de tribu beniamin. Sed pla- Phil. 3.
ne in extasi: expauescētibus omibus: tam magnum
in eius vocatiōe miraculū. Extasis nāqꝫ est mentis
excessus: qđ aliquādo pauore cōtingit: nōnunq̄ vero
p aliquā reuelationē aut alienationē mētis a sensib9
corporis: vt spiritui qđ demonstrandum est demon-
stret. Unde intelligi etiam sic potest quod hic posi-
tum est: in extasi: quia cum ei psecutori dictum esset
de celo: Saule saule quid me psequeris: adempto lu Act. 9.
mine oculorū carnaliū: respōdebat domino quē spi-
ritu videbat. Qui autē cum illo erant: vocem respon-
dentis audiebāt: neminē aūt videntes cui loqueret.
Potest hic extasis etiam illa eius intelligi de qua ipse
loquens ait: Scire se hominē raptum vsqꝫ ad tertiū 2. Cor. 12.
celum: siue autem i corpore: siue extra corpus nesci-
re: sed raptum in paradisum: audisse ineffabilia verba
que non liceret homini loqui. Principes iuda
duces eorum: principes zabulon: t princi- Al. et.
pes neptalim. Cum apostolos significet princi-
pes: ibi est t beniamin adolescentior in extasi. Qui-
bus verbis paulum significari nemo ambigit. Uel
nomīe principū omnes significant in ecclesiis excel-
lentes atqꝫ imitatione dignissimi. Quid sibi volunt
hec nomina tribuū israelitarū: Si enim tantū iude
mentio fieret: quoniā ex hac tribu reges fuerant ex
qua t dominus christus s̄m carnem: ideo ex hac tri- Roma. 1.
bu putaremus figuratos etiam principes testamen-
ti noui. Cum vero adiungat principes zabulon: prin-
cipes neptalim: quisq̄ forsitan dicat ex his tri-
bubus apostolos fuisse: ex aliis autem non fuisse.

Or licet vnde probari hoc posset non videam: tamē quia nec vnde refellat inuenio: et hoc loco principes ecclesiarū: ducesq eorum qui in ecclesijs benedicūt domino: video cōmendari: non absurde etiā istum sensū probo. Sed pl' me delectat qd ex istorū nominū interptatione clarescit. Hebrea quippe sunt nomina: quorum iuda cōfessio interptari dicit: Zabulon habitaculum fortitudinis: Neptalim dilatatio mea. Que oīa verissimos nobis insinuāt pncipes ecclesiarū: dignos ducatu: dignos imitatiōe: dignos honoribus. Martyres nāq in ecclesijs locum summū tenent: atq apice sancte dignitatis excellunt. Jam xpo in martyrio prima cōfessio est: et p illa quicquid acciderit: tolerādi sequēs assumit fortitudo: Deide post omnia tolerata: finitis angustijs: latitudo consequit i pmio. Potest et sic intelligi: vt quoniā tria hec pcipue cōmendat aplus: fidem: spem: charitatē: Cōfessio sit in fide: fortitudo in spe: latitudo in charitate.
1 Cor. 13.
Roma. 10. Fidei quippe res est: vt corde credat ad iusticiā: ore autem cōfessio fit ad salutem. In passionibus autem
Roma. 8. tribulationū res tristis est: sed spes fortis est. Si em qd non videmus speramus: p patientiā expectam'. Latitudinē xpo prestat: charitatis in corde diffusio.
1. Joh. 4. Nā cōsummata charitas foras mittit timorē: Qui timet: tormētū habet p animi angustias. Principes ergo iuda duces eorū. Quorū? Qui in ecclesijs benedicūt dominū. Principes zabulon: pncipes neptalim: pncipes cōfessionis: fortitudinis: latitudinis: principes fidei: spei et charitatis. Manda deus
Et. virtuti tue. virtutē tuam. Unus autē dominus noster iesus
1. Cor. 8. christus p quem omnia et nos in ipo: quem legimus
1. Cor. 1. dei virtutē et dei sapientiā. Quomō autē deus man-
Roma. 5. dat christū suum: nisi dum eum cōmendat? Cōmendat em deus charitatē suam in nobis: quoniā dum adhuc peccatores essemus: christus p nobis mortuus est: Quomō nō et cum illo omnia nobis donauit? Manda deus virtutē tuam. Confirma deus hoc quod opatus es in nobis. Manda docē-
Et. sancto. do: cōfirma iuuādo. A templo tuo in hieru-
Et. quod est. salem: tibi offerent reges munera. A templo
Gal. 4. tuo in hierusalē: que est libera mater nostra: q: et ipa est templū sanctū tuū. Ab illo ergo templo tibi offerent reges munera. Quicūq reges intelligant: siue reges terre: siue reges quos discernit supcelestis sup columbā deargentatā: tibi offerēt reges munera. Et q munera? Gratiosa. Que sacrificia? Laudis. Sed huic laudi obstrepūt christianū vocabulū habētes: et diuersa sentientes. Fiat ergo quod sequit In-
Et. arūdinis. crepa feras calami. Nam et fere sunt: quoniam nō intelligendo nocent. Et fere calami sunt: quoniā scripturarū sensum p suo errore puertunt. Per calamū quippe tam cōuenienter scripture significant. q sermo p linguā: sm qd dicit lingua hebrea: vel greca: vel latina: vel alia quelibet per efficientē: scz id qd efficit. Usitatū est autē in latino eloquio vt scriptura stilus vocet quod stilo fiat: ita ergo et calamus qd
2. Pet. 3. calamo fiat. Dicit aplus petrus. indoctos et instabiles puertere scripturas ad ppriū suū interitū. Hi sunt fere calami: de quibus hic dicit: Increpa feras calami. De his est em qd adiungit: Congregatio
Et. in vaccas excludat eos q. taurorū inter vaccas populorū: vt excludant hi q pbati sunt argento: Tauros vocās pter superbiā dure idomiteq ceruicis: Significat em hereticos: Vaccas autem populorū seducibiles aias intelligendas puto: q facile hos tauros sequūtur. Non em ipsos vniuersos seducūt: in quib' sunt
Ps. 34. graues et stabiles: Unde scriptū est: In populo graui laudabo te: sed in eis populis quos inuenerint vac-
2. Timot. 3. cas. Ex his em sunt qui penetrant domos: et captiuas ducūt mulierculas oneratas peccatis: que ducunt varijs desiderijs erroris: semp discentes: et ad veritatis scientiā nunq puenientes. Qd autē ait idē
1. Cor. apostol': Oportet et hereses esse: vt pbati manifesti fiant i vobis: hoc etiam hic sequit: Ut excludant hi qui pbati sunt argēto: id est qui pbati sunt eloquijs
Ps. domini. Eloquia quippe domini eloquia casta: argētū igne probatū terre: Nam excludant dictū est appareant: emineant: qd ait ille: manifesti fiant. Unde et in arte argentaria exclusiores vocant: qui de cōfusione masse nouerūt formā vasis exprimere. Multi em sensus scripturarū sanctarū latent: et paucis intelligētioribus noti sunt: nec asserunt cōmodius et acceptabilius: nisi cū respondere hereticis cura compellit. Tunc enim etiā qui negligunt studia doctrine sopore discusso ad audiendi excitant diligentiā: vt aduersarij refellant. Denique qmulti scripturarū sanctarū sensus de christo deo asserti sunt contra fotinū: q multi de homie christo contra manicheū: qmulti de trinitate contra sabelliū: qmulti de vnitate trinitatis ptra arrianos: eunomianos: macedonianos: qmulti de catholica ecclesia toto orbe diffusa: et de malorū commixtione vsq in finem seculi: quod bonis in sacramentorū eius societate non obsint: aduersus donatistas et luciferianos aliosq si qui sunt qui simili errore veritate dissentiunt: qmulti cōtra ceteros hereticos qs enumerare vel cōmemorare nimis lōgum est: et psenti operi non necessariū. Quorū tamē sensuū pbati assertores aut prorsus laterent: aut nō ita emineret: vt eos eminere fecerūt superborū cō-
Tit. tradictiones: quos velut tauros: id est iugo discipline pacifico leniq nō subditos cōmemorat apostol' vbi talem dicit eligendum ad episcopatū vt potens
Et. sit exhortari in doctrina sana: et cōtradicētes redarguere. Sunt em multi nō subditi: vt sunt tauri elatione ceruicis: impatiētes aratri atq iuncture: vaniloq et mētis seductores: Has mētes significauit iste psalmus appellatiōe vaccarū. Ad hāc q vtilitatē pudentia diuina pmittit tauros cōgregari inter vaccas populorū vt excludant: id est vt emineant qui pbati sūt argēto. Ad hoc em hereses sinunt esse: vt pbati manifesti fiāt. Nisi q et sic etiā possit intelligi: cōgregatio taurorū int vaccas ipsorū: vt ab eis vaccis excludāt qui pbati sunt argento. Hanc em habēt heretici intentionē doctores: vt ab aurib' aiarū quas seducere moliunt excludāt eos: id est separēt eos q pbati sūt argento: id est q idonei sūt docere eloquia dni. Sed
Et. siue ille hui' siue iste sit sensus: sequit. Dis- perge gentes q bella volūt: Nō em correctiōi sed cōtentiōi student. Hoc q pphetat vt ipi pot' dispgant q corrigi nolūt: qui gregē christi dispgere affectant. Gentes aūt appellauit: non pter generationes familiarū: sed pter genera sectarū vbi series successionis cōfirmauit errorē. Uenient legati ex egypto: ethiopia pueniet manus eius. Egypti et ethiopie noīe: omniū gentiū fidē significauit: a pte totū: legatos appellans recōciliationis pdicatores.

2. Cor. 5. Pro christo enĩ inq̃t legatione fungamur tanq̃ deo exhortante p nos: Obsecramus p christo recõciliari deo. Nõ ergo de solis israelitis vnde apl̃i electi sunt: sed etiã de ceteris gentibus futuros p̃dicatores christiane pacis hoc modo mystice ꝓphetatũ est. Quod ˜xo ait: Preueniet manus eius: hoc ait: p̃ueniet vindictã eius cõuersione scʒ ad eum vt peccata dimittant: ne peccatores ꝑmanendo puniant. Quod etiã
Ps. 94. in alio psalmo dicit: Preueniam⁹ faciem eius in cõfessione. Sicut p manus vindictã: ita p faciem reuelationem p̃sentiãq̃ signat que futura est in iudicio. Quia ergo p egyptum atq̃ ethiopiam totius orbis gentes significauit: continuo subiunxit: Deo regna terre. Non sabellio: non arrio: nõ donato: nõ ceteris tauris ceruicatis: sed deo regna terre. Plures autem codices latini et maxime greci ita distinctos versus habent: vt nõ sit in eis vnus versiculus: Deo regna terre: sed deo. In fine sit versus superioris: atq̃ ita dicat: Ethiopia p̃ueniet manus deo: Ac in
JJ de sequat in alio versu: Regna terre. Cantate deo: psallite dño. Qua distinctiõe multorũ codicum & auctoritate dictio͞r cõsonantia sine dubio p̃ferenda fides cõmendari mihi videt: que opera precedit: quia sine bonorum operũ meritis per fidem iustifi-
Roma. 4. cat impius: sicut dicit apostolus: Credenti in eum qui iustificat impiũ: deputat fides eius ad iusticiã: vt deinde ipsa fides p dilectionem incipiat operari. Ea quippe sola bona opera dicenda sunt que fiunt p dilectionem dei. Hec autem necesse est: vt antecedat fides: vt inde ista: non ab istis incipiat illa: quoniam nullus operat p dilectionem dei: nisi prius credat in
Gal. 5. deum. Hec est fides de qua dicit: In christo enĩ iesu neq̃ circucisio aliquid valet neq̃ preputiũ: sed fides que p dilectionem operat. Hec est fides de qua ipsi
Cant. 4. ecclesie dicit in Canticis canticorũ: Venies & ptransies ab initio fidei. Venit enim tanq̃ currus dei in
Ps. 67. milibus letantiũ: prosperũ iter habens: et ptransiit de hoc mũdo ad patrem: vt fiat in ea qd̃ sponsus ipse
Jo. 17. dicit: qui transiit de hoc mũdo ad patrem: Volo vt vbi ego sum et isti sint mecum: ab initio fidei. Quia ergo vt bona opera sequant precedit fides: nec vlla sunt bona opera: nisi q̃ sequunt p̃cedẽte fide: Nihil aliud videtur dictũ: Ethiopia p̃ueniet manus eius deo: nisi ethiopia credet deo. Sic enim p̃ueniet manus eius: id est opera eius. Cuius nisi ipsius ethiopie? Quia hoc ĩ greco nõ est ambiguũ: Eius quippe ibi feminino genere apertissime positum est: ac per hoc nihil aliud dictũ est: q̃ ethiopia p̃ueniet, man⁹ eius deo: id est credendo in deum p̃ueniet opera sua.
Roma. 3. Existimo enĩ inquit apostol⁹: iustificari hominẽ per fidem sine operibus legis. An iudeorum deus tñ? Nõne & gentium? Sic ergo ethiopia que videt extrema gentiũ iustificat p fidem sine operibus legis. Non enĩ vt iustificet de legis operibus gloriat: nec ꝑponit fidei merita sua: sed fide preuenit opera sua. Plures sane codices greci non habent manus: sed manũ: quod tantũdem valet: quoniã pro operibus positum est. Mallem autẽ latinos interp̃tes sic trãstulisse: Ethiopia p̃ueniet man⁹ suas: q̃ vt manum suam deo: quoniã planius hoc esset q̃ quod nũc dictũ est: & salua veritate sic fieri posset: q2 in greca lingua id pnomen nõ solũ eius: sed etiã suam vel suas
[illegible] põt intelligi. qd̃ ẽ αὐτῆς: Quã q si manũ suas autẽ

si man⁹. Nã qd̃ ẽ in greco: χεῖρα αὐτῆς: qd̃ plures codices habent: et manũ eius & manũ suã potest intelligi. Qd̃ ˜xo rarã est ĩ codicib⁹ grecis: χεῖρας αὐτῆς: & man⁹ eius & man⁹ suas latine potest dici. Hinc iam velut decursis per ꝓphetiam rebus omnibus quas impletas esse iam cernimus: hortat ad laudem christi: ac deinde pnũciat futurũ eius aduentũ. chira auten. chiras autẽ.

Regna terre cantate deo: psallite domino. Psallite deo qui ascendit sup celum celorum ad orientẽ. Vel sicut nõnulli codices habent. Qui ascendit sup celũ celi: ad orientem. In his verbis ille nõ intelligit christũ: qui et⁹ resurrectionẽ ascensionẽq̃ non credit. Ad orientem ˜xo qd̃ addidit: nõne etiam ipsum locum: quoniã in partibus orientis est vbi resurrexit et vnde ascendit expressit? Ergo sup celum celi sedet ad dexterã patris. Hoc est qd̃ dicit apostol⁹: Ipse est qui ascendit sup omnes celos. Quid enĩ celorũ restat post celũ celi? Quos & celos celorũ possumus dicere: sicut vocauit firmamentũ celũ: qd̃ tamẽ celum: etiã celos legimus vbi scriptum est: Et aque que super celos sunt laudent nomẽ domini. Et quoniã inde venturus est ad iudicandos viuos & mortuos: Attende quod sequit. Ecce dabit voce suam vocem virtutis. Ille q̃ sicut agnus corã tondẽte se fuit sine voce: ecce dabit vocẽ suã: nec vocẽ infirmitatis tanq̃ iudicandus: s vocẽ virtutis tanq̃ iudicatur⁹. Nõ enĩ de⁹ occult⁹ sic p⁹us & in hoĩm iudicio nõ aperiẽs os suũ: sed deus manifest⁹ veniet: deus nr̃ & nõ silebit. Quid desperatis infideles? Quid irridetis? Quid dicit seru⁹ malus: Tardat dominus meus venire? Ecce dabit vocẽ suam: vocẽ virtutis. Date gloriã deo: sup israel magnificentia eius. De quo dicit apostolus: sup israel dei. Non enĩ omnes qui ex israel hi sunt israelite: quoniã est & israel ̃fm carnẽ. Vnde ait: Videte israel ̃fm carnẽ. Non autem qui filij carnis: hi filij sunt dei: s filij pmissiõis deputant in semine. Tũc ergo quando erit sine vlla malorũ cõmixtione popul⁹ eius tanq̃ massa ventilabro emũdata: tanq̃ israel in quo dolus nõ est: tũc eminentissima erit sup israel magnificẽtia eius. Et virtus eius in nubibus. Non enĩ solus veniet ad iudiciũ: sed cum senioribus populi sui: quib⁹ pmisit q sedebũt sup sedes iudicaturi: q̃ etiã angelos iudicabũt. He sũt nubes. Denique ne aliud nubes intelligerent: secut⁹ adiũxit: Mirabilis deus in sanctis suis: deus isrl̃. Tunc enim et nomen ipsum verissime ac plenissime implebit israel. qd̃ est videns deum: quãdo videbimus eum sicuti est. Ipse dabit virtutem & fortitudinẽ plebi sue: benedictus deus. Nunc fragiles & infirmi habemus thesaurum illum in vasis fictilibus: Tũc ˜xo etiã corporũ gloriosissima cõmutatione: ipse dabit virtutẽ & fortitudinẽ plebi sue: Seminat enim hoc corpus in infirmitate: surget in virtute. Ipse ergo dabit virtutem quam in sua carne p̃misit: de qua dicit apostolus: Virtutem resurrectionis eius: Fortitudinem autẽ: quia inimica destruet mors. Quoniã itaq̃ ꝓlixum et ad intelligendum difficilem psalmũ: tandem aliquãdo ipso adiuuante finiuimus: benedictus deus: Amen.

Marci. 16. Act. 1. Eph. 4. Gen. 1. Ps. 148. Act. 1. Al. voci sue. Esa. 53. Ps. 49. Luce. 12. Gal. 6. Roma. 9. 1. Cor. 10. Roma. 9. Matth. 3. Joh. 1. Esa. 3. Matth. 19. 1. Cor. 6. 1. Joh. 3. 2. Cor. 4. 1. Cor. 15. Phil. 3. 1. Cor. 15.

Kk

Explicit Tractatus de ps̃. LXVII.

Incipit Tractatus de ps. LXVIII.

Sermo primus de prima parte psalmi.

A O tempore in hoc seculo exorti sum⁹ et aggregati populo dei: quo iam olus illud ex grano sinapis tetendit brachia sua: quo iam fermentū illud quod primo contemptibile fuit: fermentauit tres mēsuras: id est totū orbem terrarū reparatū ex tribus filiis noe: quoniā ab oriente et occidente et aquilone et austro veniunt qui recumbūt cū patriarchis: expulsis foras eis qui de illorum carne sunt nati: et eorum fidem non sunt imitati. Ad hanc ergo christi ecclesie gloriā oculos aperimus: et istam sterilem cui gaudium indictū atqȝ predictum est: quod plures filios habitura esset: quam illa que habebat virum: iam talem inuenimus que oblita esset opprobrior et ignominie viduitatis sue: et ideo possumus forte mirari cū voces humilitatis christi vel nostre relegerim⁹ in aliqua prophetia: Et fieri potest vt min⁹ ex eis afficiamur: quia non eo tempore venimus quādo ista cum sapore legebant abundante pressura. Sed rursus si tribulationū abundantiā cogitemus: et in qua ambulemus via cognoscamus: si tamē in illa ambulam⁹ que sit angusta et per pressuras atqȝ tribulatiōes perducat ad requiē sempiternā: et quam ipsa que in rebus humanis vocat felicitas: plus sit timenda quam miseria: quādoquidem miseria plerūqȝ affert ex tribulatiōe fructum bonū: felicitas autē corrumpit animā peruersa securitate: et dat locū diabolo temptatori. Cum ergo cogitauerimus prudēter et recte: sicut psallit hec victima temptationē esse vitam humanā sup terram: neminēqȝ omnino esse securū: nec debere esse securum: donec ad illam patriam veniatur: vnde nemo exit amicus: quo nemo admittit inimicus: etiā nunc in ipsa ecclesie gloria agnoscimus voces tribulationis nostre: et tanquam mēbra christi: cōpage charitatis subdita capiti nostro: et nos inuicē retinētia dicem⁹ de psalmis quod hic dixisse inuenerimus martyres qui fuerunt ante nos: quia tribulatio est omnib⁹ cōmunis ab initio vsqȝ in finem. Tamē istū psalmū quem tractandū suscepimus: et de quo loqui charitati vestre in nomine domini proposuimus: in grano sinapis agnoscam⁹: paululū in altitudine oleris et diffusiōe ramorū: et ab illa gloria vbi aues celi requiescunt: auocemus cogitationē: Et hec magnitudo que nos delectat in olere: quam de paruo surrexit audiamus. Christ⁹ enim hic loquitur: sed iam scientibus dicimus: christus non solū caput sed et corpus: ex ipsis verbis agnoscimus. Nam quia christus hic loquitur: dubitare oīno non permittimur. Hic sunt enim expressa verba: que in eius passione completa sunt: Dederūt in escam meā fel: et in siti mea potauerūt me aceto. Quādo ista ad litterā impleta sūt: et prorsus quō predicta: sic reddita. Cūqȝ ipse christus dixisset: sitio: pendēs in cruce: et ad hoc verbū ei acetum in spongia datū esset: quo accepto dixit: Consummatū est: et sic inclinato capite tradidit spiritū: ostēdens ista oīa que predicta sunt in illo fuisse tunc cōsummata: nō licet hic aliud intelligere. Apostoli etiā loquētes de christo: testimonia ex isto psalmo dederunt. Quis autē deuiet a sententiis eorū? Aut quis agnus nō sequatur arietes? Ergo christus hic loquitur: magisqȝ nobis demonstrandū est vbi eius membra loquantur: vt ostendam⁹ quia totus hic loquitur: quam dubitandum quod christus loquatur. Titulus psalmi est:

In finē pro his qui cōmutabuntur ipsi Dauid.

Nunc cōmutationē in melius audi: Cōmutatio enim: vel in deterius est: vel in meli⁹ est. Adam et eua in deterius: Qui ex adam et eua christo adheserūt: in melius cōmutati sunt. Sicut enim per vnum hominem mors: ita et per vnū hominē resurrectio mortuorū: Et sicut in adam omnes moriuntur: sic et in christo omnes viuificabuntur. Ab eo quod formauit de⁹: mutatus est adam: sed in peius iniquitatis sue: Ab eo quod operat⁹ est iniquitatē: mutantur fideles: sed in melius per gratiā dei. Vt mutaremur in peius: nostra iniquitas fuit: vt mutaremur in melius: nō nostra iusticia: sed gratia dei prestat. Quod ergo in peius mutati sumus: nobis imputem⁹: quod in melius cōmutamur: deo laudemus. Pro his qui iste psalmus: qui cōmutabuntur. Vnde autē ista cōmutatio facta est: nisi ex passione christi: Pascha ipm: latine transit⁹ interpretatur. Non est enim pascha grecū nomē: sed hebreū. Resonat quidem in greca lingua passionē: quia πάσχειν pati dicitur: Sed pascha consultū hebreū eloquiū: aliud indicat. Pascha trāsitū cōmendat. Quod admonuit etiā iohānes euangelista: qui iminente passiōe cū veniret dominus ad cenā: qua cōmēdauit sacramentū corporis et sanguinis sui ita loquitur: Cū autē venisset hora qua trāsiret iesus de hoc mūdo ad patrē. Expressit ergo transitū pasche. Sed nisi ipse transisset hinc ad patrē qui propter nos venit: nos trāsire hinc quomō possemus: qui nō propter aliquē leuādum descēdimus: sed cecidim⁹? Ipse autē nō cecidit: sed descēdit: vt eum qui ceciderat subleuaret. Trāsitus ergo illius et noster hinc ad patrem de hoc mūdo ad regnū celorum: de vita mortali ad vitam eternā: de vita terrena ad vitā celestē: de vita corruptibili ad incorruptibilē: de tribulationū cōuersatione ad perpetuam securitatē. Ideo pro his qui cōmutabuntur: psalmi titul⁹ est. Causam igitur cōmutatiōis nostre: id est ipsā domini passionē: nostrāqȝ in tribulatiōib⁹ vocē in textu psalmi aduertamus: cognoscamus: cōgemiscam⁹: et audiendo: cognoscēdo: cōgemiscēdo mutemur: vt impleatur in nobis titulus psalmi: Pro his qui cōmutabuntur.

Expositio prime partis.

Saluū me fac deus: quoniā intrauerūt aque vsqȝ ad animā meā. Granū illud est contemptū mūdo: quod videtur humiles dare voces. In horto oritur: miraturo mūdo oleris magnitudinē: cui⁹ oleris semē cōtemptū est a iudeis. Reuera enim considerate semē sinapis: minutū: fuscū: aspernabile prorsus: vt ibi impleatur quod dictū est: Vidim⁹ eū et nō habebat speciē neqȝ decorē. Et quas autē intrasse vsqȝ ad animā suā dicit: quia potuerūt ille turbe quas aquarū nomine significauit: eousqȝ preualere vt occiderēt christū. Preualuerūt ad cōtemnendū: ad tenendū: ad ligandum: ad insultandū: ad colaphizandū: ad cōspuēdū. Adhuc quousqȝ? Vsqȝ ad mortē. Ergo introierūt aque vsqȝ ad animā meā. Hanc quippe vitā dixit animā suā: quousqȝ illi accedere seuiendo potuerūt. Sed nūquid hoc possent nisi ab ipso permitterentur? Vnde ergo aliqd tanquam inuitus patiatur sic clamat: nisi quia caput membra sua prefigurat? Passus est quippe ille quia voluit: martyres xpo etiam si noluerint. Petro nāqȝ ita predixit passionem suam: Cū senueris inquit: ali⁹ te precinget: et feret quo tu nō vis. Quāqȝ enim christo inherere cupiamus: mori tñ

nolumus: ⁊ ideo libenter vel potius patienter pati/
mur: quia alius transitus non datur ꝑ quem christo
coheream⁹. Nam si possemus aliter peruenire ad
christū: id est ad vitā eternā: q̄s vellet mori? Naturā
quippe nostrā: id est cōsortiū quoddā anime ⁊ corpo/
ris: ⁊ quādam in his duob⁹ familiaritatē cōglutina/
tionis atq; cōpaginis: exponens quodā loco aposto
2.Cor.5. lus: ait: habere nos domū non manufactā eternā in
celis: id est imortalitatem ꝑparatā nobis: qua indu/
endi sumus in finem cū resurrexerim⁹ a mortuis: et
Ibidem. ait: In quo nolum⁹ spoliari sed superuestiri: vt absor/
beat mortale a vita. Si fieri posset sic vellemus ait
fieri imortales: vt iam veniret ipsa immortalitas: et
modo sicut sumus mutaret nos: vt mortale hoc no/
strū absorberet a vita: non ꝑ mortē corpus puniret:
vt in fine iterū reciperet. Cum vis ergo a malis ad bo/
na trāseamus: tamē ipse transitus aliquātū amarus
est: ⁊ habet fel qđ dederūt domino in passione iudei:
Math.27. habet acre quiddā tolerandū: quo ostendunt qui eū
aceto potauerūt. Prefigurās ergo ⁊ transformās in
se nosipsos: hoc ait: Saluū me fac de⁹: quoniā intra/
uerūt aq̄ vsq; ad animā meā. Potuerūt q̄ ꝑsecuti sūt
etiā occidere: sed amplius quod faciāt nō habebūt.
Premisit eñ exhortationē ipse domin⁹ dicens: No
Math.10. lite timere eos qui corpus occidūt: ⁊ amplius nō ha
bent quid faciāt: sed eū timete qui habet potestatē ⁊
corpus ⁊ animā occidere in gehennā ignis. Maiore
timore minora cōtemnim⁹: et maiori eternitatis cu/
piditate omnia temporalia fastidimus. Nā ⁊ hic de/
litie temporales dulces sunt: et tribulatiōes tempo/
rales amare sunt. Sed quis non bibat tribulationis
tp̄alis poculū: metuēs ignis gehenne? Et quis nō
cōtemnat dulcedinem seculi: inhians dulcedini vite
eterne? Hinc ē vt liberemur clamem⁹: ne forte i ꝑssu
ris cōsentiam⁹ iniq̄tati: ⁊ vere irreparabiliter sorbea
mur. Saluum me fac deus qm̄ intrauerūt aque vsq;
ad animā meā. Infixus sum i limo ꝓfundi:
⁊ nō est substantia. Quid dicit limū? An ipsos q̄
Gen.2. ꝑsecuti sunt? De limo eñ factus est homo: sed isti ca
dendo a iusticia limus ꝓfundi facti sunt: quib⁹ ꝑse/
quētibus ⁊ ad iniquitatē trahere cupiētibus quisq̄s
nō cōsenserit: de limo suo aurū facit. Merebit eñ li/
mus ipi⁹ cōuerti i habitudinē celestē: ⁊ soci⁹ fieri eoꝝ
de qb⁹ dicit titulo psalmi: ꝓ his q̄ cōmutabunt. Isti
aūt cū lim⁹ ꝓfundi essent: hesi in illis: id est tenuerūt
me: ꝑualuerūt mihi: occiderūt me. Infixus sū ergo
in limo ꝓfundi: ⁊ nō est substātia. Quid est hoc: non
est substantia? Nūquid nā ipse limus nō est substan
tia? An ego inherens factus sum non esse substātia?
Quid est ergo: infixus sum? Nūquid nam sic hesit
christus? An xp̄o hesit? An nō: sicut dictū est in libro
Job.9. Job Terra tradita est in manus impii? An ꝑm cor/
pus infixus est: q̄ teneri potuit: ⁊ ipsā crucifixionē
Math.27. habebat? Nisi eñ clauis fixus esset: crucifixus non
esset. Unde ē: nō est substātia? An limus ille non est
substātia? Intelligam⁹ ē si potuerimus quid sit ⁊ nō
est substātia: si ꝑus intellexerim⁹ quid sit substantia.
Substātia quippe dicit ⁊ diuitiarū: ꝑm quā dicim⁹:
habuit substantiā et ꝑdidit substantiā. Sed nūquid
hoc putabim⁹ hic dictū esse: ⁊ nō est substātia: id est
nō sunt diuitie: quasi modo aliqđ de diuitiis ageret:
aut aliqua q̄stio de diuitiis haberet? An forte q̄ ille
ipse limus paupertas erat. ⁊ diuitie nō erūt nisi quādo

eternitatis ꝑticipes effecti fuerimus? Tūc sunt eñ
vere diuitie quādo nobis nihil deerit. Potest etiam
ꝑm hui⁹ verbi intellectū accipi sensus iste vt diceret:
Infixus sum in limo ꝓfundi: ⁊ nō est substātia: id est
ad paupertatē perueni. Nam hic dicit: Paup ⁊ dolens
ego sum. Dicit ⁊ ap̄lus: Quoniā ꝓpter vos pauper
factus ē cū esset diues: vt illi⁹ inopia vos ditaremini.
Ergo paupertatē suam volēs dn̄s nobis cōmendare:
fortasse dixerit: Non est sub̄a. Ad summā eñ paup/
tatem peruenit quādo formā serui se induit. Diuitie
eius que sunt? Qui cū in forma dei esset: nō rapinam Phil.2.
arbitrat⁹ est esse se equalē deo. He magne incompa/
bilesq; diuitie. Unde ergo ista paupertas? Quia semet Ibidem.
ipm̄ exinaniuit formā serui accipiēs: in similitudinē
hominū factus: ⁊ habitu inuētus vt hō: hūiliauit se
fact⁹ obediēs vsq; ad mortē: vt diceret: Introierunt
aque vsq; ad aiā3 meā. Adde sup mortē: Quid am/
plius additur⁹ es? Ignominiā mortis. Ideo sequit:
Mortē autē crucis. Magna paupertas: sed hinc erūt
magne diuitie: quia sicut impleta est paupertas eius:
ita ⁊ implebunt diuitie nr̄e de paupertate ipsi⁹. Quā/
tas diuitias habet vt de sua paupertate nos diuites fa
ceret? Quales nos factur⁹ est de diuitiis suis: quos
diuites fecit de paupertate sua? Infixus sum in limo
ꝓfundi: ⁊ nō est substātia. Intelligit alio mō substā/ 2.sen.dis.37.In
tia: illud qđ sum⁹ quicq̄d sum⁹. Sed ad hoc intelligē hoc autē.
dū: est aliquāto difficili⁹: q̄uis res visitate sint. Sed
q̄ inusitatū verbū est: indiget cōmendatiōis ⁊ expo
sitiōis aliquātule. Cui tñ si intēti fueritis: fortassis in 2.sen.dis.37.In
ea nō laborabim⁹. Dicit hō: dicit pecus: dicit terra: hoc.
dicit celū: sol: luna: lapis: mare: aer: oīa ista substātie
sūt, eo ipso q̄ sūt. Nature ip̄e: sub̄e dicunt. Deus est 1.sen.dis.33.Ue/
quedā sub̄a: Nā qđ nulla substātia est: nihil oīno ē. rū tamē.
Substātia ē aliquid esse est. Un̄ etiā in fide catholi/
ca cōtra venena quorūdā hereticorū sic edificam⁹:
vt dicam⁹ patrē ⁊ filiū et spm̄ sanctū vnius substātie
esse. Quid est vni⁹ substātie? Uerbi gratia: Si aurū
est pater: aurū ⁊ fili⁹: aurū ⁊ spūssanct⁹. Quicq̄d est
pater qđ deus est. hoc ē fili⁹: hoc spūssanct⁹. Cū aūt
pr̄ ē: nō illud est qđ illud ē. Pater eñ nō ad se: sed ad
filiū dicit. Ad se aūt deus dicit. Itaq; eo qđ deus ē: 1.sen.dis.33.Et
hoc ipso sub̄a ē. Et q̄ eiusdē sub̄e fili⁹: proculdubio et his verbis. ⁊ ca.
filius de⁹. At xp̄o qđ pater ē: q̄ nō substātie nomē ē: Nos autē.
sed refert ad filiū: nō sic dicimus filiū patrē esse: quō
dicim⁹ filiū deū esse. Queris q̄d sit pater? Respon/ 1.sentē.dis.24.
det deus. Queris q̄d sit filius? Rn̄det deus. Que/ Nō ergo fa.ca
ris q̄d sit pater ⁊ filius? Rn̄det deus. De solo patre ca sunt.
interrogat⁹: deū respōde. De solo filio interrogat⁹:
deū respōde: De vtroq; interrogat⁹: nō deos: ſ deū
responde. Nō sicut in homib⁹: Queris q̄d sit pater
abraam: respōdet hō: substātia eius respōdet. Que/
ris q̄d sit fili⁹ ei⁹ isaac? Respōdet homo. Eiusdē sub
stātie abraam ⁊ isaac. Queris q̄d sit abraam ⁊ isaac?
Non respōdet homo: sed homies. Non sic in diui/
nis. Tanta eñ ibi ē substātie societas: vt equalitatē
admittat: pluralitatē non admittat. Si ergo tibi di/
ctum fuerit: cum dicis mihi filium hoc esse quod pa/
ter est: ꝓfecto ⁊ filius pater est: responde: ꝑm substā/
tiam tibi dixi hoc esse filium quod pater est: non ꝑm
id quod ad aliud dicit. Ad se enim deus dicit: ad pa/
trem filius dicit. Rursusq; pater ad se deus dicitur:
ad filium pater dicit. Quō dicit ad filiū pater: nō est
filius. Quō dicit fili⁹ ad patrē: nō est pater. Quō dicit

ad se pater et filius ad se: hoc ē pater et filius: idē deus.
G Quid est ergo: non est substantia? Secūdū hūc intel
lectū substātię: quomō poterim⁹ intelligere istā psal
mi sententiā: Infixus sum in limo profundi et non est
Gen. 2. substātia? Deus fecit hominē: substantiā fecit. Atqȝ
2. ser. d. d. 37. In hoc. vtinā maneret in eo qđ de⁹ fecit. Si maneret homo
in eo qđ fecit deus: nō in illo infixus esset quem deus
Gen. 3. genuit. Porro aūt qȝ p iniquitatē homo lapsus est a
substantia in qua fact⁹ est: Iniquitas quippe ipsa nō
est substātia. Non eñ iniquitas est natura quā for
mauit deus: sed iniquitas est puersitas quā fecit hō.
Venit filius dei ad limū pfundi et infixus est: et non
erat substātia in qua infixus est: qȝ in iniqtate illorū
infixus est. Infixus sum in limo pfundi et nō est sub
Joh. 1. stantia. Oīa per ipm facta sunt: et sine ipso factū est
2. ser. d. d. 37. In hoc. nihil. Naturę omnes p ipm factę sūt: iniqtas p ipm
facta nō est: qȝ iniqtas facta nō est. Substantię illę p
eū factę sunt: q laudāt eū. Uniuersa creatura laudās
deū: a tribus pueris i camino cōmemorat: et a terre
nis ad celestia: vel a celestibus ad terrena hymn⁹ lau
dantiū deū puenit: non quo cūcta ista habeant sensū
laudandi: sed qȝ cūcta bene cogitata laudē pariunt:
et implet cor cōsideratione creaturę ad eructandum
hymnū creatori. Laudāt omnia deum: sed quę fecit
2. ser. d. d. 37. In hoc circa fi. deus. Nūquid in illo hymno aduertistis qđ auaricia
laudet deū? Laudat ibi deum et serpens: auaricia nō
laudat. Omnia quippe repentia nominata ibi sunt in
laudem dei. Nominata sunt oīa repentia: sed nō sunt
ibi noīata aliqua vitia. Vitia eñ ex nobis et ex nostra
volūtate habemus: et vitia nō sunt substātia. In his
infixus est dñs: quādo psecutionē passus est in vitio
iudęorū: nō in substātia hominū quę p illū facta est.
Infixus sum inquit in limo pfundi: et nō est substā
H tia: Infixus sum et nō inueni qđ feci. Ueni in al
titudinē maris: et tempestas demersit me.
Gratias ipsius misericordię qui venit in altitudinē
maris: et gluttiri a marino cetu dignatus est: sed euo
mitus est tertio die. Venit in altitudinē maris i qua
altitudine nos depssi eramus: in qua altitudine nos
naufragiū passi eram⁹. Venit illuc ipe: et tempestas
demersit illū: quia fluctus ibi passus est ipsos homi
nes: tempestates: voces dicentiū: Crucifige: crucifi
Joh. 19. ge: dicente pilato: Nō inuenio causam vllam in hoc
homine quare occidēdus sit. Inualescebāt voces di
centiū. Crucifige crucifige. Augebat tempestas do
nec demergeret qui venerat in altitudinē maris: Et
passus est dñs inter man⁹ iudęorū: qđ nō est passus
cū sup aquas ambularet: Qđ nō solū ipe passus nō
erat: sed nec petrū pati pmiserat. Ueni in altitudinē
I maris: et tempestas demersit me. Laboraui cla
mans: raucę factę sūt fauces meę. Hoc vbi:
Hoc quādo? Interrogemus euāgeliū. Passionem
Matth. 27. quippe dñi nostri i hoc psalmo cognoscam⁹: Equidē
passum eum nouimus: intrasse aquas vsqȝ ad animā
eius: qȝ ppli ꝓualuerūt vsqȝ ad mortē eius. Legim⁹:
credimus tempestate illū demersum esse: qȝ ꝓualuit
seditio ad eum occidendū. Agnoscim⁹ verū esse: la
borasse eū clamādo: et raucas factas esse fauces illi⁹:
non solū nō legimus: sed etiā ꝯ legimus: qȝ nō respō
debat eis verbū: vt impleret qđ i alio psalmo dictū
Ps. 37. est: Factus sum quasi homo nō audiēs: et nō habēs
in ore suo redargutiones. Et qđ in Esaia ꝓphetatū
Esa. 53. est: Sicut ouis ad imolandū ductus est: et sicut agn⁹
coram tondēte se: sic nō aperuit os suū. Si factus ē
sicut homo nō audiēs et nō habēs i ore suo redargu
tiones: quomō laborauit clamās: et raucę factę sunt
fauces eius? An ideo iam tūc tacebat: qȝ rauc⁹ erat:
q sine causa tm̄ clamauerat? Et illā quidē eius vocē
de psalmo quodā in cruce nouimus: Deus me⁹ de⁹ Ps. 21.
meus vt quid me dereliqsti? Sed quāta illa vox fuit
aut q̄ diuturna vt in ea raucę factę essent fauces ei⁹?
Diu clamauit: Ve vobis scribę et pharisei. diu cla
mauit: Ve mūdo ab scandalis. Et reuera quodāmō
rauc⁹ clamabat: et ideo nō intelligebat qñ dicebāt iu
dei: Quid est qđ dicit? Durus est hic sermo: qs pōt Joh. 6.
illū audire? Nō scimus quid dicat. Ille oīa verba di
cebat: sed illis raucę fuerūt fauces eius: q voces eius
nō intelligebāt. Laboraui clamans: raucę factę sunt
fauces meę. Defecerūt oculi mei ab sperādo
in deum meū. Absit hoc vt a psona capitis acci
piat: Absit vt deficerēt oculi ei⁹ ab sperando in deū
eius in quo magis deus erat mūdū recōcilians sibi: et
qui verbū caro factū est et habitauit in nobis. vt non Joh. 1.
solum deus in illo esset: sed etiā ipe deus esset. Nō q
ita: nō ipsi⁹ capitis nostri oculi defecerūt ab sperādo
in deū eius: sed defecerūt oculi eius in corpe eius: id
est in mēbris eius. Hęc vox membrorū est: hęc vox
corporis est: non capitis. Quomō eam ergo in eius
corpore mēbrisqȝ inuenim⁹? Quid aliud dicā: quid
aliud cōmemorē? Quādo passus est: qñ mortuus ē:
oēs discipuli desperauerūt qđ ipe esset christ⁹. Du la
trone aplī victi sunt: qui tūc credidit quādo illi defe
cerūt. Uide membra eius desperātia: attende duos
illos quos post resurrectionē inuenit in via colloquē Luc.
tes secū: quoꝝ vnus erat cleophas: quando detine
bant oculi eoꝝ ne eum agnoscerent. Quō eñ oculis
agnosceret a quo mente titubabant? Factū erat ali
quid in oculis eoꝝ simile mentis ipsoꝝ. Loquebant
eñ inter se: et cū ab eo cōpellerent vnde loquerent:
respōderūt: Tu solus pegrin⁹ es in hierlm: et nescis
q facta sunt: quō iesus nazarenus potēs i factis et di
ctis: occisus est a senioribus et pncipibus sacerdotū: Luc.
et nos sperabam⁹ qđ ipse erat redēptur⁹ israel. Spe
rabant et nō sperabāt. Defecerūt oculi eoꝝ ab sperā
do i deū ipsoꝝ. Ipsos q i se transfigurauit dicēdo: De
fecerūt oculi mei ab sperādo i deū meū. Hāc spē red
didit qñ cicatrices palpādas obtulit: qs cū tetigisset
thomas rediit ad spem quā pdiderat et exclamauit:
Dñs me⁹ et de⁹ me⁹. Defecerūt oculi tui ab sperādo Joh.
in deū tuū. Palpasti cicatrices: et inuenisti deū tuū.
Palpasti formā serui: et cognouisti dñm tuū. Cui tñ ipse
dñs ait: Quia vidisti: credidisti. Et nos ꝑnuncians
vasa misericordię suę: Beati inquit qui nō vident et
credūt. Defecerūt oculi mei ab sperādo in deū meū.
K Multiplicati sunt super capillos capitis Ps.
mei: qui oderunt me gratis. Oē multiplicati:
Ut adderent i bi vnum et duodecim: Multiplicati
sunt sup capillos capitis mei qui oderūt me gratis.
Capillis capitis sui cōparauit inimicos suos. De
risio rasi sunt: qñ in loco caluarię crucifix⁹ ē. Accipiāt
mēbra vocē hanc: discāt odio haberi gratis. Iā eñ
si necesse est christiane vt mūdus oderit te: q̄re nō fa
cis vt gratis te oderit: vt in corpe dñi tui: et in h psal
mo de illo ꝓmisso agnoscas vocem tuā? Quō fiet vt
oderit te mūdus gratis? Si nihil cuiqȝ noceas: et sic
odio habearis. Hoc est eñ gratis: sine causa. Parū

sit tibi sine causa odio haberi: insuper et ꝑ ista vt retribuãt tibi mala ꝓ bonis. Confortati sũt inimici mei: q̃ ꝑsequũtur me iniuste. Qđ dixit: multiplicati sũt sup capillos capitis mei: hoc postea: cõfortati sũt inimici mei: et qđ ꝑmo: q̃ oderũt me gratis: hoc postea: qui ꝑsequũtur me iniuste. Qđ ẽ gratis: h ẽ iniuste. Ipsa est vox martyꝝ: nõ in pena sꝫ in causa. Nõ ꝑsecutionẽ pati: nõ teneri: nõ flagellari: nõ includi: nõ ꝓscribi: nõ occidi laus est: ſ habẽdo causã bonã ista pati: hec laus ẽ. Laus enĩ ẽ i cause bonitate: nõ in pene acerbitate. Nã quãtacũqꝫ fuerint supplicia martyrũ: nũquid equãtur suppliciis oĩm latronũ: oĩm sacrilegoꝝ: oĩm sceleratoꝝ? Quid enĩ? Et hos odit mundus? Odit plane. Excedũt enĩ mũdi mediocritatẽ: amplitudinẽ malicie: et ab ipsa mũdanorũ q̃dãmodo hominũ societate alieni sũt: infesti circa pacem etiã terrenã: et patiũtur multa mala: sed non gratis. Denique vide vocẽ illius latronis cũ dño in cruce pẽdentis. Cũ insultaret ex alia pte vnus duorũ latronũ dño crucifixo: et diceret: Si filius dei es libera te: cõpescuit illũ alter et dixit: Tu nõ times deũ: vel q: in (Luc. 23.) eadẽ dãnatiõe positus es? Et nos quidẽ recte ꝓ facinis nostris. Ecce nõ gratis: ſ cõfessione effudit ex se sanguinẽ: et factus est aptus cibo dñi. Exclusit iniquitatẽ suã: accusauit eã: et caruit ea. Ecce ibi duo latrones: et ibi dominus: et illi crucifixi: et ille crucifixus: Et illos odio habuit mundus: sed non gratis: et illum odio habuit sed gratis.

R

Que nõ rapui tũc exoluebã. Hoc est gratis: nõ rapui et exoluebã: nõ peccaui et penas dabã. Solus enĩ ipse talis: ipse vero nihil rapuit: nõ solũ nihil rapuit: ſ etiã qđ nõ de rapina habebat: hoc se euacuauit vt ad nos veniret. (Phil. 2.) Nõ enĩ rapinã arbitratus est esse se equalẽ deo: et tamen semet ipm exinaniuit: formã serui accipiẽs. Omnino nõ rapuit. Sed quis rapuit? (Gen. 3.) Adã. Quis rapuit primo? Ille ipse qui seduxit adã. Quõ rapuit diabolus? (Isa. 14.) Ponã sedẽ meã ad aquilonem: et ero similis altissimo: Vsurpauit sibi qđ nõ acceperat. Ecce rapinã: Vsurpauit sibi diabolus qđ nõ acceperat: ꝑdidit qđ acceperat: et de ipso calice superbie sue: ei quẽ decipe volebat ꝓpinauit. (Gen. 3.) Gustate inquit et eritis sicut dii. Rapere voluerũt diuinitatẽ: ꝑdiderũt felicitatẽ. Ille ergo rapuit et ideo exoluit. Ego aũt inq̃t que nõ rapui tũc exoluebã. Ipse dñs ꝓpinquãs passioni: in euãgelio sic loquitur. (Io. 14.) Ecce venit princeps huius mũdi: id est diabolus: et in me nihil inueniet: id est quare me occidat nõ inueniet. Sed vt sciant omes: quia voluntatem patris mei facio: surgite eamus. Et iit ad passiones soluere qđ nõ rapuit. Quid est enĩ: i me nihil inueniet? Nullã culpã. An aliq̃d ꝑdidit de domo sua diabolus? Iste discutiat raptor: nihil apud me inueniet. Et tamẽ nihil rapuisse se dicit: peccatũ attẽdite: nihil vsurpasse qđ eius nõ erat. Hoc est enĩ rapine: h iniquitatis. Nam ab ipso diabolo extorsit quos ipse rapuerat. Nemo inquit in domũ fortis intrat et vasa eius diripit: nisi prius alligauerit fortem. Alligauit fortẽ et vasa eius diripuit: certe nõ rapuit. Sꝫ respõdet tibi: Vasa ista de domo mea magna perierant: non furtũ feci, sed furtũ recepi.

Deus tu scis imprudentiã meã. Iterũ ex ore corporis. Nam que imprudentia in christo? Nõne ipse est dei virtus et dei sapientia? An illã dicit imprudentiã suã. de qua dicit Aplus. Stultũ dei sapiẽtius est hominibus? Imprudentiã meã hoc ipm qđ in me irriserunt qui sibi videntur esse sapiẽtes: Tu scis quare fieret: tu scisti imprudentiã meã. Quid enĩ tam simile imprudentie (Matth. 26. et 27.) q̃ cũ haberet in potestate: vna voce suos persecutores cõsternere: pateretur se teneri: flagellari: conspui: colaphizari: spinis coronari: ligno affigi? Imprudẽtie simile ẽ: stultũ videtur: Sꝫ stultũ hoc superat omnes sapiẽtes. Stultũ quidẽ ẽ. Sꝫ et granũ quãdo cadit in terrã: si nemo sciat cõsuetudinẽ agricolaꝝ: stultũ videtur. Labore magno metitur: portatur ad areã: trituratur: ventilatur: post tãta pericula celi et tẽpestates et labores rusticanoꝝ: curãsqꝫ dominoꝝ: mittitur in horreũ frumentũ purgatũ. Venit hyems: et qđ purgatũ erat ꝓfertur et ꝓiicitur: imprudentie videtur. sed vt nõ sit imprudẽtia spes facit. (Ro. 8.) Non ergo ille pepercit sibi: quia et pater illi nõ pepercit: sed ꝓ nobis omnibus tradidit illũ. Et de ipso qui dilexit me inq̃t Apostolus: (Gal. 2.) et tradidit semetipm ꝓ me. (Io. 12.) Quia granũ nisi ceciderit in terrã et moriatur. fructũ inquit nõ reddet. Hec est imprudẽtia: sed tu nosti illam. (1. Cor. 2.) Isti aũt si cognouissent: nũq̃ dñm glorie crucifixissent. Deus tu scis imprudentiã meã.

P

Et delicta mea a te nõ sunt abscondita. Hoc plane liquide et aperte q: ex ore corporis intelligendũ est. Delicta nulla christus habuit: Fuit delictoꝝ susceptor ſ nõ cõmissor. Et delicta mea a te nõ sũt abscondita: id est cõfessus sũ tibi omnia delicta mea: et ante os meũ vidisti ea in cogitatione mea: vidisti vulnera q̃ sanares. Sed vbi? Vtiqꝫ in corpore: in mẽbris: in illis fidelibus: vnde illi herebat iam mẽbrũ illud qđ cõfitebatur peccata sua. Et delicta inquit mea a te nõ sũt abscondita. Nõ erubescant in me qui expectãt te domine deus virtutũ. Rursus vox capitis: nõ erubescãt in me: Nõ dicatur illis: vbi est de quo ꝑsumebatis? Non dicatur illis: vbi est qui vobis dicebat: (Io. 14.) Creditis in deum et in me credite? Nõ erubescant in me qui expectant te dñe deus virtutũ. Nõ cõfundantur super me: qui querũt te deus israel. Potest hoc et a corpore intelligi: sed si corpus eius nõ vnũ hominem ponas: quia reuera nõ est vnus homo corpus eius: sed exiguũ mẽbrũ: Corpus aũt ex mẽbris cõstat. Corpus ergo eius plenũ tota ecclesia. Merito ergo dicit ecclesia: Nõ erubescãt in me q̃ expectãt te dñe deus virtutũ. Nõ sic affligar ab insurgẽtibus persecutoribus: nõ sic obterar ab inuidẽtibus inimicis meis: ab oblatrãtibus hereticis qui a me exierũt: quia nõ (1. Io. 2.) erant ex me. Nã si fuissent ex me: mecũ forsitan permansissent: Nõ sic eoꝝ scandalis ꝑmar: vt erubescãt in me q̃ expectãt te dñe deus virtutũ. Nõ cõfundantur sup me: q̃ querũt te deus israel.

Q

Quĩ ꝓpter te sustinui exprobrationẽ: operuit reuerentia faciem meã. Nihil magnũ est qđ dicat sustinui: ſ qđ dicat ꝓpter te sustinui. Si eĩ sustines q: peccasti: ꝓpter te sustines: nõ ꝓpter deũ. Que enĩ vobis gloria ẽ: ait petrus; (1. Pet. 2.) si peccantes punimini et suffertis? Si aũt sustines q: mandatũ dei seruasti: vere ꝓpter deũ sustines: et merces tua manet in eternũ: q: ꝓpter deũ sustinuisti opprobria. Ideo enĩ prior ille sustinuit: vt nos sustinere disceremus. Et si ille qui non habebat qđ illi obiiceretur. quanto magis nos qui etsi nõ habemus peccatũ qđ nobis obiicit inimicus: habemus tamẽ alterũ qđ digne i nobis flagelletur? Nescio quia te furẽ dicit: et nõ es fur: audis opprobrium:

nõ tamē sic nõ es fur: vt non sis aliq̃d qd deo displi-
cet. Porro si ille qui omnino nihil rapuerat: qui verissi
Ioh. 14. me dixerat: Ecce venit princeps mundi huius: et in me
Ioh. 9. nihil inueniet. dictus est peccator. dictus ē iniquus:
Math. 10. dictus est beelzebub: dictus est insanus: tu dedignaris
seruus audire pro meritis tuis: qd dñs audiuit nul-
lis meritis suis? Ille venit vt tibi preberet exemplū.
Quasi gratis hoc fecerit: si tu nõ proficis. Quare enī
ille audiuit: nisi vt tu cū audires nõ deficeres? Ecce
tu audis et deficis. Frustra ergo ille audiuit: Nõ enī pro-
pter se: sed propter te audiuit. Quoniā propter te sustinui ex-
probrationē: operuit irreuerētia faciē meā. Irreuerē-
tia inquit operuit faciē meā. Irreuerentia quid est? Nõ
confundi. Denique quasi vitiū videtur cū dicitur. irreuerēs
homo est. Magna irreuerētia hoīs nõ illū erubesce-
re. Ergo irreuerētia quasi impudentia est. Oportet
vt habeat christianus irreuerentiā istā: quando vene-
rit inter homines quibus displicet christus. Si erubue-
rit de christo: delebitur de libro viuentiū. Opus est er-
go vt habeas irreuerentiā: quādo tibi de christo in-
sultatur. qñ dicitur cultor crucifixi: adorator male mor-
tui: venerator occisi. Hec si erubueris: mortuus es.
Ibidem. Sententiā quippe ipsius vide qui neminē fallit: Qui
me erubuerit corā hoībus: et ego erubescā eū corā
angelis dei. Obserua igitur tu: sit in te irreuerētia. Fro-
tosus esto qñ audis opprobriū de christo: Prorsus
esto frōtosus. Quid times fronti tue: quā signo cru-
cis christi armasti? Hoc est enī: propter te sustinui ex-
probrationē. Et qz nõ de te erubui: qñ mihi propter te
R
Al. extraneus insultabatur: operuit irreuerentia faciē meā. † Alie-
peregrinus. natus factus sū fratribus meis: et hospes
filijs matris mee. Filius synagoge hospes factus
uissimo: et in ciuitate sua imaginem talium ad nihilum
redigat. Qui autem diues est: hoc modo sit quo prece
pit apostolus: Precipe inquit diuitibus huius mun (1. Timoth. 6.)
di non superbe sapere: neque sapere in incerto diuitia
rum suarum: sed in deo viuo: qui prestat omnia no
bis abundanter ad fruendum. Abstulit superbiam di
uitum: dat consilium. Quasi dicerent: diuites sumus:
superbire nos prohibes: iactare pompas diuitiarum
nostrarum vetas. Quid ergo facturi sumus de istis di
uitiis? Vsque adeo non est quod inde fiat? Diuites (Ibidem.)
inquit sint in operibus bonis: facile tribuant: com
municent. Et quid prodest hoc? Thesaurizent sibi
fundamentum bonum in futurum: vt apprehendant veram
vitam. Vbi debent sibi thesaurizare? Quo misit iste
oculum intrans in sanctuarium dei? Exhorrescant om
nes fratres nostri diuites: abundantes pecunia: au
ro: argento: familia: honoribus: exhorrescant quod
modo dictum est: Domine in ciuitate tua imagines
eorum ad nihilum rediges. Nonne digni sunt hec pa
ti: vt deus in ciuitate sua imaginem eorum ad nihilum
redigat: quia et ipsi in ciuitate sua terrena: imagines
dei ad nihilum redigerunt? In ciuitate tua imaginem
eorum ad nihilum rediges. Quia † delectatum (Al. † inflammatum)
est cor meum. Dicit quibus rebus temptatur: quia dele
ctatum est cor meum. Et renes mei † mutati (Al. † commutati)
sunt. Quando me delectauerunt temporalia ista: mu
tati sunt renes mei. Potest et sic intelligi: quia dele
ctatum est cor meum in deum: et renes mei mutati sunt:
id est libidines mee mutate sunt: et castus totus fa
ctus sum. Renes mei mutati sunt. Et audi quomo
do. Et † ego ad nihilum redactus sum et (Al. † non habe[illegible])
† non cognoui. Ego ille qui modo ista dico de di († nesciui.)
uitibus: aliquando talia desideraui: ideo et ego ad ni
hilum redactus sum: quando pene effusi sunt gressus
mei. Et ego ad nihilum redactus sum: et non cogno
ui. Non est ergo desperandum: et de illis in quos
talia dicebam. Quid est non cognoui? † Quasi pe (Al. † Et iumentum.)
cus factus sum † ad te: et ego semper tecum. († apud.)
Multum interest inter vnum et alios. Ille quasi pe

cus factus est desiderando terrena: quãdo redactus
ad nihilũ nõ cognouit eterna. Sed nõ recessit a deo
suo: quia non illa desiderauit a demonibus: a dia-
bolo. Hoc enĩ iam vobis cõmẽdaui. Uox est syna-
goge: id est illius populi qui non seruiuit idolis. Pe
cus quidẽ factus sum: a deo meo terrena desiderãs:
sed nunq̃ recessi ab ipso deo meo. Quia ergo q̃uis
T
Er. † dexteram factus pecus: non recessi a deo meo sequitur: Te-
meam. nuisti manum dextere mee. Non dixit manũ
dexteram meã: sed manum dextere mee. Si dextera
manus est: manus habet manũ. Manũ tenuisti dex
tere mee: vt deduceres me. Quid posuit manũ? Po
testatem. Hoc enĩ dicimus quemq̃ habere i manu
quod habet in potestate: quomõ dixit diabolus deo
Iob. j. de iob: Mitte manũ tuam: & tolle que habet. Quid
est mitte manũ tuam? Da potestatem. Manum dei:
Prouerb. 18. potestatẽ dei dixit: sicut scriptũ est alio loco: Mors
et vita in manibus lingue. Nunquid lingua manus
habet? Quid est in manib⁹ lingue? In potestate lin-
Matth. 12. gue. Quid est in potestate lingue? Ex ore tuo iustifi
caberis: & ex ore tuo condemnaberis. Tenuisti ergo
manũ dextere mee: potestatem dextere mee. Que est
dextera mea? Quia ego semp tecum. In sinistra ha-
bebam: quia pecus factus sum: id est quia terrena in
me fuit concupiscentia: Sed dextera mea erat: quia
semp tecum eram. Huius dextere mee: manũ tenui-
Ioh. j. sti: id est potestatem dedisti. Quam potestatem? De
disti eis potestatẽ filios dei fieri. Cepit esse iam inter
filios dei ad nouũ testamentũ pertinens. Uide quõ
Et. † Et. retenta est manus dextere eius. † In voluntate
tua deduxisti me. Quid est in volũtate tua? Nõ
meis meritis. Quid est in voluntate tua? Audi apo
stolum: qui fuit pecus primo terrena desiderans: et
j. Timoth. j. fm vetus testamentum viuens. Quid ait? Qui pri
mo fui blasphemus: & persecutor: & iniuriosus: s mi
sericordiam consecutus sum. Quid est in voluntate
Al. in. tua? Gratia dei sum id quod sum. Et † cũ gloria
Al. † suscepisti. † assumpsisti me. Iam quod assumptus est: et in
qua gloria quis explicat? Quis dicit? Expectemus
hoc: qr in resurrectione erit: in nouissimis erit: Cum
gloria assumpsisti me. Et cepit cogitare felicitatem
ipsam celestem: et arguere se: quia pecus fuit: & terre
V
na desiderauit. Quid enĩ mihi est in celo: & a
te quid volui super terram? Ex voce vestra in
De ciuitate. tellexisse vos video. Comparauit voluntati sue ter-
25. in fine. rene premiũ celeste quod accepturus est: vidit quid
ibi sibi seruaretur: & cogitans & estuans in cogitatio-
ne cuiusdam rei ineffabilis: quam nec oculus vidit:
j. Cor. 2. nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit: non
dixit illud: aut illud mihi est i celo: sed quid mihi est
in celo. Quid est illud qd habeo in celo? Quantum
est? Quale est? Quid est? Et cũ nõ trãsijt: quod ha-
beo in celo a te: quid volui sup terram? Seruas mi-
hi tu: s dicam vt possum: sed date veniam: Accipite
conatum meũ: deuotionem nitendi: nam explicandi
nulla facultas est. Seruas inquit mihi tu in celo di-
uitias immortales te ipsum: & ego volui a te in terra
quod habent & impij: qd habent & mali: quod habẽt
et facinorosi: pecuniã: aurũ & argẽtum: gemmas: fa-
milias: quod habent et scelerati multi: quod habent
multe femine turpes: multi viri turpes. Hec p ma-
gno desideraui a deo meo super terram: cum seruet
se mihi in celo deus meus. Quid enĩ mihi est i celo?

Ostendere habet ipsum quid? Et a te quid volui su-
per terram? Defecit † cor meum & caro mea: Et † [illegible]
deus cordis mei. Hoc ergo mihi est in celo ser- cor [illegible]
uatum. Deus cordis mei. Et pars mea deus [illegible]
† meus. Quid est fratres? Inuenimus diuitias no
stras: eligat sibi partes genus humanum. Uideam⁹
homines cupiditatum diuersitate dilaniari: Eligãt
alij militiam: alij: aduocationem: alij diuersas vari-
asq; doctrinas: alij negociationem: alij agriculturã:
Istas partes sibi faciant de rebus humanis: clamet
populus dei: Pars mea deus meus. Nõ ad tẽpus
pars mea: sed pars mea deus: † In secula. Etiã Et [illegible]
et si sp habeo: qd habeo? Deũ et si semp haberem:
q̃ magnum bonum haberem. Huc accedit quia de
us seipsum mihi promittit: et id me i eternum habi-
turum promittit. Tantum habeo: et nunq̃ non ha-
beo. Magna felicitas pars mea deus. Quãdiu? In
secula. Quomodo? Ecce vide quomõ illũ amauit.
Fecit cor castũ: Deus cordis mei: & ps mea de⁹ in
secula. Factum est cor castum: gratis iam amatur
deus: Nõ ab illo petitur aliud premium. Qui aliud
premium petit a deo: et propterea vult seruire deo:
carius facit quod vult accipere: q̃ ipsum a quo vult
accipere. Quid ergo? Nullum premiũ dei? Nullũ
preter ipsum. Premiũ dei: ipse deus est. Hoc amat:
hoc diligit: si aliud dilexerit: non erit castus amor.
Recedis ab igne immortali: frigesces: corrumperis.
Noli recedere: corruptio tua erit: fornicatio tua erit
Iam iste redit: iam iste penitet: iam penitẽtiã iste eli
git. iam dicit: pars mea deus. Et quomodo delecta-
tur in ipso quem partẽ sibi elegit? † Ecce qui lõ [illegible]
ge faciunt se a te: peribunt. Iste ergo recessit a [illegible]
deo: sed non longe: quia quasi pecus factus sum in-
quit: et ego semp tecum. Illi vero longe recesserunt:
quia non solum terrena desiderauerunt: sed ea a de-
monibus & a diabolo petierunt. Qui longe se faciũt
a te: peribunt. Et quid est. longe a deo fieri? Per- [illegible]
didisti † omnẽ qui † fornicatur abs te. Huic [illegible]
fornicationi ptrarius est amor cast⁹. Quis est amor
castus? Amat iam anima sponsum suum. Quid ab
illo querit: ab sponso suo quẽ diligit? Forte quomõ
sibi eligunt homines aut generos: aut sponsos fe-
mine eligunt: Forte diuitias & aurũ ei⁹ amat: & fun-
dos: & argentum: & pecuniam: & equos: & familiam:
et cetera? Absit. Iste ipsum solũ amat: gratis amat:
quia in ipso habet omnia: quia per ipsum facta sunt Ioh. j.
omnia. Perdidisti inquit omnem qui fornicat abs
te. Tu aũt quid facio? Mihi autem adherere
deo bonum est. Hoc est totum bonũ. Uultis am
plius? Doleo volentes. Fratres: quid vultis ampli
us? Deo adherere nihil est melius: quando videbi- j. Cor. [illegible]
mus facie ad faciem. Modo ergo quid? Quia adhuc
peregrinus loquor: Adherere deo inquit bonũ est:
sed modo in peregrinatione: quia nõdum venit res.
Ponere in † deo spem meam. Quãdiu ergo [illegible]
nõdum adhesisti: ibi pone spem. Fluctuas: premit-
te ad terram hanc ancoram: Nondum heres per p-
sentiam: inhere per spem. Ponere in deum spem me-
am. Et quid hic ages ponẽs in deo spem tuam? Qd
erit negociũ tuum: nisi vt laudes quem diligis: & fa-
cies te cum coamatoribus eius? Ecce si amares au-
rigam: non raperes ceteros: vt tecũ amarent? Ama
tor aurige quacunq; transit loquitur de illo: vt cum

illo eum ament et ceteri. Gratis amant flagiciosi homines: et a deo premium queritur vt ametur? Amatum gratis: nulli inuideas deum. Rapite eum quotquot potestis: quotquot possessuri estis: nõ fit angustus. Nullos in illo limites facietis: totum singuli possidebitis: et totum omnes habebitis. Ergo hoc fac cũ hic es: id est cum ponis in deo spem tuam. Quid enim hic sequitur? Ut annunciem omnes laudes tuas in atrijs filie sion. Ut annunciem omnes laudes tuas. Sed vbi? In atrijs filie sion: quia predicatio dei preter ecclesiam inanis est. Parum est laudare deum et annunciare omnes laudes eius. In atrijs filie sion annuncia. Ad vnitatem attende: noli diuidere populum: sed rape ad vnum et fac vnum. Oblitus sum quamdiu dixi: Iam finito psalmo: ex isto odore coniicio me diuturnum habuisse sermonem: sed studijs vestris non sufficio. Uiolenti estis nimis: vtinam ista violentia rapiatis regna celorum.

Explicit tractatus de ps. LXXII.

Incipit tractatus de ps. LXXIII.

A Psalmi huius titulus est: Intellectus asaph. Asaph latine congregatio: grece synagoga dicitur. Uideamus quid intellexerit ista synagoga. Nos autem intelligamus primitus synagogam: exinde intelligemus quid intellexerit synagoga. Omnis congregatio generali nomine synagoga appellatur: et pecorum et hominum potest dici congregatio. Non autem hic pecorum congregatio est quando audiuimus intellectum. Nam homo si neglexerit intellectum in honore positus: quid de illo dictum est: audi: Homo in honore positus non intellexit: cõparatus est iumentis insensatis: et similis factus est illis. (Ps. 48.) Quia ergo non est pecorum congregatio: nec diu differendum est nec diligentius commendandum est: sed quia hominum est: quorum hominum sit: hoc debemus intelligere. Non vtique eorum hominum est qui in honore positi non intelligentes comparati sunt iumentis insensatis: et similes facti sunt eis: sed eorum qui intelligunt. Prescribit enim hoc titulus psalmi dicens: Intellectus asaph. Intellectus ergo quedam congregatio est: cuius vocem audituri sumus. Sed quoniam proprie synagoga dicta est congregatio populi israel: ita vt vbicunque audierimus synagogam: non iam soleamus intelligere nisi populum iudeorum: videamus ne forte ipsius vox sit in isto psalmo. Sed qualium iudeorum: et qualis populi israel? (Matth. 3.) Non enim palee sed forte frumenti: nõ ramorum fractorum: sed forte confirmatorum. (Roma. 11.) Non enim omnes qui sunt ex israel. hi sunt israelite: sed in isaac inquit vocabitur tibi semen: hoc est non hi qui filij carnis: hi filij dei: sed filij promissionis deputantur in semine. (Roma. 9.) Sunt ergo quidam israelite ex quibus erat ille: de quo dictum est: Ecce vere israelita in quo dolus nõ est. (Ioh. 1.) Non secundum hoc dico quod et nos israelite sumus: quia et nos semen abrae sumus. Gentibus quippe loquebatur apostolus cum diceret: Ergo abrae semen estis secundum promissionem heredes. (Gal. 3.) Secundum hoc ergo omnes israelite qui sequimur vestigia fidei patris nostri abrae. Sed illo modo hic intelligamus israelitarum vocem: quomodo dixit apostolus: Nam et ego israelita sum ex semine abrae de tribu beniamin. (Roma. 11.) Hic ergo intelligamus quod prophete dixerunt: Reliquie salue fient. Reliquiarum itaque sal- (Roma. 9.)

B uatarum audiamus hic vocem: et loquatur synagoga que acceperat vetus testamentum: et intenta erat in promissa carnalia: et ex hoc factum est vt nutarent ei pedes. Nam et in alio quodam psalmo: vbi titulus etiam habet asaph: quid dicitur? Quam bonus deus israel rectis corde. (Ps. 72.) Quare rectis corde? Mei autem pene cõmoti sunt pedes. Et quasi diceremus: vnde tibi cõmoti sunt pedes? Paulominus inquit effusi sunt gressus mei: quia zelaui in peccatoribus pacem peccatorum intuens. (Ibidem.) Cum enim secundum promissa dei ad vetus testamentum pertinentia expectaret felicitatem terrenam: animaduertit eam abũdare apud impios in his rebus quas expectauerat a deo: pollere illos qui non colerent deum: et tanquam sine causa deo seruisset: nutauerũt pedes eius. Ibi enim dicit: Ecce ipsi peccatores et abũdantes in seculo obtinuerunt diuitias. Numquid in vano iustificaui cor meum? Uidete quemadmodum paulominus effusi sunt gressus eius: vt iam sibi dicat anima: Que vtilitas quia seruio deo? Ecce ille non seruit et felix est: ego seruio et laboro. Postremo puto: quia et ego felix sum: quando et ille felix est qui nõ seruit: quare me putem ideo felicem esse quia seruio? Ille autem psalmus cuius testimonium produxi precedit istum quem nunc in manibus habemus. Oportune autem nõ ex nostra sed ex dei dispensatione factum est: vt modo audiremus ex euangelio: Quia lex per moysen data est: gratia et veritas per iesum christum facta est. (Ioh. 1.) Si enim discernimus

C duo testamenta: vetus et nouum: nõ sunt eadem sacramenta: nec eadem promissa: eadem tamen pleraque precepta. Nam nõ occides: nõ mechaberis: nõ furaberis: honora patrem et matrem: non falsum testimonium dixeris: nõ concupisces rem proximi tui: et nõ concupisces vxorem proximi tui: et nobis preceptum est: et quisquis ea nõ obseruauerit: deuiat: nec omnino dignus est qui accipere mereatur montem sanctum dei: de quo dictum: Quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo? Innocens manibus et mundo corde. (Exo. 20.) (Ps. 14.) Hec dicimus fratres charissimi: vt omnes de nouo testamento discatis: nõ inherere terrenis rebus: sed celestia adipisci. Discussa ergo precepta: aut omnia eadem inueniuntur: aut vix aliqua in euãgelio que non dicta sint a prophetis. Precepta eadem: sacramenta non eadem: promissa nõ eadem. Uideamus quare precepta eadem: quia secundum hec deo seruire debemus. Sacramenta non eadem: quia alia sunt sacramenta dantia salutem: alia promittentia saluatorem. Sacramenta noui testamenti dant salutem: sacramenta veteris testamenti promiserunt saluatorem. Cum ergo iam teneas promissa: quid queris promittentia saluatorem: iam habens? Hoc dico: teneas promissa: nõ quod iam acceperimus vitam eternam: sed quia iam venerit christus qui per prophetas prenunciabatur. Mutata sũt sacramenta: facta sũt faciliora: pauciora: salubriora: feliciora. Promissa quare nõ eadem? Quia promissa est terra chanaan: terra copiosa: fructuosa: affluens lacte et melle: promissum regnum temporale: promissa felicitas seculi: promissa fecunditas filiorum: promissa subiectio inimicorum: (Exo. 3.) Hec omnia ad terrenam felicitatem pertinent. Sed quare ipsa primo promitti oportebat? Quia nõ primo quod spirituale est: sed quod animale: postea inde spirituale. (1. Cor. 15.) Primus homo de terra terrenus: secundus hõ de celo celestis: Qualis terrenus: tales et terreni: et qualis celestis: tales et celestes. Sicut portauimus imaginem terreni: portemus et imaginem eius qui de

cęlo est. Ad imaginem terreni pertinet vetus testa-
mentum: ad imaginem cęlestis nouũ testamentum.
Sed ne quisq̃ putaret ab alio factum esse hominem
terrenum: ab alio cęlestẽ: ideo deus ostendens se esse
vtriusq̃ creatorem: etiam vtriusq̃ testamenti se esse
voluit auctorem: vt et terrena promitteret in veteri te-
stamento: et cęlestia in nouo testamento. Sed tãdiu
primus homo terrenus es: q̃diu terrena sapis. Nã et ali
quid quoniã puero dant quedam puerilia ludicra:
quibus puerilis animus auocetur: propterea grande-
scenti nummi non excutiunt e manibus. vt aliqd iã vti
lius tractet: qd grandem decet? Verumtamẽ tu ipse
dedisti filio tuo et nuces paruulo et codicem grandi.
Non ergo quia illa quasi ludrica puerorum deus per
nouũ testamentũ excussit de manibus filiorũ: vt ali
quid vtilius daret grandescentibus: propterea prio
ra illa non ipse dedisse putãdus est? Ipse vtrunq̃ de-
Ioh. i. dit. Sed lex ipsa per moysen data est: gratia et veritas
per iesum christum facta est. Gratia: quia impletur
per charitatem: qd per litteram videbatur: veritas quia
redditur qd promittebatur. Hoc ergo intellexit asaph
iste. Deniq̃ omnia que iudeis promissa fuerant ab-
Daniel. 9. lata sunt. Vbi est regnum eorũ? Vbi templum: vbi
vnctio: vbi sacerdos: vbi iam apud illos prophete?
Ex quo venit qui per prophetas predicabatur in illa
gente: iam nihil horum est: Iam perdidit terrena: et
nondum querit cęlestia. Inherere ergo terrenis: quã-
uis ea deus donet: non debes. Verumtamẽ non quia
eis inherere nõ debemus: aliũ ea dare: nisi deum cre
dere debemus. Ipse ea dat: sed noli pro magno ex-
pectare ab eo bonũ: qd dat et non bono. Nam si pro
magno ea daret: malis ea non daret. Ideo autem ea
voluit dare et malis: vt discant boni aliud ab eo que-
rere: qd nõ dat et malis. Illi aũt inherentes terrenis
miseri: et non de illo presumentes qui fecit cęlũ et ter-
ram: qui eis dedit et ipsa terrena: qui eos etiã tempo
Exo. 14. raliter de egypti captiuitate liberauit: qui eos per di
uisum mare duxit: qui eorũ inimicos persequentes
fluctibus obruit: non in illo presumẽtes qui daret vtri
q̃ cęlestia grandibus: sicut terrena paruulis dedit: ti-
mentes perdere qd acceperant: occiderunt qui dede
rat. Hec dicimus fratres: vt omnes de nouo testamẽ
to discatis non inherere terrenis. Si enim illi inexcu-
sabiliter terrenis inheserunt: quibus ipsum nouũ te-
stamentũ nondum fuerat reuelatum: quanto inexcu
sabilius terrena sectant: quibus iam promissa cęle-
stia in nouo testamẽto reuelata sunt? Nam recolite
fratres mei quid dictũ sit a persequentibus christũ:
Ioh. xi. Si dimiserimus eũ sic: venient romani et tollent nobis
et locum et gentem. Videte quia timendo terrena per-
dere: regem cęli occiderunt. Et quid eis factum est?
Perdiderũt etiã ipsa terrena: Et vbi occiderũt chri-
stũ: ibi occisi sunt. Et cum terrã nolentes perdere: da-
torem vite occiderũt: eandẽ terrã occisi perdiderũt:
Et eo tempore quo illum occiderunt: eo ipso tempore
Iosephus de iu- admonentur: quare ista perpessi sunt. Quando enim
daico bello. euersa est ciuitas iudeorum: pascha cęlebrabãt: et in mul
tis millibus hominũ tota ipsa gens conuenerat ad il-
lius festiuitatis celebrationẽ. Ibi deus per malos
quidem sed tamen ille bonus: per iniustos sed iustus
et iuste ita in eos vindicauit: vt perimerentur multa
milia hominum: et ipsa ciuitas euerteretur. Hoc in
isto psalmo plangit intellectus asaph: et in ipso plan

ctu tanq̃ intellectus discernit terrena a cęlestibus:
discernit vetus testamentum a nouo testamento: vt
videas per que transeas: quid expectes: quid relin-
quas: quibus hereas. Sic ergo cępit.

Expositio psalmi.

V Et quid repulisti nos deus in finẽ.
Repulisti in finẽ ex persona populi iudeorum: ex per-
sona cõgregationis que proprie synagoga
appellatur. Ut quid repulisti nos deus in finẽ? Non
reprehendit: sed querit vt quid: Quare: ob rem: propter quid
hoc fecisti? Quid fecisti? Repulisti nos in finẽ. Quid
est in finem? Forte vsq̃ in finem seculi. An repulisti
nos in christo qui finis est omni credenti? Ut quid enim Roma. 10.
repulisti nos deus in finem? Iratus est animus
tuus super oues gregis tui. Quare iratus est
super oues gregis tui: nisi quia terrenis inhereba-
mus: et pastorem non agnoscebamus? Memen-
to congregationis tue: quam possedisti ab
initio. Nunquid ista potest esse vox gentium? Nun-
quid gentes possedit ab initio? Sed possedit semen
abrahe populũ israel etiã secundum carnẽ natum de patriar
chis patribus nostris: quorum nos filij facti sumus:
non veniendo de carne: sed imitando fidem. Illi aũt
a deo possessi ab initio: quid eis contigit? Memen-
to congregationis tue quam possedisti ab initio.
Redemisti virgam hereditatis tue. Ipsam
congregationẽ tuã virgã hereditatis tue redemisti.
Hanc ipsam cõgregationẽ dixit virgam hereditatis.
Respiciamus ad factũ primũ: quando voluit possidere
ipsam cõgregationem liberans illam de egypto: qd
signũ dederit moysi cum diceret moyses ei: Quod
signũ dabo vt credãt mihi quia tu me misisti? Et de- Exo. 4.
us ait ad illum: Quid in manu tua portas? Virgam:
Proijce illã in terrã. Et dimisit virgam in terrã: et fa
cta est serpẽs: et expauit moyses: et fugit ab eo. Et ait
illi dominus: Apprehende caudã eius. Et apprehen
dit: et reuersa est in statũ suum virga facta: sicut antea
virga erat. Quid significat? Non enim frustra factum
est. Interrogemus litteras dei. Quid serpens persua-
sit homini? Mortem. Ergo mors a serpente. Si mors Gen. 3.
a serpente: virga in serpente: christus in morte. Ideo
etiam cum a serpentibus in deserto morderentur et ne-
carentur: precepit dominus moysi: vt serpentẽ eneum Nume. 21.
exaltaret in heremo: et admoneret populũ: vt quisquis Ioh. 3.
a serpente morsus esset: illum intueretur et sanaretur. Sic
et fiebat. Sic et homines a veneno: morsi a serpentibus
sanabantur intuẽdo serpentẽ. Sanari a serpẽte magnũ
sacramẽtũ. Quid est: intuẽdo serpentẽ sanari a serpẽ-
te? Credẽdo in mortuũ: saluari a morte. Et tamen ex- Exo. 4.
pauit: et fugit moyses. Quid est: ab illo serpente fu-
gisse moysen? Quid fratres: nisi qd scimus in euange-
lio factũ? Mortuus est christus: et expauerunt disci- Luce. 24.
puli: et ab illa spe in qua fuerant recesserunt. Sed quid
dictũ est? Apprehende caudam eius. Quid est cau-
dã? Posteriora comprehende. Hoc significauit et Exo. 4.
illud: Posteriora mea videbis. Primo factus est serpẽs: Exo. 33.
sed cauda retẽta facta virga. Primo occisus: et postea
resurrexit. Est etiam in cauda serpentis finis seculi:
quia sic modo mortalitas ecclesie ambulat. Alij eunt: alij ve
niunt per mortẽ tanq̃ per serpentem: quia a serpen-
te mors seminata est. Sed in fine seculi: tanq̃ cau-
da redimus ad manũ dei: et efficimur stabilitũ regnũ
dei. vt impleatur in nobis: Redemisti virgam heredi-

tatis tue. Sz qr synagogę vox ē: Redemisti aūt vir
gā hereditatis tue: magis apparet in gentib⁹. Occul
ta aūt spes iudeorū: vel eorū qui futuri sunt vt cre
dant: vel eorum qui eo tempore crediderunt: quan
Act. 2. do misso spiritusancto: discipuli oim gentiū linguis
locuti sūt. Tūc em̄ aliq̄t milia de iudeis ipsis christi
crucifixorib⁹: crediderūt: Et qr ꝓpe iuēti erāt: ita cre
Act. 4. diderūt: vt oia q̄ habebāt vēderēt: ⁊ p̄cia rez suarū
an̄ pedes aplo₄ ponerēt. Quia ḡ occultū erat hr̄ ma
gisq̄ redemptio virge dei clara futura erat in genti
b⁹: exp̄mit vñ dicat qd̄ dixit: Redemisti virgā here
ditatis tue. Hoc dixit non de gentibus in quib⁹ ma
Al. Mons. nifestā ē. Sed vnde: † Mōtem sion. Ad hec
Al. in quo. et mōs sion potest aliter intelligi: Istū: In † quē
habitasti in † ipso. Ubi erat populus ante: vbi in
stitutum templū: vbi celebrata sacrificia: vbi omnia
illo tempore necessaria christū promittēta. Promis
sio cum redditur: res iam fit supflua: Nā anteq̄ red
datur qd̄ ꝑmittit: necessaria est ipsa ꝑmissio: ne pro
missum sibi obliuiscat cui ꝑmittit: ⁊ non expectādo
moriat. Oportet ergo vt expectet: vt cū venerit ac
cipiat: Ideo nō debet deserere ꝑmissionē. Propter
hoc non deserebant figure: vt veniēte die: vmbre tol
6 lerent. Montē sion istum quē inhabitasti in ipso.
Leua manus tuas in superbias. *Eleua manum tuam in superbiā eorū in
finem. Quomō nos repellebas in finem: sic eleua
manum tuā in superbiā eo₄ in finem. Quorū super
biam: A quibus euersa est hierusalem. A quibus
aūt: nisi a regibus gentiū: Bene eleuata est manus
eius in superbiā eo₄ in finē: Nam ⁊ ipsi iam christū
Roma. 10. cognouerunt. Finis em̄ legis christus ad iusticiam
omni credēti. Q̄ bene illis optat: Quasi iratus loq̄
tur: ⁊ maledicere videt: Et vtinā eueniat qd̄ maledi
cit: imo iaz in nomīe christi euenire gaudeamus. Iā
tenētes sceptrū: fodiunt ligno crucis: Iam fit quod
Ps. 71. p̄dictum est: Adorabunt eum omnes reges terre: om
nes gentes seruient illi. Iam in frontibus regum p̄
ciosius est signum crucis: q̄ gēma diadematis. Ele
ua manum tuā in superbiā eorū in finem. Quan
Al. quanta ... ta † maligne operatus est inimicus in † san
ctis tuis: In his quę sancta tua erant: id est in tem
plo: in sacerdotio: in illis omnibus sacramentis que
illo tempore fuerunt: quanta maligne operatus est
inimicus: Reuera inimicus tunc operatus est. Gen
tes em̄ tunc quę hoc fecerunt: deos falsos colebant:
simulacra adorabant: demonibus seruiebāt. Opa
ti sunt tamen multa mala in sanctis dei. Quādo pos
sent: nisi p̄mitterent: Quando aūt p̄mitterent: nisi
iā gēs scā illa p̄ma ꝑmissa si eēnt: cū ipe q̄ ꝑmiserat
teneret: Ergo q̄nta malignatus est inimicus in san
Al. habet. ctis tuis q̄ oderūt te. Et gloriati sunt † omnes
qui oderunt te. Seruos attēde demonū: seruos
simulacrorū: quales tunc gentes erant: quādo euer
terunt templū ⁊ ciuitatē dei. Et gloriati sunt: In
medio solēnitatis tue. Mementote qd̄ dixi tūc
euersam esse hierlm̄: cū ipsa solēnitas ageret: in qua
solēnitate dn̄m crucifixerūt. Congregati seuierunt:
cōgregati perierūt. Posuerunt signa sua si
K gna ⁊ nō cognouerūt. Habebāt signa sua que
ibi ponerent: vexilla sua: aquilas suas: dracones su
os: signa romana: aut etiā statuas suas: quas p̄mo
in templo posuerūt: aut forte signa sua que audierāt
a vatibus demonū suo₄: ⁊ non cognouerunt. Quid

non cognouerunt: Quia non haberes in me ptātē: Job. 19.
nisi tibi data esset desup. Non cognouerūt: qr nō ip
sis honor delat⁹ est: vt affligerēt: vt caperēt: vel euer
terent ciuitatē: sed īpietas eo₄ tanq̄ securis dei fa
cta est. Facti sunt instrumentum irati: non regnum
placati. Facit hoc em̄ deus: qd̄ plerumq̄ facit hō.
Aliquando iratus homo apprehendit virgā iacentē
in medio fortasse qualecunq̄ sarmentū: cędit inde fi
lium suū: ac deinde ꝓicit sarmentū in ignem: ⁊ filio
seruat hereditatē. Sic aliquādo deus p̄ malos eru
dit bonos: ⁊ per temporalē potentiā damnandorū:
exercet disciplinam liberandorū. Quid em̄: Putat
fratres: quia vere sic data est disciplina illi genti: vt
omnino periret: Quanti inde postea crediderūt: q̄nti
adhuc credituri sūt: Alia est palea: aliud frumentū:
sup vtrunq̄ tñ intrat tribula: ⁊ sub vna tribula aliud
comminuit: aliud purgat. Quantū bonū p̄stitit nobis
de⁹ de malo iude traditoris: De ipsa seuitia iudeo₄:
quātū bonū p̄stitū est fidelibus gentib⁹: Occisus
est christus: vt esset in cruce qd̄ attenderet qui esset Numeri. 21.
a serpente pcussus. Sic ergo ⁊ isti forte a diuinis su
is audierāt: qr debuerunt ire ad hierlm̄: ⁊ capere eā:
⁊ cū cepissent atq̄ euertissent eam: dixerūt sibi qd̄
a demonibus suis factū sit. Posuerunt signa sua si
gna: ⁊ non cognouerūt. Quid nō cognouerunt:
Sicut in † egressu desuper. Quia nisi desuper Al. in exitu summum.
egrederetur iussio: nunq̄ seuientibus gentibus in il
lorum populū talia licerent. Sed egressum est de
super: quomodo dicit daniel a principio orationis
sue: Egressus est sermo. Hoc et dn̄s ipsi pilato insliā Daniel 9.
ti se: ⁊ ponenti signa sua signa: ⁊ nō cognoscenti ⁊ di
centi ad ad christum: Mihi non respōdes: nescis q̄a
potestatē habeo occidendi te: ⁊ potestatē habeo di
mittēdi te. Et dn̄s ad inflatū: tāq̄ vesicā inflatā pū
gēs: Nō haberes īquit ī me ptātē: nisi datū eēt tibi Job. 19.
desup. Sic ⁊ hic Posuerūt signa sua signa: ⁊ non co
gnouerunt. Quomodo non cognouerunt: Sicut in
egressu desup. Quomodo egressus factus fuerat de
super: vt hoc impleret: Nunquid sic illi cognoscere
potuerunt: Iam pcurram⁹ versus istos euersa hie
rusalem: ꝑterea qr ⁊ manifesti sunt: ⁊ non libet īmo
rari nec ī pęna inimico₄. Quasi in sylua ligno
I rum securibus † conciderūt ianuas eius in Al. ceciderunt ...
idipsū: in † dolabro ⁊ in fractorio deiecerūt
eam. Id est conspiranter: constanter in dolabro et
fractorio deiecerūt eam. Incenderunt igni san
ctuarium tuum: polluerunt in terra taber 4. Reg. 25.
naculum nominis tui. Dixerunt in corde
suo cognatio eorum † inter se. Quid dixerūt: Al. simul.
† Uenite cōprimam⁹ omnes solēnitates dn̄i Al. quiescere faciamus omnes ... festos dei a ...
de terra. Dn̄i: et psona huius iterpositū est: id est
et psona asaph. Non em̄ illi seuiētes dominū appel
larent: cuius templum euertebant. Uenite cōprima
mus oēs solēnitates domini de terra. Quid asaph:
Quid intellectus asaph in his: Quid: Nō proficit
vel disciplina data: Mentis prauitas non corrigi
tur: Euersa sunt omnia que primo erant: Nusq̄ sa
cerdos: nusq̄ leuita iudeo₄: nusq̄ victima: nusq̄ tē
plum. Ergo nihil aliud cognoscendum est nisi quod
huic decedēti successit. Aut vero h̄ ꝑmissū signū nō
auferret: nisi venisset qd̄ ꝑmittebat: Uideamus ḡ
hoc modo itellectū asaph: videamus si ꝓficit ex tri
bulatiōe. Attēde quid dicat: Signa nostra nō

vidimus: iam nō est propheta: ⁊ nos non
Al. sampl. ne. cognoscet adhuc. Ecce isti iudei qui se dicunt
nō agnosci adhuc: id est in captiuitate adhuc se esse:
nondum se liberari: expectāt adhuc christum. Uen-
turus est christꝰ: sed veniet vt iudex: Primo voca-
tor: postea discretor veniet: quia venit: ⁊ eum ventu-
rum esse manifestum est: Sed iam desup veniet. Ān-
te erat o israel: Quassatꝰ es: quia offendisti in iacen-
tem: ne conteraris obserua desuper venientem. Ita
Luce. 20. em̄ predictum est per prophetam. Quisquis offen-
derit in lapidem illum: cōquassabitur: et super quem
venerit conteret eum. Conquassat paruos: conteret
magnos. Iam signa tua non vides: iam non est pro-
pheta: ⁊ dicis: Et nos non cognoscet adhuc: q̄a vos
non agnoscitis adhuc. Iam nō est propheta: ⁊ nos
non cognoscet adhuc. Usqquo deus ⁺ expro-
Al. improperabit. brabit inimicus: Clama quasi derelictus: quasi
R desertus: clama tanq̄ eger qui medicum cedere q̄
curari maluisti: Nō te agnoscit adhuc. Uide quid fe-
cerit qui te non agnoscit adhuc. Etenim quibus nō
Esa. 55. est annunciatum de eo videbunt: ⁊ qui non audierūt
intelligent: ⁊ tu adhuc clamas: iam non est prophe-
ta: ⁊ nos non cognoscet adhuc: Ubi est intellectus
tuus: Irritat aduersarius nomen tuum in
finem. Ad hoc irritat aduersarius nomen tuum in
finem: vt iratus corripias: corripiens cognoscas in
finem: aut certe in finem vsq ad finem. Usq ad quē
finem: Quousq cognoscas: quousq clames: quo-
usq apprehensa cauda redeatur ad regnum. Ut
quid auertis manum tuam: ⁊ dexteram tu-
am de medio sinu tuo in finem: Iterum aliō
signum quod datum est moysi. Quomodo em̄ supe-
rius de virga signum: ita ⁊ de dextera. Cum em̄ illud
Exo. 4. factum esset de virga: dedit deus alterū signū: Mit-
te inquit manū tuam in sinū tuū: Et misit: Produc
eam: Et produxit: ⁊ inuenta est alba: id est immūda.
Albor em̄ in cute: lepra est: non candor. Ipsa em̄ he-
reditas dei: id est populus eiꝰ foras ab eo missus: im-
mundus factus est. Sed quid illi ait: Reuoca eam
in sinum tuū: Reuocauit: ⁊ reuersa est ad colorē su-
um. Quando hoc facis ait asaph iste: Quousq dex-
teram tuam alienas a sinu tuo: vt foris immūda re-
maneat: Reuoca eam: redeat ad colorem: agnoscat
saluatorem. Ut quid auertis manū tuam: et dexterā
tuam de medio sinu tuo i finem: Hec clamat cecus
non intelligens: ⁊ hoc deus facit qō facit. Quare em̄
venit christꝰ: Cecitas ex pte in israel facta est: vt ple-
Roma. 11. nitudo gentiū intraret: ⁊ sic omis israel saluus fieret.
Ergo iam asaph agnosce qō precessit: vt vel seque-
ris si precedere non potuisti. Non em̄ frustra venit
christus: aut frustra occisus est christus: aut frustra
Ioh. 12. granum cecidit in terram: nisi vt multiplicater surge-
Numeri. 21. ret. Exaltatus est serpens in heremo: vt percussos a
veneno sanaret. Attende qō factum est: noli putare
vacare quod venit: ne te malum inueniat cum iterū
venerit. Intellexit asaph: quia in titulo psalmi intel-
L lectus asaph. Et quid ait: Deus aūt rex noster
ante secula: operatus est salutem in medio
terre. Hec nos clamamꝰ: Iam nō est propheta: et
nos non cognoscet adhuc. Hec aūt deus noster: rex
noster: qui est ante secula: operatus est salutem in
Ioh. 1. medio terre: Quia ipse est in principio verbum: per
quod facta sunt secula: operatus est salutē in medio

terre. Deꝰ ergo rex noster ante secula: q̄d fecit: Ope-
ratus est salutem in medio terre: ⁊ ego adhuc clamo
quasi desertus: Ille operatur salutē in medio terre
et ego remansi in terra: Intellexit asaph bn̄: quia in-
tellectus est asaph. Quare em̄ ista: aut quales salutē
operatus est christus: nisi vt discerent homines eter-
na desiderare: non semper temporalibus inherere:
Deus aūt rex noster ante secula: operatus est salutē
in medio terre. Dum nos clamamꝰ: Usqquo dn̄e
exprobrabit inimicus in finē: vsqquo irritat aduer-
sarius: vsqquo manum tuā auertis a sinu tuo: cum
hec dicimꝰ: Deus aūt rex nr̄ an̄ secula opatus est sa-
lutē in medio terre: ⁊ nos dormimus. Iam vigilant
gentes: ⁊ nos stertimus: ⁊ tanq̄ nos deus deseruerit:
in somnis delyramus Operatꝰ est salutem in medio
terre. Iam ergo asaph corrigere ad intellectum: dic
nobis qualem salutem operatus est deus in medio
terre: Cum illa terrena vestra salus euersa est: Quid
fecit: Quid promisit: Tu confirmasti in vir-
tute tua mare. Tanq̄ gentem iudeorū velut ari-
dā a fluctibꝰ separatā. Mare in amaritudine sua gē-
tes erant: terram illam vndiq circumfluebant: Ec-
ce confirmasti in virtute tua mare: et remansit terra
sitiens imbrem tuum. Tu cōfirmasti in virtute tua
mare. ⁺ Cōtriuisti capita draconū i ⁺ aqua. [illegible]
Draconū capita: demoniorum superbias a quibus [illegible]
gentes possidebant cōtriuisti super aquam: q̄a eos taquis.
quos possidebant tu per baptismū liberasti. Quid
adhuc post capita draconum: Illi em̄ dracones ha-
bent principē suū: ⁊ ipse primꝰ est magnus draco. Et
de illo quid fecit qui operatus est salutē in medio ter-
re: Audi. Tu confregisti ⁺ caput draconis. [illegible]
Cuius draconis: Intelligimus dracones om̄ia de-
monia sub diabolo militantia. Quem ergo singula-
rem draconē cuius caput confractū est: nisi ipsū dia-
bolum intelligere debemus: Quid de illo fecit: Tu
confregisti caput draconis. Illud est initiū peccati.
Caput illud est qō accepit maledictū: vt semen eue Gen. 3.
obseruaret caput serpentis. Admonita est em̄ eccl̄ia
initiū pctī deuitare: Qō est initiū peccati: Tanq̄ ca-
put serpētis. Initiū om̄is peccati superbia. Contra- [illegible]
ctū est ergo caput draconis: cōfracta est supbia dia-
bolica. Et q̄d de illo fecit qui operatus est salutem in
medio terre: Dedisti eum ⁺ in escam populis [illegible]
⁺ ethiopibus. Quid est hoc: Quō intelligo p̄ ethio-
pes: Quō: nisi p omnes gentes: Et bene per ni-
gros. Ethiopes em̄ nigri sunt. Ipsi vocant ad fidē
q̄ nigri fuerūt: ipsi prsus: vt dicatur eis: Fuistis em̄ Eph. 5.
aliq̄n tenebre: nūc aūt lux in dn̄o. Ipsi prsus vocan-
tur nigri: s; ne remaneāt nigri. De his em̄ fit ecclesia
cui dicit: Que est ista q̄ ascendit dealbata: Quid em̄
de nigra factum est: nisi qō dictum est: Nigra sum ⁊ Can. 1.
speciosa: Et quō acceperunt isti in escam draconem
istum: Puto quia magis christū acceperūt in escā:
Sed christū quo se cōsūmarent: diabolū quē consu-
merent. Nam et vnde vitulꝰ ille quē adorauit ppl̄us
infidelis: apostata: querēs deos egyptiorum: dimit-
tēs eū q̄ liberauit de seruitute egyptiorū: Uñ agita-
tū est illud magnū sacramentū: Cū em̄ sic irasceret
moyses colentibus ⁊ adorantibꝰ idolū: ⁊ zelo dei in-
flāmatus vindicaret tpaliter: vt a morte sempiterna
deuitanda terreret: tamē ipsū caput vituli in ignē mi- Exo. 32.
sit ⁊ exterminauit: Comminuit: in aquam sparsit: et

pplo bibere: Sic factũ est magnũ sacramentũ.
O ira ꝓphetica ⁊ anim⁹ nõ turbatus sed illuminat⁹:
Quid egit? Misit in ignẽ vt forma ipsi⁹ prius con-
fundat: minutatim cõminue vt paulatim cõsumat:
Misit ĩ aquã: da poplo bibere. Quid ẽ hoc: nisi q̃
adoratores diaboli corpus ipsius facti erãt: quomõ
agnoscẽtes christũ fiũt corp⁹ xpi vt eis dicat: Vos
1.Cor.6. autẽ estis corp⁹ christi ⁊ mẽbra? Corp⁹ diaboli cõsu-
mendũ erat: ⁊ hoc ab israelitis consumendũ. Ex illo
eñ pplo apl'i: ex illo p̃ma eccl'ia: Et dictũ erat petro
Act.10. de gentib⁹: Macta ⁊ mãduca. Quid est macta ⁊ mã-
duca? Occide quod sunt: ⁊ fac quod es. Hac macta
⁊ mãduca: hac cõminue et bibe. Vtrũq; tamẽ in eo-
dem sacramẽto: q: oportebat vtiq; ⁊ sine dubitatõe
oportebat: vt corpus qd̃ erat diaboli: credẽdo trãsi-
ret in corpus christi. Sic diabolus cõsumet̃ amissis
mẽbris suis. Hoc figuratũ est ⁊ ĩ serpẽte moysi. Nã
Exo.4. fecerũt magi simil̃r: piectisq; virgis suis exhibuerũt
dracones: Sed draco moysi oĩm illoꝝ magorũ vir-
gas absorbuit. Intelligat̃ ergo ⁊ mõ corp⁹ diaboli:
Hoc fit: deuorat̃ a gentibus que crediderũt: factus
est esca populis ethiopib⁹. Illud quoq; intelligi po-
test: Dedisti eum escã populis ethiopib⁹: q: nũc eũ
omnes mordẽt. Quid est mordent? Rep̃hendendo:
culpando: accusando. Quomõ dictũ est in ꝓhibiti-
Gal.5. one quidẽ: sed tamẽ exp̃ssum: Si aũt mordetis ⁊ co-
meditis inuicẽ: videte ne ab inuicem consumamini.
Quid est: mordetis ⁊ comeditis inuicem? Litigatis
inuicem: detrahitis inuicẽ: opprobria obijcitis inui-
cem. Attendite ergo nũc his morsibus cõsumi dia-
bolũ. Quis nõ iratus seruo suo etiã paganus dicat
illi sathanas? Vide diabolũ datũ in escam. Hoc di-
cit christianus: hoc dicit iudeus: hoc dicit paganus:
N Ipsum adorat: ⁊ de ipso maledicit. Videamus ergo
reliqua fratres: obsecro intẽdite: cũ magna volupta-
te audiunt̃: q: audita etiã ĩ orbe terraꝝ cognoscunt̃.
Hec quãdo dicebant̃: nõ fuerũt: q: tũc ꝓmittebant̃
non reddebant̃: Nũc v'o quia voluptate afficimur:
cum ea que p̃dicta legimus in libro: cõpleri videm⁹
in mũdo. Videam⁹ quid fecerit: quem iam intellexit
asaph: q̃ opatus est salutẽ in medio terre. Tu di-
rupisti fontes et torrẽtes: Vt manarẽt liquorẽ
sapientie: vt manarẽt diuitias fidei: vt irrigarẽt sal-
sitatẽ gentiũ: vt oĩs infideles in fidei dulcedinẽ sua
irrigatiõe cõuerterent: dirupisti fontes ⁊ torrentes.
Forte discretũ est: forte vnũ est: quia fontes tã largi
fuerũt vt flumina facerent. Tu dirupisti fontes ⁊ tor
rentes. Si autem ad discretionẽ: in alijs fit verbũ dei
Io.4. fons aque saliẽtis in vitam eternã: Alij autẽ audien-
tes verbũ: ⁊ nõ sic habẽtes vt bene viuãt: tamẽ non
tacẽtes lingua torrentes fiũt. Torrentes eñ dicunt̃
ꝓprie qui nõ sunt perennes. Nam aliq̃n ⁊ translate di-
Ps.35. cit torrens p fluuio: sicut dictũ est: Inebriabunt̃ ab
vbertate domus tue: ⁊ torrẽte delitiarũ tuarũ pota-
bis eos. Nõ eñ ille torrẽs aliq̃n siccabit̃: Sed torrẽ-
tes ꝓprie dicunt̃ fluuij qui estate deficiũt: aquis aũt
hyemalibus inundant̃ ⁊ currunt. Vides ergo homi-
nem bene fidelem pseueraturũ vsq; in finem: nõ reli-
cturũ deum in temptatiõe omni: p veritate non pro
falsitate ⁊ errore oĩes molestias sustinentẽ. Hic vñ
Io.4. sic viget: nisi quia verbũ factũ est in eo fons aque sa-
lientis in vitam eternã? Alius autem accepit verbũ:
p̃dicat: non tacet: currit: Sed estas probat fontẽ aut
torrentẽ: Tamẽ ex vtroq; rigat̃ terra ab eo qui ope
ratus est salutem in medio terre. Exundent fontes:
currãt torrẽtes. Tu dirupisti fontes ⁊ torrẽtes. Tu O
siccasti fluuios ethan. Hac rũpit fontes ⁊ torrẽ-
tes: hac siccat fluuios ethan: vt inde currãt aque: Et
que aque siccent̃? Fluuios inquit etham. Quid est
ethan? Verbũ enim hebreum est. Quid interpretat̃
ethan? Fortis: robustus. Quis est iste fortis ⁊ robu
stus: cui⁹ fluuios siccat deus? Quis: nisi ille ipse dra
co? Nemo enim intrat in domũ fortis vt vasa illius Math.12.
diripiat: nisi prius alligauerit fortem. Ipse enim est
fortis de virtute sua p̃sumens: ⁊ deum deserens. Ipse
est fortis qui ait: Ponã sedem meã ad aquilonem: et Esa.14.
ero similis altissimo. De ipso calice puerse fortitudi-
nis homini ꝓpinauit. Fortes esse voluerunt qui se
deos futuros de cibo vetito crediderũt. Factus est
adam fortis cum audiret: Ecce factus est adam qua- Gen.3.
si vnus ex nobis. Fortes ⁊ iudei de iusticia sua p̃su-
mentes: Ignorantes eñ dei iusticiã ⁊ suam querẽ- Roma.10.
tes cõstituere iusticiam: tanq̃ fortes iusticie dei non
sunt subiecti. Videte hominẽ digessisse fortitudinem
suam: ⁊ remansisse infirmũ: inopem: longe stantem:
nec oculos suos ad celos leuare audentem: sed percu-
tientẽ pectus suum: ⁊ dicentẽ: Domine ꝓpitius esto Luce.18.
mihi peccatori. Iam infirmus est: iam infirmitatem
confitet̃: Non est fortis: Arida terra est: rigat̃ fonti-
bus ⁊ torrentibus. Illi adhuc fortes sunt qui de vir-
tute sua p̃sumũt: Siccent̃ flumina eorũ: nõ ꝓficiant
doctrine gentiũ: haruspicũ: mathematicorũ: magi-
ce artes: quoniã siccati sunt fluuij fortes. Tu siccasti
fluuios ethã. Arescat illa doctrina: vt vndent̃ mẽtes
euangelio veritatis. Tuus est dies et tua est P
nox. Quis hoc ignorat quãdo ip̃e fecit hec omnia:
quia p verbũ facta sunt omnia? Illi ipsi qui operatus Ioh.1.
est salutem in medio terre: illi dicit̃: Tuus est dies et
tua est nox. Aliquid hic intelligere debemus qd̃ ptĩ-
neat ad ipsam salutẽ quã opatus est deus in medio
terre. Tuus est dies. Qui sunt isti? Spiritales. Et
tua est nox. Qui sunt isti? Carnales. Tuus est dies
⁊ tua est nox. Loquant̃ spiritales spiritalia spiritali-
bus. Dictũ eñ est: Spiritalib⁹ spiritalia cõparantes: 1.Cor.2.
Sapientiã loquimur inter pfectos. Nõdum capiũt
istã sapientiã carnales: Nõ potui vobis loqui quasi 1.Cor.3.
spiritalibus: sed quasi carnalib⁹. Ergo cũ spiritales
spiritalibus loquunt̃. dies diei eructat verbũ. Cum Ps.18.
v'o et ipsi carnales non tacent fidem crucifixi christi
quã possunt cape parui: nox nocti annũciat scientiã.
Tuus est dies: ⁊ tua est nox: Ad te ptinẽt spiritales:
ad te ptinent carnales. Illos illustras incõmutabili
sapientia ⁊ veritate: illos cõsolaris carnis manifesta-
tione: tanq̃ luna cõsolans noctẽ. Tuus ẽ dies: ⁊ tua
est nox. Vis audire diẽ? Vide si capis: erige quãtum
potes mentẽ tuã: Videam⁹ si ptines ad diẽ: Iã vi-
deamus. Si nõ palpitat aspect⁹ tuus: potes videre
qd̃ audisti modo ex euangelio: In principio erat ver- Ioh.1.
bũ: ⁊ verbũ erat apud deum: ⁊ deus erat verbũ. Nõ
nosti eñ tu cogitare verba nisi que sonant ⁊ trãseũt.
Potes iam capere verbũ: nõ sonum: sed deum? An
nõ ibi audisti: et deus erat verbũ? Sed tu ista verba
cogitas: Oĩa p ipsum facta sunt: ⁊ p ipsum facti sũt: Ibidem
qui verba faciũt. Quale ẽ illud verbum est? Capis

o carnalis? Respōde. Capis? Non capis: adhuc ad
noctem ptines: luna tibi necessaria est ne in tenebris
moriaris. Etenim quidā peccatores intenderūt arcū
Pš.10. vt sagittarēt in obscura luna rectos corde. Obscura/
ta est enī caro christi de cruce deposita: ⁊ ī sepulchro
Matth.27. posita. ⁊ illi qui occiderūt insultauerūt: ⁊ nōdum re/
surrexerat: ⁊ sagittati sunt discipuli recti corde: sed in
obscura luna. Ergo vt nō solū dies diei eructet ver/
Pš.18. bū: sed etiā nox nocti annūciet scientiā: quoniā tuus
est dies: ⁊ tua ē nox: dignare descēdere: manere apud
eum a quo descendis: sed venire ad quos descendis.
Dignare descēdere qui in hoc mūdo eras: ⁊ mūdus
Joh.1. p te factus est: ⁊ mūdus te non cognouit. Habeat et
nox cōsolationē suam: habeat inquit verbū caro fa/
Q ctum est: ⁊ habitauit in nobis. Tuus est dies: et tua
Al. *fabricatus es aurorā ⁊ solē. est nox. Tu *pfecisti *solem ⁊ lunā: Solē spiri/
tales: lunam carnales. Adhuc carnalis est nō deserat
⁊ ipse pficiat. Tu pfecisti solem ⁊ lunam: Solē tanq̄
sapientē: lunam tanq̄ insipientē: nō tamē deseruisti.
Eccl.27. Nam ita scriptū est: Sapiens pmanet sicut sol: stul/
tus autē sicut luna mutat. Quid ergo? Quia sol per
manet: id est sapiens pmanet sicut sol: stultus sicut
luna mutat: adhuc carnalis: adhuc insipiens: Dese/
rendus est? Et vbi est qd̄ dictū est ab apostolo: Sa/
Roma.1. piētibus ⁊ insipiētibus debitor sum? Tu pfecisti so/
lem ⁊ lunā. Tu fecisti omnes terminos ter/
re. Nōne ⁊ antea q̄ fundauit terrā? Sed quomō fe/
cit terminos terre qui opatus est salutē in medio ter/
re? Quomō: nisi quomō dicit aplus: Gratia autem
Eph.2. salui facti sumus: ⁊ hoc nō ex nobis sed dei donū est:
nō ex operib⁹ ne forte quis extollat? Ergo nō erant
opa bona? Erant. Sed quō? Gratia dei. Sequere.
Ibidem. Videam⁹. Ipsi⁹ enī sum⁹ figmentū creati in christo
iesu in opibus bonis. Ecce quō fecit terminos terre
qui opatus est salutē in medio terre. Tu fecisti oīs
Al. *plasmasti. terminos terre. Estatē ⁊ ver tu *fecisti ea. Fer/
uentes spiritu estas est: Tu inq̄ fecisti spū feruētes:
tu fecisti ⁊ nouellos in fide: ver est. Estatē ⁊ ver tu fe/
R cisti ea: Non glorient quasi nō acceperint: tu fecisti
Al. ⁊ nō habet. ea. Memor esto huius *creature tue. Cui⁹
Al. *improperauit. creature tue? Inimicus *exprobrauit domi/
no. O asaph dole in intellectu pristinā cecitatē tuā:
inimicus exprobrauit dn̄o. Dictū est christo ī gente
Joh.9. sua: Peccator ē iste: nō nouim⁹ vnde sit: Nos moy/
sen nouim⁹: Illi locutus est deus: iste samaritan⁹ est.
Al. *insipiēs in cuauit. Inimicus exprobrauit dn̄o. Et popul⁹ *imp̄ru/
dens exacerbauit nomē tuum. Popul⁹ im/
prudens tunc asaph: sed nō intellectus asaph tunc.
Pš.72. Quid dicat in superiore psalmo? Quasi pecus factus
sum a te: ⁊ ego semp tecū: quia non ij ad deos et ido/
la gentiū. Et si nō cognouit vt pecus: tamē recogno
uit vt homo. Dixit enī semp tecum quasi pecus. Et
Ibidem. quid postea in ipo psalmo vbi asaph? Tenuisti ma/
nū dextere mee: in volūtate tua deduxisti me: ⁊ cum
gloria assumpsisti me. In volūtate tua nō in iusticia
mea: dono tuo nō opere meo. Ergo ⁊ hic inimic⁹ ex/
probrauit dn̄o: ⁊ popul⁹ imprudēs exacerbauit no/
mē tuū. Omnes ergo perierūt? Absit. Et si aliqui ex
Roma.11. ramis fracti sunt: manent tamē aliqui quo insereretur
oleaster: ⁊ radix manet: ⁊ ex ipsis ramis p infidelita/
tem fractis: reuocati sunt quidā p fidem. Nam ⁊ ipe
apostol⁹ paulus p infidelitatē fractus erat: et p fidē
radici restitutus est. Ita plane populus imprudens

exacerbauit nomē tuū: quādo dictū ē: Si filius dei Matth.27.
est. descendat de cruce. Sed qd̄ tu asaph iam in intel/
lectu? Ne *tradideris bestijs *animā cō/
fitentē tibi. Agnosco inqt asaph: qz sicut in alio psal
mo dicit: Peccatū meū cognoui: ⁊ facinus meū nō Pš.50.
opui. Quare? Quia locut⁹ est petrus mirātibus lin/
guas israelitis: qm̄ ipsi occiderūt christū: cum pter
illos missus sit christus. Hoc audito cōpuncti sunt
corde: ⁊ dixerunt ad aplos: Quid g faciem⁹? Dicite Act.2.
nobis. Et apli: Agite penitētiā: ⁊ baptizet vnusqsq
vestrum in nomie dn̄i iesu christi: ⁊ dimittent vobis
peccata vestra. Quia g p penitentiā cōfessio facta ē:
Ne tradideris bestijs animā ↄfitentē tibi. Quare cō
fitentē tibi? Quia cōuersus sum in erūna dū cōfigit Pš.31.
spina. Cōpuncti sunt corde: ⁊ facti sunt erumnosi pe
nitendo: qui fuerāt gloriosi seuiendo. Ne tradideris
bestijs animā cōfitentē tibi. Quib⁹ bestijs: nisi qua/
rū capita cōtrita sunt sup aquam? Quia dic⁹ est be/ Pš.73.
stia leo ⁊ draco ipse diabolus. Noli inquit dare dia/
bolo ⁊ angelis eius animā cōfitentem tibi. Deuoret Gen.3.
serpens si adhuc terrena sapio: si terrena desidero: si
adhuc in promissis veteris testamēti nouo reuelato
remaneo. Cum autē iam deposuerim superbiā: ⁊ iu/
sticiā meā non agnoscā: sed gratiā tuā: nō habeant in
me superbe bestie potestatē. Ne tradideris bestijs ani
mā confitentē tibi. *Animas pauperū tuorū Al. *Et
ne obliuiscaris in finem. Diuites eramus: for/
tes eramus: sed siccasti fluuios ethan. Iam mō non
cōstituimus iusticiā nostrā: sed agnoscimus gratiam
tuā. Pauper sum⁹: exaudi mendicos tuos: Iā ocu/
los nō audem⁹ ad celū leuare: sed pcutientes pectus
nostrū dicamus: Dn̄e ppitius esto mihi peccatori. Luc.18.
Animas pauperū tuorum ne obliuiscaris in finem.
Respice in testamentū tuū. Redde quod p/ L
misisti: tabulas tenemus: hereditatē expectamus.
Respice ī testamentū tuū: nō illud vetus: Nō pter
terrā chanaan rogo: non pter inimicorū temporalē
subiectionē: nō pter filiorū carnalē fecunditatē: non
pter diuitias terrenas: non pter salutē temporalē.
Respice in testamentū tuū quo pmisisti regnū celo/
rum. Iam agnosco testamentū tuū: iam intellect⁹ est
asaph: nō est pecus asaph: iā videt qd̄ dictū ē: Ecce Hier.31.
dies veniēt dicit dn̄s: et cōsummabo domui israel et
domui iuda testamentū nouū: nō s̄m testamentū qd̄
disposui patribus eorū. Respice in testamentū tuū.
*Quoniam repleti sunt qui obscurati sunt [illegible]
*terra domorū iniquarum: Quia corda habe/ [illegible]
bant iniqua. Dom⁹ nostre corda nostra: Ibi libēter [illegible]
habitant: Beati mūdo corde: quoniā ipsi deum vi/ Matth.5.
debunt. Respice ergo in testamentū tuū: et reliquie [illegible]
salue fiant: quia multi qui attendūt ad terram: obscu
rati sunt ⁊ repleti sunt terra. Intrauit in oculos eo/
rum puluis: ⁊ excecauit eos: ⁊ facti sunt puluis quē proij/
cit ventus a facie terre. Repleti sunt qui obscurati Pš.1.
sunt terre domorū iniquarum. Attendendo enī ter/
ram obscurati sunt: de quibus dictū est in alio psal/
mo: Obscurent oculi eorum ne videant: et dorsum Pš.68.
eorum semp incurua. Terra ergo repleti sunt qui ob
scurati sunt terre domorū iniquorum: quia corda ha
bent iniqua. Domus enim nostre sicut supra dixi/
mus: corda nostra sunt: Ibi libēter habitabim⁹ si ea
ab iniquitate mūdemus. Ibi est mala cōscientia que
inde repellit hominē: quo iubet ire portās grabatū

Jo.5.c. sanum: cui peccata dimissa sunt: dicēte domino: Tol
le grabatū tuum: ⁊ vade in domū tuam. Porta car
nem tuā: ⁊ intra ad sanatā cōscientiā tuā: quoniā re
pleti sunt qui obscurati sunt terre domorū iniquarū.
Obscurati sūt: repleti sūt terra. Illi obscurati q̄ sūt:
B Qui corda iniqua habent: Reddet illis dñs sm cor
suū. Ne auertat humilis confusus. Illos
eñ supbia confudit. † Egenus ⁊ inops lauda
bunt nomē tuū. Videtis fratres q̄ debeat dulcis
esse paupertas: videtis pauperes et inopes ptinere
Math.5. ad deū: sed paupes spiritu: quoniā ipsoꝝ est regnum
celorū. Qui sunt paupes spiritu: Humiles: tremen
tes verba dei: cōfitentes peccata sua: nō de suis me
ritis: nec de sua iusticia psumētes. Qui sunt paupes
spiritu: Qui quādo faciūt aliquid boni deū laudant:
Esa.66. quādo malū se accusant. Sup quē requiescet spiritus
meus: ait ppheta: nisi sup humilē ⁊ quietū ⁊ tremen
tem verba mea: Iam ergo asaph intellexit: iam ter
renō heret: iam pmissa terrena ex veteri testamēto
nō expetit: Mēdicus tuus fact⁹ est: paup tu⁹ factus
est: flumos tuos sitit: qz sui siccati sunt. Quia ḡ talis
Gen.37. Ille ioseph cui fratres inuiderunt: ⁊ eū in egyptū vendiderūt: vendit⁹ in egyptū laborauit: humiliat⁹ est: agnitus: exaltatus: floruit: impauit. Et his oībus quid significauit? Quid nisi christū a fratrib⁹ venditū: eiectū de terra sua tanq̄ in egyptū gentiū? Ibi primo humiliatū: qñ psecutiones martyres patiebanf: nūc exaltatum sicut vi-

Ps.71. demus: qm̄ impletū est in eo: Adorabūt eū omnes reges terre: oēs gentes seruient illi. Ergo ioseph populus ex gētibus: israel vero popul⁹ ex gēte hebreorū. Redemit populū suū de⁹ filios israel ⁊ ioseph.

Ephe.2. Per quid? Per lapidē angularē: in quo duo parietes copulati sūt. Et exequif quō. Viderunt te aque deus. Quid sunt aque? Populi. Que sunt

Apoc.17. iste aq̄? Dictū est ī apocalypsi: respōsū est populi: Ibi inuenim⁹ aptissime aquas in figura positas populorū. Supra aūt dixerat: Notā fecisti ī populis virtutē tuā. Merito ergo viderūt te aq̄ de⁹. Viderūt te aque ⁊ timuerūt. Ideo mutate sūt q2

Al. turbate. timuerūt. Viderūt te aq̄ deus ⁊ timuerūt. Et ⁺cōturbate sunt abyssi. Que sunt abyssi? Altitudines aquarū. Quis nō turbaf in populis cū cōsciencia pulsaf? Queris altitudinē maris: quid pfundi⁹ humana cōscientia? Ista pfunditas turbata est: qñ in brachio suo redemit populū suū deus. Quō turbate sunt abyssi? Quādo oēs cōscientias suas confitendo fuderūt. Et turbate sunt abyssi. Multitudo sonitus aquarū. In laudibus dei: in cōfessionibus peccatoꝝ: in hymnis ⁊ canticis: in orationibus. Multitudo sonitus aquaꝝ. Vocē dederūt nubes. Inde isti sonit⁹ aquaꝝ: inde abyssorū perturbatio: q2 vocē dederūt nubes. Que nubes? Predicatores verbi veritatis. Que nubes? De quibus minaf cuidā vinee deus: q̄ p vua fecit spinas: ⁊ dic: Mandabo nubib⁹ meis: ne pluāt sup eam imbrem. Denicq apostoli relinquētes iudeos: ierūt ad gentes: In omnib⁹ gētibus vocē dederūt nubes p̄dicando christū. Vocē dederūt nubes. Etenim sagitte tue ⁺ ptrāsierūt. Easdē voces nubiū rursus sagittas dixit. Verba enī euangelistarū sagitte fuerūt: Similitudines enī sūt: Nā pprie nec sagitta est pluuia: nec pluuia sagitta. At vero verbū dei et sagitta est q2 peutit: et pluuia q2 rigat. Nemo q̄ iā miretur abyssorū cōturbationē: qñ sagitte tue ptrāsierunt. Quid est: ptransierūt? Nō in aurib⁹ remanserunt: sed corda trāsfixerunt. Vox tonitrui tui in rota. Quid est hoc? Quō intellecturi sum⁹? Adiuuet dñs. Vox tonitrui tui in rota. Solebam⁹ pueri suspicari cū audirem⁹ tonitrua de celo: quasi vehicula de stabulo pcessisse. Habent enī tonitrua quādā concussionē similē vehiculis. Nunqd ad ista puerilia redituri sum⁹: vt intelligam⁹: Vox tonitrui tui ī rota: quasi aliqua vehicula habeat de⁹ in nubibus: et trāsitus vehiculoꝝ illorū strepitū cōcitet? Absit. Hoc puerile est: vanū: nugatoriū. Quid est q̄: Vox tonitrui tui in rota? Voluif vox tua: Necq hoc intelligo. Quid faciemus? Interrogem⁹ ipm dauid: ne forte ipse exponat qd̄ dixit: Vox inquit tonitrui tui in rota. Non intelligo. Audiā quid dic: ⁺Apparuerunt fulgura tua orbi ⁺terrarum. Dic ergo: Nō intellexerā. Orbis terrarū est rota. Nam circuitus orbis terraꝝ merito ⁊ orbis dicif: Unde breuis etiā rotella: orbiculus appellaf. Vox tonitrui tui in rota: apparuerūt fulgura tua orbi terrarum. Nubes ille in rota circuierūt orbem terraꝝ: circuierunt tonando ⁊ coruscādo: abyssum cōmouerūt: p̄ceptis tonuerūt. miraculis coruscauerūt. In omnē enī terrā exiuit son⁹ eorū: ⁊ in fines orbis terre ṽba eorū. Commota et ⁺ cōtremebūda facta est terra: Id est omes qui habitant in terra. Per similitudinē aūt ipsa terra: mare est. Quare? Quia gentes omes maris nomine nūcupanf: qd̄ vita humana amara est: et pcellis ac tempestatibus subdita. Iam illud si attendas q̄ homies se tanq̄ pisces deuorant: cum maior minorē absorbet. Hoc est ergo hoc mare: illuc euāgelistę ierūt. In mari ⁺ē via tua. Iam dudū in sancto via tua: modo in mari ē via tua: quia ipse sanctus in mari: et merito etiā super aquas maris ambulauit. In mari est via tua: id est in gentibus predicaf christus tuus. In alio quippe psalmo ita dicitur: Deus misereaf nostri et benedicat nos: illuminet vultum suum sup nos et misereatur nostri: vt cognoscamus in terra viam tuam. Ubi in terra? In omibus gentibus salutare tuum: Hoc est: In mari est via tua. Et semite tue in aquis multis. Hoc est in populis multis. Et vestigia tua non ⁺ agnoscentur. Nescio quos tetigit: et mirum nisi et ipsos in-

dros. Ecce iam sic plata est gentib⁹ misericordia christi:
vt in mari sit via tua: ⁊ semite tue in aquis multis: ⁊
vestigia tua nō agnoscent. Unū: A quibusdā nō agno-
scent: nisi ab his qui adhuc dicūt: Nondum venit
christus: Quare dicūt: nondū venit christ⁹: Quia
nō agnoscūt vestigia sup mare ambulātē. Dedu
[illegible] xisti sicut oues plebē tuā in manu moysi ⁊
aaron. Quare hoc addiderit: indagare aliquātulū
difficile est. Adiuuate ergo nos intētione vestra: q̄r
post ipos duos v̄sus finis erit: ⁊ psalmi ⁊ sermōis.
Ne forte cū aliquid restare arbitramini: timore la-
bores minus ad p̄sens attēdat. Cū dixisset: In ma
ri est via tua: qd̄ intelligim⁹ in gētibus: ⁊ semite tue
in aquis multis: qd̄ intelligim⁹ in populis multis:
adiunxit: Et vestigia tua nō agnoscent: Et quereba
mus a quibus nō agnoscerent: ⁊ subiecit cōtinuo: De
duxisti sicut oues plebē tuā in manu moysi ⁊ aarō:
id est ab ista plebe tua q̄ deducta est in manu moysi
et aaron: vestigia tua nō cognoscent. Quare ergo posi-
tum est: nisi increpādi ⁊ exprobrādi causa in mari ē
via tua: Unde in mari est via tua: nisi q̄r exclusa est
a terra tua: Expulerūt christū: noluerūt esse suum
saluatorē egri: Ille aūt cepit esse i gētibus: ⁊ in om-
nibus gētibus in multis populis: salue facte sūt eti-
am reliquie populi illius: Remāsit foris igrata mul
[illegible] titudo: ⁊ claudicās iacob femoris latitudo. Latitu-
do em̄ femoris intelligit via in multitudine generis:
et facta est in maiore pte israelitarū turba quedā va
na ⁊ insipiens: que nō agnosceret vestigia christi in
aquis. Deduxisti sicut oues plebē tuam: ⁊ nō te co-
gnouerūt. Tāta cū illis bona fecisti: mare diuisisti:
inter aquas p arida traiecisti: psequentes inimicos
fluctibus operuisti: in deserto egētibus manna plu-
isti: deducēs eos in manu moysi ⁊ aaron: ⁊ expulerūt
te a se: vt i mari esset via tua: ⁊ vestigia tua nō agno
scerent. Explicit Tractatus de ps̄. LXXVI.

Incipit Tractatus de ps̄. LXXVII.

a p Salmus iste ea ptinet q̄ i veteri testamēto
p̄lo acta narrāt. recētior aūt ⁊ posterior po
pulus admonet: vt caueat ne sit ingratus benefici-
is dei: eiusq̄ in se puocet iracundiā: cuius obedien-
ter et fideliter debet suscipe gratiam: Ne fiat inquit
sicut patres eorū generatio praua ⁊ amaricans: ge-
neratio que nō direxit cor suū: et nō est creditus cū
deo sp̄ūs eius. Hec est igit psalmi huius intentio:
hec vtilitas: hic vberrim⁹ fruct⁹. Sed cū hec oīa vi
deant pspicua ⁊ apta dici atq̄ narrari: p̄mitus mo-
net atq̄ intētos facit titulus ei⁹. Neq̄ em̄ frustra i-
scribit: Intellectus asaph: nisi q̄r fortasse non
qd̄ superficies sonat: sed interius aliqd intelligentem
querūt ista lectorē. Deinde narraturus ⁊ cōmemo-
ratur⁹ hec oīa: que videnť auditore q̄ expositore
potius indigere: Apiam inquit in pabolis os meū:
loquar ppositiōes ab initio. Quis non hic de som-
no excitet: Quis audeat velut manifestas legendo
pcurrere pabolas ⁊ ppositiones: que nominib⁹ suis
indicant alti⁹ pscrutari oportere: Parabola quippe
alicui⁹ rei similitudinē pre se gerit: qd̄ licet sit voca-
bulū grecū: iam tamē p latino vsurpat. Et notū est
q̄ in parabolis que dicūtur: rerū similitudines re-
bus de quibus agit cōparant. Propositiōes autē
que grece appellātur problemata: questiones sunt:
habentes aliquid quod disputatiōe soluendum sit.

Quis ergo parabolas ⁊ ppositiones transito: le le-
gat: Quis nō his auditis vigilantiā mentis inten-
dat: vt ad earū fructū intelligēdo perueniat:

Expositio psalmi.

a Ttendite: inquit: populus meus le Att. ppl̄s le.
gem meā. Quē hic credamus loqui nisi b
deum: Ipe em̄ legē dedit populo suo: quē liberatū
ex egypto congregauit: que cōgregatio pprie syna-
goga nuncupat: qd̄ interp̄tatur asaph. Utrum er-
go ita dictū est: Intellectus asaph: q̄ ipe asaph in-
tellexerit: an figurate intelligendū: qd̄ eadem syna-
goga: hoc est idē populus intellexerit: cui dicit: At-
tendite populus meus legē meā: Quid est ergo q̄
eundē populū per pphetā increpat dicens: Israel Esa. j.
aūt me nō agnouit: et popul⁹ me⁹ nō intellexit: Sz
pfecto erant etiā in illo populo qui intelligerēt ha-
bentes fidem: que postea reuelata est: non ad legis
litterā: sed ad gratiā spiritus pertinentē. Nō em̄ si-
ne ipa fide fuerūt qui eius in christo futurā reuela-
tionem: p̄uidere ⁊ p̄nuūciare potuerūt: cum et illa
vetera sacramēta significatiua fuerint futurorum.
An soli pphete habebant hāc fidem: nō ⁊ populus:
Immo vero etiā qui pphetas fideliter audiebant:
eadem adiuuabātur gratia: vt intelligerēt qd̄ audie
bant. Sed vtiq̄ sacramentū regni celoꝝ velabatur
in veteri testamēto: qd̄ plenitudine tēporis reuela-
retur in nouo. Nolo em̄ vos (ait apostol⁹) ignora- j. Cor. x.
re fratres: qm̄ patres nostri oēs sub nube fuerunt:
et oīes mare trāsierūt: ⁊ oīes p moysen baptizati
sunt in nube ⁊ in mari: et omnes eundē cibū spirita-
lem manducauerūt: et oīes eundem potū spiritalē
biberūt. Bibebāt em̄ de spiritali psequente eos pe-
tra: petra aūt erat christus. Idem itaq̄ in mysterio
cibus ⁊ potus illoꝝ qui noster: sed significatiōe idē:
nō specie: quia idē ipe christus illis in petra figura-
tus: nobis in carne manifestatus. Sed nō inquit in Ibidem.
oīibus illis beneplacitū est deo. Oēs quidem eun
dem cibū spiritalē manducauerunt: ⁊ eundē potum
spiritalē biberūt: id est spiritale aliquid significātē:
sed nō in oīibus illis beneplacitū est deo. Cū dic:
Nō in oīibus: erāt ergo ibi aliqui in quibus bene-
placitū est deo: Et cū essent oīa cōmunia sacramē 4. sent. d. 4.
ta: nō cōmunis erat oīb⁹ gratia. que sacramētorū qui vero.
virt⁹ est: Sicut ⁊ nūc iam reuelata fides q̄ tūc vela-
bat: oīb⁹ in noīe patris ⁊ filii ⁊ sp̄ūssancti bapti Math. 28.
zatis cōmune est lauacrū regeneratiōis: s ipa gra-
tia cui⁹ ipa sunt sacramēta: qua mēbra corpis chri-
sti cū suo capite regenerata sunt: nō cōmunis est om
nibus. Nā ⁊ heretici habēt eundē baptismū: et falsi
fratres in cōmunione catholici nominis. Ergo et h̄
recte dicit: sed nō in oīibus illis beneplacitū est deo.
Neq̄ tūc tamē: neq̄ nūc infructuosa est vox dicen-
tis: Attēdite pplus me⁹ legē meā. Que locutio nota
est in oīibus litteris: qd̄ nō ait attēde: s attēdite. Ex
multis em̄ pp̄lis cōstat: quib⁹ multis qd̄ sequit plu-
raliter dicit: Inclinate aurē v̄ram in verba
oris mei. Qd̄ est attēdite: hoc est inclinate aurem C
v̄ram. Et qd̄ ibi ait: legē meā. hoc ait hic: v̄ba oris
mei. Ille nāq̄ pie attēdit legē dei ⁊ verba oris eius:
cui⁹ aurē inclinat humilitas: nō cui⁹ erigit ceruicem
supbia. Quod em̄ infundit: cōcauo humilitatis ex-
cipit: eminētia tumoris expellit. Unū alio loco: In-
clina inquit aurē tuam: et excipe verba intellectus. Prouer. 22.

Quanto itaq̄ admoniti sumus etiā istū psalmū hui⁹
intellectus asaph: q̄z genitiuo casu in titulo positū ē
huius intellectus: nō hic intellectus: inclinata aure
suscipe: id est humili pietate. Nec ipi⁹ asaph dictū
est sed ipi asaph: qđ greco articulo apparet: ⁊ in q̄/
busdā latinis codicib⁹ inuenit̄. Verba igit̄ ista intel/
lectus sunt: id est intelligentię sunt: quę data est ipsi
asaph: Quod nō vni homini: ſ melius cōgregationi
populi dei: vnde nequaq̄ꝫ nos alienare debemus.
Quis em̄ ꝓprie dicat̄ synagoga iudęorum: ecclesia
vero christianorū: q̄z cōgregatio magis pecorū: cō
uocatio vero magis hominū intelligi solet: tamē et
illam dictā inuenim⁹ ecclesiā: et nobis fortasse poti/
Ps. 105. us ꝯuenit dicere: Salua nos dn̄e deus noster: ⁊ cō/
grega nos de gētibus: vt cōfiteamur nomini sancto
tuo. Neq̄ꝫ dedignari nos oportet: imo gratias inef
fabiles agere: qđ sumus oues manuū eius: quas ꝓ/
Joh. 10. uidebat cū diceret: Habeo alias oues q̄ nō sunt ex
hoc ouili: oportet me ⁊ ipsas adducere: vt sit vnus
grex ⁊ vnus pastor: iungēdo scȝ fidelē populū gen/
tiū: fideli populo israelitarū: de q̄bus ꝓ̄us dixerat:
Math. 15. Nō sum missus nisi ad oues q̄ perierāt domus is/
Math. 25. rael. Nā ⁊ ꝯgregabūt̄ ante eū oēs gētes: et separabit
eos sicut pastor segregat oues ab hędis. Sic igit̄
audiamus qđ dictū est: Attēdite popul⁹ meus legē
meā: Inclinate aurē vestrā: in verba oris mei: Nō
tanq̄ꝫ iudeis: sed potius tanq̄ꝫ nobis: vel certe tanq̄ꝫ
1. Cor. 10. etiā nobis ista dicant̄. Cū em̄ dixisset apl̄us: Sȝ nō
in om̄ibus illis bn̄placitū est deo: ita ostēdens fuisse
ibi etiā illos in quib⁹ beneplacitū est deo: continuo
subiecit: Prostrati em̄ sunt in deserto. Deinde ad/
iunxit: Hęc aūt figurę nostrę factę sunt: vt nō simus
cōcupiscētes mala: sicut ⁊ illi cōcupierūt: Neq̄ꝫ ido
lis seruiētes: sic q̄dā eorū fuierūt: sic scriptū ē: Se/
dit popul⁹ mādUcare ⁊ bibere: ⁊ surrexerūt ludere.
Neq̄ꝫ fornicemur: sicut quidā eorū fornicati sunt: ⁊
ceciderūt vna die vigintitria milia. Neq̄ꝫ tempte/
mus christū: sicut quidā eoꝝ temptauerūt: ⁊ a serpē
Ibidem. tibus perierūt. Neq̄ꝫ murmurauer itis: sicut quidā
eoꝝ murmurauerūt: ⁊ perierunt ab exterminatore.
Om̄ia aūt hęc ī figura ꝯtingebāt illis: Scripta aūt
sunt ad correptiōē nostrā: in quos fines seculorum
obuenerūt. Nobis ergo poti⁹ ista cātata sūt: Vn̄ in
hoc psalmo inter cetera dictū ē: Ut cognoscat gene
ratio altera: filij qui nascent̄ ⁊ exurgēt. Porro si ille
interit⁹ a serpētibus: ⁊ ab exterminatore illa ꝑditio:
et gladij trucidatio figurę fuerūt: sicut euidēter dic
1. Cor. 10. apl̄us: cū illa om̄ia cōtigisse manifestū sit: nō enim
ait: in figura dicebant̄: vel in figura scripta sunt: sed
in figura inquit cōtingebāt illis: Quāto maiore dili
gentia pietatis cauēdę sunt pęnę: quarū figurę illę
fuerūt: Procul dubio quipꝑe sicut ī bonis reb⁹ mul
to ampli⁹ bonū est in eo qđ ꝑ figurā significat̄ q̄ꝫ in
ipa figura: ita ⁊ in malis longe vtiq̄ꝫ peiora sunt q̄ si
gnificant̄ figuris: cū tanta mala sint etiā significan/
tes figurę. Nam sicut terra illa ꝓmissiōis quo ille
popul⁹ ducebat̄ in cōparatiōē regni cęloꝝ: nihil est
quo christian⁹ popul⁹ ducit̄: ita ⁊ pęnę illę q̄ figu/
rę fuerūt: cū tam sint atroces in cōpatiōē pęnarum
quas significāt nihil sunt. Quas autē figuras dixit
apl̄us: eas dicit iste psalm⁹ q̄ntū existimare possu/
mus parabolas ⁊ ꝓpositiōēs: nō habētes in eo fidē
qđ cōtigerūt: sed in his reb⁹ ad quas rationabili cō

paratione deferunt̄. Attēdamus ergo legē dei po/
pulus eius: ⁊ inclinem⁹ aurem nostrā in verba oris
eius. Aperiā: inquit: in parabolis os meū:
⁊ eloquar ꝓpositiones ab initio. A quo ini
tio dicat: satis apparet in cōsequētibus. Nō em̄ ex q̄
factū est cęlū ⁊ terra: vel ex quo creatū est in ꝓ̄mo ho
mine genus humanū. sed ex quo populi cōgregatio
q̄ abducta ē ex ęgypto: vt sensus ꝑtineat ad asaph:
qđ interꝑtat̄ ꝯgregatio. Sed vtinā qui dixit: Aperiā
in parabolis os meū: etiā intellectū nostrū ī eas ape/
rire dignet̄. Si em̄ sic os suū aperuit in parabolis:
ita aperiret etiā ipas parabolas: et sicut eloquit̄ ꝓ/
positiones: ita eloqueret̄ ⁊ eaꝝ expositiōēs: nō hic
ęstuarem⁹. Nūc vero ita obtecta ⁊ clausa sunt om/
nia: vt etiā si ad aliquid ipo adiuuāte vnde salubrit̄
pascamur ꝑuenire possim⁹: in sudore tn̄ vultus no
stri edamus panē et pęnā diffinitiōis antiquę: non
corporis tantū: sed ⁊ cordis labore pendamus. Dicat
ergo ⁊ audiam⁹ parabolas ⁊ ꝓpositiōēs. Quan/
ta: inquit: audiuimus ⁊ cognouim⁹ ea: ⁊ pa
tres nostri narrauerūt nobis. Dn̄s sic q̄ lo
quebat̄. Nā cuius alteri⁹ verba credēda sunt: Attē/
dite popul⁹ meus legē meā: Quid est ergo qđ nūc
repēte homo loquit̄: Jam em̄ hominis verba sūt:
Quāta audiuim⁹ ⁊ cognouimus ea: ⁊ patres nostri
narrauerūt nobis. Nimirū iam deus ex hominis mi
nisterio loquitur⁹: sic ait apl̄us: An vultis experimē 2. Cor. 13.
tum accipe eius qui in me loquit̄ christus: ex ꝑsona
sua primū verba fieri voluit: ne verba eius loquens
homo cōtemneret̄ vt homo. Ita em̄ se habēt locu/
tiones dei quę nobis insinuant̄ ꝑ sensum corporis no
stri. Creaturā subditā: opere inuisibili creator mo/
uet: Nō ei⁹ substātia ī aliquid corpale ⁊ tēporale cō/
uertitur: aut corpalibus ⁊ tēporalib⁹ signis: siue ad
oculos siue ad aures ꝑtinētibus q̄ntū capere homies
possunt: suā faciat innotescere volūtatem. Si enim
angelus vti pōt ęthere: aere: nube: igne: ⁊ alia qua/
libet natura vel specie corpali: et homo: vultu: lin/
gua: manu: calamo: litteris: alijsve significantib⁹ re/
bus ad suę mētis indicāda secreta. Postremo cum
homo sit: nūcios homīes mittit: ⁊ dicit ali: vade: et
vadit: ⁊ alij: veni: et venit: ⁊ seruo suo: fac hoc: et fa/
cit: Quāto maiore ⁊ efficaciore potestate deus: cui
dn̄o vniuersa subiecta sunt: ⁊ ipo angelo et homine
vtit̄: vt qđ ei placet annūciet: Quis itaq̄ꝫ iā homo
dicat: Quāta audiuim⁹ ⁊ cognouim⁹ ea ⁊ patres no
stri narrauerūt nobis: tamē tanq̄ꝫ dei verba: nō tan
q̄ꝫ humanas fabulas audiam⁹. Propter hoc enim
ꝓmissum est: Attēdite popul⁹ meus legē meā. Incli/
nate aurē vestrā in verba oris mei: Aperiā in para/
bolis os meū: eloquar ꝓpositiōēs ab initio. Quāta
ergo audiuim⁹ inquit ⁊ cognouim⁹ ea: ⁊ patres no/
stri narrauerūt nobis. Sic est audiuim⁹ ⁊ cognoui/
mus: quō: Audi filia ⁊ vide. Audita em̄ sunt in ve/
teri testamēto quę cognoscunt̄ ī nouo: Audita cum
ꝓ̄phetarent̄: cognita cū implerent̄. Ubi ꝓmissio red
ditur: nō fraudat̄ auditio. Et patres nostri moyses
et ꝓ̄phetę narrauerūt nobis. Nō sunt abscon
dita a filijs eorum: in generatione altera.
Hęc est generatio: in qua nobis donata est regene/
ratio. Annūciātes laudes dn̄i ⁊ potentī
as eius: ⁊ mirabilia eius quę fecit. Ordo ver
borū est. Et patres nostri narrauerūt nobis: annūc

cẽtes laudes dñi. Laudat dñs vt amet. Quid em
saluberius amat? Et suscitauit testimonium
in iacob: et legẽ posuit in israel. Hoc est initi
um de quo supra dictũ est: Eloquar ꝓpositiones ab
initio. Initiũ est ergo vetus testamẽtũ: finis nouũ.
Timor em̃ preualet in lege. Et initiũ sapiẽtie: timor
Ro. 10. dñi. Finis aũt legis christ⁹ ẽ ad iustiaã omi credẽ
Ro. 5. ti: Quo donãte diffundit charitas in cordib⁹ nostris
per spiritũ sanctũ: qui dat⁹ est nobis: Et cõsumma
1. Jo. 4. ta charitas: foras mittit timorẽ: qm̃ nõ sine lege iu
sticia dei manifestata ẽ: Sꝫ qm̃ testimoniũ habet a
lege ꝛ ꝓphetis: ideo suscitauit testimoniũ in iacob:
et legẽ posuit in israel. Nam et illud qd̃ tam insigni
et pleno tãtis significationib⁹ opere tabernaculum
Ex. 40. cõstitutũ est. tabernaculũ testimonii nominat: in q
2. Cor. 3. erat velamẽ cõtra arcã legis: sicut velamẽ ꝯtra faci
em ministri legis: qꝛ in illa dispensatione: parabole
et ꝓpositiões erant. Ea quippe q̃ p̃dicabant ꝛ facie
bant: velatis significationib⁹ cõdebant: ꝛ nõ reuela
Ibidem. tis manifestationib⁹ cernebant. Cũ aũt trãsierit ad
2. Cor. 3. christũ (ait aplus) auferet velamen. Quotquot em̃
sunt ꝓmissiones dei: in illo erãt. Quisquis igit chri
sto adheret: totũ bonũ qd̃ etiã i litteris legis nõ in
telligit habet: Quisquis aũt ẽ alien⁹ a christo: nec i
telligit: nec habet. Suscitauit ergo testimoniũ in ia
cob: ꝛ legẽ posuit in israel. More suo repetit: Nam
qd̃ est. suscitauit testimoniũ: hoc est: legẽ posuit: Et
qd̃ est in iacob: hoc est in israel. Nam sicut ista duo
nomina sunt hominis vnius: ita lex ꝛ vetus testimõi
um duo sunt nomĩa rei vnius. Interest aliquid ait
q̃spiã: inter suscitauit ꝛ posuit. Ita sane: quẽadmo
dum interest etiã inter iacob et israel: Nõ quia erãt
duo homines: sed eadẽ duo nomĩa diuersis causis
Gen. 25. 32. vni homini sũt imposita. Jacob ꝓpter supplãtatio
nem: qm̃ nascẽtis tenuit plantã fratris: Israel autẽ
ꝓpter visionẽ dei. Sic aliud est suscitauit: aliud po
suit. Nam suscitauit testimoniũ ꝙtũ existimo dictũ
Ro. 7. est. qd̃ illo aliquid suscitatũ est. Sine lege enim ait
aplus peccatũ mortuũ est: Ego autẽ viuebã aliqñ
sine lege: Adueniẽte aũt mãdato: peccatũ reuixit.
Ecce qd̃ suscitatũ est p testimoniũ: qd̃ est lex: vt ap
Ibidem. pareat qd̃ latebat: Sicut paulopost dicit: Sꝫ pecca
tum vt appareat peccatũ p bonũ mihi operatũ est
mortẽ. Posuit aũt legem: dictũ est: tanq̃ iugũ pec
1. Tim. 1. catorib⁹: Vñ dicit: Q: iusto nõ ẽ lex posita. Testi
moniũ est igit inq̃ntũ aliquid ꝓbat: lex autẽ inq̃ntũ
iubet: cum sit vna eadẽq3 res. Quocirca sicut lapis
Ps. 117. christus: sed credẽtibus in caput anguli: non credẽ
tibus aũt lapis offensionis ꝛ petra scandali: Ita te
stimoniũ legis: eis qui lege non legitime vtunt: te
1. Pet. 2. stimoniũ est quo cõuincantur puniẽdi peccatores:
His vero qui ea legitime vtunt: testimoniũ est quo
demonstrat ad quẽ liberãdi cõfugere debent pecca
tores. In eius em̃ gratia est iusticia dei: testimoniũ
Ro. 10. habẽs a lege ꝛ ꝓphetis qua iustificat impius: Quã
quidã ignorãtes: ꝛ suam volẽtes cõstituere: iusticie
dei nõ sunt subiecti. Quanta: inquit: manda
uit patribus nostris nota facere ea filijs su
is: vt cognoscat generatio altera. Filij q̃
nascẽtur ꝛ exurget: ꝛ narrabũt filijs suis.
Vt ponãt i deo spem suã: ꝛ nõ obliuiscã
tur opm dei: ꝛ mãdata ei⁹ exquirãt. Ne
fiãt sicut patres eorũ: generatio praua et
amaricãs. Generatio que nõ direxit cor Al. (?)
suum: ꝛ nõ est creditus cũ deo spũs eius.
Hec verba indicãt duos q̃dammodo populos: alte
rum ad vetus: alterũ ad nouũ testamentũ ꝑtinentẽ.
Nam qd̃ ait: Quãta mãdauit patrib⁹ nostris: nota
facere ea filijs suis: Mãdata eos accepisse dixit: no
ta ea facere filijs suis: non tamẽ eos agnouisse aut
fecisse: sed ad hoc acceperũt ipi: vt cognoscat gene
ratio altera: qd̃ illa nõ cognouit. Filij qui nascent ꝛ
exurgent. Nam illi qui nati sunt: non exurrexerũt:
quia nõ sursum cor: sed in terra potius habuerunt.
Cũ christo em̃ exurgit: Vnde dictũ est: Si exurre Col. 3.
xistis cũ christo: q̃ sursum sunt sapite. Et narrent in
quit filijs suis: vt ponãt in deo spem suã. Ita em̃ nõ Ro. 10.
suã iusticiã iusti volũt cõstituere: sed reuelant ad de Ps. 36.
um viã suã: ꝛ sperãt in eũ: vt ipe faciat. Et nõ obliui
scant opm dei: Magnificãdo scꝫ ꝛ iactando opera
sua tanq̃ ipi faciant: cũ deus sit qui opatur in eis q̃ Phil. 2.
bona operant: ꝛ velle ꝛ opari p bona voluntate. Et
mandata eius exq̃rant. Cũ iam ea didicerit: quõ ex
quirant? Quanta em̃ inq̃t mãdauit patrib⁹ nostris:
nota facere ea filijs suis: vt cognoscat generatio al
tera. Quid cognoscat? Vtiq3 mãdata q̃ mandauit.
Quõ ergo adhuc exq̃rant: nisi quia ponẽdo in deo
spem suã? Tũc mandata eius exq̃rant: vt ab eis illo
adiuuãte cõpleant. Ne fiant sicut patres eorũ ge
neratio praua ꝛ amaricãs: generatio que nõ direxit
cor suũ. Et dicit quare: cõtinuo subiungẽdo: Et nõ
est creditus cũ deo spirit⁹ eius: id est qꝛ nõ habebat
fidem q̃ impetrat qd̃ lex imperat. Qñ em̃ cũ spiritu
dei operãte spũs hominis coopatur: tũc qd̃ de⁹ iussit
implet: Et hoc nõ fit nisi credendo in eũ q̃ iustificat Ro. 4.
impiũ. Quã fidẽ nõ habuit generatio praua ꝛ ama
ricans. Et ideo de illa dictũ est: Nõ est creditus cũ
deo spũs eius. Multo em̃ hoc expressius dictũ est:
ad significandã gratiã dei: q̃ nõ solũ opatur remissi
onẽ peccatoꝝ: sed etiã coopantẽ sibi facit hominis
spiritũ: in ope bonoꝝ factoꝝ: quasi diceret: Nõ cre
didit deo spũs eius. Hoc est em̃ habere cũ deo cre
ditũ spiritũ: nõ credere spiritũ suũ posse facere sine
deo iusticiã: sed cũ deo. Hoc est em̃ credere in deũ: 3. sen. d. 23. ali
qd̃ vtiq3 plus est q̃ credere deo. Nã ꝛ homini cuili ud est.
bet plerũq3 credendũ est: q̃uis in eũ nõ sit credẽdũ.
Hoc est ergo credere in deũ: credendo adherere ad
bene coopandum bona opanti deo: Quia sine me Joh. 15.
inquit nihil potestis facere. Quid aũt plus hic apo
stolus dicere potuit q̃ qd̃ ait: Qui aũt adheret deo 1. Cor. 6.
vnus spũs est? Aliqñ lex ista testimoniũ est q̃ dam
netur: nõ quo absoluat reus. Littera em̃ est minax
q̃ cõuincat p̃uaricatores: nõ spũs adiuuans qui li
beret ꝛ iustificet peccatores. Generatio ergo illa cu
ius exemplũ cauendũ est: ideo praua et amaricans
fuit: quia nõ est credit⁹ cum deo spũs eius: quia etsi
aliqua credidit deo: nõ tamẽ credidit in deũ. Non
ex fide adhesit deo: vt sanata a deo bene cooparet
coopanti in se deo. Deniq3. Filij ephrem intẽ
6
dentes ꝛ mittẽtes *arcus: cõuersi sunt i die Al. *arcum.
belli. Persequẽtes legẽ iusticie: in legẽ iusticie non Ro. 9.
puenerũt. Quare? Quia nõ ex fide. Generatio em̃
erat cui⁹ spũs cũ deo credit⁹ nõ est: sed tanq̃ ex opi
bus: quia nõ sicut tetendit misit arcus qd̃ foris ap
pareret: tanq̃ in opibus legis: ita direxit ꝛ cor: vbi
iustus viuit ex fide: q̃ p dilectionẽ opatur: qua inhe Ro. 1.

Gal. 5. retur deo qui operatur in homine et velle et operari
Phil. 2. pro bona volūtate. Nā quid est aliud tēdere arcus et
mittere et cōuerti in die belli: nisi attendere et pmit-
tere in die auditionis: et deserere in die tēptationis:
armis quasi pludere: et ad horam certaminis nolle
pugnare? Quod sane ait tēdētes et mittētes arcus:
cum debuisse dicere videatur: tendentes arcus: et mit
tentes sagittas: Nō enim arcus mittitur: sed ab arcu ali
quid mittitur: Aut illa locutio est de qua supius dis
seruimus: vbi dictū est: Suscitauit testimoniū: quia
suscitauit aliquid testimonio: Ita et hic mittētes ar
cus: quia miserunt aliquid arcubus: Aut obscurus
ordo verborū est cū ītermissione verbi: qd etiā ta-
citū subaudiendū est: vt iste ordo sit: Filii ephrem
intendētes arcus et mittentes: et subaudiatur sagittas:
plenusque sit sensus: tendētes arcus et mittentes sagit
tas: quod etiā si diceret: tēdētes arcus et mittētes sagittas:
nō vtique tendentes sagittas intelligere deberemus:
sed audito eo qd dixit: tendentes: subaudire potius
arcū: quamuis dictum nō fuerit. Nōnulli sane codices
greci habere dicuntur: tendētes et mittētes arcubus:
vt sine dubitatiōe subaudiamus: sagittas. Quod ve-
ro per filios ephrem vniuersam illā generationē ama-
ricantē intelligi voluit: locutio est a parte totū signi-
ficans. Et ideo fortasse electa est ista pars: ex qua to
tus ille populus significaretur: quia de his potissimū
boni aliquid expectandū fuit: quia ex illo nati sunt
Gen. 48. quē nepotē suū iacob: quamuis a patre eius tanquam mi-
norē ad sinistrā constitutū: manu tamē dextera bn-
dixit: eumque maiori fratri arcana benedictione ppo
suit. vt qd ita hoc loco tribus illa culpatur: nec aperu-
isse in ea qd illa benedictio pmittebat ostendit: satis
intelligamus qd etiā tūc ex verbis patriarche iacob:
longe aliud figurabatur: quam prudentia carnis expe-
Matth. 20. ctat. Figurabatur enim quia futuri essent nouissimi qui erāt
primi: et primi futuri essent qui erant nouissimi: per
Joh. 1. saluatoris aduentū. de quo dictū est: Qui post me
Gen. 4. et 21. et venit: ante me factus est. Sic abel iunior maiori prela-
25. tus est fratri: Sic hismaeli isaac: Sic esau cōgemino
Gen. 38. suo: sed tamen prius nato ipso iacob. Sic phares et
ipse cōgemino suo: qui prius manū ex vtero miserat
1. Reg. 15. et cepat nasci. et iam nascendo pcessit. Sic dauid ma
ioribus prelatus est fratribus: Et propter qd iste omnes
atque alie similitudines nō solū dictorū: sed etiam fa
ctorū parabole pcesserūt. Sic populo iudeorū: pre-
latus est populus christianus: pro quo redimendo
Gen. 4. quēadmodū abel a cain: sic a iudeis occisus est chri-
stus. Hoc figuratū est enim etiā: cum iacob decussat i
Gen. 48. porrectis manibus dextera tetigit ephrem ad sinistrā
cōstitutū: eumque pposuit manasse ad dexterā cōsti-
tuto: quē sinistra ipse tangebat. Nam secundum carnē filii
ephrem intendētes et mittentes arcus cōuersi sunt in
die belli. Quid sit aūt qd ait: Cōuersi sūt in die bel
li: consequētia docent: quibus id apertissime exposuit.

b Non custodierūt: inquit: testamentū dei:
et in lege eius noluerūt ambulare. Ecce qd
est: Cōuersi sūt in die belli: Nō obseruauerūt testa-
mentū dei. Ubi arcus tendentes et mittētes: etiam
pmissionis verba pimptissime ptulerunt dicentes:
Exo. 19. Quecunque locutus est dñs deus noster: audiemus et
faciemus. Cōuersi sunt in die belli: quia pmissionē
obedientie: nō auditio: sed temptatio pbat. Cuius est
autē cū deo spiritus creditus: fidelē tenet deū: qui

nō enim permittat tēptari sup id quod potest: sed fa 1. Cor. 10.
ciet cum tēptatione etiam exitū: vt possit sustinere:
ne conuertatur in die belli. Qui autem in se nō in deo 1. Cor. 1.
gloriatur: quamuis iactet pollicitationem virtutis sue:
velut tendens et mittens arcus: cōuertitur in die bel
li. Quia enim nō est creditus cū deo spiritus eius: nō
est cum illo etiā spiritus dei. Et sicut scriptū est: qui a Eccl.
nō credidit: ideo nō protegetur. Quod vero cū dixis
set: Nō obseruauerūt testamentū dei: adiecit et ait:
Et in lege eius noluerūt ambulare: Repetitio est su-
perioris sententie: cum quadā eius expositiōe. Hoc
enim appellauit legē eius: qd supra dixerat testamen-
tum dei: vt illud quod dictū est: nō custodierunt re-
petitum intelligatur: in eo ambulare noluerunt. Sed
cum breuius dici possit: Et in lege eius noluerunt
ambulare: nō nihil mihi videtur in hoc verbo nos que-
rere voluisse qd maluit dicere: noluerūt ambulare:
quam: nō ambulauerūt. Poterat enim putari lex operū
quasi sufficere ad iustificationē: cum ea que pcipiū-
tur forinsecus fiunt ab eis hominibus qui mallent nō
pcipi que nō ex corde faciūt: et tamē faciunt: Ac per hoc
quasi videntur ambulare in lege dei: sed nolūt ambu
lare: Nō enim ex corde faciūt. Ex corde aūt nullo mō
fieri potest: quod formidine fit pene: non dilectione
iusticie. Nam quātū attinet ad facta que forinsecus
agūtur: et qui timent penam: et qui amant iusticiā:
nō furātur: et ideo pares sunt manu: dispares corde:
pares opere: dispares volūtate. Ideo illi sic notati
sunt: Generatio inquit que nō direxit cor suū. Non
dictū est opera: sed cor. Recto enim corde: recta sunt
opera. Cum aūt cor rectū nō est: opera recta nō sunt
etiam si recta videantur. Et vnde cor nō direxit pra-
ua generatio: satis aperuit cum ait: Et nō est credi-
tus cum deo spiritus eius. Rectus est enim deus: et
ideo recte adherens: tanquam incōmutabili regule po-
test fieri rectū: qd in se fuit prauū cor hominis. Ut
aūt cor cum illo sit: et per hoc rectū esse possit: accedit
ad eum: nō pede: sed fide. Ideo dicitur etiam in epla
ad Hebreos de illa ipsa generatione praua et amari-
cante: Non profuit sermo auditus illis: nō cōtempe- Heb. 4.
rans fidei eorū qui obaudierūt. Uoluntas igitur que
est in corde recto: paratur a dño: fide pcedente: qua
acceditur ad deū directū: vt cor fiat rectum. Que fi
des pueniente et vocāte: misericordia dei: per obediē-
tiam suscitatur: et applicare incipit ad deum cor: vt
dirigatur: vt quanto magis magisque dirigitur: tanto ma
gis videt qd nō videbat: et valet qd nō valebat. Hoc
nō fecerat simon: cui petrus apostolus dixit: Non Act. 8.
est tibi pars neque sors in hac fide: Cor enim tuum nō
est rectū cum deo. Ibi enim ostēdit quia non pōt esse
rectū sine deo: vt incipiant homines nō tanquam serui
sub lege ambulare metuentes: sed in lege tanquam filii
volētes: in qua illi ambulare noluerūt: et sub illa rei
remanserunt. Hanc enim voluntatē nō timor: sed cha Ro. 5.
ritas habet: que diffunditur in cordibus credentiū per
spiritū sanctū. Quibus dicitur. Gratia salui facti estis Eph. 2.
per fidem: et hoc nō ex vobis: sed dei donū est: non ex
operibus: ne forte quis extollatur: Ipsius enim sumus fi-
gmentū creati in christo iesu: in operibus bonis que
pparauit deus: vt in illis ambulemus: Nō quō isti
qui in lege eius noluerūt ambulare: nō credendo in
eum: neque viam suā reuelando ad eū: et sperādo in eū
vt ipse faceret. Et obliti sunt beneficiorum Ps. 36.

eius: et mirabilium eius que ostendit eis:
Coram patribus eorum fecit mirabilia.
Quid sit hoc nõ est questio negligẽda. De ipsis pa-
tribus pauloante dicebat: qd̃ fuisset generatio pra-
ua et amaricans. Ne fiãt inquit sicut patres eorum
generatio praua et amaricans: generatio que nõ di-
rexit cor suum: et cetera que adhuc de ipsa generati-
one dicũtur: Cuius imitationẽ eo modo cauendã p̃-
cipit alteri generationi vt ponant in deo spem suã:
et nõ obliuiscãtur operũ dei: et mãdata eius exq̃rãt.
De quibus iam satis qd̃ visum est disseruimus. Quid
sibi ergo vult cũ de ipsa generatione praua loquat:
quomõ obliti sunt beneficiorũ dei: et mirabiliũ eius
que ostendit eis: qd̃ addidit et dicit: Corã patribus
eorum fecit mirabilia: Quibus patribus cum ipsi
sint patres eorũ: quorũ nõ vult esse posteros similes:
Si illos acceperimus ex quibus isti nati erãt: velut
abrahã: isaac et iacob: iam olim dormierãt: quãdo mi-
rabilia deus ostẽdit in egypto. Sequitur enim. In
terra egypti: in campo thaneos. Ubi dicit ostẽ-
disse deum istis mirabilia corã patribus eorũ. An
forte spiritu p̃sentes erant: quia de ipsis dñs in euan-
Luc.20. gelio ait: Omnes enim illi viuũt: An accõmodatius ac-
cipimus patres moysen et aaron: aliosq̃ seniores qui
cõmemorãt in eadẽ scriptura etiã spiritũ accepisse
Rom.5. vnde acceperat et moyses: vt eum adiuuarent ad eun-
dem populũ regendũ ac ferendũ: Cur enim nõ appel-
larẽtur patres: Non sicut deus pater vnus est qui
regenerat spiritusancto quos facit filios ad eternã
hereditatẽ: sed honoris gratia p̃pter etatem curãq̃
i.Cor.4. pietatis. Sicut paulus senior dicit: Nõ vt cõfundã
vos hec scribo: sed vt filios meos charissimos mo-
Math.23. neo: cum sciret vtiq̃ a dño dictũ: Ne vobis dicatis
patrẽ in terra: vnus est enim pater vester deus. Quod
nõ ideo dictũ est: vt hoc vocabulũ honoris huma-
ni de loquendi cõsuetudine tolleretur: sed ne gratia
dei qua in eternam vitã regeneramur: nature: vel po-
testati: vel etiã sanctitati cuiusq̃ hominis tribueret.
Ideo cum diceret: Ego vos genui: predixit in chri-
sto et per euangeliũ: ne ipsius putaret esse qd̃ dei est.
Ergo illa generatio praua et amaricans: obliti sunt
beneficiorũ dei: et mirabiliũ eius que ostendit eis co-
ram patribus eorũ que fecit mirabilia in terra egy-
K pti: in campo thaneos. Et incipit eadẽ mirabilia cõ-
memorãdo retexere: Que si parabole sũt et p̃positi-
ones: pfecto ad aliquid cõparandũ referende sunt:
Nec oculum intẽtionis debemus auferre ab eo qd̃
psalmus iste intẽdit ostendere: hunc esse fructũ om-
niũ que dicunt: et quare admoniti sumus: hec intẽ-
tissime audire deo dicente: Attẽdite populus meus
legem meã: inclinate aurem vestrã in verba oris mei:
Ut ponamus in deo spem nostrã: et ne obliuiscamur
operũ dei: et mandata eius exquiramus: ne fiamus
sicut illi patres generatio praua et amaricans: ge-
neratio que cor nõ direxit suum: et nõ est creditus cũ
deo spiritus eius. Ad hoc ergo omnia referenda sũt:
ac p hoc quicquid figurata actione ista significant:
ita fieri possunt spiritualiter in homie: vel gratia dei
si bona sunt: vel iudicio dei si mala sunt: sicut illa
bona facta sunt in israelitas: vel mala et in ipsos: et in
eorũ inimicos. Que si non obliuiscamur: sed in deo
spem nostrã ponamus: nec ipsius gratie simus in-
grati: eumq̃ timeamus: nõ timore seruili quo sola
mala corporalia formidant: sed timore casto p̃manẽ-
te in seculũ seculi: qui timor magnã esse iudicat pe-
nam priuari luce iusticie: non efficiemur tanq̃ pa-
tres illi generatio praua et amaricans. Terra itaq̃
egypti: in figura intelligẽda est huius seculi. Campus
thaneos planicies est mãdati humilis. Nam man-
datũ humile interp̃tatur thanis. In hoc ergo secu-
lo humilitatis mandatũ suscipiamus: vt in alio se-
culo exaltationẽ quã p̃misit qui p̃pter nos hic factus
est humilis: accipere mereamur. †Nam qui di- Exo.40.
rupit mare et †traiecit eos: †statuit aq̃s qua- Al. †non hz.
si in †vtres. Ut sic staret vnda tanq̃ fuisset inclu- Al. †interrupit †pduxit. †it.
sa: potest p suã gratiam cohibere fluida et labentia Al. †vtre.
cõcupiscentiarũ carnaliũ: cum huic seculo renũcia-
tur: vt tanq̃ inimicis peccatis omnibus pdeletis fi-
deliũ populus p sacramentũ baptismatis traiciatur.
†Qui eduxit eos in nube diei: et tota no- Al. Et deduxit.
cte in illuminatione ignis. Potest etiã spiritu- Ibidem.
aliter dirigere itinera: si ad eũ clamet fides: Itinera Ps.118.
mea dirige s̃m verbũ tuũ. De quo alibi dicit: Ipse Prouer.4.
enim rectos faciet cursus tuos: et itinera tua in pace p-
ducet p iesum christũ dñm nostrũ: Cuius in hoc secu-
lo tanq̃ in die sacramentũ manifestatũ est in carne
velut in nube: in iudicio vero tanq̃ in terrore noctur-
no: q2 tunc erit magna tribulatio seculi tanq̃ ignis:
et lucebit iustis: et ardebit iniustis. Qui †diru- Exo.17.
pit in deserto petrã: et adaquauit eos sicut in Al. †interrupit petrã in heremo
abysso multa: Et eduxit aquã de petra: Al. †velut.
et deduxit tanq̃ flumina aquas. Pot vtiq̃
sitientis fidei donũ spũsancti qd̃ illa res gesta spũa-
liter significabat infundere de spiritali sequente pe-
tra qd̃ est christus: qui stabat et clamabat: Si quis Ioh.7.
sitit: veniat ad me: Et: Qui biberit de aq̃ quam ego
dabo: flumina aque viue fluent de ventre eius. Hoc
enim dicebat sicut in euãgelio legit de spiritu quẽ ac-
cepturi erant credẽtes in eũ. Ad quẽ velut virga li-
gnum passionis accessit: vt emanaret credẽtibus gra-
tia. Et tamẽ illi tanq̃ generatio praua et amaricãs. L
†Apposuerũt adhuc peccare ei: Id est nõ Al. †Et.
credere. Nã hoc est peccatũ de quo arguit spiritus Ioh.16.
mundũ: sicut dñs dicit: De peccato quidẽ: quia nõ
crediderũt in me. Et †exacerbauerunt altissi- Al. †in ira excitauerũt excelsũ.
mum in siccitate. Qd̃ alii codices habent: in in-
aquoso: Qd̃ de greco est expressius: nec aliud q̃
siccitatẽ significat. Utrũ in alia heremi siccitate: an
potius in sua: Quia licet bibissent de petra: nõ ven-
tres: sed mẽtes aridas habebãt: nulla virentes fecũ-
ditate iusticie. In qua siccitate magis fideliter deo
supplices esse debuerãt: vt qui sanctitatẽ donauerat
faucibus: equitatẽ donaret et moribus. Ad eum quippe
fidelis anima clamat: Oculi mei videant equitatẽ. Ps.16.
Et temptauerũt deũ in cordibus suis: vt Nume.11.
peterẽt escas aiabus suis. Aliud ẽ petere cre-
dendo: aliud temptãdo. Deniq̃ sequit. Et †de- Al. †male locuti sunt.
traxerũt de deo et dixerũt: nunquid pote-
rit deus parare mẽsam in deserto: Qm
percussit petrã et fluxerũt aque: et torrentes
inundauerũt: Nũquid et panem poterit
dare: aut parare mẽsam populo suo: Non
credentes ergo petierũt escas aiabus suis. Non sic
apostolus iacobus escã mentis p̃cepit postulari: sed
a credentibus eam peti admonet: nõ a temptãtibus at-
q̃ detrahẽtibus deo: Si quis autẽ vestrũ inquit in- Iacobi.1.

diget sapiētia: postulet a deo: qui dat omib⁹ affluen-
ter ꝛ nō improperat: ꝛ dabit ei: Postulet aūt in fide
nihil hesitans. Hanc fidē non habebat generatio q̄
coꝝ nō direxit suū: et non est creditus cū deo spirit⁹
Al. ꝑ deo. eius. ꝑ Propter hoc audiuit dñs ꝛ distulit:
ꝛ ignis accēsus ē in iacob: ꝛ ira dei ascēdit
in israel. Exposuit quid ignē dixerit. Iram quip-
pe appellauit ignē: q̄ꝗ multos ꝑpe etiam ignis ac-
cenderit. Quid ergo est qd̄ ait: Audiuit dñs ꝛ distu-
lit: An distulit eos introducere in terrā ꝑmissionis
quo ducebant: qd̄ intra paucos dies fieri poterat:
Sed ꝑpter peccata in heremo fuerant cōterēdi: vbi
et cōtriti sunt ꝑ quadraginta annos. Quod si ita ē:
distulit ergo populū: nō istos ipos qui temptātes
detrahebāt deo. Nam omes in heremo perierunt:
et filij eoꝝ in terrā ꝑmissionis ingressi sunt. An di-
stulit penam vt prius satiaret etiā infidelē concupi-
scentiam: ne ꝑpterea putaret iratus: quia hoc ab il-
lo licet temptātes ꝛ detrahentes petebant qd̄ face-
re non posset: Audiuit ergo et distulit vindicare: et
posteaq̄ꝫ fecit quod eū illi facere nō posse putauerāt:
tūc ira ascēdit in israel. Deniq̄ꝫ vtrunq̄ꝫ breuiter po-
situm: deinceps aperte ordinē narrationis exequit.

Quia nō crediderūt in deo: nec sperauerunt in salutare eius. Namq̄ꝫ cum dixisset: q̄re
ignis accēsus est in iacob: ꝛ ira ascendit in israel: id ē
quia nō crediderūt in deo: nec sperauerūt in saluta-
ri eius: continuo subijciens q̄ꝫ euidētius beneficijs
ingrati fuerunt. Et mandauit: inquit: nubi-
bus desuper: et ianuas celi aperuit: Et
Exo. 16. pluit illis manna ad manducandū: et pa-
nem celi dedit eis. Panē angeloꝝ man
Sap. 16. ducauit homo: cibaria misit eis in abūdā-
Al. tabūd ātia. tiam. Transtulit austrū de celo: ꝛ indu-
xit in virtute sua aphricū. Et pluit super
Nume. 11. eos sicut puluerem carnes: ꝛ sicut harenā
maris volatilia pēnata. Et ceciderūt in me
dio castroꝝ eoꝝ: circa tabernacula eoꝝ.
Et manducauerūt et saturati sunt nimis:
Al. ꝛ fraudati. et desideriū eoꝝ attulit eis: nō sūt priua-
ti a desiderio suo. Ecce quare distulerat. Quid
Al. ꝛ esce eorum aūt distulerat: audiamus. Adhuc esca erat i
erant. ore ipsoꝝ: ꝛ ira dei ascendit in eos. Ecce qd̄
Al. ꝛ super. distulerat. Prius eñ distulit: ꝛ postea ignis accen-
M sus est in iacob: ꝛ in ira ascendit in israel. Distulerat
ergo vt prius faceret qd̄ eum facere nō posse credi-
derant: deinde infert quod eos pati oportebat. Nā
si ponerent in deo spem suā: nō solum eis illa deside
ria carnis: sed etiam spirit⁹ implerent. Qui eñ mā-
dauit nubibus desup: ꝛ ianuas celi aperuit: ꝛ pluit
illis manna ad manducandū: ꝛ panē celi dedit eis:
vt panem angeloꝝ manducaret homo: qui cibaria
misit eis in abundātia: vt satiaret incredulos: nō est
inefficax dare credētibus verū ipm de celo panem:
quē manna significabat: qui vere cibus est angelo-
rum: Qd̄ dei verbū corruptibiles incorruptibiliter
Ioh. 1. pascit: quod vt māducaret homo: caro factū est: et
habitauit in nobis. Ipe eñ panis ꝑ nubes euange-
licas vniuerso orbi pluit: et apertis p̄dicatoꝝ cordi
bus tanq̄ꝫ celestib⁹ ianuis: nō murmurāti ꝛ temptā-
ti synagoge: sed credenti ꝛ in illo spem ponēti ecclesie
p̄dicat. Qui trāstulit austrū de celo: ꝛ induxit i vir-
tute sua aphricū: ꝛ pluit sup eos sicut puluerem car

nes: ꝛ sicut harenā maris volatilia pennata: Et ce-
ciderunt in medio castroꝝ eoꝝ: circa tabernacula eo-
rum: Et māducauerūt: ꝛ saturati sunt nimis: et desi
deriū eorum attulit eis: nec sunt priuati a desiderio
suo. Potest ꝛ nō temptantiū: sed credentiū paruulā
fidem: carne editis vocū signis: et per aerē trāscur-
rētibus tanq̄ꝫ volatilibus pascere: nō tamē ab aqui-
lone venietib⁹: vbi frigus ꝛ caligo p̄ualēt: id est elo-
quentia q̄ huic seculo placet: sed transferēdo austrū
de celo. Quo nisi ad terras: Vt q̄ in fide sūt paruu-
li: audiēdo terrestria: nutriant ad capiēda celestia.
Si enim terrestria inquit dixi vobis: et non creditis: Io. 3.
quō si celestia dixero vobis: credetis: Trāslat⁹ eñ
erat ille de celo q̄dammodo vbi mēte excesserat deo
vt temperātus eis esset quib⁹ dicebat: Nō potui vo- 1. Cor. 3.
bis loqui quasi spūalibus: sed quasi carnalib⁹. Ibi 2. Cor. 12.
eñ audierat ineffabilia verba: que in terra illi nō li-
cebat loqui ꝑ verba sonantia quasi ꝑ volatilia pen-
nata. Et inducēdo in virtute sua aphricū: hoc est ꝑ
ventos meridianos feruētes ꝛ lucentes p̄dicantiū
spūs: Et hoc i virtute sua: ne sibi tribuat aphric⁹ qd̄
habet ex deo. Veniūt aūt vltro isti venti ad homi-
nes: ꝛ apportāt eis verba diuinit⁹ missa: vt i suis se-
dibus ꝛ circa tabernacula sua colligāt eiusmodi vo-
latilia: ꝛ adoret vnusquisq̄ꝫ dñm de loco suo: omnes
insule gentiū. Sed infidelibus tanq̄ꝫ praue ꝛ amari-
canti generationi: cū adhuc esca esset in ore ipsoꝝ:
ira dei ascēdit in eos. Et occidit in plurimis
eoꝝ. Hoc est plurimos eoꝝ. Vel sicut nōnulli co
dices habent: Pingues eorum. Quod quidē
in grecis quos habuim⁹: nō inuenimus: Sꝫ si hoc ē
verius: quid aliud intelligēdi sunt pingues eoꝝ: ni-
si in superbia p̄ualentes: de q̄bus dicit: Prodijt q̄si Ps. 72.
ex adipe iniquitas eoꝝ. Et electos israel im-
pediuit. Erant illic etiā electi: quoꝝ fidei nō cōtē-
perabat generatio praua ꝛ amaricās. Impediti sūt
aūt: ne aliquid eis ꝑdessent: quib⁹ paterno affectu
cōsulere cupiebāt. Quibus eñ deus irascit: qd̄ mi-
sericordia ꝯferet humana: An potius simul cū eis
cōpeditos etiā electos intelligi voluit: vt qui mente
et vita discernebant ad exemplū: nō iusticie tantū:
sed etiā patiētie cū illis molestias sustinerēt: Nam
sanctos cū peccatoribus nō ob aliam forsitā causā
etiā captiuos ductos esse vidicim⁹: q̄ñ in grecis co
dicibus nō ἀραποδίσεν quod est impediuit: sed
συνεποδίσεν legimus: qd̄ ē poti⁹ compediuit.
Sed generatio praua ꝛ amaricans. In omni- N
bus his peccauerūt adhuc: ꝛ nō crediderūt
in mirabilibus ei⁹. Et defecerūt in vani-
tate dies eoꝝ: Cū possent si crederēt dies in ve-
ritate sine defectu habere apud eum cui dictum est:
Anni tui nō deficient. Defecerunt ergo in vanitate Ps. 101.
dies eoꝝ. Et anni eoꝝ cū festinantia. Fe-
stinat quippe tota vita mortaliū: ꝛ que videt prolix
ior: vapor est aliquāto diuturnior. Verūtamē Al. ꝛ cum
cū occideret eos: querebant eū. Non ꝑpter
eternā vitā: sed vaporē citius finire metuētes. Que-
rebāt ergo eū: nō vtiq̄ꝫ hi quos occiderat: sed q̄ exē-
plo eoꝝ occidi timebant. Sic aūt de illis scriptura
locuta est: tanq̄ꝫ hi deū quererēt qui occidebant: q̄a
vnus populus erat: tanq̄ꝫ de vno corpore dicitur.
Et reuertebant et diluculo veniebāt ad
eū. Et rememorati sunt qm̄ deus ē adiutor Al. ꝛ

ptor eorū: et deus excelsus redemptor eorū
est. Sed hoc totū ꝓpter acquirēda tēꝑalia bona: et
vitanda tēporalia mala. Nam qui ꝓpter beneficia
terrena deū querebant: nō vtiqꝫ deū: sed illa quere-
bant: quia eo mō timore seruili nō liberali dilectio-
ne deus colit. Sic ergo deus nō colit: hoc eni colit
quod diligit. Unde qr deus rebus omnibus maior et
melior inuenit. plus omnibus diligēdus est vt colit.
Denique hic sequētia videamꝰ. Et dilexerunt
Psalm 77. eū: inquit in ore suo: et in lingua sua menti-
ti sunt ei. Cor aūt ipsoꝝ non erat rectū cū
eo: nec fideles habiti sunt in testamēto eiꝰ.
Aliud in lingua eorū: aliud in corde eorū īueniebat:
cui secreta hominū nuda sunt: et sine vllo obstaculo
quid potius amarēt: videbat. Rectū itaqꝫ cor cum
Ps. 26. deo est: qñ ꝓpter deū querit deū. Unā quippe cōcu-
piuit a dño: hāc requiret: vt inhabitet in domo dñi
semꝑ: et cōtempletur eiꝰ delectationē: Cui dicit cor fi-
Exo. 16. delū: saturabor: nō olla carniū egyptioꝝ: nec me-
lonibus et peponibus et allio et cepis (que generatio
praua et amaricās etiā pani celesti ꝓferebat) nec mā-
Ps. 16. na visibili atqꝫ ipsis volatilibꝰ pennatis: sed satura-
bor cū manifestabit gloria tua. Hec est eni heredi-
tas noui testamēti: in quo illi fideles habiti nō sunt:
cuius tamē fides etiā tunc qñ velabat erat in electis:
et nūc qñ iam reuelata est: nō est in multis vocatis.
Math. 20. Multi eni sunt vocati pauci aūt electi. Talis ergo
erat generatio praua et amaricans: etiā cum deū q-
rere videret: diligēs in ore: et in lingua mentiens: in
corde aūt nō recto cum deo: vbi ea potiꝰ diligebat
O ꝓpter que dei adiutoriū requirebat. Ipse autē
est misericors: et ꝓpitius fiet peccatis eorū:
Ibidem. et nō disꝑdet eos. Et abūdauit vt auer-
teret irā suā: et nō accendit omnē irā suam.
Et recordatus est qr caro sunt: spūs va-
Ibidem. dens et nō reuertens. In his verbis multi sibi
iniquitatis impunitatē de diuina miscdia pollicent:
etiā si tales esse persiterit: qualis generatio ista de-
scribitur praua et amaricans: que cor nō direxit suū:
et nō est creditus cū deo spūs eius: quibꝰ cōsentire
nō expedit. Si eni vt ſm ipsos loquar: deus fortas-
se nō perdet nec malos: sine dubio nō ꝑdet bonos:
Cur ergo nō potius id eligimꝰ: vbi dubitatio nulla
est: Nam qui in lingua sua mentiunt illi: cum aliud
habeat cor eorū: putāt vtiqꝫ et volūt qñ penam eter-
nam talibus cōminat: etiā deū esse mendacē. Sz cū
ipsi eū mentiendo nō fallāt: ille verū dicendo nō fal-
lit. Hec itaqꝫ verba diuinoꝝ eloquioꝝ de qbꝰ sibi
generatio praua blādit: nō ea deprauet sic cor suū:
quia et illo depꝛauato: ista recta ꝑsistunt. Primo qp-
pe ſm hoc intelligi potest qd in euāgelio scriptū ē:
Math. 5. Ut sitis sicut pater vester qui in celis est: qui facit ori-
ri solem suū suꝑ bonos et malos: et pluit suꝑ iustos et
iniustos. Quis eni nō videat quāta miscdie patien-
tia malis parcat: Sed ante iudiciū. Sic ergo peꝑ-
cit illi genti: vt nō accēderet oēm irā suā ad eam pe-
nitus eradicandā atqꝫ finiendā: Qd in verbis eiꝰ et
intercessione ꝓ peccatis eorū moysi serui eius eui-
Exo. 32. dēter apparet: vbi deus dicit: Deleā eos: et faciam te
in gentē magnā. Ille intercedit paratior deleri pro
ipsis qꝫ ipsos: sciēs apud misericordē se id agere: qui
qñ nullo mō deleret ipm: etiā illis ipsis parceret ꝓ-
pter ipsum. Videamus eni qūtum pepercit: et adhuc
parcat. Nam introduxit eos in terrā ꝓmissionis: et
seruauit eam gentē quousqꝫ se christū interficiendo
sceleri omniū maximo colligarēt: Qd eos ex illo re-
gno eradicatos: ꝑ cuncta gentiū regna disseminauit:
nō vtiqꝫ deleuit: sed manet idem populus ꝓlis suc-
cessione seruatꝰ: Uelut cain signo accepto: ne quis Gen. 4.
eum occidat: id est penitus ꝑdat. Ecce quēadmodū
implet qd dicit: Ipse aūt est misericors: et ꝓpitius fi-
et peccatis eorū: et non disꝑdet eos: et abundauit vt
auerteret irā suā: et nō accendit omnē iram suā: quia
si omnis ira eius: id est qntū digni sūt in eos accēde-
retur: gens illa nulla relinqueret. Ita deus cui can-
tatur: miscdia et iudiciū: Et in isto seculo ꝑ misericor- Ps. 100.
diam facit oriri solem suū suꝑ bonos et malos. et ī fi- Math. 5.
ne seculi per iudiciū ab eterna luce sua separatos: eter-
P nis tenebris punit malos. Deinde ne vim diuinis
verbis inferre videamur: et vbi dictū est: Non ꝑdet
eos: nos dicamꝰ: sed postea perdet eos. De hoc ip-
so ꝑsenti psalmo: vsitatissimā scripture locutionem
aduertamus: vnde ista questio multo diligentiꝰ ve-
riusqꝫ soluat. Certe de his ipis loquens paulopost:
cū cōmemorasset que ꝓpter eos egyptij ꝑpessi fue-
rant: cōmemorans etiā vltimā plagam: Et ꝑcussit
inquit omne primitiuū in terra egypti primitias la-
boris eorū in tabernaculis cham. Et abstulit sicut
oues populū suum: et ꝑduxit eos tanqꝫ gregē in de-
serto. Et eduxit eos in spe et nō timuerūt: et inimicos
eorū operuit mare: Et induxit eos in montē sancti-
ficationis sue: montē quē acquisiuit dextera eiꝰ: Et
eiecit a facie eorū gentes: et sorte distribuit eis terrā
in funiculo distributionis. Si quis ad hec verba no-
bis inferens questionē dicat: quō eis hec omnia col-
lata esse cōmemorant: cum ipsi non fuerint ꝑducti in
terrā ꝓmissionis: qui ab egypto liberati sunt: qm il-
li mortui sunt: quid respōdebimus nisi eos dictos:
quia idem ipse populus fuit ꝑ successiones filioꝝ:
Sic ergo cū audiuimus maxime: quia futuri tēpo-
ris verba sunt: Et ꝓpitius fiet peccatis eorū: et non
disꝑdet eos: et abūdauit vt auertat iram suam: et nō
accendit omnē iram suā: Intelligamus in his iple-
tum: de quibus dicit apostolus: Sic ergo et in hoc Ro. 11.
tempe reliquie ꝑ electionem gratie: salue facte sunt.
Unde etiā dicit: Nunquid repulit deus plebē su-
am: Absit. Nam et ego israelita sum ex genere isra- Ibidem.
el: de tribu beniamin: hebreus ex hebreis. Hos igi-
tur scriptura ꝑuidit qui in christū fuerant ex isto po-
pulo credituri: et accepturi peccatoꝝ remissionē: vs-
qꝫ ad illud maximū: q insanientes ipm medicū pere-
merūt. Hinc omnino dictum est: Ipse aūt est miseri-
cors: et ꝓpitius fiet peccatis eorū: et nō disꝑdet eos: et
abūdauit vt auerteret iram suā: qr etiam illud remi-
sit: qd ab eis vnicꝰ filius eiꝰ occisus est. Et nō accē-
dit oēm irā suā: qr reliquie salue facte sunt. Et recor-
datꝰ ē: qr caro sūt: spūs vadēs et nō reuertēs. Ideo
Q eos vocādo et miserādo ꝑ suā gratiā ipe reuocauit:
qr ꝑ seipos redire nō possent. Quō enim redit caro
spūs ambulās et nō reuertens: vrgente se in ima ma-
loꝝ atqꝫ lōginqua pōdere meritoꝝ: nisi ꝑ electio-
nē gratie: q nō meritis tanqꝫ merces redd[illegible]: ſ tāqꝫ Ro. 4.
donū gratis dat. vt iustificet impium: et redeat ouis Math. 12.
ꝑdita: nō tñ in viribus suis: ſ in humeris reportata
pastoris: q se ꝑdere potuit: cū sponte vagaretur: se
aūt inuenire non potuit: Nec omnino inueniret: nisi

pastoris misericordia quereret. Non eñ et ille filius ad
hanc ouem nõ pertinet: qui reuersus in semetipsum
Luc. 15. dixit: Surgam et ibo ad patrẽ meũ: Occulta itaq3
vocatiõe et inspiratiõe etiam ipse quesitus est: et re/
suscitatus: nõ nisi ab illo qui viuificat om̃ia. Et in/
uẽtus: a quo: nisi ab illo qui venerat saluare et que/
Luc. 19. et. 15. rere quod perierat: Mortuus eñ erat et reuixit: pe/
rierat et inuẽtus est. Nam et illa nõ leuis sic solueret
questio quod in Prouerbijs scriptũ est: cum de via
Prouer. 2. iniquitatis scriptura loqueretur: Om̃es qui ambu/
lant in eã non reuertẽtur. Sic eñ dictũ est: quasi de
iniquis hominibus desperandũ sit. Scriptura vero
gratiam cõmendauit: quia p seipsum homo potest
in illa ambulare: nõ potest aũt per seipsm redire: nisi
gratia reuocatus. Ut ergo prauit et amaricantes:

Quotiẽs exacerbauerũt eũ in deserto:
Et non hʒ. et in ira cõcitauerũt eũ in inaquoso: Et
cõuersi sunt et temptauerunt deũ: et sanctũ
israel exacerbauerunt. Eandẽ illorum infideli/
tatem repetit quã supius iam cõmemorauerat: Sz
repetendi causa est: vt cõmemorẽtur plage quas i/
fixit egyptijs pter illos: Que oĩa vtiq3 recordari
debuerunt: neq3 existere ingrati. Deniq3 qd sequit:

Nõ sunt recordati manus eius: die qua
redemit eos de manu tribulantis. Et ma/
Et. Sicut. pu dicere q̃ fecit egyptus. Posuit i egypto
signa sua: et pdigia sua i campo thaneos.
R
Exo. 7. Et conuertit in sanguinẽ flumina eorũ:
et imbres eorũ ne biberent. Uel potius: ma/
nationes aquarũ. Sicut nõnulli melius intelli
gunt: quod grece scriptũ ẽ τά ομβρήματα: q̃s
latine scaturigines dicimus: ab imo aquas ebullien
tes. Foderunt eñ egyptij et sanguinẽ p aqua inue
Exo. 8. nerũt. Misit in eos cynomyiã et comedit
Ps. 104. eos: et ranam et disperdidit eos. Et dedit
Et. et fructus. erugini fructum eorũ: et labores eorũ lo/
Exo 10. custe. Et occidit in grandine vineas eo/
Exo. 9. rum: et moros eorũ in pruina. Et tradidit
grandini iumenta eorũ: et possessionẽ eor
igni. Misit i eos iram indignatiõis sue:
indignationẽ et iram et tribulationem: im/
Et. immissionẽ. missionem p angelos malos. Uiam fecit
semite ire sue: et non pepercit a morte ani/
Exo. 9. marum eorũ: et iumẽta eorum in morte cõ/
Et. primogeni clusit. Et percussit om̃e pmitiuũ in ter/
tum. omnia ra egypti: primitias laborum suorũ in ta/
bona eorum.
Exo. 12. bernaculis cham. Hec om̃es egyptiorum plage
Ps. 134. et. 135 allegorica interptatione exponi possunt: prout ea
quisq3 intelligere: et rebus ad quas referẽde sunt cõ/
pare voluerit. Quod nos quoq3 facere temptabi/
mus: tanto aptius facturi: q̃nto magis diuinitus fu
erimus adiuti. Ad hoc eñ psalmi huius illa verba
cõstringunt: vbi dictũ est: Aperiam i parabolis os
meũ: eloquar ppositiones ab initio. Propter hoc
quippe etiam aliqua hic dicta sunt: que om̃ino acci/
disse egyptijs nõ legimus: cũ om̃es eorum plage i
Exodo diligẽtissime ex ordine contexant: vt qm̃ id
quod ibi non dictũ est: nõ frustra in psalmo dictum
certi sumus: neq3 id interptari nisi figurate possumus:
simul intelligamus etiam cetera q̃ facta esse cõstat:
ob aliquã figuratã significationẽ facta atq3 conscri/
pta. Facit eñ hoc scriptura in multis locis pphetico/
corum eloquiorum: Dicit aliquid quod in illa re gesta

quã videtur cõmemorare nõ inueniat: immo et aliter
esse inueniat: vt hinc intelligat nõ hoc dicere qđ po/
test putari: sed aliud potius quod magis debet ad/
uerti: sicut est illud. Dominabit a mari vsq3 ad ma/ Ps. 71.
re: et a flumine vsq3 ad terminos orbis terre: Quod
in illius salomonis regno constat nõ esse completũ:
de quo putari posset iste psalmus loqui: cũ de chri/
sto dño loqueret. In plagis ergo egyptiorum que
sunt in libro qui Exodus nominat: vbi maxime scri
ptura curauit: vt ea quibus afflicti sunt: om̃ia ex or/
dine dicerẽtur: non inuenit quod habet iste psalmus:
Et dedit erugini fructus eorum. Illud etiam quod
cum dixisset: Et tradidit grandini iumẽta eorũ: ad/
didit: Et possessionẽ eorum igni. De iumentis gran Exo. 9.
dine occisis legitur in Exodo: q vero possessio eo/
rum igne cremata sit: omnino nõ legimus: Cum
voces et grandines cum igne fierẽt: sicut tonitrua cũ
fulgoribus solent: non tamen scriptũ est aliquid tra
ditum igni vt arderet. Deniq3 mollia q̃ ledere grã/
do non poterat: dicũtur nõ esse percussa: id est du/
ris ictibus lesa: que postea comedit locusta. Itẽ qđ
hic dicitur: Et moros eorũ in pruina: nõ est in Exo/
do: Multũ eñ pruina distat a grandine. Nam se/
renis hyemalibus noctibus pruina terra canescit.
Quid ergo ista significẽt: dicat tractator vt potest:
iudicet lector et auditor: vt iustum est. Aqua in san/ S
guinem conuersa mihi videt significare de rerum
causis sẽtire carnalit. Cynomyia: canini mores sũt:
qui nec parentes quãdo nascũtur vident. Rana est
loquacissima vanitas. Rubigo occulte nocet: quã
etiam eruginẽ nõnulli interpretati sũt: alij canicu/
lam. Quod malũ cui vitiorũ aptius cõparatur: nisi
quod difficillime apparet: sicuti est multũ de se fide/
de. Aura est eñ noxia que hoc in fructibus latenter
opatur: sicut in moribus occulta superbia: quãdo se
quisq3 putat aliquid esse cum nihil sit. Locusta est
malicia ore ledens: infideli scz testimonio. Grando
est iniquitas: res alienas auferens: vnde furta: rapi/
ne: predationesq3 nascũtur: plus aũt vitio suo va/
statur ipse vastator. Pruina significat vitium quo
charitas proximi stulticie tenebris velut nocturno
frigore congelescit. Ignis vero si nõ ille hic comme
morat qui erat in grandine ex fulgurãtibus nubibus:
qm̃ hic dixit: Tradidit possessionẽ eorum igni: vbi
eam significat vtiq3 incẽsam: qđ ignis ille fecisse nõ
legitur: immanitatẽ ergo iracundie mihi videt si/
gnificare: qua et homicidiũ admitti potest. Morte
pecorũ figuratũ est: quantũ arbitror: damnũ pudi/
citie. Concupiscentiã quippe qua fetus exoritur: cõ/
munem cũ pecoribus habemus. Hanc itaq3 edomi/
tam habere et ordinatã: pudicitie virtus est. Mors I
primitiuorũ est amissio ipsius iusticie: qua quisq3 hu
mano generi socialis est. Sed siue ita se habeãt ha/
rum rerũ figurate significatiões: siue aliter melius
intelligãtur: quẽ non moueat q decem plage per/
tiuntur egyptij: et decem p̃cepta scribũtur tabulis
quibus regatur populus dei: De quibus econtra/
rio inter se comparãdis: id est plagis et p̃ceptis: qm̃
alibi diximus expositionẽ psalmi huius. in his ope
rari nõ opus est: tãtũ admonemus: quia et hic tñ nõ
eodem ordine: decem tamẽ egyptiorũ plage cõme/
morantur: dum p his tribus q̃ sũt in Exodo: et hic Exo. 8. 9.
nõ sũt: id ẽ scyniphes: vlcera: tenebre: alie tres cõme/

morantur que ibi non sunt: id est rubigo: pruina: et ignis non fulgurum: sed cui est tradita possessio eorum: quod ibi non legitur. Satis autem hic expressum est iudicio dei fieri hec in illis per angelos malos: in hoc seculo maligno: tanquam in egypto et in campo thaneos: ubi humiles esse debemus: donec veniat seculum ubi exaltari ex ista humilitate mereamur. Nam et egyptus in hebrea lingua: tenebras vel tribulationes significat: in qua lingua thanis sicut supra commemoravi: humile intelligitur esse mandatum. De angelis ergo malis in isto psalmo: cum de ipsis plagis loqueretur: sic interpositum est: quod non transitorie preterendum est: Misit in eos inquit iram indignationis sue: indignationem et iram et tribulationem: immissiones per angelos malos. Esse autem diabolum et angelos eius tam malos utique ut eis ignis preparetur eternus: nullus fidelis ignorat. Sed immitti per eos immissionem super quoslibet a domino deo quos hac pena iudicat dignos: durum videtur eis qui minus idonei sunt cogitare quemadmodum summa dei iusticia bene utatur et malis. Quos quidem quantum pertinet ad eorum substantiam: quis alius quam ipse fecit? Sed malos ipse non fecit: utitur tamen eis qui bonus est: bene: id est convenienter et iuste: sicut econtra iniqui creaturis eius bonis utuntur male. Utitur ergo deus angelis malis: non solum ad puniendos malos: sicut in istis omnibus de quibus loquitur psal-

3 Reg. 22. mus: sicut in rege achab: quem fallacie spiritus ex dei voluntate seduxit: ut caderet in bello: verumetiam ad

Job. 1. probandos et manifestandos bonos. sicut fecit in iob. Quod autem pertinet ad istam materiam corporalem visibilium elementorum: puto quod ea possunt uti angeli et boni et mali: quantum cuiusque potestas est: quemadmodum et homines boni malique utuntur talibus: quantum possunt pro modulo infirmitatis humane. Nam et terra utimur et aqua et aere et igne: non solum in necessarijs rebus sustentationis nostre: verumetiam in multis superfluis et ludicris: et mirabiliter artificiosis operibus. Nam innumerabilia que appellantur

[illegible] mechanematica his elementis arte tractatis moliuntur. Sed in hec angelis longe amplior est potestas et bonis et malis: quibus utique maior bonis: sed quantum dei nutu atque ordine iubetur aut sinitur: sicut et nobis. Neque enim in his omnia que volumus possumus. In libro autem fidelissimo legimus diabolum potuisse etiam de celo ignem immittere: ad sancti viri tantum pecorum numerum: mirabili et horrendo impetu consumendum: Quod diabolo tribuere nemo fidelium fortassis auderet: nisi sancte scripture auctoritate legeretur. Sed ille vir dei dono iustus et fortis et pie

Ibidem. peritus: non ait: Dominus dedit: diabolus abstulit: sed dominus dedit: dominus abstulit: optime sciens diabolum etiam quod facere de istis elementis poterat: non tamen servo dei: nisi domino volente ac permittente fuisse factam maliciam diaboli: confidebat: quoniam quis

Eph. 2. illa in se probando uteretur: sciebat. In filijs vero diffidentie tanquam in suis mancipijs operatur: quemadmodum homines in pecoribus suis: et illic tamen quantum dei iusto iudicio sinitur. Sed aliud est quando potestas eius etiam suis sicut ei placet tractandis maiore potestate prohibetur: aliud quando ei potestas etiam in eos qui ab illo alieni sunt: datur. Sicut homo de pecore suo pro humano captu facit quod vult:

nec sane facit si prohibeatur a potestate maiore: de alieno autem pecore ut faciat: expectat sibi potestatem dari ab illo cuius est. Ibi ergo potestas que fuerat prohibetur: hic autem que non fuerat tribuitur. Que cum ita sint: si per angelos malos deus illas plagas inflixit egyptijs: nunquid audebimus dicere: et aquam in sanguinem per eosdem angelos versam: et ranas per eosdem angelos factas: quorum similia etiam magi pharaonis veneficijs suis facere potuerunt: ut angeli mali ex utraque parte consisterent: hinc illos affligentes: inde fallentes. secundum iudicium et dispensationem iustissimi et omnipotentissimi dei iuste utentis etiam iniquorum malicia? Non audeo dicere. Unde enim sciniphes facere magi pharaonis minime potuerunt? An quia hoc permissum ibi angeli mali non sunt? An quod verius dicendum est: occulta causa est: et vires nostre inquisitionis excedit? Nam si propterea per malos angelos illa deum fecisse putaverimus: quia pene infligebantur: non beneficia prestabantur: tanquam nemini deus penas irroget per angelos bonos: sed per illos velut militie celestis carnifices: consequens erit: ut etiam sodomam per malos angelos eversam esse credamus: et malos angelos abraam et loth hospitio suscepisse videantur: quod absit ut contra scripturas apertissimas sentiamus. Claret igitur ista hominibus fieri per bonos et malos angelos posse. Quid autem quando fieri oporteat me latet: illum vero qui facit non latet: et cui voluerit revelare. Verumtamen quantum nostre intentioni scriptura divina moderatur: malis penas irrogari: et per bonos angelos sicut sodomitis: et per malos angelos sicut egyptijs legimus: iustos vero corporalibus penis per bonos angelos temptari et probari non mihi occurrit. Quod vero pertinet ad presentem psalmi huius locum: si ea que mirabiliter de creaturis facta sunt: malis angelis tribuere non audemus: habemus quod eis tribuere sine dubitatione possumus: mortes pecorum: mortes primitivorum: et illud maxime unde relegata sunt omnia ob durationem cordis illorum: ut populum dei nollent dimittere. Hanc enim iniquissimam et malignissimam obstinationem deus cum facere dicitur: non instigando et inspirando: sed deserendo facit: ut illi operentur in filijs diffidentie: quod deus debite iusteque permittit. Nam et illud quod Esaias propheta dicit: Domine ecce tu iratus es: et nos peccavimus: propterea erravimus: et facti sumus sicut immundi omnes: ea ratione intelligitur. Precessit enim aliquid unde deus iustissime iratus ab eis suum lumen auferret: ut in peccata que nulla tergiversatione defendi possunt non esse peccata: cecitas humane mentis offenderet ab itinere iusticie deviando et errando. Et quod in alio psalmo scriptum est de hispisis egyptijs: quod deus converterit cor eorum ut odissent populum eius: et dolum facerent in servos eius: bene creditur deus fecisse per illos angelos malos: ut etiam viciose mentes filiorum infidelitatis: per eos angelos quibus eadem amica sunt vitia: excitarentur in odium populi dei: atque ad terrendos et corrigendos bonos illa mirabilia sequerentur. Illa etiam mala morum que his corporalibus plagis significata esse prediximus: propter quod dictum est: Aperiam in parabolis os meum: per malos angelos exerceri in eos qui illis divina equitate subduntur: convenientissime creditur. Neque enim cum ist

Marginal references (right column): Exo. 7. — Exo. 8. — Gen. 19. et 18. — Exo. 4. — Eph. 2. — Esa. 64. — Ps. 104.

Ro. i. quod ait apostolus: Tradidit illos deus in concupi-
scentias cordis eorum: ut faciant que non conveni-
unt: non illic mali angeli tanquam in materia sui operis
versantur et gaudent: quibus iustissime subdita est vi-
tiositas humana: preter eos quos liberat gratia. Et
ad hec quis idoneus? Unde cum dixisset: Misit in
eos iram indignationis sue: indignationem et iram et
tribulationem: immissionem per angelos malos: illud
quod addidit: viam fecit semite ire sue: cuius tandem
acies sufficiat penetrare: ut intelligat captatque senten-
tiam in tanta profunditate latitantem? Erat enim semi-
ta ire dei: que egyptiorum impietatem occulta equi-
tate puniret: sed eidem semite viam fecit: ut eos tan-
quam ex abditis per malos angelos in manifesta scele-
ra producens: in evidentissimos impios evidentissime
vindicaret. Ab hac potestate malorum angelorum non
liberat hominem nisi gratia dei: de qua dicit aposto-
Col. i. lus: Qui eruit nos de potestate tenebrarum: et tran-
stulit in regnum filii claritatis sue. Cuius rei populus iste
figuram gerebat: cum esset erutus de potestate egy-
ptiorum: et translatus in regnum terre promissionis flu-
entis lac et mel: quod suavitatem significat gratie.
Sequitur ergo post commemorationem plagarum egy-
ptiorum psalmus: et dicit: Et abstulit sicut oves
populum suum: et perduxit eos tanquam gregem
in deserto. Et deduxit eos in spe et non ti-
Exo. xiv. muerunt: et inimicos eorum operuit mare.
Tanto fit hoc melius: quanto interius: ubi eruti
de potestate tenebrarum: in regno dei mente transferi-
mur: et secundum pascua spiritualia efficiemur oves dei:
ambulantes in hoc seculo velut in deserto: quoniam ne-
mini est fides nostra conspicua. Unde dicit aposto-
Col. iii. lus: Vita vestra abscondita est cum christo in deo.
Ro. viii. Deducimur autem in spe: quoniam spe salvi facti su-
Ibidem. mus: nec timere debemus. Si enim deus pro nobis:
quis contra nos? Et inimicos nostros operuit ma-
re. Abolevit in baptismo remissio peccatorum. De-
inde sequitur. Et induxit eos in montem san-
ctificationis sue. Quanto melius in sanctam ec-
clesiam? Montem quem acquisivit dexte-
ra eius. Quanto est ecclesia sublimior quam acqui-
Esa. liii. sivit dextera eius: de quo dictum est: Et brachium domini
cui revelatum est? Et eiecit a facie eorum gen-
tes. Et a facie fidelium suorum. Nam quodammodo
gentes sunt gentilium errorum maligni spiritus. Et
Tl. in. sorte divisit eis terram in funiculo distribu-
i Cor. xii. tionis. Et in nobis omnia operatur unus atque idem spi-
ritus: dividens propria unicuique prout vult. Et ha-
bitare fecit in tabernaculis eorum tribus is-
rael. In tabernaculis inquam gentium habitare fecit
tribus israel: Quod spiritualiter sic melius desideran-
dum puto: ut celestem gloriam unde peccantes ange-
li eiecti sunt: nos per christi gratiam sublevemur. Il-
la enim generatio prava et amaricans: quoniam istis be-
neficiis corporalibus imponebat tunicam vetustatis.
Tl. Et. Temptaverunt et adhuc et exacerbave-
Tl. non hs. runt deum excelsum: et testimonia eius non
custodierunt. Et averterunt se et non ser-
vaverunt pactum: quemadmodum patres eo-
Exo. xix. rum. Pacto enim quodam et placito dixerunt: Om-
nia que locutus est dominus deus noster: faciemus et au-
diemus. Notandum sane quod ait: Quemadmodum
patres eorum: cum per totum psalmi textum tanquam de

hominibus eisdem loqui videretur: apparet tamen
nunc de illis dici: qui iam erant in terra promissionis:
et patres eorum dictos qui in heremo amaricave-
runt. Conversi sunt: inquit: in arcum pra-
vum. Vel sicut alii codices habent: In arcum
perversum. Quid autem hoc sit in eo quod sequi-
tur magis apparet ubi ait: Et in ira concita- Tl. hs.
verunt eum in collibus suis. In idolatriam
eos prolapsos significat. Arcus ergo perversus est:
non pro nomine domini: sed contra nomen domini: qui dixit
eidem populo: Non erunt tibi dii alii preter me. Per Exo. xx.
arcum autem significat animi intentionem. Hoc ipsum
denique psalmus planius exprimens. Et in scul-
ptilibus suis: inquit: ad emulationem eum pro-
vocaverunt. Audivit deus et sprevit: Id
est avertit et vindicavit. Et ad nihilum rede-
git nimis israel. Deo quippe spernente quid re- Tl. hs.
manserunt: qui deo adiuvante fuerunt quod fuerunt:
Nimirum autem rem istam gestam commemorat: quan-
do victi sunt ab allophilis tempore heli sacerdotis: i. Reg. iv.
et arca domini capta est: et magna strage vastati sunt.
Hoc est quod dicit: Et repulit tabernaculum
sylo: tabernaculum suum ubi habitavit in ho-
minibus. Eleganter exposuit quare repulerit ta-
bernaculum suum: cum ait: Ubi habitavit in homini-
bus. Cum ergo digni non essent in quibus habitaret:
cur non repelleret tabernaculum quod utique propter se
non instituerat: sed propter ipsos quos iam iudicabat
indignos in quibus habitaret? Et tradidit in
captivitatem virtutem eorum: et pulchritudi-
nem eorum in manus inimici. Ipsam arcam un-
de sibi videbantur invicti: et unde sibi plaudebant vir-
tutem et pulchritudinem eorum dicit. Denique et post-
ea male viventes: et de templo domini gloriantes: terret
per prophetam dicens: Videte quid fecit sylo: ubi erat
tabernaculum meum. Et conclusit in gladio
populum suum: et hereditatem suam sprevit.
Iuvenes eorum comedit ignis: Id est ira.
Et virgines eorum non sunt lamentate.
Quia neque hoc vacabat in hostili metu. Sacer-
dotes eorum in gladio ceciderunt: et vi-
due eorum non plorabantur. Ceciderunt enim in i. Reg. iv.
gladio filii heli: quorum unius uxor viduata: et mox
in partu mortua: propter eandem perturbationem plan-
ctu non potuit honore funeris. Excitatus est Tl. hs.
tanquam dormiens dominus. Videtur enim dormi-
re: quando populum suum dat in manus eorum quos
odit: ubi eis dicitur: Ubi est deus tuus? Excitatus est Ps. xli.
ergo tanquam dormiens dominus: Tanquam potens
crapulatus a vino. Nullus hoc de deo dicere
auderet: nisi spiritus eius. Dixit enim: Dicit videri
impiis insultantibus: quod velut ebrius diu dormiat:
quando non tam cito quam putant hominibus subvenit.
Et percussit inimicos suos in posterio- i. Reg. v.
ra. Illos utique qui gaudebant quod arcam eius capti-
vare potuerunt. Percussi enim sunt in sedibus suis.
Quod eius pene signum mihi videtur: quia quisque
cruciabitur si in posteriora respexerit: que sicut apostolus Phil. iii.
ait estimari debent ut stercora. Qui enim sic susciptiunt
testamentum dei: ut veteri vanitate non se exuant:
similes sunt hostibus populi eius: qui arcam testamen-
ti captivatam iuxta sua idola posuerunt. Et illa quidem
vetera etiam illis nolentibus cadunt: quia omnia ca- Esa. ...

ro senum: et claritas hominis vt flos feni. Fenum
aruit: flos decidit: arca aũt dñi manet i ęternũ: secre-
tum scꝫ testamẽti regnum cęlorum vbi est ęternum
verbum dei. Sed illi qui posteriora dilexerunt: et
2 ipsi iustissime cruciabuntur. Opprobriũ sem-
piternum dedit illis. Et repulit taber-
[illegible] naculum ioseph: et tribum *ephrem nõ ele-
[illegible] git. *Et elegit tribum iuda. Non dixit: re-
pulit tabernaculum ruben: qui fuit primogenitus
iacob: nec eos qui sequuntur: et iudam nascẽdo pre-
cedunt: vt illis repulsis et non electis: tribus iuda eli-
geretur. Poterat enim merito dici illos repulsos:
Gen.49. quia et in benedictione iacob qua filios suos bene-
dixit: peccata eorum cõmemorãs grauiter detesta-
tur: q̃uis in eis tribus leui sacerdotalis tribus esse
Exo.2. meruit: vnde etiam moyses fuit. Nec dixit repu-
lit tabernaculum beniamin: vel tribum beniamin
1 Reg.9. non elegit: ex qua rex esse iam ceperat: nam inde
1 Reg.16. electus fuerat saul. Unde et ipsa vicinitate tem-
poris quando ille repulsus est atqꝫ reprobatus: et
dauid electus: conuenienter posset hoc dici: nec ta-
men dictum est: sed eos potissimum nominauit: qui
Gen.41. clarioribus meritis videbantur excellere. Nam io-
seph pauit in egypto patrem et fratres suos: et im-
pie venditus: merito pietatis: castitatis: sapientię:
Gen.48. iustissime sublimatus est: et ephrem maiori fratri
aui sui iacob benedictione prelatus est: et tamen de-
us repulit tabernaculum ioseph: et tribum ephrem
non elegit. Ubi per hec preclari meriti nomina:
quid aliud q̃ vniuersum populum illum vetusta cu-
piditate a domino terrena premia requirentem:
repulsum et reprobatum intelligimus: electam au-
tem tribum iuda: non pro meritis ipsius iude: Lon-
ge quippe maiora sunt merita ioseph: sed per tri-
bum iuda: quoniã inde extitit christus ꝫm carnem:
nouum populum christi illi populo veteri prelatũ
scriptura testatur: aperiente domino in parabo-
lis os suum. Iam vide etiã quod sequitur. Mõ-
tem sion quem dilexit. Ecclesiam christi meli-
us intelligimus: non propter presentis tẽporis be-
neficia carnalia deum colentem: sed futura et ęter-
na premia oculis fidei longe speculantem. Nam et
sion speculatio interp̃tatur. Denicꝫ sequitur. Et
[illegible] edificauit sicut* vnicorniorum sanctifica-
tionem suam. Uel sicut quidam interpretes ver-
bum nouum fecerunt: Sanctificium suum.
Unicornij recte intelliguntur: quorum firma spes
in vnum illud erigitur: de quo dicit alius psalmus:
Ps.26. Unam peti a domino hanc requiram. Sanctifici-
1 Pet.2. um vero dei est ꝫm apostolum petrum: intellecta
plebs sancta et regale sacerdotium. Quod vero se-
[illegible] quitur: In terra quam fundauit *in ę-
ternum. Quod habent greci codices εἰς τὸν
αἰῶνα: vtrum in ęternum an in seculum dicatur
a nobis: in latinorum interpretũ potestate est: quo-
niam vtrumqꝫ significat: et ideo hoc in latinis co-
dicibus: illud in aliis inuenitur. Habent aliqui eti-
am pluraliter: id est in secula: quod in grecis quos
habuimus non inuenimus. Quis vero fidelium du-
bitet ecclesiam etiã si aliis abeuntibus: aliis veni-
entibus et hac vita mortaliter transit: tamẽ in ęter-
1 Reg.16. num esse fundatam: Et elegit dauid seruũ
suum. Tribum ergo iuda propter dauid: Dauid
autem propter christum. Tribum igitur iuda pro-
pter christum: Quo transeunte clamauerunt ceci:
Miserere nobis fili dauid: Et cõtinuo misericordię Math.20.
eius lumen receperunt: quia verum erat quod cla-
mauerunt. Hoc igitur non transeunter dicit: sed at-
tente cõmendat apostolus scribens ad timotheum:
Memor esto christum iesum resurrexisse a mortu- 2.Timoth.2.
is ex semine dauid: ꝫm euangelium meum: in quo
laboro vsqꝫ ad vincula tanq̃ malefaciens: sed ser-
mo dei non est alligatus. Ipse itaqꝫ saluator ꝫm car-
nem factus ex semine dauid: figuratur in hoc loco
nomine dauid: aperiente domino in parabolis os
suũ. Nec moueat quod cum dixisset: Et elegit da-
uid: quo nomine christum significauit: addidit: ser-
uum suum: non filiũ suum. Immo vero hinc agno-
scamus: non patri coęternam vnigeniti substanti-
am: sed formam serui susceptam ex semine dauid.
Et sustulit eum de gregibus ouium: et t
de post fętantes accepit eum: Pascere
iacob seruum suum: et israel hereditatem
suam. Ille quidem dauid ex cuius semine caro
christi est: ab officio pastorali pecorum: ad hominũ
regnum translatus est. Noster autem dauid ipse ie-
sus ab hominibus ad homines: a iudeis ad gentes:
tamen ꝫm parabolam ab ouibus ad oues allatus
atqꝫ translatus est. Non sunt enim modo in terra il-
la ecclesię iudeę in christo: quę fuerunt circumciso-
rum recenti passione: et resurrectione domini no-
stri: de quibus dicit apostolus: Eram autem igno- Gal.1.
tus facie ecclesiis iudeę quę sunt in christo: Tãtum
autem audiebant: quia is qui aliquando nos perse-
quebatur: nunc euangelizat fidem quam aliquan-
do vastabat: et in me magnificabant dominũ. Iam
hinc illę ecclesię transierunt populorum circumci-
sorum: ac per hoc iudea quę modo in terra est: non
est modo christus: Ablatus est inde: nunc gentium
greges pascit. Sane de post fętantes inde acceptus
est. Illę quippe priores fuerunt tales: de qualibus
dicitur in Canticocanticorũ: Uni ecclesię quę con-
stat ex multis: id est vni gregi cuius membra sunt
multi greges. De talibus ergo et dicitur: Dentes Canti.4.
tui: id est per quos loqueris: vel per quos in cor-
pus tuum velut manducãdo ceteros traiicis: Hoc
itaqꝫ significantes dentes tui: sicut grex detonsa-
rum ascendentes de lauacro: quę omnes gemi-
nos creant: et sterilis non est in eis. Deposuerunt
enim tunc velut vellera: onera seculi: quando ante Act.2.et.4.
pedes apostolorum venditarũ rerum suarum pre-
cia posuerunt: ascendentes de lauacro illo: de quo
eos admonet apostolus petrus sollicitos: q̄ chri-
sti sanguinem fuderunt: et dicit: Agite penitentiam: Act.2.
et baptizetur vnusquisqꝫ vestrum in nomine domi-
ni nostri iesu christi: et dimittentur vobis peccata
vestra. Geminos autem creauerunt: opera scilicet
duorum preceptorum geminę charitatis: dilectio-
nis dei: et dilectionis proximi: Unde sterilis nõ erat
in eis. De post has oues fętantes dauid noster acce-
ptus: nũc alios greges pascit in gẽtibus: et ipsos ia-
cob et israel. Sic enĩ dictũ est: Pascere iacob seruũ
suũ: et israel hereditatẽ suã. Non enĩ: quia ex genti-
bus sunt istę oues: ideo ab illo semine alienatę sunt:
qḋ est iacob et israel. Semen est enim abrae: semen
promissionis: de quo et dominus dixit: In isaac Gen.21.

Ro. 9. vocatur tibi semen. Quod exponens apostolus: Non inquit filii carnis: sed filii promissionis deputantur in semine. Ex gentibus enim erant fideles quibus dice-
Gal. 3. bat: Si autem vos christi: ergo abrahe semen estis: et secundum repromissionem heredes. Quod vero ait: Jacob seruum suum: et israel hereditatem suam: more suo scriptura repetiuit eandem sententiam: nisi forte quispiam sic distinguere velit: vt hoc tempore iacob seruiat: tunc autem sit eterna hereditas dei: quando videbit deum facie ad faciem: vnde israel nomen accepit.

D Et pauit eos: inquit: in innocentia cordis sui. Quid illo innocentius: qui vllum peccatum: non solum a quo vinceretur: sed etiam quod vinceret non habebat? Et in intellectu manuum suarum deduxit eos. Vel sicut aliqui codices habent: In intellectibus manuum suarum. Alius putaret ita congruentius potuisse dici: Innocentia manuum et intellectu cordis. Hic autem qui magis quam alius quid loqueretur sciebat: cordi maluit adiungere innocentiam: et manibus intelligentiam. Illud propterea quantum existimo: quia multi sibi videntur innocentes qui non faciunt mala: cum timent ne patiantur si fecerint: vellent autem facere si impune potuissent. Tales videri possent habere innocentiam manuum: non tamen cordis. Et que tandem aut qualis est ista innocentia: si cordis non est: vbi homo factus est ad imaginem dei? Quod vero ait: In intellectu vel in intelligentia manuum suarum deduxit eos: videtur mihi eam dixisse ipse intelligentiam quam fecit in credentibus: Ideo manuum suarum. Facere quippe ad manus pertinet: Sed sicut possunt intelligi manus dei: quia et christus sic homo: vt etiam deus. Hoc certe et ille dauid de cuius est iste semine facere non poterat in populo: cui sicut homo regnabat: sed ille hoc facit: cui recte anima fidelis dicere potest: intellige-
Ps. 118. re me facito: et perscrutabor legem tuam. Proinde ne ab illo erremus: dum de nostra velut ex nobis sit intelligentia fidimus: et manibus nos credendo subdamus. Ipse in nobis eam faciat: vt intelligentia manuum suarum nos deducat: erutos ab errore: eoque perducat vbi iam non possimus errare. Hic est fructus populi dei: attendentis legem dei: et inclinantis aurem suam in verba oris eius: vt dirigat in eo cor sursum: et sit cum illo creditus spiritus eius: ne immutetur in generationem prauam et amaricantem: sed his omnibus sibi annunciatis: non solum ad presentem vitam: verum etiam ad eternam: nec tantum ad recipienda bonorum operum premia: sed etiam in ipsa bona opera facienda ponat in deo spem suam.

Explicit Tractatus de ps. LXXVII.

Incipit Tractatus de ps. LXXVIII.

Prefatio.

A In titulo psalmi huius tam breui et simplici immorandum esse non puto. Prophetiam vero quam hic premissam legamus: euidenter scimus impletam. Cum enim ista canerentur temporibus regis dauid: nihil tale adhuc contigerat ex aduersitate gentium ciuitati hierusalem: nec templo dei: quod nec edificatum adhuc erat. Post mortem quippe dauid filium eius salomonem deo templum fecisse quis nesciat? Dicitur ergo tanquam preteritum: quod in spiritu videbatur esse futurum.

Expositio psalmi.

D Eus venerunt gentes in hereditatem tuam. Qua loquendi consuetudine etiam illud est prophetatum de domini passione: Dederunt in escam meam fel: et in siti mea potauerunt me aceto: et alia que in eodem psalmo: ventura velut facta narrantur. Nec illud mirandum est quod deo ista dicuntur. Non enim nescienti indicantur quo reuelante presciuntur: sed anima cum deo loquitur pietatis affectu quem nouit deus. Nam et angeli que hominibus nunciant: nescientibus nunciant: que autem deo nunciant sciente nunciant: quando illi offerunt orationes nostras: et ineffabili modo de actibus suis eternam veritatem tanquam legem incommutabilem consulunt. Et iste ergo homo dei dicit deo quod discat a deo: tanquam discipulus magistro non ignoranti: sed iudicanti: ac sic aut approbanti quod docuit: aut quod non docuit reprehendenti: maxime quia specie presenti propheta eos in se transfigurat qui tunc futuri essent quando ista veniebant. Solent autem in oratione dici deo que vindicans fecerit: et adiungi petitio vt iam misereatur et parcat. Hoc modo et hic dicitur a quo predicitur: tanquam ab eis dicatur quibus acciderunt: et ipsa deploratio atque precatio: prophetatio est. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: E Polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt hierusalem in pomorum custodiam. Posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatilibus celi: carnes sanctorum tuorum bestiis terre. Effuderunt sanguinem eorum sicut aquam in circuitu hierusalem: et non erat qui sepeliret. Si in ista prophetia quisque nostrum eam vastationem hierusalem intelligendam putauerit: que facta est a tito imperatore romano: cum iam dominus iesus christus post resurrectionem et ascensionem suam predicaretur in gentibus: non mihi occurrit quomodo dici potuerit iam ille populus hereditas dei non tenens christum: quo reprobato et occiso factus est reprobus: qui in eum nec post eius resurrectionem credere voluit: et insuper martyres eius occidit. Ex illo enim populo israel quicunque in christum crediderunt: quibus facta est christi presentatio: et quodammodo promissi redditio salubris atque fructuosa: de quibus et ipse dominus dicit: Non sum missus nisi ad oues que perierunt domus israel: Matth. 15 ipsi ex illis sunt filii promissionis: ipsi deputantur in semine: ipsi pertinent ad hereditatem dei. Hinc sunt ioseph homo iustus: Matth. 1 et virgo maria que peperit christum. Hinc iohannes baptista amicus sponsi: et parentes eius zacharias et helizabet. Luc. 1 Hinc simeon senex et anna vidua: Luc. 2 qui christum non loquentem sensu corporis audierunt: sed adhuc infantem non loquentem spiritu cognouerunt. Hinc beati apostoli. Hinc nathanael in quo Joan. 1 dolus non erat. Hinc alius ioseph qui expectabat etiam Luc. 23 ipse regnum dei. Hinc tanta illa multitudo que precedebat et sequebatur iumentum eius dicens: Benedictus Matth. 21 qui venit in nomine domini: In qua erat et congregatio puerorum: in quibus dictum impletum: Ex ore Ps. 8 infantium et lactentium perfecisti laudem. Hinc etiam illi post eius resurrectionem: quo et die vno tria Act. 2 milia: et alio quinque milia baptizati sunt in animam vnam: et cor vnum conflati charitatis igne: quorum nemo dicebat aliquid proprium: sed erant illis omnia communia. Act. 4 Hinc sancti diacones: quorum stephanus ante apostolos martyrio est coro-

tantũ. Hinc tote ecclesie iudee q̃ in christo erãt: q̃
Ga.1. bus erat facie paulus ignotus: notus aũt sequita fa
mosissima: s notior christi misericordissima gratia.
Ge.49. Hinc et ipse fm̃ p̃missam de se prophetiam: Lupus ra
pax mane rapiens: et ad vesperum diuidens escas:
id est prius rapiens persecutor ad mortem: postea pa
scens predicator ad vitam. Hi erant ex illo populo
hereditas dei: Unde ait et ipse minimus apostolorũ
Ro.11. doctor gẽtium. Dico ergo: Nunquid deus repulit
plebẽ suam? Absit. Nam et ego israelita sum ex se
mine israel: de tribu beniamin. Nõ repulit deus plebẽ
suam quã presciuit. Hec plebs que ex illa gẽte chri
sti corpori accessit: hereditas dei ẽ. Nam quod ait
apostolus: Nõ repulit deus plebem suam quam p̃
sciuit: illi psalmo vtiqȝ respondit: vbi scriptum est:
Ps.94. Quoniã nõ repellet dñs plebem suam. Ubi autem
sequit: Et hereditatẽ suam non derelinquet: ibi eui
denter apparet: talem plebẽ esse hereditatem dei.
Ro.10. Ut enim hoc diceret: et apostolus supra cõmemorauer
rat propheticum testimoniũ de p̃nunciata futura in
Isa.65. credulitate populi israel. Tota die expandi manus
meas ad populum nõ credentẽ et contradicentem.
Hic ergo ne quisq̃ male intelligens vniuersum illũ
populũ crimine incredulitatis et contradictionis ar
bitret esse damnatũ: continuo subiecit: Dico ergo:
Ro.11. Nunquid repulit deus plebem suam? Absit. Nam
et ego israelita sũ ex genere israel: de tribu beniamin.
Hinc ostẽdit quã plebem dixerit: vtiqȝ populi prio
ris: quam si totam deus repulisset atqȝ damnasset:
nõ vtiqȝ ipse christi esset apostolus: Israelita ex se
mine abraam: tribu beniamin. Adhibet autem val
Ibidem. de necessariũ testimoniũ dicens: An nescitis in he
lia quid dicit scriptura: quemadmodum interpel
3.Reg.19. lat deum aduersus israel? Dñe: prophetas tuos oc
ciderunt: altaria tua suffoderunt: et ego relictus sum
solus: et querunt animã meam. Sed quid dicit illi
respõsum diuinũ? Reliqui mihi septem milia viro
rum: q̃ nõ incuruauerunt genua sua ante baal. Sic
ergo et in tempore hoc reliquie per electiõem gratie
salue facte sunt. Iste reliquie sunt ex illa gente here
ditas dei: nõ illi de quibus paulopost dicit: Ceteri
Ro.11. vero excecati sũt. Sic enim ait. Quid ergo? Quod
querebat israel: hoc nõ est consecutus: Electio autẽ
consecuta est: ceteri vero excecati sunt. Ista igit ele
ctio: iste reliquie: ista plebs dei quam nõ repulit de
us: hereditas eius dicitur. In illo aũt israel qui hoc
nõ est consecutus: hoc illis ceteris excecatis nõ erat
iam hereditas dei: de qua dici posset post christi in
celis glorificationẽ tempe titi imperatoris: Deus
venerunt gentes in hereditatẽ tuam: et cetera que il
lius populi et templi et ciuitatis vastatione videt in
hoc psalmo esse predicta. Proinde aut ea debemus
intelligere que facta sũt ab alijs hostibus anteq̃ chri
4.Reg.25. stus venisset in carne: Non enĩ erat alia tunc heredi
tas dei vbi et prophete sancti erant: quãdo facta ẽ trãs
migratio in babyloniam: grauiterqȝ gens illa vasta
2.Mach.6. ta est: et sub antiocho etiam machabei horrenda p
pessi: gloriosissime coronati sunt: Ea quippe dicta
sunt in hoc psalmo que solent fieri etiam strage bel
lorum. Aut certe si post resurrectionẽ et ascẽsionem
dñi accipienda est hic cõmemorata hereditas dei:
ea sunt intelligenda que a cultoribus idolorum et ini
micis nominis christi: ecclesia eius in tanta marty

rum numerositate perpessa est. Quãuis enim asaph sy C
nagoga interpretet: que est congregatio: idqȝ nomẽ
vsitatius insederit genti iudeorũ: tamẽ et ecclesiam
istam posse dici congregationẽ: et illum veterẽ po
pulum dictũ esse ecclesiam: iam in alio psalmo satis
aperteqȝ monstrauimus. Hec igit ecclesia: hec he
reditas dei ex circũcisione et p̃putio congregata est: Ps.117.
id est ex populo israel: et ex ceteris gentibus per la
pidem quẽ reprobauerũt edificantes: et factus est in
caput anguli: in quo angulo tanq̃ duo parietes de Eph.2.
diuerso venientes copularentur. Ipse est enĩ pax no
stra qui fecit vtraqȝ vnum: vt duos conderet in se
in vnum nouũ hominẽ: faciens pacem: et coaduna
ret vtrosqȝ in vno corpore deo: in quo corpore su Ro.8.
mus filij dei: clamantes: abba pater. Abba propter il Gal.4.
lorum linguã: pater propter nostram. Hoc enim est
abba quod et pater. Unde dñs q̃ dixit: Nõ sum mis Math.15
sus nisi ad oues que perierunt domus israel. osten
dens illi genti redditam p̃sentie ipsius promissionem: Ioh.10.
ait tamẽ alio loco: Habeo alias oues que nõ sunt ex
hoc ouili: oportet me et ipsas adducere: vt sit vnus
grex et vnus pastor: gentes significans quas erat
adducturus: nõ quidem p suam p̃sentiam corpora
lem: vt illud verũ sit: Non sum missus nisi ad oues Ro.10.
que perierunt domus israel: sed tamen p euangeliũ
suum quod erãt dissemịnaturi speciosi pedes annũ Ps.18.
ciantiũ pacem: annunciantiũ bona. In omnem ter
ram enĩ exiuit sonus eorũ: et in fines orbis terre ver Ro.15.
ba eorũ. Hinc et apostolus ait: Dico enĩ christũ iesũ
ministrum fuisse circũcisionis propter veritatem dei
ad cõfirmandas promissiones patrum. Ecce quod ẽ: Math.15.
Non sum missus nisi ad oues que perierũt domus
israel. Deinde subiungit apostolus: Gentes aũt su
per misericordiã glorificare deum. Ecce quod est: Ioh.10.
Habeo alias oues q̃ nõ sũt de h ouili: oportet me et
ipsas adducere: vt sit vnus grex et vnus pastor. Qd
vtrũqȝ breuiter dictũ est in eo quod de prophetia idẽ
apostolus cõmemorat: Letamini gẽtes cum plebe Ro.15.
eius. Iste ergo vnus grex sub pastore vno: heredi
tas dei est: nõ solum patris sed etiam filij. Nam fi
lij vox est: Funes ceciderũt mihi in p̃clarís: etenim Ps.15.
hereditas mea p̃clara est mihi: Et ipsius heredita
tis vox est apud prophetam: Dñe deus noster possi
de nos. Hanc hereditatem nõ moriens pater filio
reliquit: sed ipse filius eam sua morte mirabiliter ac
quisiuit: cum resurrectione possedit. Si ergo de hac
intelligẽdum est quod in psalmi huius prophetia can
tur: Deus venerunt gentes in hereditatẽ tuam: vt
venisse gentes accipiamus in ecclesiam: nõ creden
do: sed persequendo: id est eam inuasisse volũtate de
lendi atqȝ omnino perdendi: sicut tot persecutionum ex
empla mõstrarunt: oportet vt quod sequit: Pollu D
erunt templum sanctũ tuum: non in lignis et lapidi
bus: sed in ipsis intelligatur hominibus: de quibus 1.Pet.2.
tanq̃ lapidibus viuis construi: dicit apostolus petrus:
domũ dei. Unde et apostolus paulus apertissime:
Templũ inquit dei sanctũ est quod estis vos. Hoc 1.Cor.3.
itaqȝ templum persecutores in his vtiqȝ polluerunt:
quos ad negandũ christum: terrendo vel cruciando
coegerunt: atqȝ vt idolis supplicarent vehementer
instando fecerũt: Quorũ multos penitẽtia reparauit:
atqȝ ab illa inquinatione mũdauit. Penitẽtis enĩ vox
est. Et a delicto meo mũda me: et cor mundum crea Ps.50.

in me deus: et spiritū rectū innoua in visceribꝰ me-
is. Jam vero quod sequitur: Posuerūt hierusalem
in pomorum custodiā: Et ipsa ecclesia hoc nomine
recte intelligit: hierusalem libera mater nostra: de q̄
Gal.4. scriptū est: Letare sterilis que nō paris: erumpe et
Esa.54. exclama que nō parturis: qm̄ multi filij deserte ma-
gis q̄ eius que habet virū. In custodiā pomorum:
qd̄ dictū est: desertionē intelligendā existimo: quā
fecit vastitas psecutionū: id ē velut custodia pomoꝝ:
quia deserunt pomorū custodie cū poma transie-
runt. Et certe quādo gentilibꝰ psequētibus: ecclesia
deserta visa est: in celestē mēsam spūs martyꝝ: tāq̄
de horto dn̄ico multa ⁊ suauissima poma trāsierūt.
Posuerūt inquit morticina seruoꝝ tuoꝝ: escas vo-
latilibus celi: carnes sanctorum tuoꝝ bestijs terre.
j.Mach.7. Quod dictū ē: morticina: hoc repetitū ē carnes: Et
qd̄ dictū est: seruoꝝ tuoꝝ: hoc repetitū est: sancto-
rum tuorū. Illud tantūmodo variatū est: volatili-
bus celi ⁊ bestijs terre. Melius sane interpretati sunt
qui morticina posuerūt: q̄ sicut quidam mortalia.
Morticina eñ nō dicunt nisi mortuorū: mortalia
vero etiam viuorū corporū nomē est. Cum ergo si-
cut dixi ad agricolam suū spūs martyrum velut po
ma transissent: morticina eorum ⁊ carnes eorum po
suerūt volatilibus celi ⁊ bestijs terre: quasi quicq̄
eorum resurrectioni deperiret. Ex occultis nature
Matth.10. sinibus totū reintegrat ab illo: cui et capilli capitis
nostri numerati sunt. Effuderūt sanguinem eorum
sicut aquā: id est abundāter ⁊ viliter: in circuitu hie
rusalem. Si hierusalē terrenā vrbem hic accipimꝰ:
eorū sanguinē intelligimꝰ effusum in circuitu eius:
quos hostes extra muros reperire potuerūt. Si autē
Gal.4. hierusalē illam intelligimus: de qua dictū ē: Multi
filij deserte: magis q̄ eius que habet virū: circuitus
eius est per vniuersam terrā. In ea quippe lectione
pphetica vbi scriptū est: Multi filij deserte magꝰ q̄
Esa.54. eius que habet virū: paulopost et dicit: Et qui eru-
it te: deus israel vniuerse terre vocabit. Circuitꝰ er-
go huius hierusalē in hoc psalmo intelligēdus est
quousq̄ tūc fuerat eadem ecclesia dilatata: fructifi-
cans ⁊ crescens in vniuerso mūdo. Qm̄ in omni par-
te eius psecutio seuiebat: ⁊ martyrū stragem quorū
sanguis sicut aqua effundebat: cum magnis lucris
thesaurorū celestiū faciebat. Quod vero adiunctū
est: Et nō erat qui sepeliret: aut nō incredibile debet
videri tam magnū in aliquibus locis fuisse terrorē:
vt sepultores sanctorū corporū nulli prorsus existe
rent: aut certe quia insepulta cadauera in multis lo-
cis diu iacere potuerūt: donec a religiosis q̄damo-
F do furata sepelirent. Facti sumus: inquit: op-
Ps.115. probrium vicinis nostris: Ideo preciosa nō in
cōspectu hominū a quibus hoc erat opprobriū: sed
in conspectu dn̄i mors sanctoꝝ eius. Subsam-
natio ⁊ irrisio: Vel vt quidam interpretati sunt:
Al. ibi. Illusio his qui in circuitu nostro sunt.
Repetitio est sententie superioris. Nam qd̄ supra di-
ctum est: Opprobriū: hoc repetitū est: subsamnatio
et irrisio: Et quod supra dictum ē: vicinis nostris:
hoc repetitū est: his qui in circuitu nostro sūt. Pro-
inde s̄m hierusalē terrenam vicini: et qui in circuitu
gētis eius: vtiq̄ alie gētes intelligūtur: Scd̄m aūt
hierusalē liberam matrē nostrā: vicini sunt: ⁊ in cir
cūitu eius: inter quos inimicos suos habuit eccl̄ia

in circuitu orbis terrarū. Deinde iam manifestā h̄-
cem fundens: vnde intelligat superioris afflictionis
cōmemoratio nō esse quasi indicatio s̄ deploratio.
E Al. ... Vsquequo: inquit: dn̄e irasceris i finē: ex-
ardescet velut ignis zelus tuus: Rogat vti-
q̄ ne deus vsq̄ in finē irascat. id est ne illa tāta pres-
sura ⁊ tribulatio atq̄ vastatio vsq̄ in finē pseueret:
sed temperet correctionē suam: s̄m illud quod i alio
Ps.79. psalmo dicitur: Cibabis nos pane lachrymarum: ⁊
potabis nos in lachrymis in mensura. Nam quous
q̄ dn̄e irasceris in finem: ita dictū est: ac si diceret:
Noli dn̄e irasci in finem. Et in eo quod sequit: Ex-
ardescet velut ignis zelus tuus: vtrūq̄ subaudien-
dum est: ⁊ quousq̄: et in finem: ac si diceret: Quous
q̄ exardescet velut ignis zelus tuus in finem: Nā
ita hic duo ista subaudiēda sunt: sicut superius vnū
illud quod dictū est: posuerunt. Nam cum habeat
prior sententia: Posuerūt morticina seruorū tuorū
escas volatilibus celi: hoc verbum: posterior nō ha
bet: vbi dictū est: Carnes sanctorū tuorum bestijs
terre: sed subaudit vtiq̄ quod habet superius: posue-
runt. Ira porro ⁊ zelus dei: nō sūt pturbatiōes dei:
sicut nōnulli scripturas quas nō intelligūt arguūt:
sed nomine ire intelligit vindicta iniquitatis: nomie
zeli exactio castitatis: ne anima legem dn̄i sui contē-
nat: et a deo suo fornicādo dispereat. Hec ergo ipso
affectu in hominū afflictione sunt turbulenta: in dei
autē dispositione tranquilla sunt: cui dictū est: Tu
Sap.12. aūt dn̄e virtutū cum tranquillitate iudicas. Satis
aūt ostēditur his verbis ꝓpter peccata hominibꝰ li
cet fidelibus has fieri tribulatiōes: q̄uis hinc flore-
scat martyrū gloria merito patientie: ⁊ pie sustenta-
2.Mach.7. to in flagello dn̄i moderamine discipline. Hoc ma
Dan.3. chabei int̄ seuissima tormenta. h̄ tres viri inter non-
as flāmas: hoc ꝓphete sancti in captiuitate testant.
Qui uis eñ paternam correctionē fortissime ⁊ pijssi-
me pferrent: non tamen tacent hec accidere meritis
Ps.117. peccatorum. Horum eñ vox est: ⁊ i psalmis: Emē-
dans emendauit me dn̄s: et morti non tradidit me.
Heb.12. Flagellat eñ omnē filiū quem recipit. Et quis est
filius cui nō det disciplinā pater eius: Quod vero
H adiungit: Effunde iram tuam i gētes que
Hiere.10. te non nouerūt: ⁊ in regna que nō inuoca-
uerunt nomen tuū. Etiā ista ꝓphetatio est: non
optatio: Nō maliuolētie voto ista dicūtur: sed spiri
tu p̄uisa predicūtur: sicut de iuda traditore: que ma
Ps.108. la illi fuerant pro suis meritis euentura: ita ꝓpheta-
ta sunt: quasi optata sint. Quemadmodū eñ ꝓphe-
ta nō imperat christo: q̄uis modo imperatiuo ꝓnun-
Ps.44. ciet qd̄ dicit: Accingere gladio tuo circa femur potē-
tissime. Specie tua ⁊ pulchritudine tua: ⁊ intende ⁊
prospere ꝓcede ⁊ regna: Ita nō optat: sed prophe-
tat qui dicit: Effunde iram tuā in gentes que te non
nouerūt: Quod more suo repetit dicens: Et in re-
gna que nō inuocauerūt nomen tuum. Nam gen-
tes p regna repetite sūt. Et qd̄ eum nō nouerunt: p
hoc repetitum est: qd̄ nō inuocauerūt nomen eius.
Quomodo ergo intelligendū est: quod ait dominꝰ
Luc.12. in euangelio: Seruus qui nescit voluntatem domi-
ni sui et facit digna: plagis vapulabit paucis. Ser-
uus autem qui scit voluntatem domini sui et facit
indigna: plagis vapulabit multis: sic maior ira dei
est in gentes que dominū non cognouerunt. Ja eo

quippe quod ait: Effunde iram tuã: satis hoc ver-
bo indicauit q̃ multã iram voluerit intelligi. Unde
postea dicit: Redde vicinis nostris septies tantum.
An quia multũ interest inter seruos: qui licet nesci-
ant voluntatem dñi sui: tamẽ inuocant nomẽ eius:
et alienos a familia tanti patrisfamilias: qui sic igno
rãt deũ vt nec inuocẽt deũ? Inuocãt em̃ pro eo vel
simulacra: vel demonia: vel quãlibet creaturam: nõ
creatorem qui est benedictus in secula. Neq3 enim
istos de quibus hoc ꝓphetat: ita nescientes signifi-
cãt sui dñi voluntatẽ: vt tamẽ ipsum dñm timeant:
sed ita ipsum dñm nescientes vt nec inuocẽt eum et
inimici nominis eius existant. Multũ ergo distat i-
ter seruos voluntatẽ dñi sui nescientes: et tamen in
familia eius atq3 in domo viuentes: ⁊ inimicos nõ
solũ ipsum dñm scire nolentes: sed et nomen ei⁹ non
I inuocantes: atq3 in seruos ei⁹ insuper oppugnãtes.
Versio. Denicq3 sequitur. Quia comederũt iacob:
et locum eius desolauerũt. Jacob quippe fi-
guram gestat ecclesie: sicut esau veteris synagoge.
Gen.25. Unde dictũ est: Maior seruiet minori. Potest in h
nomine intelligi ea de qua loquebamur hereditas
dei: in quã inuadendã atq3 vastandam post resurre-
ctionem ⁊ ascensionẽ dñi gentes persequendo vene
runt. Sed locũ iacob quẽ intueamur: intelligẽdum
est. Magis em̃ locus iacob illa ciuitas putari põt:
in qua erat ⁊ templũ: quo vniuersam illã gentem sa-
crificandi ⁊ adorandi causa ⁊ pascha celebrandi: do-
minus p̃ceperat conuenire. Nam si christianorum
cõuentus inhibitos atq3 compressos a ꝑsecutorib⁹
ꝓpheta vellet intelligi: loca desolata videret̃ dicere
debuisse non locũ. Sed possumus accipe ꝑ nume-
ro plurali: numerũ singularem positũ: sicut vestem
ꝑ vestibus: militem ꝑ militibus: pecus ꝑ pecori-
bus. Multa em̃ huiusmodi moris est dici: nec solũ
vulgo loquentiũ: verum etiã disertissimorũ aucto-
rum eloquẽtie. Nec ab ipa diuina scriptura hoc ge
Ps.77. nus locutionis alienum est. Posuit enim ⁊ ipa ra-
nam ꝑ ranis: locustam ꝑ locustis: ⁊ innumerabilia
talia. Quod vero dictũ est: Comederũt iacob: hoc
bene intelligit̃: q̃ multos in suum malignũ corpus:
hoc est in suam societatẽ terrẽdo transire coegerũt.
Meminit sane q̃uis illis ꝑ merito pessime volunta
tis ex ira dei digna reddenda sint: non tamẽ eos ali-
quid aduersus hereditatẽ eius valere potuisset nisi
k eam voluisset ipe ꝑ peccatis eius flagellãdo emẽ-
dare. Unde subiungit: Ne memineris iniq-
tatum nostrarum antiquarũ. Non ait p̃teri-
tarum: que possent esse etiã recẽtiores: sed antiqua-
rum: hoc est a parẽtibus venientiũ. Talibus quip-
pe iniquitatibus: damnatio nõ correptio debetur.
Cito anticipent nos misericordie tue.
Anticipent vtiq3 iudiciũ tuum: Superexaltat̃ enim
Iacob.2. misericordia iudicio. Judicium aũt sine misericordia: sed ei
qui nõ fecit misericordiam. Qd̃ aũt adiungit: Quia
pauperes facti sumus nimis: Hoc vult intel
ligi anticipare nos misericordia dei: vt nostra pau-
pertas: id est infirmitas eo miserante adiuuetur ad
eius p̃cepta facienda: ne ad iudiciũ eius damnandi
veniamus. Ideo sequitur. Adiuua nos deus
salutaris noster. Hoc vero qd̃ ait: Salutaris no
ster: satis exponit quã voluerit paupertatẽ in eo qd̃
dixerat: Quia pauperes facti sumus nimis. Ipa est

quippe infirmitas: cui salutaris est necessarius. Cũ
vero adiuuari nos vult: nec ingratus est gratie: nec
tollit liberũ arbitrium. Qui em̃ adiuuatur: etiam ꝑ
seipsum aliquid agit. Addidit etiam. †Propter Al.*Et.
gloriã nominis tui dñe libera nos. Ut qui 1.Cor.1.
gloriatur: nõ in seipso: sed in dño glorietur. Et ꝓ-
pitius esto: inquit: peccatis nostris propter
nomen tuũ: Nõ ꝓpter nos. Nam quid aliud me-
rentur peccata nostra: q̃ debita ⁊ digna supplicia?
Sed ꝓpitius esto peccatis nostris ꝓpter nomẽ tuũ.
Sic ergo nos liberas: id est eruis a malis cũ et adiu
uas nos ad faciendã iusticiam: ⁊ ꝓpitius es peccat̃
nostris: sine quibus in hac vita nõ sumus: Quoniã Ps.142.
nõ iustificabitur in cõspectu tuo om̃is viuens. Pec 1.Jo.B.5.
catum aũt iniquitas est. Et si iniquitates obserua- Ps.129.
ueris: quis sustinebit? Or autem adiungit: †Ne
quando dicant *gẽtes: vbi est deus eorũ: Al.†Ne forte. Al.†in gẽtib⁹.
Magis ꝓ ipis gẽtibus est accipiẽdũ. Male em̃ pe-
reunt qui de deo vero disputauerũt: putantes eum
vel nõ esse: vel suos nõ adiuuare: nec eis esse ꝓpitiũ.
Illud vero quod sequit̃: Et innotescat in na
tionib⁹ corã oculis nostris: †Uindicta sã Al telcio.
guinis seruorũ tuorũ qui effusus est: Uel L
sic intelligit̃ cum credũt in deum verũ qui ꝑseque-
bantur eius hereditatẽ: quia ⁊ ipa vindicta est qua
perimitur seua iniquitas eorũ gladio verbi dei: de
quo dictũ est: Accingere gladio tuo. Uel cum ꝑse- Ps.44.
uerantes inimici in fine puniũtur: Nam mala tem-
poralia que in hoc seculo patiũtur: cõmunia possũt
habere cum bonis. Est aliud vindicte genus: quo ec
clesie dilatationẽ ⁊ fecunditatem in hoc seculo post
tantas ꝑsecutiones: quib⁹ eam om̃ino perituram pu-
tabãt: peccator ⁊ incredulus ⁊ inimicus videt ⁊ ira- Ps.111.
scetur: dentib⁹ suis frendet ⁊ tabescet. Quis em̃ ne-
gare audeat hanc etiam esse grauissimã penã? Sed
nescio vtrũ satis eleganter accipiat̃ quod ait: ante
oculos nostros. Si em̃ h pene gen⁹ intelligam⁹ qd̃
i intimis cordis agitur: ⁊ torquet etiã illos q̃ nobis
adulãter arrident: nec a nobis videri potest quid in
homine interiore patiãtur. Illud aũt quod siue eis
credẽtibus iniquitas eorũ interimit̃: siue in maligni
tate ꝑseuerãtibus: suppliciũ nouissimũ reddit̃: sine
scrupulo questiõis intelligit̃ dictũ: Innotescat ante
oculos nostros vindicta in nationibus. Et hec qui-
dem vt diximus ꝓphetantis est: nõ optantis. Sed ꝓ- M
pter illud quod scriptũ est in Apocalypsi: sub ara Apoc.6.
dei martyres ad deum clamare ⁊ dicere: Quousq3
dñe nõ vindicas sanguinẽ nostrũ: non est p̃tereun-
dum quẽadmodũ accipi oporteat: ne ꝓpter exatu-
randum odiũ: credãtur sancti desiderare vindictã:
quod ab eorum ꝑfectione longe abest: et tamen scri-
ptum est: Letabit̃ iustus cum viderit vindictam im Ps.57.
piorum: manus suas lauabit in sanguine peccator̃.
Et aplus ait: Nõ vosipos vindicantes charissimi: Ro.12.
sed date locũ ire. Scriptũ est em̃: Mihi vindictam Deu.32.
et ego retribuã dicit dñs. Nec ipe itaq3 precepit vt
nolint vindicari: sed vt nõ seipi vindicãtes dent lo-
cum ire dei: qui dixit: Mihi vindictã ⁊ ego retribu-
am. Et dñs in euangelio: viduã ꝓponit in similitu
dinẽ que vindicari desiderãs: iudicem interpellabat Luc.18.
iniustũ: qui eam tãdẽ aliquãdo nõ iusticia ductus: s
tedio victus audiuit. Hoc aũt dñs ꝓposuit: vt ostẽde-
ret multo mag̃ deũ iustũ cito facturũ iudiciũ electorũ

Apoc. 6. suorum: qui ad eum clamãt die ac nocte. Inde est et
ille sub ara dei martyrum clamor: vt dei iudicio vin
Matth. 5. dicentur. Ubi est ergo illud: Diligite inimicos ve-
stros: benefacite eis qui vos oderunt: et orate pro
1. Pet. 3. eis qui vos persequuntur? Ubi est et illud: Non redden
tes malũ pro malo: nec maledictũ pro maledicto: et
nulli malũ pro malo reddentes? Si enim malũ pro ma
lo nõ est cuiquam reddendũ: nõ solũ factum malum pro
facto malo: sed nec votũ malum reddendũ est pro fa-
cto vel voto malo. Reddit autem malũ votum qui eti
am si nõ seipsum vindicat: tamẽ vt eius inimicũ deus
N puniat expectat atque optat. Quapropter cũ et ho-
mo iustus et homo malus de inimicis suis velint a
dño vindicari: vnde discernuntur: nisi quia iustus et ma
gis cupit inimicũ suum corrigi quam puniri: et cum in
eum videt a dño vindicari: nõ eius delectatur pena:
quia nõ eum odit: sed diuina iusticia: quia deũ dili-
In epistola 2. c. 1. git? Denique si in hoc seculo in eum vindicatur: vel pro
illo etiã letatur si corrigitur: vel certe pro aliis vt eũ ti-
meãt imitari: Ipse quoque fit melior: nõ supplicio illi-
us odia sua pascẽdo: sed errata emendãdo: Ac per
Ps. 57. hoc de beniuolẽtia est nõ de malicia quod letatur iustus
cum videt vindictam: et manus suas lauat: id est opera
sua mũdiora efficit in sanguine: hoc est in exitio pec
catorum: sumẽs inde nõ mali alieni gaudiũ: sed diui
ne admonitionis exemplũ. Si autem in futuro seculo
vltimo dei iudicio vĩdicatur: hoc ei placet quod deo:
ne bene sit malis: ne piorũ premiis etiam impii perfru-
antur: Quod vtique iniustũ est: et a regula veritatis quam
iustus diligit alienũ. Cum enim nos ad diligẽdos ini-
micos dñs hortaretur: exemplũ proposuit patris nostri
Matth. 5. qui in celis est: qui facit solem suũ oriri super bonos et
malos: et pluit super iustos et iniustos: Nunquid tamẽ
ideo vel tẽporalibus correctiõibus non emẽdat: vel
pertinaciter duros in fine nõ damnat? Sic ergo inimi-
cus diligatur: vt nõ displiceat dñi iusticia qua puni
tur: Et sic placeat iusticia qua punitur: vt nõ de malo
eius: sed de bono iudice gaudeatur. Maliuolus enim
animus contristatur: si eius inimicus correctus euase
rit penam: Et cũ puniri eum videt: vindicari ita se
gaudet: vt nõ iusticia dei quẽ non diligit: sed illius
quẽ odit miseria delectetur: Et cũ deo dimittit iudici-
um vt plus noceat deus quam ipse nocere possit: exoptat.
Et cum dat cibũ esurienti inimico potumque sitienti:
Ro. 12. maliciose sapit quod scriptũ est: Hoc enim faciens: car-
bones ignis congeres super caput eius. Agit enim vt
amplius aggrauet et ei excitet indignationẽ dei: quã
carbonibus ignis significari putat: non intelligens
illũ ignẽ esse penitentie vrentem dolorem: quousque ca
put erectũ superbia beneficiis inimici ad humilitatẽ
salubrem deponatur: et in bono illius: huius malũ vin
Ibidem. catur. Unde apostolus vigilãter admonet: Noli vin
ci a malo: sed vince in bono malũ. Quomodo autẽ po
test vincere in bono malũ: in superficie bonus: et in ab-
dito malus: qui ope parcit: et corde seuit: manu mitis:
volũtate crudelis? Sic ergo specie poscentis in hoc
psalmo futura in impios vindicta prophetatur: vt in-
telligamus sanctos homines dei suos inimicos dile
xisse: nec cuiquam voluisse nisi bonum: quod est pietas in
hoc seculo: eternitas in futuro. In penis autem malorum
nõ malis eorũ: sed dei bonis iudiciis fuisse delecta-
tos. Et vbicũque in scripturis sanctis leguntur in ho-
mines odia eorũ: odia fuisse vitiorum: que ipse etiã

vnusquisque hominum odire debet in se si diligit se.
Iam vero quod sequitur: † Intret in conspectũ Art.
tuum. Uel sicut alii codices habent: In cõspe
ctu tuo gemitus compeditorum. Non faci-
le quisque reperit coniectos in cõpedes a persecutori-
bus sanctos. Et si accidit in tã magna atque multipli
ci varietate penarũ: tam raro accidit: vt nõ sit credẽ
dum hoc in isto versu quod cõmemoraret potissimũ
elegisse prophetam. Sed nimirũ compedes sunt infir-
mitas et corruptibilitas corporis: que aggrauant ani-
mam. Per eius enim fragilitatẽ velut quorũdam do-
lorum molestiarũque materiã ad impietatẽ poterat
compellere persecutor. Ab his compedibus concupi- Phi.
scebat dissolui apostolus et esse cũ christo: manere
autẽ in carne necessarium propter illos quibus euan-
gelium ministrabat. Donec ergo corruptibile hoc 1. Cor. 15.
induat incorruptionẽ: et mortale hoc induat immor
talitatem: velut cõpedibus caro infirma: promptum
impedit spiritum. Has ergo compedes nõ sentiũt:
nisi qui in semetipsis ingemiscũt grauati: habitacu- 2. Cor. 5.
lum quod de celo est superindui cupientes: quia et
mors horrori est: et merori vita mortalis. Pro his
propheta gemitibus ingemit: vt intret in cõspectu dei
gemitus compeditorũ. Possunt et illi intelligi com-
pediti: qui preceptis sapientie colligati sunt: que pati-
enter sustentata in ornamenta vertũtur. Unde scri-
ptum est: Iniice pedem tuum in compedes eius. Eccl. 6.

Scdm magnitudinẽ: inquit: brachii tui:
recipe in adoptionem filios mortificato-
rum. Uel sicut in aliis codicibus legitur: Pos-
side filios morte punitorum. Ubi satis mihi vide
tur ostendisse scriptura: quis fuerit gemitus compe
ditorum: qui pro nomine christi persecutiones grauissi-
mas pertulerunt: que in isto psalmo apertissime prophe-
tantur. In diuersis enim passionibus constituti ora-
bant pro ecclesia: ne infructuosus esset posteris san-
guis illorum: vt dominica seges vnde inimici eã pu
tabant perituram: inde veracius pullularet. Filios
quippe mortificatorũ dicit: qui nõ solum nõ sũt ter-
riti precedẽtium passionibus: sed in eum pro cuius no-
mine passos eos nouerant: exhortante illorũ gloria
ad imitãdum accensi: copiosissimis agminibus cre
diderunt: Ideo dixit: Scdm magnitudinẽ brachii
tui. Res enim tam magna secuta est in populis chri-
stianis: vt eam qui se aliquid persequendo perficere pu
tabant: nullo modo crederent secuturã. † Red- Art.
de: inquit: vicinis nostris septies tantum in
sinus eorum. Non mala optat: sed iusta pronun-
ciat: et futura prophetat. Septenario autẽ numero: id
est septupla retributione perfectionẽ pene vult intelli
gi: quia isto numero: plenitudo significari solet. Un
de et illud est in bonis accipiẽdũ et in hoc seculo septies
tantũ: quod positum est pro omnibus: quasi nihil ha
bentes et omnia possidentes. Vicinos dicit: quia inter
illos habitat ecclesia vsque in diẽ separationis. Nõ enim
modo fit discessio corporalis. In sinus eorũ dicit vs-
que nunc in occultis: vt vindicta que in hac vita agi-
tur in occulto: post innotescat in nationibus ante ocu
los nostros. Homo nanque cum datur in reprobum
sensum: in interiore sinu accipit suppliciorũ meri-
tum futurorum. † Opprobrium eorum:
quod exprobrauerunt tibi domine. Hoc eis
redde septuplum in sinus eorum: id est: pro isto

exprobrio eos in occultis eorū plenissime reproba.
Tibi enī exprobrauerūt: nomē tuū se arbitrātes in
P seruis tuis delere de terra. Nos aūt populus
tuus. Generaliter accipiendū de omni genere piorū
et verorū christianorum. Nos ergo quos perdere
se posse putauerūt populus tu⁹. Et oues † gre- (marginal note: † pascue tue)
gis tui. Ut qui gloriatur: in dño glorietur. Con-
fitebimur tibi in seculū. Alij autē codices ha-
bent: Cōfitebimur tibi in eternum. Ex ambi-
guo greco: facta est ista diuersitas. Quod enī habet
grecus εἰς τὸν αἰῶνα et in eternū et in seculum
interptari potest. Sed pro loco intelligendū quid me
li⁹ interptatū sit. Sensus ergo hui⁹ loci magis mihi
videtur ostēdere: in seculū dici oportere: id est vsqꝫ
in finem seculi. Sequēs aūt versus more scriptura-
rum: maximeqꝫ psalmorū: repetitio superioris est or-
dine cōmutato: prius habēs quod ibi est posteri⁹:
et posterius qd ibi est prius. Nam qd ibi dictū est:
Cōfitebimur tibi: pro ipo hic dictū est: Annūciabi-
mus laudē tuam. Quod itaqꝫ ibi dictū est: In secu
lum: pro ipo hic dictū ē: In generationē. Ista qui-
dem generatiōis repetitio: ppetuitatem significat:
siue vt nōnulli intelligūt: quia due sunt generatio-
nes: vetus et noua: Sꝫ in hoc fit seculo vtraqꝫ: Qm
Joh.3. qui nō renatus fuerit ex aqua et spiritusancto: nō in-
trabit in regnū celorū. Deniqꝫ quia in isto seculo an
j. Joh.3. nunciatur laus dei: Nā in futuro seculo cum videbi-
mus eum sicuti est: cui deinceps annūcietur: non erit.
Nos ergo populus tu⁹ et oues gregis tui: quas p-
sequēdo illi crediderūt se posse cōsumere. Cōfitebi
mur tibi in seculum: pmanente vtiqꝫ ecclesia vsqꝫ in
finem: quā illi delere conati sunt. In generati-
one et generationem: annūciabim⁹ laudē
tuā. Que laus vt taceretur: in nos finire conati sunt.
Multis aūt iam locis sanctarū scripturarū insinua
uimus cōfessionē etiā pro laude poni: Sicuti est il-
Ec. 39. lud: Hec dicetis in cōfessione: Opera dñi vniuersa
quoniā bona valde: maximeqꝫ illo qd ait ipe salua-
tor: qui nullū habebat omnino peccatū: quod penitē
Math. 11. do confiteretur: Cōfiteor tibi pr̄ dñe celi et terre: qr ab-
scōdisti hec a sapiētib⁹ et prudētib⁹ et reuelasti ea paruulis.
Hoc dixi: vt aptius intelligatur id esse repetitū in eo
quod dictū est: Annūciabimus laudē tuam: qd supi
us dictū erat: Cōfitebimur tibi.

Explicit Tractatus de ps̄. LXXVIII.

Incipit Tractatus de ps̄. LXXIX.

A On adeo multa sunt in hoc psalmo in qui-
n bus sermo noster patiatur difficultatē: vel in-
tentio auditorū intelligendi impedimentū.
Proinde adiuuante dño cū affectu audiendi et vidē
di iam que pphetata et predicta sunt: tanqꝫ eruditi
in schola christi currere debem⁹ que plana sunt: vt
si forte obscura exigūt officiū interptandi: ea q̄ pla-
na sunt legendi officiū a me debeant flagitare. Can
tatur hic de aduētu dñi et saluatoris nostri iesu chri-
sti: et de vinea eius. Sꝫ cantat ille asaph quantū ap-
paret illuminatus atqꝫ correctus: cuius nomine no-
stis significari synagogā. Deniqꝫ titulus psalmi est:
In finem pro his qui immutabuntur:
Ro. 10. Vtiqꝫ in melius: Qm̄ christus finis legis: ideo venit:
vt immutet in melius: Et ait: testimonium ipsius a-
saph: bonū testimoniū veritatis. Deniqꝫ hoc testimo
nium: et christū et vineā cōfitetur: hoc est caput et cor-
pus: regem et plebem: pastorē et gregem: et totum
omniū scripturarū mysterium christū et ecclesiam.
Concludit autē titulus psalmi: Pro assyrijs. As-
syrij interpretantur dirigentes. Iam ergo non sit ge-
neratio que cor nō direxit suum: sed generatio iam
dirigēs. Ergo audiamus quid dicat in hoc testimo
nio.

Expositio psalmi.

B
q Ui † pascis israel intende. Quid est: (marginal note: Al. † regis.)
qui pascis israel intēde: Qui deducis
velut † oues ioseph. Inuocatur vt veniat: expe- (marginal note: Al. † ouem.)
ctatur vt veniat: desideratur vt veniat: Ergo dirigē-
tes inueniat. Qui deducis inquit velut oues ioseph.
Ipm ioseph velut oues: ipe ioseph oues sunt: et ip-
se ioseph ouis est. Audito ioseph: quāqꝫ et interptatio
eius nominis multū iuuet: significat enī augmen-
tum: et ideo vtiqꝫ venit ille: vt mortificatū granum Joh. 12.
multipliciter surgeret: hoc est augeretur popul⁹ dei:
tamen ex eo quod iam nostis contigisse ioseph: ve- Gen. 37.
niat in mentē a fratribus vēditus: veniat a suis ex-
honoratus: apud alienigenas exaltat⁹: et intelliget Gen. 41.
in cuius grege esse debeam⁹: simul cū illis qui iam
dirigūt cor suum: vt lapis reprobatus ab edifican- Ps. 117.
tibus fiat in caput anguli: tenens duos parietes de
diuerso veniētes: sed in angulo cōcordātes. Qui
sedes sup cherubin. Cherubin sedes est glorie
dei: et interptatur plenitudo scientie: Ibi sedet de⁹
in plenitudine scientie. Licet intelligam⁹ cherubin
sublimes esse celorū potestates atqꝫ virtutes: tamē
si vis: eris cherubin. Si enī cherubin: sedes es dei:
audi quid dicat scriptura: Anima iusti: sedes est sapi
entie. Quomō inquis ero plenitudo scientie? Quis
hoc implet? Habes vnde impleas: Plenitudo legis Ro. 13.
charitas. Noli per multa ire atqꝫ distendi. Terret
te ramorū diffusio: radicem tene: et de magnitudine
arboris noli cogitare. Sit in te charitas: et necesse ē
plenitudo scientie consequatur. Quid enī nescit q chā
ritatem scit? Quādoquidē dictū est: Deus charitas
est. Qui sedes super cherubin † appare. (marginal note: Al. † manifestare)
Ideo enī errauimus: quia nō apparebas: Appare: (marginal note: Al. † ephraim.)
Coram † ephrem et beniamin et manasse:
Appare inquā coram gente iudeorū: coram popu-
lo israel. Ibi enī ephrem: ibi manasses: ibi beniamin.
Sed interpretationē videamus: Ephrem fructifi-
catio: Beniamin fili⁹ dextere: Manasses oblitus.
Appare enī coram fructificato: corā filio dextere:
appare corā oblito: vt iam nō sit oblitus: sed veniat
illi in mentē qui liberasti. Si enī gentes cōmemora- Ps. 21.
buntur: et cōuertentur ad dñm vniuersi fines terre: po
pulus ipe de abraam veniēs: nō habuit parietē su-
um qui gaudeat in angulo: cum scriptū sit: Reliquie
salue fient? Excita potentiā tuam. Nam in- C
firmus eras quādo dicebatur: Si filius dei es: descē- Math. 27.
dat de cruce. Nihil valere videbaris: Preualuit su
per te psecutor: et demōstrasti hoc antea: quia et ia-
cob ipe preualuit angelo in luctādo. Quādo nisi vel-
let angelus? Et preualuit homo: et victus est angel⁹:
et victor homo tenet angelū: et dicit: Non dimittā Gen. 28.
te: nisi benedixeris mihi. Magnū sacramētum: Et
stat victus: et benedicat victorē. Victus: quia volu-
it: carne infirmus: maiestate fortis: et benedixit:
Vocaberis inquit israel. Tetigit tamen et femoris Ibidem.
latitudinem et aruit: eundēqꝫ hominem vnum: fecit

ũ τ claudũ. Uides claudicasse populum
te ibi et benedictũ genus apostolorum.
potentiã tuã. Q̃ diu videris infirmus?
infirmitate: resurge in virtute. Excita
...am: **Et veni: vt saluos facias**
. **Deus cõuerte nos.** Auersi enim sum⁹ a
te: τ nisi tu ɔuertas: nõ ɔuertemur. **Et * illumina
faciẽ tuã: τ salui erimus.** Nunquid ille obscu-
ram habet faciẽ? Nõ habet obscurã faciem: sed op-
posuit ei nubẽ carnis: τ tanq̃ velum infirmitatis: τ
nõ est putat⁹ ipse cũ penderet in ligno: agnoscendus
cũ sederet in celo. Nam ita factũ est. Presentẽ i ter-
ra christũ τ miracula facientẽ non agnouit asaph:
mortuũ tamẽ posteaq̃ resurrexit τ ascendit in celũ:
agnouit: cõpunct⁹ est: dixerat τ de illo totũ: hoc est
testimoniũ quõ agnoscam⁹ in hoc psalmo: Illumina
faciẽ tuã: τ salui erimus. Obtexisti faciẽ tuã τ egro-
tauimus: illumina illã: τ salui erimus. **Dñe de⁹**
Al. † quousq̃: **virtutũ † vsq̃quo irasceris † in orationem**
Al. † super **serui tui?** Iam serui tui. Irascebaris in orationem
inimici tui: adhuc irasceris in orationẽ serui tui? Cõ-
uertisti nos: agnouim⁹: τ adhuc irasceris in oratio-
nem serui tui? Ita plane irasceris vt pater corrigẽs:
nõ vt iudex damnãs: Ita plane irasceris: q᷑ scriptũ
Ecc̃i. 2. est: Fili accedẽs ad seruitutẽ dei: sta in iusticia et ti-
more: τ p̃para animã tuã ad temptationẽ. Ne pu-
tes iam trãsisse iram dei: q᷑ cõuersus est: transit: sed
ne dãnet in eternũ: Flagellat aũt non parcit: q᷑ fla-
gellat omnẽ filiũ quem recipit. Si flagellari detre-
Heb. 12. ctas: recipi quare desideras? Flagellat aũt oẽm fi-
lium quẽ recipit. Flagellat omnẽ: qui τ vnico non
pepcit. Sed tamẽ q̃diu irasceris in orationẽ serui
tui? Nõ iã inimici tui. Sed irasceris in orationẽ ser
ui tui: Q̃diu? Seq̃r. **Cibabis nos pane la-**
D
Al. † potũ dabis **chrymarũ: et * potabis nos in lachrymis i**
nob. **mensura.** Quid est in mẽsura? Apostolum audi.
1. Cor. 10. Fidelis de⁹ qui nõ vos p̃mittit temptari: supra q̃
potestis ferre. Ipsa est mẽsura p̃ virib⁹ tuis: ipsa est
mensura vt erudiaris: nõ vt opprimaris. **Posu-
isti nos in contradictionẽ vicinis nostris.**
Plane factũ est: id est de asaph electi sunt qui irent
ad gẽtes: τ p̃dicarent christũ: τ dicereñ eis: Quis ẽ
Act. 17. iste nouorũ demoniorũ annũciator? Posuisti nos i
cõtradictionẽ vicinis nostris. Cũ eñ p̃dicabant cui
ɔtradicebañ: quẽ p̃dicabãt mortuũ resurrexisse chri
stum. Quis hoc audiat? Quis hoc nouerit? Noua
res: Sꝫ signa cõsequebañ. τ incredibili rei fidẽ mi-
racula faciebant. Cõtradicebañ: sed cõtradictor vin
cebañ: τ ex cõtradictore fidelis efficiebañ. Ibi tamẽ
magna flamma: ibi martyres cibati pane lachryma-
rum: τ potati in lachrymis: sed in mensura: nõ am-
plius q̃ poterãt ferre: vt post mensurã lachrymarũ
sequereñ corona gaudiorũ. **Et inimici nostri
subsannauerũt nos.** Et vbi sũt q̃ subsannaue
runt? Diu dictũ est: Qui sunt isti colentes mortuũ:
adorantes crucifixũ? Diu dictũ est: Ubi est nasus
subsamnantiũ? Nõne nũc qui rep̃hendunt: i cauer
nas fugiunt: ne videanñ? Et inimici nostri subsanna
Al. † non hʒ. uerũt nos. Sed videtis quid sequañ. **† Dñe deus
virtutũ cõuerte nos: τ ostẽde faciẽ tuam: τ**
Al. † de. **salui erimus. Uineã * ex egypto transtu-
listi: eiecisti gentes τ plantasti eam.** Nou-
imus: factũ est. Que gentes eiecte sunt? Amorrei: ce

thei: hiebusei: gergesei: τ euei: Quib⁹ expulsis τ vi-
ctis: introductus est populus ex egypto liberat⁹ in
terrã p̃missionis. Unde vinea electa sit: et vbi plan
tata sit: audiuim⁹: Uideam⁹ quid deinde factũ est:
quõ crediderit: quãtũ creuerit: q̃d occupauerit. Ui-
neam ex egypto transtulisti: eiecisti gẽtes et planta-
sti eam. **† Uiam fecisti in cõspectu eius: et** Al. † De... [illegible]
plantasti radices eius et impleuit terram.
Nunquid impleret terrã: nisi via fieret in cõspectu
eius? Que via facta est in conspectu eius? Ego sum J. 14.
inquit via: veritas τ vita. Merito impleuit terram.
Hoc dictũ modo de vinea ista qd̃ perfectũ est vsq̃
in finem. Uerũtamẽ quid primo? **Operuit mõ-
tes vmbra ei⁹: τ arbusta eius cedros dei.**
† Extendisti palmites eius vsq̃ ad mare: Al. † ...
et vsq̃ ad flumen p̃pagines eius. Hoc desi
derat officiũ expositoris: non sufficit lectoris τ lau-
datoris: Adiuuate me intẽdendo. Solet eñ vinee
hui⁹ cõmemoratio i hoc psalmo caliginẽ facere mi
nus intentis. Etenim magnitudo vinee huius iam
a nobis explicata est: τ vnde facta est: et vnde facta
sit magna: predictum est. Uiam fecisti in conspectu
eius: et plantasti radices ei⁹: τ impleuit terrã. Hoc
de p̃fectione ipsius dictũ est. Sed tamẽ prima gens
iudea fuit ista vinea. Gens aũt iudea vsq̃ ad mare:
et vsq̃ ad flumen regnauit. Usq̃ ad mare: apparet i
scriptura quod mare ibi vicinum sit. Et vsq̃ ad flu
men iordanem. Trans iordanẽ eñ aliquid iudeorũ Num. 34.
collocatũ est: infra iordanẽ autẽ tota gens. Ergo vs-
q̃ ad mare: τ vsq̃ ad flumẽ regnũ iudeorũ: Regnũ
israel non a mari vsq̃ ad mare: sed et a flumine vs-
q̃ ad termios orbis terre. Illa iam perfectio vinee
est: de qua hic p̃dixit: Uiam fecisti in ɔspectu ei⁹:
et plantasti radices eius: τ impleuit terram. Cum i-
bi ergo predixisset perfectionem: redijt ad initium:
de quo initio sit facta p̃fectio. Initium vis audire?
Usq̃ ad mare: et vsq̃ ad flumen. Finem vis audi-
re? Dominabiñ a mari vsq̃ ad mare: et a flumiẽ vs- Ps. 71.
q̃ ad terminos orbis terre: hoc est: impleuit terrã.
Uideamus ergo testimoniũ asaph: quid factum est
prime vinee: quid est expectandũ secunde vinee: im
mo eidem vinee. Ipsa est eñ: non eñ altera est. In- Job. 4.
de christus salus ex iudeis: inde apostoli: inde primi Act. 2. 4.
credentes: et precia rerum suarũ ante pedes aposto-
lorum ponẽtes: inde omnia hec. Et si aliqui ex ramis Ro. 11.
fracti sunt: propter incredulitatẽ fracti sunt: tu autẽ
populus gẽtiũ fide sta: Noli altũ sapere: sed time.
Nam si deus naturalib⁹ ramis nõ pepercit: neq̃ ti
bi parcet. Si autẽ altũ sapis: nõ tu radicem portas:
sed radix te. Quid ergo vinea ante cuius conspectũ
facta est via? Facta ẽ vt impleret terrã. Primo vbi
fuit? Operuit montes vmbra eius. Qui sunt mon-
tes? Prophete. Quare operuit illos vmbra eius?
Quia obscure locuti sunt. Quare futura annũciata
sunt? Audis a p̃phetis: Obserua sabbatũ: octauo
die circũcide infantem: offer sacrificiũ arietis: vitu-
li: hirci: noli moueri: vmbra eius est cooperiẽs mon
tes dei: Ueniet et post vmbrã mãifestatio. Et arbu-
sta eius cedros dei: id est cooperuit cedros dei altis-
simas sedes dei. Sunt enim cedri significantes su-
perbos euertendos. Cedros libani: altitudines mũ
di: operuit crescendo vinea ista: Et montes dei om
nes sanctos prophetas: patriarchas. Sed quous-

q; extēdit palmites eius: Usq; ad mare ꝛ vsq; ad
flumen propagines eius. Inde quid? Ut quid de-
struxisti maceriam eius. Iam videtis euer-
sam illam gentem iudeorū: iam ex alio psalmo au-
ps. 73 distis: In dolabro ꝛ fractorio deiecerunt eam. Nō si
eret: nisi eius maceria destrueretur. Que est maceria
eius? Munitio eius. Extitit enī superba aduersus plā
Math. 21. tatorē suū. Sz seruos ad se missos ꝛ petentes merce
dem coloni flagellauerūt: ceciderūt: ꝛ occiderūt. Ue
Ibidem. nit ꝛ vnic⁹ fili⁹: dixerūt: Hic est enī heres: venite oc
cidam⁹ eū: ꝛ nostra erit hereditas. Occiderūt ꝛ ex-
tra vineam piecerūt. Proiectus magis possidet vñ
Esa. 5. piect⁹ est. Sic enī ei minatur p Esaiā: Destruā mace-
riam eius. Quare? Expectaui enī vt faceret vuā: fecit
aūt spinas. Expectaui inde fructū: ꝛ inueni peccatū.
Quid ḡ queris o asaph? Ut qd destruxisti maceriā
eī? Tu enī nescis. Quare? Expectaui vt faceret iu-
diciū: ꝛ fecit iniquitatē. Non erat destruenda mace-
ria eius? Et venerūt gentes: destructa maceria: inua
sa est vinea: ac deletū regnū iudeoꝝ. Hoc primū plā
git: sed non sine spe. De directiōe enī cordis iam lo-
quitur: id est, p assyriis: p diripientibus psalmus est.
Ut quid destruxisti maceriam eius? Et vinde-
miant eam omnes transeuntes viam. Quid
est: viam transeuntes? Ꝛ paliter dominantes. †De-
uastauit eam aper de sylua. Aprū de sylua qd
intelligamus? Iudeis porcus aduersus est: ꝛ in por-
co ponunt tanq; immundiciā gentiū. A gentib⁹ aūt
euersa est gens iudea: Sed rex ille qui euertit: nō tm̄
porcus imūdus: sed etiā aper fuit. Quid enī aper:
nisi porcus seuus: porc⁹ sup̄b⁹? Aper de sylua vasta
uit eā: De sylua: de gentib⁹. Etenī illa vinea erat: gen
tes aūt sylue erant. Sed qn crediderūt gentes: quid
Ps. 95. dictū est? Tunc exultabunt oīa ligna syluarū. De-
uastauit eam aper de sylua. Et singularis ferus
depastus est eam. Quid est singularis fer⁹? Ip-
se aper qui deuastauit eam: singularis ferus. Singu
laris: quia superbus. Hoc enī dicit omīs superbus:
Ego sum: ego sum: ꝛ nemo. Sed quo fructu hec?
Deus virtutū cōuertere. Quia hec facta sint:
conuertere vero. Respice de celo ꝛ vide ꝛ vi-
sita vineam istam. Et perfice eam quam
plantauit dextera tua. Non aliam institue: sed
hanc perfice. Ipsū est enī semen abraam: ipsum est
semen ī quo benedicuntur omēs gētes: Ibi est radix:
ibi portatur oleaster insertus. Perfice vineam istam
quā plantauit dextera tua. Sed vbi perficiat? Et su
per filiū hominis quē cōfirmasti tibi. Quid
euidentius? Quid adhuc expectatis vt vobis dispu-
tando exponamus: ꝛ nō potius vobiscū admirādo
clamemus: Perfice vineā istā quā plātauit dextera
tua: ꝛ sup filium hoīs eam pfice? Quem filiū homi-
nis? Quem ꝯfirmasti tibi. Magnum firmamentū:
1. Cor. 3. q̄ fūdamentū potes? Fundamētū enī aliud nemo pōt
ponere pter id qd̄ positum est: qd̄ est christus iesus.
†Succensa igni et effossa: ab increpatio
ne vultus tui peribunt. Que sunt succensa igni
et effossa: que peribunt ab increpatione vultus tui?
Uideamus et intelligamus que sint igni succensa et
effossa. Quid increpauit christus? Peccata. Ab icre
patione vult⁹ eius: pctā perierūt. Quare ergo pctā
igni succensa et effossa? Omnia peccata due res faci
unt ī homie: Cupiditas ꝛ timor. Cogitate: discutite:
interrogate corda vestra: pscrutamini conscientias:
videte vtrum possint esse peccata: nisi aut cupiendo
aut timēdo. Proponitur tibi pmiū vt pecces: id est qd̄
te delectet: facis propter qd̄ cupis: sed forte nō duce
ris donis: terreris minis: facis pter qd̄ times. Cor
rumpere te vult aliquis vt dicas (verbi gratia) falsū
testimoniū. Innumerabilia sunt: sed planiora pro-
pono: de quibus cetera conijciatis. Attendisti tu de-
um: et dixisti ī animo tuo: Quid pdest homini si to- Math. 16.
tum mundū lucretur: anime aūt sue detrimētum pa
tiatur? Non adducor premio: vt perdā animā meā
pro lucro pecunie. Conuertit ille se ad incutiendum
metum: Qui premio corrūpere nō valuit: incipit mi
nari damnū: expulsionem: cedes: fortassis ꝛ mortē.
Ibi iam si cupiditas non valuit: forte timor valebit
vt pecces. Porro autem si de scripturis: contra cu-
piditatem venit tibi in mentē: Quid prodest homi-
ni si totum mundū lucretur: anime aūt sue detrimentū
patiatur: Ueniat etiā ptra timorē in mentem: Nolite Math. 10.
timere eos qui corpus occidunt: animā aūt non pos
sūt occidere. Quicunq; te vult occidere: vsq; ad cor
pus: et licet: vsq; ad animam nō licet. Anima tua nō
moritur: nisi tu eam volueris occidere. Perimat alie-
na iniquitas carnem tuam: dum seruet veritas ani-
mam tuam. Si autem a veritate resilieris: quid tibi
amplius factur⁹ est inimic⁹: q̄ tu tibi ipse facis? Ini
micus seuiens carnem potest occidere: tu aūt dicen-
do falsum testimoniū animam occidis. Audi scriptu
ram: Os quod mentitur occidit animā. Itaq; fratres Sap. 1.
mei ad omē recte factum: amor ꝛ timor ducit. Ut fa-
cias bene: amas deū ꝛ times deū: Ut aūt facias ma
le: amas mundū: ꝛ times mundū. Hec duo conuer-
tantur ad bonū. Amabas terram: ama vitā eternā:
Timebas mortē: time gehēnam. Quicquid tibi ini-
quo promiserit mundus: nunquid potest dare quan
tum dabit iusto deus? Quicquid tibi iusto minatus
fuerit mūdus: nunquid potest facere quod facit ini-
quo deus? Uis audire quid daturus est deus: si iu-
ste vixeris? Uenite benedicti patris mei percipite re Math. 25.
gnum quod vobis paratum est ab origine mundi.
Uis videre quid facturus est impiis? Ite in ignem Ibidem.
eternum: qui parat⁹ est diabolo ꝛ angelis eius. Be-
ne quidem tu nihil aliud vis: q̄ vt bene tibi sit. Naz
in eo qd̄ amas: vis vt bene tibi sit: ꝛ in eo qd̄ times:
non vis vt male tibi sit: Sed nō in ea regiōe queris:
in qua querendum est. Festinas. Nam et sine indi-
gentia vis esse ꝛ sine molestia. Bonuz est quod vis:
sed tolera qd̄ non vis: vt assequaris quod vis. Pro-
inde illi⁹ facies delens peccata: quid faciet? Que sūt
peccata? Succensa igni ꝛ effossa. Quid fecerat amor
malus? Tanq; ignem succenderat. Quid fecerat ti-
mor malus? Tanq; effoderat. Amor quippe inflam-
mat: timor humiliat: Ideo peccata mali amoris igne
succensa sunt: peccata mali timoris effossa sunt. Hu
miliat ꝛ bonus timor: accendit ꝛ bonus amor: sed ali
ter atq; aliter. Nam ꝛ colonus intercedens pro ar-
bore que fructus non dabat ne subuerteretur: ait: Cir Luce. 13.
cumfodio eam ꝛ adhibeo cophinum stercoris. Fos
sa significat plam humilitatem timentis: ꝛ stercoris
cophinus sordes vtiles penitentie. De igne aūt bo-
ni amoris dñs dicit: Ignem veni mittere in terrā: q Luce. 12.
igne inardescant spiritu feruentes: et dei ac proximi
charitate flagrātes: Et p hoc sicut omia iusta opa:

bono timore et bono amore fiunt: sic malo amore et malo timore omnia peccata committuntur. Ergo succensa igni et effossa omnia scilicet peccata ab increpatione vultus tui peribunt. Fiat manus tua super virum dextere tue: et super filium hominis quem confirmasti tibi. Et non di-
Ps. 77. scedimus a te: O diu generatio praua et amaricans: et que cor nõ dirigit suum: dicat asaph: et ostẽdat se misericordia tua: Fac bene cum vinea tua: pfice illam: quoniam cecitas et parte i israel facta est:
Roma. 11. vt plenitudo gentium introiret: et sic omis israel saluus fieret: Demonstrata facie tua super virum dextere tue quem confirmasti tibi: non discedimus a te. O diu nos increpas: O diu accusas: Hoc fac et nõ discedimus a te. Viuificabis nos et nomen tuum inuocabimus. Tu nobis dulcis eris: viuificabis nos. Nam prius amabamus terram non
Col. 3. te: sed mortificasti membra nostra que sunt super terram. Illud enim vetus testamentum habens promissa terrena: hoc videtur suadere ne gratis colatur deus: sed quia aliquid dat i terra: ideo diligitur. Quid amas vt deum non ames: Dic mihi: Ama si potes aliquid quod ille non fecit. Circumspice vniuersam creaturam: vide vtrum alicubi cupiditatis visco tenearis: et a diligendo creatorem impediaris: nisi ea re quã creauit ipse quem negligis. Quare aũt amas ista: nisi q pulchra sunt: Possunt esse tam pulchra: q̃ ille a quo facta sunt: Miraris hec: quia illum nõ vides: sed per ea que miraris ama quem non vides. Interroga creaturam: si a se ipsa est: remane in illa. Si aũt ab illo est: non ob aliud perniciosa est amatori: nisi quia preponitur creatori. Quare hoc dixi: Propter versum istum fratres. Mortui ergo erant qui propterea deum colebant: vt eis fm carnem be-
Roma. 8. ne esset. Sapere enim fm carnem mors est: Et mortui sunt qui non deum gratis colunt: id est quia ipse bonus est: non quia dat talia bona que dantur et non bonis. Pecuniam vis a deo: habet et latro. Vxorem: fecunditatem filiorum: salutem corporis: dignitatẽ seculi: attende q̃ multi mali habent: hoc est totum propter quod eum colis. Nutabunt pedes tui: putabis te sine causa colere: quando in eis vides ista qui eum non colunt. Ergo ista dat omnia etiam malis: se solum seruat bonis. Viuificabis nos: nam mortui eramus: quando terrenis rebus inherebamus: mortui eramus quando terreni hominis imaginem portabam⁹. Viuificabis nos: inouabis nos: Vitam interioris hominis dabis nobis. Et nomen tuum inuocabimus: id est te diligem⁹: Tu nobis dulcis eris remissor peccatorum nostrorum: tu eris totum premium iustificatorum. Domine deus virtutũ conuerte nos: et ostende faciem tuam et sal-
[illegible]

Explicit tractatus de ps. LXXIX.

Incipit tractatus de ps. LXXX.

Qui ad vos de presenti psalmo suscepim⁹: adiuuet vocem nostram qui et vestram. Etenim aliquanto est obtusior: Dabit ei vires intentio audientium: et adiutorium iubentis vt loquar. Titulum habet psalmus iste. In finem pro torcularibus quinta sabbati: psalmus ipsi asaph. In vnum titulum multa sunt congesta mysteria: ita tamen vt linea psalmi indicet interiora. Cum de torcularibus locuturi sumus: nemo vestrum aliquid expectet nos dicturos esse de lacu: de prelo: de fiscinis: quia nec ipse psalmus hoc habet: et ideo magis indicat mysteriũ. Nam et si aliquid tale psalmi text⁹ sonaret: nõ deesset q̃ putaret ad litterã esse accipiẽda torcularia: nec aliquid illic tale amplius requirendum: nec mystice aliquid positum et sacrate significatum: sed diceret simpliciter: psalmus de torcularibus loquitur. Et tu mihi nescio quid aliud suspicaris: nihil hic tale audistis cum legeretur. Ergo accipite torcularia mysterium ecclesie quod nunc agitur. In torcularibus animaduertimus quedam tria: pressuram: et de pressura quedam duo: vnũ recondendum: alterum proiiciendum. Fit ergo in torculari conculcatio: tribulatio: pondus: et in his oleum eliquatur occulte in gemellariũ: amurca publice per plateas currit. Intendite ad magnum hoc spectaculum. Non enim deserit deus dare nobis quod cũ magno gaudio expectem⁹: Aut circi isania huic spectaculo comparanda est. Illa ad amurcam pertinet: hoc ad oleum. Quando ergo auditis contumaciter garrire blasphemos et dicere: abundare pressuras tẽporibus christianis: scitis enim quia hoc amant dicere: et vetus quidem: sed a temporibus christianis cepit prouerbiũ: Non pluit de⁹: dic ad christianos: q̃ et priores ista dixerunt. Isti aũt modo dicũt et quia pluit deus: dicant christiani: non pluit deus: non seminamus: pluit deus: non trituramus: et inde volunt superbire vnde deberẽt amplius supplicare: eligentes blasphemare q̃ orare. Cum ergo ista commemorant: cum ista iactant: cum ista dicunt: et contumaciter dicunt: nõ cum timore: sed cum elatione: nõ vos perturbent. Puta enim quia pressure abundant: tu oleum esto. Nigra tenebris ignorãtie amurca insultet: et illa tanq̃ per plateas proiecta publice insul-
tet: tu apud te in corde tuo: vbi qui videt in occulto reddet tibi: liquare in gemellarium. Oliua in arbore quibusdam quidem tempestatibus agitatur: non tamen pressuris torcularis atterit: Ideo vtrũq; simul pendet ex arbore: et quod proiiciendum est: et quod recondendũ est. At vbi ad torcular et psuras ventũ fuerit: vtrũq; discernitur: dirimit: et aliud appetitur: aliud respuitur. Vultis nosse vim torcularium istorum: Ut vnum aliquid dicam: vnde et ipsi murmurant qui ea faciũt: Quante inquiunt rapine temporibus nostris: quante pressure innocentium: quante expoliationes rerum alienarum: Ita sane in amurcam attenditis: quia rapiuntur res aliene: in oleum non attenditis: quia pauperibus donantur et proprie. Non habebat antiquitas tales raptores rerum alienarum: sed habebat antiquitas tales donatores rerum suarum. Aliquanto esto curiosior in torculari: Noli hoc solum videre quod publice fluit: est aliquid quod querendo inuenias: Discute: audi: cognosce q̃ multi faciũt quod ex ore domini cum audisset vnus diues tristis abscessit: Ex euangelio multi audiũt: Vade vende omia que possides: et da pauperibus: et habebis thesaurum in celis: et veni seque re me. Non attendis q̃ multi id faciunt: Pauci inquiũt sunt: Ipsi tamen pauci oleũ sunt: Et qui bene vtuntur his rebus quas possident: ad oleum pertinent. Adiunge omnia: et videbis patrisfamilias tui plenas apothecas. Vides raptorem qualem nunq̃

vidisti: vide contemptorem rerum suarum qualem tamen vidisti. Lauda torcularia: unde et propheta in apocalypsi: Justus iustior fiat: et sordidus sordescat adhuc. Ecce torcularia in hac sententia: Justus iustior fiat: et sordidus sordescat adhuc. (Apoc.22.) C Quare et quinta sabbati? Quid est hoc? Recurramus ad prima opera dei: ne forte ibi aliquid inveniamus quo et sacramentum intelligamus. Sabbatum enim septimus dies est: quo requievit deus ab omnibus operibus suis: (Gen.1.) magnum intimans mysterium quietis nostre future ab omnibus operibus nostris. Prima sabbati dicitur primus dies: quem dominicum etiam nominamus: Secunda sabbati: secundus dies: tertia sabbati tertius dies sabbati: quarta sabbati: quartus dies: Quinta ergo sabbati quintus dies a dominico die: post quem sexta sabbati: sextus dies: et ipsum sabbatum: septimus dies. Videte itaque quibus loquitur hic psalmus. Videtur enim mihi quoniam baptizatis loquitur. Quinto enim die deus ex aquis creavit animalia. (Ibidem.) Quinto die: id est quinta sabbati dixit deus: Producant aque reptilia animarum vivarum. Videte ergo vos in quibus iam produxerunt aque reptilia animarum vivarum. Vos enim ad torcularia pertinetis: et in vobis quod produxerunt aque: aliud eliquatur: aliud proiicitur. Sunt enim multi non digne viventes baptismo quod perceperunt. Quam multi enim baptizati hodie circum implere: quam istam basilicam maluerunt? Quam multi baptizati aut casas in vias faciunt: aut non fieri conqueruntur? Psalmus autem iste pro torcularibus et quinta sabbati cantatur: et in pressura discretionis: et in sacramento baptismi cantatur ipsi asaph. Asaph homo quidam fuit hoc nomine appellatus: sicut idithun: sicut chore: sicut alia nomina que invenimus in titulis psalmorum: Interpretatio tamen nominis mysterium indicat occulte veritatis. Asaph quippe latine dicitur congregatio. Ergo pro torcularibus quinta sabbati cantatur ipsi asaph: id est pro pressura discernente baptizatis ex aqua renatis cantatur psalmus dominice congregationi. Titulum in limine legimus: et in his que sit quid sibi velint intelleximus. Jam si placet etiam ipsam domum operis: id est ipsius torcularis interiora videamus: Intremus: inspiciamus et gaudeamus: timeamus: appetamus: fugiamus. Omnia enim hec inventuri estis in hac interiore domo: id est in textu ipsius psalmi: cum legere et adiuvante domino quod donaverit loqui ceperimus. D Ecce vos o asaph congregatio domini.

Expositio psalmi.

E Exultate deo adiutori nostro. Vos qui congregati estis hodie: vos hodie asaph domini: siquidem vobis canitur psalmus ipsi asaph: Exultate deo adiutori nostro. Exultant alii circa vos deo: exultant alii deceptori suo: exultate vos adiutori vestro. Exultant alii deo suo ventri suo: exultate vos deo vestro adiutori nostro. Jubilate deo iacob. Quia et vos pertinetis ad iacob: immo vos estis iacob minor populus cui servit maior: (Gen.25.) Jubilate deo iacob. Quicquid verbis explicare non potueritis: non ideo tamen ab exultatione cessetis: Quod poteritis explicare clamate: quod non potestis: iubilate. Etenim ex abundantia gaudiorum: cui verba sufficere non possunt: in iubilationem solet erupere: Jubilate deo iacob. †Accipite psalmum et date tympanum. (Al. †Sumite.) Et accipite et date. Quid accipite? Quid date? Accipite psalmum: et date tympanum. Dicit quodam loco apostolus paulus: reprehendens et dolens: quod nemo illi communicaverit in ratione dati et accepti. (Phil.4.) Quid est in ratione dati et accepti: nisi quod alio loco aperte exposuit: Si nos vobis spiritualia seminavimus: magnum est si nos carnalia vestra metamus? (I.Cor.9.) Et verum est quod tympanum quod de corio fit: ad carnem pertinet. Psalmus ergo spiritualis est: tympanum carnale. Ergo plebs dei: congregatio dei accipite psalmum: et date tympanum: Accipite spiritualia et date carnalia: Hoc est quod et vos ad illam mensam beati martyris exhortati sumus: ut accipientes spiritualia: daretis carnalia. Hec enim que extrahunt ad tempus ad recipienda corpora: vel vivorum vel mortuorum: necessaria sunt: sed tempore preterituri. Numquid post iudicium dei istas fabricas in celum levabimus? Sine his tamen hoc tempore agere que ad possidendum celum pertinent non poterimus. Si ergo avidi estis in spiritualibus accipiendis: devoti estote in carnalibus erogandis. Accipite psalmum et date tympanum: Accipite vocem nostram: reddite manus vestras. E Psalterium iocundum cum cithara. (S.ps.56.T.et 70.tract.2.R.) Meminimus aliquando differentiam psalterii et cithare intimasse charitati vestre: Studiosi qui meminerunt recognoscant: qui vel non audierunt: vel non meminerunt discant. Istorum duorum organorum musicorum: et psalterii et cithare hec differentia est: quod psalterium lignum illud concavum unde canore chorde redduntur: in superiore parte habet: Deorsum feriunt chorde: et desuper sonent. In cithara vero hec eadem concavitas ligni partem inferiorem tenet: tamquam illud sit de celo hoc de terra. Celestis enim est predicatio verbi dei: Sed si expectamus celestia: non simus pigri ad operanda terrena: quia psalterium iocundum: sed cum cithara. Hoc alio modo dictum est quod supra: Accipite psalmum et date tympanum. Hic pro psalmo psalterium: pro tympano cithara posita est. Hoc tamen admoniti sumus: ut predicationi verbi dei corporalibus respondeamus operibus. †Tuba canite. (Al.†Buccinate.) Hoc est clarius et fidentius predicate: Ne terreamini: sicut ait propheta quodam loco: Exclama: et exalta sicut tuba vocem tuam. (Esa.58.) Tuba canite. †In initio mensis tube. (Al.†In neomenia tuba in insigni die solennitatis vestre.) Preceptum erat ut in initio mensis tuba canerent. Et hoc usque nunc iudei corporaliter faciunt. spiritualiter non intelligunt. Initium enim mensis: nova luna est. Nova luna: nova vita est. (Leui.23.) Quid est nova luna? Si quis igitur in christo nova creatura. Quid est tuba canite in initio mensis tube? Cum tota fiducia novam vitam predicate: strepitum vite veteris nolite metuere. Quia preceptum ipsi israel est: et iudicium deo iacob. (Al.in.) Ubi preceptum: ibi iudicium. Qui enim in lege peccaverunt: per legem iudicabunt. (Roma.2.) Et ipse precepti dator dominus christus: verbum caro factum: In iudicium inquit veni in hunc mundum: ut qui non vident videant: et qui vident: ceci fiant. (Joh.1. Joh.9.) Quid est: ut qui non vident videant: et qui vident ceci fiant: nisi humiles exaltentur: superbi deiiciantur? Non enim qui vident ceci fiant: sed qui sibi videre videntur: de cecitate convincantur. Hoc agit mysterium torcularia: ut qui non vident videant: et qui vident ceci fiant. F Testimonium in ioseph posuit illud. Eia fratres quid est? Joseph interpretatur au-

generatio. Venit ista nostra ioseph in egyptum
Gen. 37. et 41. venditum: christus ad gentes transiens. Ibi ioseph
post tribulationes exaltatus: et hic christus post pas
sionem martyrum glorificatus. Ergo ad ioseph ma
Esa. 54. gis gentes pertinent: Et ideo augmentatio. quia mul
ti filii deserte magis quam eius que habet virum. Testi
El. Cum monium in ioseph posuit illud. Dum exiret de
terra egypti. Videte et hic significari quantã sab
Exo. 14. bati: quando exiit de terra egypti ioseph: id est popu
lus multiplicatus per ioseph per mare rubeũ traie
Gen. 1. ctus est. Et tunc ergo produxerunt aque reptilia
animarum viuarũ. Nihil aliud tunc in figura por
tendebat transitus populi per mare: nisi trãsitum fi
delium per baptismũ: Testis est apostolus: Nolo
1. Cor. 10. enim vos inquit ignorare fratres: quia patres nostri om
nes sub nube fuerunt: et omnes per mare transierũt:
et omnes in moyse baptizati sunt. Nihil ergo aliud si
gnificabat transitus per mare: nisi sacramentũ bap
tizatorum: Nihil aliud insequẽtes egyptii: nisi abũ
dantiam preteritorum delictorum. Videtis euidentis
sima sacramenta: Premunt egyptii: vrgent: instant
ergo peccata: sed vsque ad aquam. Quid ergo times
qui nondum venisti: venire ad baptismũ christi: tran
sire per mare rubrum? Quid est rubrum? Sanguine
domini consecratum. Quid times venire? Conscien
tia forte aliquorum immanium delictorum stimulat
et excruciat in te animum: et dicit tibi tam magnum
esse illud quod commisisti: vt desperes tibi dimitti.
Time ne remaneat aliquid peccatorum: si vixit ali
quis egyptiorum. Cum autem transieris rubrum ma
re: cum eductus fueris a delictis tuis in manu poten
ti et brachio forti: percepturus es mysteria que non no
ueras: quia et ipse ioseph cum exiret de terra egypti:

Linguam quam non nouerat audiuit.
Audies linguam quam non noueras: quam modo
audiunt et recognoscunt testantes et scientes qui no
runt. Audies vbi debeas cor habere. Quomodo cum
dicerem: multi intellexerunt et acclamauerunt: reliqui
multi steterunt: quia nondum linguam quã non no
uerant audierũt. Accelerent ergo: transeant: discãt.
Linguam quam non nouerat audiuit. Auertit
El. Diuertit. ab oneribus dorsum eius. Quis auertit ab one
G
Matth. 11. ribus dorsum eius: nisi ille qui clamauit: Venite ad
me omnes qui laboratis et onerati estis? Alio modo
hoc idem significatur. Quod faciebat insecutio egy
ptiorum: hoc faciũt sarcine peccatorum. Auertit ab
oneribus dorsũ eius. Et quasi diceres: a quibus one
ribus? Manus eius in cophino seruierũt.
Per cophinum significantur opera seruilia: Mũdare
stercora: terram portare: cophino fit. Seruilia sunt
Joh. 8. opera: quia omnis qui facit peccatum: seruus est pec
cati. Et si vos filius liberauerit: tunc vere liberi eri
Ibidem. tis. Merito et abiecta mundi: quasi cophini deputã
Matth. 14. tur. Sed et cophinos de buccellis impleuit. Duo
1. Cor. 1. decim cophinos buccellarũ impleuit: quia abiecta
huius mũdi elegit: vt cõfunderet fortia. Sed et quã
do in cophino seruiebat ioseph: terrã ibi portabat:
quia lateres faciebat. Manus eius in cophino serui
El. liberaui. erunt. In tribulatiõe inuocasti me et eruii
te. Recognoscat se vnaqueque conscientia christiana
Exo. 14. si deuote transierit mare rubrũ: si cum fide credendi
et obseruandi linguam quam nõ nouerat audiuit: re
cognoscat se in tribulatione exauditam. Ipsa enim

magne tribulatio erat premi sarcinis peccatorum.
Quantum gaudet releuata conscientia? Ecce bapti
zatus es: conscientia que heri premebat: hodie gra
tulatur. Exauditus es in tribulatione: memento tri
bulationis tue. Antequam accederes ad aquã: quid sollici
tudinis gerebas? Quid ieiunio expendebas? Quam
tribulationẽ in corde gestabas: orationũ internarũ:
piarum: deuotarum? Occisi sunt hostes tui: omnia pec
cata tua deleta sunt. In tribulatione inuocasti me et
erui te. Exaudiui te in abscondito tempe
statis. Non in tempestate maris: sed in tempestate
cordis. Exaudiui te in abscõdito tẽpestatis. Pro
bauit te in aqua cõtradictionis. Reuera fra El. [illegible] Rumeris.
tres reuera: qui exauditus est in abscõdito tẽpestatis:
debet probari in aqua cõtradictionis. Cum enim credi
derit: cum baptizatus fuerit: cũ viã dei capere cepe
rit: cum se gemellariũ eliquari intenderit: et ab amur
ca publice currẽte se extraxerit: habebit multos ex
agitatores: multos insultatores: multos detractato
res: dehortatores: minãtes etiam vbi possunt: deter
rentes: deprimentes. Hec tota aqua contradictio
nis est. Puto esse hodie hic sic: Arbitror esse hic nõ
nullos quos amici sui volebant rapere ad circum: et
ad nescio quas hodierne festiuitatis nugas: Forte ip
si illos adduxerunt ad ecclesiã: Sed siue ipsi illos ad
duxerũt: siue ab eis ad circum abduci nõ potuerũt:
in aqua cõtradictionis probati sunt. Non ergo eru
bescas predicare quod nosti defendere: et inter blasphe
mos quod credidisti. Si enim exaudiris in abscondito tẽ Roma. 10.
pestatis: corde creditur ad iustitiã: Si probaris in aqua
contradictionis: ore confessio fit ad salutem. Quan
ta est enim ipsa aqua contradictionis? Iam pene sicca
ta est: Sed senserunt illã maiores nostri: quãdo ver
bo dei: quãdo mysterio christi acriter resistebant gẽ
tes: Turbabatur aqua. Aquas enim pro populis aliquãdo
intelligendas euidẽter apocalypsis scriptura demõ Apoc. 17.
strat: vbi aque multe cum viderentur: et cum quere
retur quid essent: responsum est: Populi sunt. Per
tulerunt ergo illi aquam contradictionis: quãdo fre Ps. 2.
muerũt gentes: et populi meditati sunt inania: quã
do astiterunt reges terre: et principes cõuenerunt in
vnum aduersus dominum: et aduersus christũ eius.
Quando fremuerunt gentes: tunc leo ille viro forti
samson venienti ad ducendam de alienigenis vxo
rem: christo scilicet descendenti ad habendam eccle
siam de gentibus frementem venit in obuiam. Sed quid Judicum
ei fecit? Accepit: tenuit: fregit: occidit autem leonem: fact
est in manibus eius velut buccella [illegible]. Quid enim
fieret populus fremens: nisi languidus peccator?
Occisa autem illa feritate: iam non sic fremit regia po
testas: non sic fremit populus gentium: non it obui
am christo: immo vero in ipso regno gentium inue
nimus leges pro ecclesia: tanquam fauũ in ore leonis.
Quid ergo iam metuam aquam contradictionis: que
prope iam tota siccata est? Illa pene iam silet: si amur
ca non cõtradicat. Quantumlibet mali seuiant alieni: o
si eos nõ adiuuẽt mali nostri. Exaudiui te in abscõdito
tempestatis: probaui te in aqua cõtradictionis. Re Luce. 2.
colite quid de christo dictum sit: sic natum eum esse
in multorum ruinam: et multorum resurrectionem:
et in signum cui contradicetur? Nouimus: videmus
signum crucis erectum esse: et contradictũ est ei. Cõ
tradictum est glorie crucis: sed titulus erat super cru

De sansone

Ps. 4. cem qui non corrumpebatur. Est enim titulus in psal
mo: In tituli inscriptionē ne corrūpas: Signū erat
Jo. 19. ea contradiceret. Dixerunt enim iudei: Noli facere
rex iudeorum: sed fac quia ipse dixerit regem se esse iudeo
rum: Victa est contradictio: responsum est: qđ scripsi
scripsi. Exaudiui te in abscondito tempestatis: pro
baui te in aqua cōtradictionis. Hoc totum ab initio
psalmi vsque ad hunc versum: de oleo torcularis audi
uimus: Quod restat magis dolēdum est et cauendum.
Ad amurcam enim torcularis pertinet vsque in finem:
fortasse nō frustra: et interposito diapsalmate: Sed h
etiam audire vtile est: vt qui se iam in oleo videt gau
deat: qui periclitatur: ne in amurcam incurrat caue
at: Vtrunque audi: vnū dilige: alterū time. Audi
populus meus et loquar: et testificabor ti
bi. Non enim populo alieno. Non enim populo nō p
tinenti ad torcular. Judicate inquit inter me et vine
am meam. Audi populus meus et loquar et testifica
bor tibi. Israel si me audieris: non erit in te
deus recens. Deus recens est ad tempus factus:
Deus aūt noster nō recens: sed ab eternitate in eter
nitatem. Et christus noster recens forte homo: sed sem
piternus deus. Quid enim? Ante principium: et vtique
Jo. 1. in principio erat verbum: et verbum erat apud deū:
et deus erat verbum: Et ipse deus noster verbū caro
factū: vt habitaret in nobis. Absit ergo vt sit in ali
quo deus recens. Deus recens: aut lapis: aut phan
tasma est. Non est inquit lapis: Ego argenteum ha
beo et aureum. Merito ipsa preciosa voluit numerari
Ps. 113. qui dicit: Idola gentium argentum et aurum. Ma
gna sunt quia aurea et argentea sunt: preciosa sunt: luci
Ibidem. da sunt: sed tamen oculos habent et non vident. Re
centes hi dij. Quid recentius deo ex officina: licet il
los iam vetustos aranearū casses contexerint? Qui
sempiterni nō sūt: recētes sunt. Hoc de paganis ne
scio quis alius in vanitatē accipiens nomen domi
ni dei sui: fecit sibi christum creaturam: christū imparē
et inequalem generanti: filium dei dicens: et filiū dei
negans. Si enim filius vnicus est: hoc qđ pater est: et
hoc est ex eternitate. Tu aūt nescio quid aliud cogi
tasti in corde tuo: deum recētem posuisti. Fecit sibi
alius deum pugnantem contra gētem tenebrarum:
timentem ne inuadatur: satagentem ne corrumpat:
ex parte tamē corruptum: vt possit esse totus saluus:
sed non totus: quia ex parte corruptus. Manichei
ista dicunt: Faciunt sibi et isti in corde recentē deum.
Non est talis deus noster: non est talis portio tua
iacob sed qui fecit celum et terram: ipse est deus tuus:
qui nō eget bonis: qui non timet a malis. Multi ergo he
retici cū paganis alios et alios deos ipsi sibi finxerūt:
alios et alios deos sibi ipsi fecerunt: et eos etiam si non
in templis: tamen quod est peius in suo corde posue
runt: et falsorū ridendorūque simulacrorū templa ipsi
facti sunt. Magnū opus est intus hec idola frange
re: et locum deo viuenti non recenti mūdare. Omnes
enim isti aliud et aliud sentientes: alios atque alios deos
sibi facientes: ipsamque fidem falsitate variantes vi
dentur dissentire: sed omnes a terrenis cogitationi
bus non recedunt: in terrenis cogitationibus cōsen
tiunt sibi. Opinio diuersa est: vanitas vna est. De il
Ps. 61. lis in alio psalmo dicitur: Ipsi de vanitate in vnum
colligātur. Omnis opinionum varietate discordent:
simul tamen vanitate colligantur. Et nostis quia va
nitas retro est: posterior est: Ideo ille que retro oblitus
est: id est vanitatē oblitus: in ea que antea sunt id est in Phil. 3.
veritatem extensus: sequitur ad palmam superne vo
cationis dei in christo iesu. Ergo in peius sibi isti cō
sentiunt: quanuis dissentire a se inuicem videantur. Ideo
samson caudas vulpium colligauit. Vulpes insidi Judic. 15.
osos maximeque hereticos significant dolosos: frau
dulentos: cauernosis anfractibus latentes et decipiē
tes: odore etiam tetro putentes. Contra quē odorē
dicit apostolus: Christi bonus odor sumus deo in 2. Cor. 2.
omni loco. Iste vulpes significantur in Cāticis can
ticorum: vbi dicitur: Capite nobis vulpes pusillas
exterminantes vineas: latentes in cauernis tortuo
sis: Capite nobis: conuincite nobis. Capis enim eum
quem de falsitate cōuincis: Contradicentibus deni
que vulpeculis domino: et dicētibus: In qua potesta
te ista facis: respōdete mihi et vos inquit vnū sermo
nem: Baptismum ioannis vnde est. de celo an ex ho Math. 21.
minibus? Vulpes autem solēt habere tales foueas:
vt ex vna parte intrent: et ex alia parte exeant. Ad
vtrunque foramē captor vulpium retia posuit: Dici
te mihi: de celo est: an ex hominibus? Sentiūt illi eū
ex vtraque parte tetendisse vnde caperet: et aiunt apud
se: Si dixerimus inquiunt de celo: dicturus est nobis:
quare ergo non credidistis? Ille enim testimoniū chri
sto perhibuit: Si dixerimus de terra: lapidabit nos po
pulus: quia vt prophetam eum habent. Sentientes ergo
hac atque hac esse vnde caperent: responderunt: Ne
scimus. Et dominus: Nec ego vobis dico in qua po Ibidem.
testate ista facio. Vos dicitis vos nescire qđ scitis:
ego vobis nō dico qđ queritis: Quia ex nulla parte
exire ausi estis: in vestris tenebris remansistis. Ob
temperemus ergo et nos si possumus dicenti verbo
dei. Capite nobis vulpes pusillas exterminantes vi Cant. 2.
neas. Videamus si et nos quasdam vulpeculas cape
re possumus. Proponamus ad foramen vtrūque: vt
vnde vulpes exire voluerit: capiatur (Verbi gratia)
Manicheo facienti sibi deum recentem: et in corde
suo ponenti quod non est: dicamus et interrogemus
eum: Substantia dei corruptibilis est: an incorrup
tibilis? Elige qđ vis: Exi qua vis: sed non effugies.
Si dixeris corruptibilis: non a populo: sed a teipso Math. 21.
lapidaberis. Si aūt dixeris incorruptibilem deum:
incorruptibilis quomodo timuit gentem tenebrarum?
Quid factura erat incorruptibili gens corruptionis?
Quid restat nisi vt dicatur: nescimus? Sed tamen si
hoc non dolo sed ignorantia dicitur: nō remaneat in
tenebris: et vulpe fiat ouis: Credat iam soli incorru
ptibili soli deo: nō recenti: Soli ab eo quod est solus:
non ab eo qđ est sol: ne nos ipsi vulpi fugienti aliam
cauernam aperuisse videamur. Quia nec nomen solis
formidabimus. Est enim in scripturis nostris sol iusti Malach. 4.
cie: et sanitas in pennis eius. Ab estu solis huius vm
bra appetitur: Sub alas aūt solis huius ab estu fugit:
Sanitas enim in pennis eius. Iste est sol de quo dictu
ri sunt impii: Ergo errauimus a via veritatis: et iusti Sap. 5.
cie lumen non luxit nobis: et sol non est ortus nobis:
Dicturi sunt adoratores solis: sol non ortus est nobis:
quia cum adorent solem quem facit oriri super bo Math. 5.
nos et malos: non est eis ortus sol: qui solos illumi
nat bonos. Faciunt sibi ergo deos recētes quique qua
les volunt. Quid enim impedit officinam decepti cor
dis fabricare phantasma quale voluerit? Sed omnes

bi in posterioribus consentiunt: id est simili vanitate detinentur. Unde samson noster qui etiam interpretatur sol ipsorum: eorum scilicet quibus lucet: non omnium: sicuti est oriens super bonos et malos: sed sol quorundam sol iusticie: figuram enim habebat christi:
Iud. ca. 15. colligauit ut dicere ceperam caudas vulpium: et ibi ignem alligauit: Ignem ad incendendum: sed messes alienigenarum. Proinde tales consentientes in posterioribus tanquam caudis colligati: trahunt ignem corrumpentem: sed non incendunt nostrorum segetes.
2. Timoth. 2. Nouit enim dominus qui sunt eius: et recedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini. In magna autem domo non solum sunt vasa aurea et argentea: sed et lignea et fictilia: Et alia quidem sunt in honorem: alia
Ibidem. vero in contumeliam. Si quis autem mundauerit se ab huiusmodi: erit vas in honorem: utile deo: ad omne opus bonum paratum: Et ideo nec caudas vulpium: nec faces vulpium pertimescet. Sed videamus de ipso isto. Si me audieris inquit: non erit in te deus recens. Mouet me: quod dixit in te. Non enim dixit a te: quasi simulacrum forinsecus adhibitum: sed in te in corde tuo: in imagine phantasmatis tui: in deceptione erroris tui: tecum portabis deum tuum recentem: remanens vetustus. Si ergo me audieris: me inquit quia ego sum qui sum: non erit in te deus recens.

Nec adorabis deum alienum. Si enim in te non sit: non adorabis deum alienum. Si tu non cogites deum falsum: non adorabis deum fabricatum. Non enim erit in te deus recens. Ego enim sum. Quid vis adorare quod non est: Ego enim Do-
Al. tuus. minus deus tuus sum: Quia ego sum qui sum. Et ego
Exo. 20. quidem sum inquit qui sum super omnem creaturam. Tibi
Exo. 3. tamen temporaliter quid prestiti: Qui eduxi te de terra egypti: Non tantum illi populo dicitur. Omnes enim educti sumus de terra egypti: omnes per mare rubrum transiuimus: inimici nostri persequentes non: in aqua perierunt. Non simus ingrati deo nostro: non obliuiscamur deum manentem: et fabricemus in nobis deum recentem. Qui eduxi te de terra egypti. Loquitur deus. Dilata os tuum: et
Al. et implebo. adimplebo illud. Angustias pateris in te propter deum recentem constitutum in corde tuo: Frange vanum simulacrum: deijce de conscientia tua fictum idolum: dilata os tuum confitendo: amando: et adimplebo illud: quoniam apud me est fons vite. Hoc qui-
Ps. 35. Al. audiuit. dem dicit dominus: sed quid sequitur: Et non obaudiuit populus meus vocem meam. Non enim loqueretur ista: nisi populo suo. Scimus enim quia
Roma. 3. quecunque lex dicit: his qui in lege sunt dicit. Et non obaudiuit populus meus vocem meam. Et israel
Al. intendit. non attendit mihi. Quis? cui? Israel mihi. O ingrata anima: Per me animata: a me vocata anima: a me in spem reducta: a me a peccatis abluta. Et israel non attendit mihi. Baptizantur enim et transeunt per mare rubrum: Sed in via murmurant: contradicunt: conqueruntur: seditionibus perturbantur: ingrati ei qui liberauit a persequentibus hostibus: qui ducit per siccum per heremum: cum cibo tamen et potu: cum lumine nocturno et umbraculo diurno. Et israel non attendit mi-
Al. et ... bi. Et dimisi eos secundum affectiones cordis eorum. Ecce torcular. Aperta sunt foramina: currit amurca. Et dimisi eos: non secundum salutem preceptorum meorum: sed secundum affectiones cordis eorum donaui
Roma. 1. eos sibi. Dicit et apostolus: Tradidit illos deus in concupiscentias cordis eorum: Dimisi eos secundum affectiones cordis eorum. Ibunt in affectionibus suis. Inde est quod horretis: si tamen eliquamini in gemellaria abscondita domini: si tamen apothecas eius adamastis: inde est quod horretis: Alij defendunt circum: alij amphitheatrum: alij casas in vias: alij theatra: alij illud: alij illud: alij postremo deos recentes suos. Ibunt in affectionibus suis. Israel si in vijs meis ambulasset. Dicit fortasse enim iste israel: Ecce peccor: manifestum est: eo post affectiones cordis mei. Sed quid facio: Diabolus hoc facit: demones hoc faciunt. Quis est diabolus: Qui sunt demones: Certe inimici tui. Israel si in vijs meis ambulasset: In nihilum omnes inimicos eorum humiliassem. Ergo si plebs mea audisset me. Quare enim mea si non audit me: Si plebs mea audisset me. Quis est plebs mea: Israel. Quid est audisset me: Si in vijs meis ambulasset. Queritur et gemit sub inimicis. In nihilum inimicos eorum humiliassem. Et super tribulantes eos misissem manum meam. Nunc vero quid queritur de inimicis: Ipsi facti sunt peiores inimici. Quod enim quod sequitur de inimicis querimini: vos quid estis: Inimici domini mentiti sunt ei. Renuncias: Renuncio. Et redit ad quod renunciat. Utique quibus rebus renuncias: nisi factis malis: nisi factis diabolicis: factis a deo damnatis: furtis: rapinis: periurijs: homicidijs: adulterijs: sacrilegijs: factis abominandis: curiositatibus: His omnibus renuncias: et rursus his infectus superaris. Facta sunt tibi posteriora deteriora prioribus: Canis reuersus ad vomitum suum: et sus lota in volutabro ceni. Inimici domini mentiti sunt ei. Et quanta patientia domini: Quare non consternuntur: Quare non trucidantur: Quare non terra dehiscente sorbentur: Quare non celo flagrante incenduntur: Quia magna patientia domini. Et erunt impuniti: Absit. Non sibi tamen de dei misericordia blandiantur: ut sibi eius iniusticiam polliceantur. Ignoras: quia dei patientia ad penitentiam te adducit: Tu autem secundum duriciam cordis tui et cor impenitens: thesaurizas tibi iram in die ire et reuelationis iusti iudicij dei: qui reddet unicuique secundum opera sua. Et si modo non reddit: tunc reddet. Si enim modo reddit: ad tempus reddit. Non conuerso autem nec correcto: in eternum reddet. Uide ergo quia non erunt impuniti: Attende quod sequitur: Inimici domini mentiti sunt ei. Dictum est eis: et quid eis fecit: Non uiuunt: non auras carpunt: non lucem hauriunt: non fontes potant: non fructus terre edunt: Et erit tempus eorum in eternum. Nemo sibi ergo blandiatur: quia quasi ad torcular pertinet: Bonum est illi si ad oleum in torculari pertineat. Non sibi polliceatur unusquisque habens facta nefaria: que regnum dei non possidebunt: et dicat sibi: Quoniam habeo signum christi et sacramenta christi: non delebor in eternum: Etsi purgor per ignem: saluus ero. Nam quid est quod ait apostolus de his qui habent fundamentum: Fundamentum aliud nemo potest ponere preter id quod positum est: quod est christus iesus. Quid est inquiunt quod sequitur: Unusquisque autem super fundamentum videat quid superedificet: Alius enim superedificat aurum: argentum: lapides preciosos: Alius ligna: fenum: stipulam: Uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Dies enim domini declarabit: quia in igne reuelabitur. Si cuius opus permanserit quod superedificauit: mercedem accipiet: Si quis super fundamentum illa opera edificauit:

gentū. lapides p̄ciosos: Si aūt ponā lignū: fenū:
stipulā: tamē ꝓpter fundamentū ipse saluus erit: sic
tū quasi p ignē. Fratres: nimis timēdum esse volo:
Melius est eīm non vobis dare securitatē malā. Nō
ꝗ ābo qꝺ nō accipio: timēs terreo. Securos vos fa/
cerē si securus fierē ego: Ignē eternū timeo. Et erit
tempus eoꝝ in eternū. Nō accipio nisi ignē eternū:
Esa.66. de quo alio loco scriptura dicit: Ignis eoꝝ nō extin/
guet: ꝛ vermis eoꝝ nō moriet. Sed de impiis dixit:
ait aliquis: non dixit de me: qui q̄uis peccator sim:
q̄uis adulter: q̄uis fraudator: q̄uis raptor: q̄uis p̄/
iur⁹: habeo tñ in fundamēto christū: Christian⁹ sū:
baptizatus sum: ego p ignem purgor: ꝛ ꝓpter funda/
mentū nō pereo. Dic mihi iterum qs es: Christia/
nus sū inqt. Interim trāsi. Quid aliud: Raptor: ad/
Gal.5. ulter ꝛc. de quib⁹ aplūs dicit: Qm̄ qui talia agūt re/
gnū dei nō possidebūt. Certe ergo a talib⁹ nō corre/
ptus: de talib⁹ cōmissis penitentiā non agens: regnū
celorū speras: Nō opinor: Qm̄ qui talia agunt re/
Ro.2. gnū dei nō possidebūt. Et ignoras quia patiētia dei
ad penitentiā te adducit: Tu nescio quid tibi polli/
cens s̄m duriciā tuā et cor impenitens: thesaurizas
tibi iram in die ire et reuelatiōis iusti iudicii dei: qui
reddet vnicuiq; s̄m opa sua. Attende ergo ipm iudi/
cem venientē. Bene. Deo gratias. Nō tacuit sentē/
tiā diffinitiuā: nō misit foras reos: ꝛ dixit velū. Sꝫ
voluit p̄nūciare qꝺ disposuit facere: Nēpe cōgrega
bunt ante eum omnes gentes. Quid de illis faciet:
Separabit eas: ꝛ alios ponet ad dexterā: alios ad si/
nistram. Nūquid medius locus seruatus est: Quid
Mat.25. dextris dicturus est: Venite bñdicti patris mei perci/
Ibidem. pite regnū. Quid sinistris: Ite in ignem eternū qui
paratus est diabolo ꝛ angelis eius. Si nō times mit/
ti quo: vide cū quo. Si ergo opa illa oia regnū dei
nō possidebūt: imo nō opera sed qui talia agūt: Nā
opera talia in igne nō erūt. Nō eīm illo igne ardētes
Gal.5. furati sunt ꝛ adulterati: sed qꝛ qui talia agūt re/
gnū dei nō possidebūt. Nō ergo erūt a dextris cum
illis quibus dicet: Venite bñdicti patris mei percipite
regnū: quia qui talia agūt regnū dei nō possidebūt.
Si ergo a dextris nō erūt: nō restat nisi vt sint a sini/
stris. Sinistris quid dicet: Ite in ignē eternū: quia
erit tempus eorū in eternū. Expone ꝗ inquit nobis:
i.Cor.3. lignū: fenū: stipulā: que qui edificant sup fundamen/
tū: quomō nō pereant: sed salui fiant: sic tamē quasi
p ignem. Obscura quidē illa questio: sed vt possum
[illegible] breuit dico: Fratres: sunt homies oino cōtempto/
res seculi hui⁹: quib⁹ nō est gratū quiqd temporalit
fluit: nō herent dilectione aliqua terrenis operibus:
sancti: casti: cōtinētes: iusti: fortassis ꝛ oia sua vendē/
[illegible] tes ꝛ pauperibus distribuētes: aut possidentes tanq̄
nō possidētes: ꝛ vtentes hoc mūdo tanq̄ nō vtētes.
Sūt aūt alii qui rebus infirmitati cōcessis: inherent
aliquātū dilectione. Non rapit villam alienā: sed sic
amat suā: vt si pdiderit conturbet: Nō appetit vxorē
alienā: sed sic inheret sue: sic miscet sue: vt modū nō
ibi teneat p̄scriptū tabulis liberoꝝ ꝓcreādoꝝ causa.
Non tollit alienā: sꝫ repetit suā: ꝛ habet cū fratre suo
j.Co.6. iudiciū. Talib⁹ eīm dicit: Iā quidē oino delictū est i
vobis: q iudiciū habeatꝭ vobiscū: Verū ipa iudicia
in ecclia iubet agi: nō ad forū trahi: tñ delicta eē dic.
Cōtendit eīm christian⁹ p rebus terrenis ampli⁹ q̄
decet eū cui ꝓmissū ē regnū celoꝝ. Nō totū cor sur/
sum leuat ꝗ aliquā ptē eius trahit in terrā. Denuq; si

venit temptatio vt ad martyriū: illi q hnt i fundamē/ j.Cor.3.
to christū ꝛ edificāt aurū argentū: lapides preciosos: Phil.1.
quid dicūt ex hac oportunitate: Bonū est mihi dis/
solui ꝛ esse cū christo: Alacres currunt. aut nihil: aut
modice de terrena fragilitate cōtristant. Illi aūt amā/
tes res ꝓprias: domos ꝓprias: grauiter cōturbant:
fenum: ꝛ stipula: ꝛ ligna ardent. Habent ergo ligna:
fenū. stipulā. sup fundamentū: sed rerū cōcessarū non
illicitarū. Dico eīm fratres: possides fundamētū hēre
celo: calca terrā. Si talis es: nō edificas nisi aurū: ar/
gentū: ꝛ lapides preciosos. Cū aūt dixeris: amo pos/
sessionē istam: timeo ne pereat: ꝛ imminet damnū: ꝛ tu
cōtristaris: non quidē p̄ponis eam christo. Nā si sic
amas possessionē istā. vt si dicat tibi: Ipsam vis an
christū: Et si tristis eā pdis: pl⁹ tñ amplecteris chri/
stū: quē posuisti i fundamētū: salu⁹ eris tanq̄ p ignē.
Audi aliud. Nō potes tenere possessionē istā: nisi di/
xeris falsū testimoniū: Et h nō facere: christū in fun/
damēto ponere est. Veritas eīm dixit: Os qꝺ mētit Sap.1.
occidit animā. Ergo si possessionē tuam diligis: non
tamē propter illam facis rapinam: non propter illā
dicis falsum testimoniū: non propter illam facis ho/
micidiū: nō ꝓpter illā falsum iuras: nō ꝓpter illā chri/
stū negas: eo qꝺ non ꝓpter illā facis hec: christū ha/
bes in fundamēto. Sed tñ qꝛ diligis illā: et cōtrista/
ris si pdas illā: sup fundamentū posuisti: non aurū:
non argentū: nō lapides preciosos: sed lignū. fenū. sti/
pulam. Saluus ergo eris cū ardere ceperit qꝺ edifi/
casti: sic tamē quasi p ignē. Nemo eīm sup fundamē/
tū hoc edificans adulteria: blasphemias: sacrilegia:
idolatria: piuria: ꝛ putet se saluū futurū p ignē: quasi
ista sint ligna: fenum: stipula: Sed q edificat amorē
terrenoꝝ sup fundamentū regni celoꝝ: id est sup chri/
stū: ardebit amor rerū temporaliū: ꝛ ipse saluus erit
p idoneum fundamentū. Inimici dñi mentiti sunt ei
dicēdo: Eo ad vineā ꝛ nō eundo: et erit temp⁹ eorū:
nō ad temp⁹ sed in eternū. Et q sunt isti: Et ciba/
uit illos ex adipe frumēti. Nostis adipem fru/
menti: vnde cibant multi inimici qui mentiti sunt ei.
Et cibauit illos ex adipe frumēti: miscuit eos sacra/
mentis suis. Et iude qñ dedit buccellā ex adipe fru/ Ioh.13.
mēti cibauit. Et inimic⁹ dñi mētitus est ei: ꝛ erit tem/ Ps.40.
pus eius in eternū. Et cibauit illos ex adipe frumen/
ti. Et de petra melle saturauit eos. O ingra/
tos cibauit ex adipe frumēti: ꝛ de petra melle satura/
uit eos. In heremo de petra aquam pduxit nō mel. Exod.17.
Mel sapiētia est: primatū dulcoris tenēs i cibis cor/
dis. Q̄ multi ergo inimici domini mentientes dño
cibant: nō solum ex adipe frumenti: sed etiā de petra
melle: de sapientia christi: q̄ multi delectantur verbo
eius ex cognitione sacramentorū eius: solutione pa/
rabolarū eius: q̄ multi delectant: q̄ multi clamant:
Et nō est hoc mel de quolibet homine: sed de petra. i.Cor.10.
Petra autem erat christus. Q̄ multi ergo satiant de
melle isto: clamant: dicunt: Suaue est: dicunt: nihil
melius est: nihil dulcius vel intelligi vel dici potuit:
Et tamē inimici domini mentiti sunt ei. Nolo am/
plius immorari in reb⁹ dolendis: Q̄ q̄ terribilit psal/
mus ad hoc finit⁹ sit: tamē a fine eius: obsecro vos:
recurramus ad caput: Exultate deo adiutori nostro.

Explicit Tractatus de ps. LXXX.

Cōmendatio populi et exhortatio ꝛ inuitatio ad
sequētem tractatū audiendū: et ludos seculares cō/
temnendū.

R Non paruũ vestras mẽtes in nomie christi di-
a uina spectacula tenuerũt ⁊ suspẽderũt vos:
nõ solum ad appetenda quedã. sed ad quedã
etiam fugienda. Ista sunt spectacula vtilia salubria:
edificantia nõ destruẽtia: imo ⁊ destruẽtia ⁊ edifican-
tia. Destruẽtia recentes deos: edificãtia fidẽ in verũ
⁊ eternũ deum. Etiã in crastinũ diem inuitam⁹ cha-
ritatẽ vestrã. Cras illi habent vt audiuimus mare in
theatro. nos habeam⁹ portũ in christo. Sed quoniã
feriatino die: id est quarta sabbati: nõ possumus ad
mensam cypriani cõuenire: qꝛ festiuitas est sanctorũ
martyrũ: crastino ad ipsam mẽsam cõueniam⁹.

Incipit Tractatus de psã. LXXXI.

A Psalmus ipsi Asaph. Psalmo huic titu-
p lum sicut alijs qui similiter ꝓnotant̃: vel no-
mẽ eius hoĩs indidit a quo scriptus est: vel
eiusdem noĩs interpretatio: vt ad synagogã qd est
asaph: eius intelligẽtia referat̃: presertim qꝛ hoc ⁊ pal-
mus ei⁹ versus assignat. Sic eñ incipit.

Expositio psalmi.

Deus stetit in synagoga deorum. Quos
d deos? Absit vt intelligam⁹ deos gentiũ. siue
idola: siue aliquã preter hoĩes celestẽ terre-
strẽq; creaturã: cũ paulopost hunc versum: idem iste
psalmus asserat. ⁊ quos deos intelligi velit: in quorũ
synagoga stetit de⁹: aptius exprimat. vbi ait: Ego dixi
dij estis: ⁊ filij altissimi omnes: Vos aũt sicut homi-
nes moriemini: ⁊ sicut vnus de principibus cadetis. In
horum ergo synagoga filiorũ altissimi. de quibus idẽ
Esa. 1. altissimus p Esaiã dicit: Filios genui ⁊ exaltaui. ipsi
aũt me spreuerũt: stetit deus. In synagoga populũ
israel accipim⁹: qꝛ ⁊ ipsorũ proprie synagoga dici solet:
quãuis ⁊ ecclesia dicta sit. Nostrã vero apostoli nunq̃
synagogã dixerũt: sed semp ecclesiã: siue discernẽdi
causa: siue qd inter cõgregationẽ vnde synagoga: et
conuocationẽ vnde ecclesia nomẽ accepit distet aliqd:
qd scz cõgregari ⁊ pecora solent: atq; ipsa proprie: quo-
rũ ⁊ greges proprie dicim⁹. Cõuocari autẽ magis est
vtentiũ ratiõe: sicut sunt hoĩes. Vñ et psona ipsi⁹
Ps. 72. asaph in alio psalmo canit̃. Quasi pecus factus sum
apud te: et ego sp tecũ: Cũ vtiq; quãuis vni vero deo
mãcipatus videret̃: pro magnis tamẽ ac summis bo-
nis ab illo carnalia: terrena. tpalia requirebãt. Inue-
nimus etiã sepe eos filios appellatos: nõ ea gratia q̃
ad nouũ testamentũ ptinet: sed illa q̃ ad vetus: quia
⁊ ipsa gratia est qua elegit abrahã: ⁊ ex eius carne tam
Malach. 1. magnũ populũ ꝓpagauit: qua nõdum natos iacob
Roma. 9. dilexit: esau autẽ odio habuit: q̃ liberauit ex egypto:
qua in terrã promissionis electis gentibus introduxit.
Nisi eñ ⁊ ipsa esset gratia: nõ vtiq; de nobis quib⁹
nõ ad terrenũ: sed ad regnũ celorũ capessendũ data
Ioh. 1. est potestas filios dei fieri: in eodẽ mox euãgelio di-
ceret̃: qd accepim⁹ gratiã pro gratia: id est pro testamẽti
veteris promissiõibus testamẽti noui promissiões. Li-
quet igit̃ quantũ existimo: in q̃ deorũ synagoga stete-
rit deus: Deinceps requirendũ est: vtrũ patrẽ: an fi-
lium: an spm̃sanctũ: an ipsam trinitatẽ accipe debea-
B mus: stetisse in synagoga deorũ. In medio autẽ
Al. deos iudicat. deos discernere. Quia ⁊ singulus quisq; deus:
⁊ ipsa trinitas vnus deus. nõ quidẽ hoc facile est eli-
quare: ⁊ qꝛ nõ corpalẽ: sed spiritalẽ dei p̃sentiã: q̃ cõ-
gruit eius substãtie negari nõ põt ab eo esse cõditis
reb⁹ mirabili videlicet ⁊ vix paucis intelligibili mõ

cui dicit̃: Si ascẽdero in celũ tu ibi es: si descẽdero in Ps. 138.
infernũ: ades. Vñ merito phibet̃ stare deus in cõgre-
gatiõe hoĩm inuisibiliter: sicut celũ ⁊ terrã ipse im- Hiere.
plet. Quod p pphetã ipse de se p̃dicat: nec tñ phibet̃. s
pro captu mẽtis humane: vtcũq; nosat̃ stare in eis que
creauit. esi homo stet ⁊ audiat eũ: ⁊ gaudio gaudeat Ioh. 3.
propter eius intimã vocẽ. Verũtamẽ quantũ arbitror:
psalmus iste insinuare aliquid molit̃: qd ex quodã tẽ-
pore factũ est: vt staret deus in synagoga deorũ. Nã
illa statio que celũ ⁊ terrã implet: nec ad synagogam
proprie ptinet: nec tẽpore variat̃. Deus itaq; stetit in
synagoga deorũ: Nimirũ ille qui de se dixit: Nõ sum Math.
missus nisi ad oues que perierant domus israel. Dicit̃
⁊ causa: In medio autem deos discernere. Agnosco
igit̃ deũ stetisse in synagoga deorũ: quorũ patres: ⁊ ex Roma.
quib⁹ christus sm carnẽ. Vt eñ staret deus in syna-
goga deorũ: ad hoc et ipsis sm carnẽ. Sed qs deus:
Neq; eñ quales illi in quorũ deorũ synagoga stetit:
sed sicut illic aplus sequit̃: Qui est sup oĩa deus bñ- Roma.
dictus in secula. Agnosco inq̃ stetisse: agnosco et in
medio deũ sponsum: de quo amicus eius quidã di-
cit: In medio aũt vestrũ stat quẽ vos nescit̃: Cui p- Ioh. 1.
pe de quib⁹ paulopost in hoc psalmo dicit̃: Nescie-
runt neq; intellexerũt: in tenebris ambulãt. Testifi-
cat̃ ⁊ apostol⁹: Quñ cecitas ex pte israel facta est: vt Roma.
plenitudo gentiũ intraret. Stantẽ quippe in medio sui
videbãt eũ: s nõ eũ videbãt deũ: qlẽ se volebat vide-
ri dicẽs: Qui me videt: videt ⁊ patrẽ. Discernit aũt Ioh. 14.
deos: nõ eorũ meritis: s gratia sua: ex eadẽ conspersiõe fa- Roma.
ciẽs alia vasa in honorẽ: alia in cõtumeliã. Quis eñ
te discernit: Quid eñ habes quod nõ accepisti: Si 1 Cor. 4.
autẽ accepisti: quid gloriaris quasi nõ acceperis: Au-
di ⁊ vocẽ dei discernẽtis: audi ⁊ vocẽ dñi diuidentis Ps. 28.
flammã ignis. Vsquequo iudicatis iniquita- C
tẽ: et facies peccantiũ sumitis. Sicut alibi Al. iudicant.
Vsquequo graues corde: Nũquid ⁊ vsq; ad aduentũ Ps. 4.
eius q̃ lumẽ est cordis: Dedi legẽ: durius restitistis:
Misi pphetas: iniurijs affecistis: aut interfecistis: aut
hec agentib⁹ cõhibuistis. Sed vt illis nec loqui di-
gnũ sit qui occiderunt seruos dei p̃missos ad se: vos
qui cũ hec fierẽt tacuistis: id est vos qui eos qui tũc
tacuerũt velut innocẽtes imitari voluistis. Vsquequo
iudicatis iniquitatẽ ⁊ facies peccãtiũ sumitis: Nũ-
quid etiã nunc ⁊ ipse heres veniens occidendus est: Math.
Nõne ipse propter vos sine patre esse voluit tanq̃ pu-
pillus: Nõne propter vos esuriuit ⁊ sitiuit vt egenus:
Nõne ad vos clamauit: Discite a me qꝛ mitis sum Math.
et humilis corde: Nõne paup fact⁹ est cũ diues esset 2 Cor.
vt ipsius paupertate ditaremini: Iudicate ergo:
pupillo ⁊ egeno: humilẽ ⁊ pauperẽ iustifi-
cate. Non illos propter se superbos ⁊ diuites: sed illum
propter vos humilẽ ⁊ pauperẽ: iustũ credite: iustũ p̃di-
cate. Sꝫ inuidebãt ei: nec oĩno parcebãt dicẽtes: Hic ẽ Math.
heres: venite occidam⁹ eũ: et nostra erit hereditas.
Auferte: ergo: inopẽ: ⁊ pauperẽ de manu
peccatoris eruite. Hec dicta sunt: vt sciret̃ eo
ppto in q̃ nat⁹ ⁊ occisus ẽ christ⁹: nec illos fuisse imu-
nes a tãto scelere: q̃ cũ eẽnt tante multitudinis: vt eos
sic euãgeliũ loquit̃ timerẽt iudei: ⁊ propterea i christũ
man⁹ mittere nõ auderẽt: ⁊ postea cohibuerũt: eũq;
interimi a malignis ⁊ inuidis iudeorũ principib⁹ per-
miserũt: q̃ si voluissent timerent̃ semp: ⁊ nunq̃ in eũ
sceleratorũ p̃ualerent manus. De his quippe ⁊ alibi
dicit̃: Canes muti nescierũt latrare. De his etiã illud Esa.

Eit quomõ iustus perit. ⁊ nemo cõsiderat. Perit quãtum in ipsis est qui eum pdere voluerunt. Nam quomõ ille posset perire moriẽdo: qui eo modo potius qd erat pditũ requirebat? Porro si isti iuste increpant: merito arguunt q tãtũ scelus fieri dissimulando siluerũt: quomõ increpandi: aut ne increpãdi quidẽ: sed qua seueritate damnãdi sunt: qui hoc consilio malicia qꝫ fecerũt? Verũtamẽ etiã hi qd sequit ̃ nesciẽtes cõgruit. Nescierũt ⁊ nõ intellexerunt: i tenebris ambulãt: Quia ⁊ illi si cognouissent nũqꝫ dominũ glorie crucifixissent: Et illi si cognouissent: nunqꝫ barrabã liberãdũ: ⁊ christũ crucifigendũ petere cõsensissent. Sed quoniã supra memorata cecitas ex pte israel facta est: donec plenitudo gentiũ intraret: p hanc vtiqꝫ illius populi cecitatem crucifixo christo: Mouebunt omnia fundamẽta terre. Sic mota sunt ⁊ mouebunt donec intret que pdestinata est gentiũ plenitudo. Nam et in ipsa morte dñi terra mota est: ⁊ petre fisse sunt. Et si intelligam⁹ fundamenta terre terrenoꝝ bonoꝝ copia felices: recte pdictũ est qd mouerent: vel admirando sic amari: sic coli: hũilitatẽ: paupertatẽ: mortem: velut magnã fm ipsos miseriã christi: vel ipsi qꝫ hui⁹ mũdi vana felicitate cõtẽpta: illã diligẽdo atqꝫ sectãdo. Ita mouent oĩa fundamẽta tre: cũ partim mirant partim etiã cõmutant. Sicut eñ nõ absurde dicim⁹ fundamẽta celi: qb⁹ regnũ celorũ supedificat in sanctis ⁊ fidelib⁹: quos dicit scriptura lapides viuos: quorũ fundamentũ est primitus ipse christus et virgine: de quo dicit aplus: Fundamentũ aliud nemo potest ponere pter id qd positũ ẽ: qd est christus iesus. Deinde ipsi apostoli ⁊ pphete: quorũ auctoritate locus celestis erigit: vt eos sectando coedificemur. Unde dicit ad Ephesios: Iam nõ estis peregrini ⁊ inquilini: sed estis ciues sanctoꝝ: et domestici dei: supedificati sup fundamentũ aploꝝ et pphetarũ ipso summo angulari lapide existente christo iesu: in quo oĩs edificatio cõpacta crescit in templũ sanctũ in domino: Ita nõ incõueniẽter fundamẽta terre intelligunt: quoꝝ terrenã felicitatẽ p pollentẽ atqꝫ potentẽ homies inuidendo eorũ auctoritati: ad huius mũdi bona cõcupiscẽda ptrahunt: ⁊ adipiscẽdo coedificant tanqꝫ terra sup terrã: sicut in illo supno edificio celũ sup celũ: qr ⁊ peccatori dictũ est: Terra es ⁊ in terrã ibis. Et celi enarrant gloriã dei. cũ in omnẽ terrã exiit sonus eorũ: ⁊ i fines orbis terre verba eorũ. Terrene aũt felicitatis regnũ supbia est: Contra quã venit hũilitas christi exprobrans eis quos vult ex humilitate filios altissimi facere atqꝫ increpans:

Ego dixi dii estis: et filii ⁊ altissimi omnes. Vos autem sicut homines moriemini: et sicut vnus ex principibus cadetis. Siue ad illos dixerit: Ego dixi dii estis ⁊ filii altissimi oẽs: Ad eos vtiqꝫ q pdestinati sunt in vitã eternã: ad alios xo: Vos autẽ sicut homines moriemini: ⁊ sicut vn⁹ ex principib⁹ cadetis. Hoc mõ etiã de⁹ discernens: siue omnes simul increpat: vt obediẽtes corrector discernat: Ego inqt dixi dii estis: et filii altissimi oẽs: id est omnib⁹ vobis pmisi felicitatẽ celestẽ: Vos autẽ p infirmitatẽ carnis: sic hoĩes moriemini: ⁊ p elationẽ animi: sicut vn⁹ ex pncipib⁹: id est diabol⁹ nõ extollemini: s cadetis. Velut si diceret: Cũ tã pauci sint dies vite vestre: vt cito sicut hoĩes moriamini: non vobis pdest ad correctionẽ: sed tanqꝫ diabolus cui⁹ dies i hoc seculo multi sũt: quia carnẽ nõ portat: extollimini vt cadatis. Per diabolicã quippe superbiã factũ est: vt christi glorie pversi: ⁊ ceci pncipes iudeorũ inuidissent: Per hoc vitiũ factũ ẽ ⁊ fit: vt christi vsqꝫ ad mortẽ crucifixi hũilitas vilescat eis: q huius seculi diligunt excellentiã. Proinde vt hoc vitiũ sanetur: ex ipsi⁹ pphete psona dicit: Surge deus iudica terrã. Timuit eñ terra cũ te crucifigeret: surge a mortuis ⁊ iudica terrã. Quoniã tu ⁊ disperdes in omnib⁹ gentibus. Al. ⁊ hereditabis. Quid nisi terrã. hoc est eos qui terrena sapiunt: siue ipsum affectũ in credentibus terrene cupiditatis et electionẽ assumens: siue nõ credẽtes terrã pterendã disꝑdendãqꝫ discernens: Sic p mẽbra sua quoꝝ conuersatio in celis est iudicat terrã et disperdet in omnib⁹ gentibus. Non ptereundũ est qꝫ nõnulli codices habẽt: Quoniã tu hereditabis in omnib⁹ gentibus: qr ⁊ hoc nõ inconuenienter accipit: neqꝫ vt simul vtrũqꝫ sit quicqꝫ repugnat. Fit ergo hereditas eius p charitatẽ: quam suis pceptis ⁊ gratia misericorditer extollẽdo: terrenam disperdit cupiditatẽ.

Explicit Tractatus de psã. LXXXI.

Incipit Tractatus de psã. LXXXII.

A

Psalmi titulus hui⁹ est: Canticũ psalmi Asaph. Iam sepe diximus quid interptet asaph: id est cõgregationẽ. Homo ergo ille qui vocabat asaph in figura cõgregationis pplĩ dei: in multoꝝ psalmoꝝ titulis ponit. Grece autẽ cõgregatio synagoga dicit: qd velut pprium nomen iudeorũ populus detinuit: vt synagoga appellet: sicut populus christian⁹ visitatus vocat ecclesia: cũ ⁊ ipse vtiqꝫ cõgreget. Popul⁹ itaqꝫ dei in isto psalmo dicit:

Expositio psalmi.

Deus quis similis erit tibi? Qd ego arbitror accõmodatius accipi in christo: quia in similitudine hominũ factus: putatus est ab eis a quib⁹ cõtempt⁹ est ceteris homib⁹ comparandus: Nã ⁊ int iniquos deputat⁹ est: s ad hoc vt iudicaret. Luce. 22.
Cũ aũt veniet iudicatur⁹: tũc fiet qd hic dicit: Deus qs similis erit tibi. Si eñ psalmi nõ solerent loqui ad dominũ christũ: nõ diceret etiã illud quod ipsi dictũ esse nullus potest dubitare fideliũ: Thronus tuus deus in seculũ seculi: virga directiõis virga regni tui: Dilexisti iustitiã ⁊ odisti iniquitatẽ: ppterea vnxit te deus deus tuus oleo exultatiõis pre pticipibus tuis. Ps. 44.
Huic ergo ⁊ nunc dicit: Deus quis similis erit tibi? Multis eñ similis in hũilitate esse voluisti: vsqꝫ adeo vt ⁊ latronib⁹ q tecũ sũt crucifixi. Luce. 22.
Sꝫ in claritate cũ venies: qs silis erit tibi? Quid eñ magnũ dicit cũ deo di: quis silis erit tibi: nisi illi dicat: qui silis esse i hoĩb⁹ voluit: formã serui accipiẽs in silitudinẽ hoĩm fact⁹ et habitu inuẽtus vt hõ? Phil. 2.
Et ideo nõ ait: Quis silis ẽ tibi: qd vtiqꝫ recte diceret: si hoc ad diuinitatẽ referret. Quia xo ad formã serui relatũ est: tũc ei⁹ a ceteris hoĩb⁹ dissilitudo apparebit: qñ apparebit in gĺia. Ideo sequit: Ne taceas neqꝫ cõpescaris deus. Quia pmo tacuit vt iudicaret qui sicut agnus corã tondente se fuit sine voce: sic nõ aperuit os suum: et suã compescuit potestatẽ. Esa. 53.
Quã vt se cõpescere ostẽderet: ad illã eius vocẽ qua dixit. Ego sum: hi qui eum apprehẽdendum querebãt: redierũt retro ⁊ ceciderũt. Quãdo ergo teneret Joh. 18.

atq3 pateret: nisi se ipse cohiberet atq3 compesceret:
& quodammodo mitigaret: Nã & sic quidã interptati
sunt quod hic positũ est: Neq3 compescaris de⁹: vt
dicerẽt: neq3 mitescas deus. Ipse alibi dicit: Tacui:
nũquid semp tacebo: Cui dicit hic: ne taceas: de illo
Ps.49. alibi dicit. Deus manifestus veniet: deus nr̃ et nõ si-
lebit. Cui dĩ h: Ne taceas: Tacuit eñ vt iudicaret
B qñ venit occult⁹. Non autẽ tacebit vt iudicet qñ ve-
Al. sonuerũt. niet manifest⁹. Qm ecce inimici tui *sonaue-
rũt: & q oderũt te extulerũt caput. Nouissi-
mos dies significare mihi videt: qñ hec que nũc me-
tu cõprimunt: i liberã vocẽ erupture sunt: Sed pla-
ne irrationabilẽ: vt sonitus magis q̃ locutio vel ser-
mo dicẽdus sit. Nõ itaq3 tũc odisse incipiẽt: sed qui
oderũt te: tũc leuabũt caput: Nec capita sed caput:
qñ eo puenturi sunt vt etiã illud caput habeãt quod
1. Thessal. 2. extollit sup om̃e qd dicit de⁹ & qd colit: vt in illo ma-
Luc. 14. xime ipleat: Qui se exaltat hũiliabit: & cũ eũ ille cui
dicit: Ne taceas neq3 mitescas de⁹: interficiet spiritu
oris sui: & euacuabit illuminatiõe p̃sentie sue. Sup
pplm̃ tuũ malignauerũt cõsiliũ. Vel sicut aliq
codices habẽt: Astute cogitauerũt cõsiliũ: et
cogitauerunt aduersus sanctos tuos. Impu-
dent ista dicunt. Qñ eñ valerẽt nocere pplo vel ple-
Roma. 8. bi dei: vel sanctis ei⁹ q nouerũt dicere: Si de⁹ p no-
bis q̃s cõtra nos: Dixerũt venite & disperda-
mus eos de gente. Singularẽ numerũ posuit p
plurali: sicut dicit: Cui⁹ est hoc pecus: etiã si de gre-
ge interroget: & intelligunt pecora. Deniq3 alii codi-
ces de gentib⁹ habẽt: vbi magis interp̃tes intellectũ
q̃ verbũ secuti sũt. Venite & disp̃dam⁹ eos de gente.
Ipse ẽ ille son⁹ quẽ sonuerũt magis q̃ locuti sũt: qm
inanit inania strepuerũt. Et nõ memoret nomẽ
israel vltra. Hoc alii plani⁹ dixerũt: Et nõ sit me-
moria nomis israel adhuc: Qr memoret nois: in la-
tina lingua inusitata locutio ẽ: Potius eñ dici solet
Memoret nomẽ: sed eadẽ ipsa sentẽtia est. Nã q di-
xit: memoret nomis: grecã trãstulit locutionẽ. Isrl
aũt hic debet intelligi vtiq3 semẽ abrae: cui dicit apo
Ibidem. stol⁹: Ergo abrae semẽ estis sm pmissionẽ heredes:
C nõ israel sm carnẽ: de quo dicit: Videte israel sm car
Al. simul. nẽ. Qm cogitauerũt vnanimiter *aduer-
sus te testamentũ disposuerũt: Quasi possent
esse fortiores. Testamentũ sane in scripturis nõ illud
solũ dicit qd nõ valet nisi testatoribus mortuis: sed
om̃e pactũ & placitũ testamentũ vocabãt. Nã laban
Gen. 31. & iacob testamentũ fecerũt: qd vtiq3 etiã inter viuos
valeret: et innumerabilia talia in diuinis legunt elo-
quiis. Deinde incipit inimicos christi cõmemorare
sub quibusdã vocabulis gentiũ: Quorũ vocabulorũ
interp̃tatio satis indicat qd velit intelligi. Talib⁹ eñ
nominibus cõuenientissime figurant veritatis inimici.
Idumei quippe interp̃tant: vel sanguinei: vl terreni.
Hismaelite: obedientes sibi: vtiq3 nõ deo s sibi. Mo-
ab ex patre. Qd in malo nõ intelligit melius: nisi cũ
Gen. 19. ipsa historia cogitat: q pater loth filie sue illicite se
vtenti pmixtus eũ genuit: qr ex ipsa re tale nomẽ ac-
3. Reg. 8. cepit. Bonus autẽ pater: sed sicut lex ait. si qs ea le-
gitime vtat: nõ inceste & illicite. Agareni pselyti: id ẽ
aduene. Quo noie significant int inimicos ppli dei:
nõ illi q ciues fiũt: sed q in aĩo alieno atq3 aduenticio
pseuerãt: & nocẽdi occasiõe inuẽta se ostẽdũt. Gebal
vallis vana: id est fallaciter humilis. Amon pplus tur-
bid⁹: vel pplus meroris. Amalech pplus lingẽs: Vñ
alibi dictũ est: Et inimici ei⁹ terrã lingẽt. Alienigene Ps. 71.
q̃uis et ipso nomine latino se indicent alienos: et ob
hoc psequẽter inimicos: tamẽ in hebreo dicunt phi-
listiim. qd interp̃tat cadẽtes potiõe: velut quos fecit
ebrios luxuria secularis. Tyrus lingua hebrea dicit
sor: Qd siue angustia siue tribulatio interpretetur:
sm illud accipiendũ est: in his inimicis populi dei: q
ait apostolus: Tribulatio & angustia in omnẽ aĩam hõ
Roma. 2. hominis opantis malũ. Oĩs ergo hi sic enumerant
in hoc psalmo. *Tabernaculum idumeorũ et Al. taberna-
hismaelite. Moab et agareni: Gebal et cula.
amon et amalech: & alienigene cũ habitan-
tibus tyrũ. Et tanq̃ indicãs causam quare sint ini-
mici populo dei: adiungat & dicat. Etenim assur
venit cum illis. Assur autẽ p ipso diabolo figu-
rate intelligi solet: qui opat in filiis diffidentie tanq̃ Ephe. 2.
in vasis suis: vt oppugnẽt populũ dei. Facti sunt:
inquit in adiutoriũ filiis loth. Quia oẽs inimi-
ci opante in se principe suo diabolo: facti sunt in adiu-
toriũ filiis loth: qui interpretat declinãs. Angeli aũt
apostatici bene intelligunt tanq̃ filii declinatiõis: a
veritate quippe declinãdo: i satellitiũ diaboli discesse-
rũt. Hi sunt de quib⁹ dicit aplus: Nõ est nobis col- Ephe. 6.
luctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ: sed aduersus pn-
cipes & potestates & rectores mũdi tenebrarũ harũ:
aduersus spiritalia nequicie in celestib⁹. Quapropt
isti inuisibiles & spiritales inimici adiuuant homines
infideles in quibus operant ad oppugnandum po-
pulũ dei. Iam nũc videam⁹ quid impcet pphetie⁹ D
spiritus: magis p̃dicens q̃ maledicens. Fac illis
sicut madian & sysare: sicut iabin in torren-
te cyson. Disperierũt in endor: facti sunt
vt stercus terre. Hos omnes sm historiã popul⁹ Iudi. 4.
israel: qui tũc erat popul⁹ dei: debellauit & vicit: Sic
etiã illos quos deinceps cõmemorat dicẽs: Po-
ne principes eorũ sicut oreb et zeb: et zebee Iudi. 7.
et salmana. Interpretatiões autẽ eorum nominũ
iste sunt. Madian interpretat declinãs iudiciũ. Sy-
sara: gaudii exclusio. Iabin: sapiens. Sed in his ini-
micis a pplo dei supatis: ille intelligẽdus est sapiens:
de quo apostol⁹ dicit Vbi sapiẽs: vbi scriba: vbi cõ- 1. Cor. 1.
quisitor hui⁹ seculi: Oreb siccitas. Zeb lup⁹. Zebee
victima: sed lupi. Habet enim & ipse victimas suas.
Salmana vmbra cõmotiõis. Hec oĩa cõgruũt ma-
lis: quos in bono vincit pplus dei. Porro autẽ cyson
in quo torrente victi sunt: interpretat duricia eorũ.
Endor vbi pierũt: iterp̃tat fons generatiõis: s vtiq3
carnalis: cui dediti pierũt nõ curãtes regeneratiõẽ q
pducat ad vitã: vbi nõ nubẽt neq3 vxores ducẽt: Nõ Math. 22.
eñ incipiẽt mori. Merito ergo de his dictũ est: Fa-
cti sunt vt stercus terre: de quib⁹ nihil ppagatũ est:
nisi terrena fecunditas. Sicut ergo illi omnes i figu-
ra supati sunt a populo dei: sic istos inimicos precat
E in veritate supari. Omnes: inquit: principes
eorũ: qui dixerũt hereditate possideamus
sanctuarium dei. Ipse est sonitus inanis: quo vt
supra dictũ est: Inimici tui sonuerunt. Sanctuariũ
autem dei quid intelligendũ est: nisi templũ dei: de
quo apostol⁹ ait: Templũ eñ dei sanctũ est qd estis 1. Cor. 3.
vos: Nã qd aliud inimici: nisi pplm̃ dei possidere: id
est subiugare moliunt: vt cadat in eorũ impias volũ-
tates: Sed quid sequit: Deus meus pone il-

pos vt rota. Cōuenienter quidē accipit: vt nō sint in eo qđ cogitant stabiles. Verūtamē etiam sic recte posse intelligi existimo: Pone illos vt rotam quia rota ex his que retro sunt extollit: ex his q ante sunt deijcit: sic fiunt oēs inimici ppl'i dei. Non eñ hec optatio sed ꝓphetatio est. Adiūgit etiā. Sicut stipu-
lam ante faciē venti. Faciē dicit ꝑsentiā. Illam que facies est vēti: cui nulla liniamēta sūt corpis: cū sit motus: id est quasi fluctus aeris. Ponit aūt pro temptatiōe qua leuia et inania corda rapiunt. Leuitatē porro qua facile cōsentit ad mala: grauis sequit cruciatus. Unde deinceps dicit: Sicut ignis q comburit syluā: sicut flāma cōburens mōtes: Ita psequeris illos i tempestate tua: et in ira tua turbabis eos. Syluā dixit propter sterilitatē: mōtes ꝓpter elationē. Tales eñ sunt inimici populi dei: inanes iusticie: pleni supbia. Ignem aūt et flammā dicēs: hoc idem alio nomie repetiuit: qđ intelligi voluit iudicantē atq puniētē deū. Qđ autē ait: In tempestate tua: hoc idē cōsequēter exposuit dicens: In ira tua: Et qđ supra dixit: Persequeris eos: hoc postea: cōturbabis eos. Meminerim' sane irā dei sine vlla affectiōe turbulēta nos debere intelligere. Ira quippe eius dicit: ratio iuste vindicte: tanq si dicat lex: cū ministri eius fm eam cōmoti vindicāt.

F Imple: inquit: facies eorū ignominia: et querāt nomē tuū dñe. Hoc sane illis bonū et optabile ꝓphetat: Nec ꝓphetaret nisi eēnt i ea societate inimicorū ppl'i dei etiā tales homies: quib' hoc ante vltimū iudiciū ꝑstaret: qr et nunc idem ipsi sunt: et ipm corp' est inimicoꝝ fm inuidentiā q emulant populū dei: Et nūc vbi possunt: et sonāt: et leuāt caput: sed pticulatim nō vniuersalit: sicut i fine seculi: nouissimo iminente iudicio: tamē ipm corpus est: et in his q inde credituri sūt: atq in corp' aliud trāsituri. Hoꝝ eñ facies salubriter implet ignominia: vt querāt nomē dñi: et in illis q vsq in finē in eadē malicia pseuerant: qui ponunt vt stipula ante faciē venti: et sylue mōtibusq infructuosis similes cōburunt. Ad quos denuo reuertit dicens: Erubescant et cōturbent in seculū seculi. Nō enim in seculū seculi cōturbant q querūt nomē dñi: sed respiciētes ignominiā peccatoꝝ suoꝝ ad hoc cōturbant vt querant nomē dñi: p qđ nō cōturbent. Rursusq ad hos redit: qui in eadē societate inimicoꝝ ad hoc cōfundendi sunt ne cōfundant in eternū: et ad hoc pdendi sunt inquātū mali sunt: vt boni facti inueniant in eternū. De his eñ cū dixisset: Et cōfundant et pereāt. Statim subiecit: Et cognoscāt qr nomē tibi dñs: tu solus altissim' in omni terra. Ad hāc cognitionē veniētes sic cōfundant vt placeāt: sic pereant vt pmaneāt. Cognoscāt inquit quia nomē tibi dñs: tanq nec vero nec suo noie nūcupent: quicūq alij dñi noiant. q̄ñ seruiliter dñant: et vero dño cōparati nec dñi sunt: sicut dictū ē: Ego sum qui sum: tanq nō sint ea q facta sūt: si cōparent ei a quo facta sunt. Qđ aūt adiūxit: Tu solus altissim' in omni terra: Vel sic alij codices habēt: Sup omnē terrā: vtiq et in omni celo vel sup omne celū: sed hoc dicere maluit quo terrena supbia ꝑmeret. Desinat eñ supbire terra: id est hoīes: qbus dictū est: Terra es. Et qđ supbit terra et cinis: cū cognoscat dñm esse altissimū sup omnē trā: id est nulli' hominis cogitatiōes valere aduersus eos qui fm ꝓpositū vocati sūt sancti: et de quib' dicit: Si deus p nobis: quis cōtra nos?

Explicit Tractat' de ps. LXXXII.

Incipit Tractat' de ps. LXXXIII.

A Psalmus iste p torcularibus inscribit. Et quātū aduertit nobiscū charitas vestra: quia vos intētissime audire aduertebamus: nihil i ei' textu dictū est: vel de ꝑlo: vel de fiscinis: vel de lacu: vel de instrumētis: aut edificio torcularis: Omino nihil i eo tale audiuim'. Uñ qđ sibi velit titul' eius qđ inscribit p torcularib': nō parua qstio est. Profecto eñ si post istū titulū aliqđ de talib' rebus diceret: qles cōmemoraui: crederet a carnalib' vere ista visibilia torcularia voluisse cantare. Quia aūt titulū imposuit p torcularib': et nil postea in omni versu psalmi dixit de his torcularib' notissimis oculis nostris: nō dubitat esse alia torcularia que nos h querere et intelligere voluit spūs dei. Quapropt qđ agat in his visibilib' torcularib' recordemur: et hoc videam': quēadmodū spiritalit agat in ecclia. Uua certe pendet in vitib': et oliua in arborib'. Hi enim duob' p fructib' solēt torcularia ꝑparari: Et qādiu pēdent in frutetis suis: tanq libero aere pfruunt: et nec vua vinū est: nec oliua oleū ante ꝑssurā. Sic sunt et hoīes quos ꝑdestinauit de' ante secula cōformes fieri imaginis vnigeniti filij sui: Qui pcipue i passiōe magn' botr' expssus ē. Huiusmodi g hoīes anteq accedāt ad seruitutē dei fruūt i h seculo tanq delitiosa libertate: velut vue aut oliue pendentes. Sed qm dictū est: Fili accedēs ad seruitutē dei: sta in iusticia et timore: et ꝑpara animā tuā ad tēptationē: Accedēs quisq ad seruitutē dei: ad torcularia se venisse cognoscat. Cōtribulabit: contereti: cōprimet: nō vt in hoc seculo pereat: sed vt in apothecas dei defluat. Exuitur carnaliū desideriorū integumentis qsi vinaceis: hoc eñ ei cōtigit in desiderijs carnalib'. Propt q et apostol' dicit: Exuite vos veterē hoīem et induite nouū. Hoc totū nō fit nisi ꝑ pssura: Propterea torcularia noiant eccle dei huius tpis: sed in torcularib' positi q sum' filij chore. Sic eñ additū est: p torcularibus

B Filijs chore. Filios chore interptatos habem' filios calui: quātū nobis q illā linguā nouerūt p ministeriū qđ deo debuerūt interptari potuerūt: Et in h nō diffugio magnū mysteriū intueri: et adiuuante dño inuenire vobiscū. Nō eñ tanq a filijs pestilētie oīs ē irridēda caluicies: ne cū qsq sacratā caluā irriserit: a demonijs dissipet. Nā et helise' ibat: et insensati pueri clamauerūt p' eū: Calue calue et qsi sacramentū implēdū: cōuersus ad dñm petiuit: vt eos vrsi de sylua exeūtes comederēt. Arrepta est quidē illoꝝ infantia i exitiū vite de h seculo. Mortui sunt pueri: senes qñq morituri. Verūtñ sacramētū terror dat' ē hoīb'. Helise' eñ psonā cuiusdā tūc gerebat: cui' filij sum': filij chore: dñi scz nři iesu xpi. Iā occurrit charitati vře et euangelio qre caluus gerebat psonā xpi. Recordamini qr i caluarie loco crucifix' ē. Siue g hoc interptet fili' chore: sic secuti ꝑores dixim': siue aliud aliqđ qđ nos forsitan latet: interim qđ occurrit videns qr plenū ē sacro: Filij chore filij xpi. Nā et filios suos dicit spōsus: cū ait: Nō pnt filij spōsi ieiunare: qādiu cū illis ē spōsus. Christianorū sunt g ista torcularia. In pssuris aūt pstituti ad h cōterimur: vt amorē nostrū quo ferebamur in ista mūdana: secu

taria: temporalia: fluxa atq̄ peritura: passi in eis i hac
vita tormēta: ⁊ tribulatiōes ꝑssurarū: ⁊ abundantiā
temptationū: incipiam⁹ querere illā quietē: que non
est de hac vita: nec de hac terra: ⁊ fit dn̄s vt scriptum
Ps.9. est: refugiū pauperi. Quid est pauperi? Tanq̄ desti
tuto: sine ope: sine auxilio: sine aliqua re: de qua i ter
ra ꝓsumat. Talibus em̄ paupibus adest deus: quia
homīes etsi abūdent pecunia in hac terra: respiciūt
j.Timoth.6. qd̄ ait aplus: Precipe diuitib⁹ hui⁹ mūdi nō sup̄be
sapere: neq̄ sperare i incerto diuitiarū. Et cōsiderā-
tes q̄ sit icertū: vnde gaudebāt anteq̄ accederēt ad
seruitutē dei: id est anteq̄ intrarent in torcularia: vi-
dent ex ipsis diuitijs: vel habere se ꝑssuras cogitati-
onū quō ea gubernent: quō custodiant: vel si paulu
lum inclinauerint cupiditatē vt ea diligāt: plus eos
impleri timorib⁹ q̄ fructib⁹. Quid em̄ tam incertū
q̄ res volubilis? Nec imerito ipsa pecunia rotunda
signat: quia nō stat. Tales ḡ etsi habeant aliq̄d: pau
peres sunt. Qui ḡ nihil horū habēt ⁊ habere deside-
rant: inter reprobādos diuites computant. Nō em̄
attendit deus facultatē: sed voluntatē. Paupes igit
destituti omni ope seculari: quia etsi ea circūfluāt in-
telligunt q̄ incerta sint: ⁊ ingemiscētes ad deū: nihil
habētes in hoc seculo quo delectent: quo teneant: in
abūdantia temptationū ⁊ ꝑssurarū tanq̄ in torcula-
ribus cōstituti: defluunt vinū: defluunt oleum. Que
sunt ista: nisi bona desideria? Restat em̄ illis deside-
randus deus: iam nō amant terrā: Amāt em̄ qui fe-
cit celū ⁊ terrā: amant ⁊ nōdum cū eo sunt. Deside-
riū eorū differt vt crescat: crescit vt capiat. Non em̄
parū aliquid datur⁹ est deus desiderāti: aut parum
exercendus est ad capacitatē tanti boni. Nō aliquid
deus qd̄ fecit daturus est: sed seipsum qui fecit oia.
Ad capiendū deū exercere: qd̄ semp habitur⁹ es diu
D desidera. Reprobati sunt i populo israel qui festina-
uerūt assidue: Affectus iste reprehendit i scriptura
festinantiū. Qui sunt em̄ qui festinant? Qui cōuersi
ad deum cū hic nō inuenerint requiē quā querebāt:
⁊ gaudia que ꝓmittebant: tanq̄ i itinere deficiētes:
⁊ longū sibi quiddā donec h̄ seculū vel h̄ vita finiat:
restare arbitrātes: ⁊ querētes hic aliquā requiē: que
si habet: falsa est: respiciūt retro ⁊ decidūt a ꝓposito:
nec attendūt cū quāto terrore dictū est: Memētote
Luce.17. vxoris loth. Ut quid em̄ in statuā salis versa ē: si nō
homīes cōdit vt sapiant? Ergo exemplū illi⁹ malū:
tibi sit bonum si caueris. Memētote inquit vxoris
Gen.19. loth. Respexit enim retro vnde liberata erat a sodo-
mis: ⁊ ibi remāsit vnde respexit: ipsa in loco mālsura:
et trāseuntes alios conditura. Liberati ḡ a sodomis
p̄terite vite: nō respiciam⁹ retro. Nam hoc festinare
est: nō attēdere qd̄ ꝓmisit deus: q̄ longe est: ⁊ respi-
cere ad id quod ꝓximū est: vnde iam liberatus es.
2.Pet.2. De talibus quid dicit apostol⁹ petrus? Contigit illis
res veri prouerbij: canis reuersus ad suum vomitū.
Premebat em̄ pectus cōscientia peccatorū: accepta
indulgētia quasi vomuisset: ⁊ reuelatū est peccatum
tuū: Facta ē bona cōscientia ex mala ꝯscientia. Quid
E rursus cōuerteris ad vomitū tuū? Si canis hoc faci-
ens horret oculis tuis: tu quid eris oculis dei? Unus
quisq̄ autē fratres charissimi de loco itineris sui: ad
quem ꝓficiendo peruenit: ⁊ quē vouit deo: inde respi-
cit retro cū ipsū dimiserit (verbi gratia) Statuit ca-
stitatē coniugalē seruare: inde em̄ incipit iustitia: re-

cessit a fornicatiōibus: ⁊ ab illa illicita imundicia: q̄n
se ad fornicatiōes cōuerterit retro respexit. Alius et
munere dei maius aliquid vouit: statuit nec nuptias
pati: q̄ nō damnaret si duxisset vxorem: post votum
qd̄ deo ꝓmisit: si duxerit damnabit: cum hoc faciat
qd̄ ille qui non ꝓmiserat: tamē ille non damnat: iste
damnat. Quare: nisi q̄ iste respexit retro? Jam em̄ j.Cor.3.
in ante erat: iste autē illuc nōdū ꝑuenerat. Sic virgo
q̄ si nuberet non peccaret: Sanctimonialis si nupse-
rit: christi adultera reputabit: Respexit em̄ retro de
loco quo accesserat. Sic quibus placet relicta omni
spe seculari: ⁊ omni actione terrena cōferre se in soci-
etatē sanctorū: in cōmunē illā vitā vbi nō dicit aliq̄s
aliquid ꝓpriū: sed sunt illis omnia cōmunia: et ē illis Act.4.
anima vna ⁊ cor vnū in deū: quisq̄s inde recedere vo
luerit: nō talis habet qualis ille qui nō intrauit. Jlle
em̄ nōdum accessit: iste retro respexit. Quapropter
charissimi: quomō quisq̄ pōt: vouete et reddite dn̄o Ps.75.
deo vr̄o qd̄ quisq̄ potuerit: nemo retro respiciat: ne-
mo pristinis suis delectet: nemo auertat ab eo quod
ante est: ad id qd̄ retro ē currat: donec ꝑueniat: Non
em̄ pedibus: sed desiderio currimus. Nullus autē in
hac vita ꝑuenisse se dicat. Quis em̄ pōt tam ꝑfect⁹
esse q̄ paulus? Et tamē ait: Fratres: ego me nō ar- Phil.3.
bitror apprehendisse: Unū autē que retro oblit⁹: i ea
que ante sunt extentus: s̄m intentionē sequor ad pal
mā superne vocatiōis dei in christo iesu. Uides pau
lū adhuc currere: et te iam existimas ꝑuenisse? Si ḡ F
sentis ꝑssuras hui⁹ mūdi: etiā cū felix es: intellexisti
te esse in torculari. Putatis em̄ fratres charissimi in-
felicitatem seculi metuendā esse: et felicitatē non esse
metuendā? Jmmo xp̄o nulla infelicitas frangit: quē
felicitas nulla corrumpit. Quomō ergo cauenda vel
timenda est ipsa corruptrix: ne te blandiēdo seducat:
ne incūbas in baculū arundinis? Nam ⁊ hoc scriptū 4.Reg.18
est quosdam incūbere in baculum arūdinis: Nolite
credere: Fragile ē in quo niteris: frangit ⁊ interimit
te. Si ḡ felicitatē tibi iste mūdus arrideat: in ꝑssura
te computa vt dicas: Tribulationē ⁊ dolorem inue Ps.114.
ni: ⁊ nomē dn̄i inuocaui. Nō dixit: inueni tribulatio-
nem: nisi quādam que latet. Quedā em̄ tribulatio ⁊
dolor: quosdā in hoc seculo latent: qui putant sibi bn̄
esse cum ꝑegrinant a dn̄o. Q̄ diu em̄ sumus in hoc 2.Cor.5.
corpore inq̄t: ꝑegrinamur a domino. Si a patre tuo
homie ꝑegrinareris: miser esses: a dn̄o ꝑegrinans et
felix es? Ergo sunt qui putant sibi bn̄ esse. Qui autē
intelligūt in qualibet circūfluentia copiarū ⁊ volup-
tatū: q̄uis ad nutū cuncta deseruiāt: q̄uis nihil mo-
lestū irrepat: nihil aduersum terreat: tamē in malo se
esse q̄diu ꝑegrinant a dn̄o: acutissimo oculo tribula
tionē ⁊ dolorem inuenerūt: ⁊ nomē domini inuoca-
uerūt. Talis est qui cantat in hoc psalmo: Quis est?
Corp⁹ christi. Quis ē iste? Uos si vultis: Nos oēs
si volumus: omnes filij chore: ⁊ omnes vn⁹ homo:
q̄ vnū christi corpus. Quomō nō est vnus homo:
qui vnū caput habet? Caput omniū sanctor̄ christ⁹
est: Corpus illi⁹ capitis oēs nos sum⁹: Et oēs i hac
vita in torcularib⁹ sum⁹: si bn̄ sapim⁹ si iam ad torcu
laria venim⁹. Ergo in ꝑssuris tēptationū constituti:
ꝓdamus hāc vocē ⁊ p̄mittam⁹ desideriū nostrū.

Expositio psalmi.

Q Uā amabilia sūt inq̄t tabernacula G
tua dn̄e virtutum. Erat in tabernaculis

quibusdã id est in torcularibus: sed desiderabat alia tabernacula: vbi nulla pssura ẽ. In his illuc suspirabat: ab his i illa p desideriũ carnale quodãmodo de fluebat. Et quid sequit: Concupiscit et deficit anima mea in atria dñi. Parũ est: cõcupiscat ɀ deficit. Sed quo defecit: In atria dñi. Defecit vua pressa. Sed quo defecit: In vinũ ɀ in lacũ: ɀ in apothecę requie seruãda: in qete magna. Hic desideratur: ibi capitur. Hic suspirat. ibi gaudet. Hic operatur. ibi laudatur. Hic gemit: ibi exultat. Ea quę dixi quasi dura hic nemo aduersetur: nemo q̃si nolit pati: Metuendum est ne vua dum torcular timet: ab auibus vel a feris comedatur. In magna videtur tristicia esse: cum dicit: Cõcupiscit ɀ deficit aĩa mea in atria dñi. Nõ enĩ habet quod desiderat. Sed nũquid sine gaudio est: Quo gaudio: Quo ait aplus: Spe gaudentes. Ibi iam re gaudebit: mõ adhuc spe: Ideoq̃ qui spe gaudent: qɀ certi sunt se accepturos: tolerant in torculari oẽs pssuras. Propterea ɀ ipse aplus cum dixisset: Spe gaudẽtes: quasi his loqueretur qui iam in torculari sunt: addidit statim: In tribulatiõe patiẽtes. In tribulatiõe inquit patiẽtes: Quid inde: In oratiõe tolerãtes. Quid est tolerãtes: Quia differimi. Orantis et differimini: tolerate qd differimi. Toleretur qd differtur: quia cũ venerit nõ aufertur. Audisti gemitũ in torculari: Desiderat ɀ deficit aĩa mea i atria domini:

b Audi vñ ducit: Spe gaudẽtes. Cor meũ ɀ caro mea: exultauerũt in deũ viuũ. Exultauerunt hic in illud. Unde exultatio nisi de spe: Quo exultauerũt: In deũ viuũ. Quid ibi exultauerũt: Cor meum ɀ caro mea. Unde exultauerũt: Nam et passer: inquit inuenit sibi domũ: ɀ turtur nidũ sibi vbi ponat pullos suos. Quid est hoc: Duo dixerat: ɀ duo reddidit in similitudinẽ auium. Dixerat exultasse cor suũ ɀ carnẽ suã: ɀ in his duob[9] reddidit passerem et turturẽ. Cor tanq̃ passer: caro tanq̃ turtur. Inuenit sibi domũ passer: inuenit sibi domũ cor meũ. Exercet pẽnas in virtutib[9] hui[9] temporis: in ipsa fide: spe ɀ charitate: quib[9] volet in domũ suã: ɀ cum venerit pmanebit: etiam querula vox passeris quę hic est: nõ erit ibi. Nã ipse est querulus passer: de quo in alio psalmo dicit: Sicut passer singularis in tecto: de tecto volat ad domũ. Iam sic sit in tecto: calcet domũ carnalẽ: habebit quẽdam celestem locũ: perpetuã domũ. Passer iste finiet querelas suas. Turturi aũt dedit ɀ pullos: id est carni. Inuenit nidũ turtur vbi ponat pullos suos. Passer domũ: turtur nidũ: ɀ nidũ vtiq̃ vbi ponat pullos suos. Dom[9] tanq̃ ad sempiternũ eligitur: nidus ad tempus cõgerit. Corde cogitam[9] deũ tanq̃ volantẽ passerẽ ad suam domũ: carne autẽ agimus opa bona. Videtis enĩ p carnẽ sanctoꝝ: quãta bona fiant. Per hanc enĩ opamur quę iussi sum[9] opari: quib[9] adiuuamur in hac vita. Frange esurienti panem tuũ: ɀ egenum sine tecto induc i domũ tuã: Si videris nudũ vesti: et cętera talia q̃ nobis p̃cepta sunt: nõ opamur nisi p carnem. Passer ergo ille qui cogitat domũ suam: nõ recedit a turture quęrẽte sibi nidũ: vbi ponat pullos suos. Non enĩ abijcit illos vbicũq̃: sed inuenit sibi nidum: vbi eos ponat. Dicimus autẽ fratres quod nostis: quia videntur p̃ter ecclesiã bona operari. Nõ multi enĩ pagani pascunt esurientẽ: vestiunt nudũ: suscipiunt hospitem: visitant ęgrotum: cõsolantur incl[u]sum. Nõ multi hęc faciunt: quasi videtur parere turtur: sed non sibi inuenit nidum. Nõ multa multi heretici nõ ea i ecctia operantur: nõ in nido pullos ponũt: conculcabuntur ɀ cõterent. ɀ nõ seruabũtur: nõ custodientur.

I In hui[9] enĩ carnis opationis psona posita est quędã mulier ab aplo paulo cũ ait: Adã nõ est seduct[9]: mulier aũt seducta est: Postea enĩ adã cõsensit mulieri: nam a serpente mulier seducta est. Nec modo potest aliqua mala suasio: nisi carnis tuę p̃mo desideriũ cõmoueret: cui postea si mẽte cõsenseris: cecidit ɀ passer. Si autẽ vincuntur desideria carnis: tenentur mẽbra ad opa bona: auferuntur arma cõcupiscentię: ɀ incipit turtur habere pullos. Propterea quid ibi ait apls: Salua aũt erit p filiorũ generationẽ. Mulier vidua sine filiis si pseuerauerit: nõne beatior erit: Nũquid salua nõ erit: qɀ nõ parit filios: Uirgo dei nõne melior erit: Nũquid salua nõ erit: quia filios nõ habet: aut ad deum nõ ptinet: Salua ergo erit mulier quę in corpo carnis accipitur p filiorũ generationẽ: id est si faciat opera bona. Sed nõ vbicũq̃ turtur inueniat nidum sibi. ibi ponat pullos suos. In fide vera: in fide catholica: i societate vnitatis ecclesię: pariat opa sua. Propterea ɀ de illa cum loqueretur aplus: ita subiecit: Salua aũt erit p filioꝝ generationẽ. si pmanserit in fide ɀ dilectione ɀ sanctificatione cum sobrietate. Permanẽdo ergo in fide: ipsa fides nidus est pullorũ tuorũ. Nam p̃pter infirmitatẽ pullorũ turturis tuę: dignatus est domin[9] p̃bere tibi vnde nidũ facere. Indut[9] est enĩ fęno carnis: vt ad te veniret: In ista fide pone pullos tuos: in isto nido opare opera tua. Qui enim sunt nidi: vel quis est nidus: Sequitur statim. Altaria tua domine deus virtutũ: Cũ dixisset: Et turtur inuenit sibi nidum: vbi ponat pullos suos: quasi quęsisses quem nidũ: Altaria tua domine virtutum. Rex meus et deus meus. Quid est: rex meus ɀ deus meus: Qui regis me: qui creasti me. Sed hic nidus est: ɀ hic pegrinatio: ɀ hic suspirium: ɀ hic tritura: ɀ hic pssura: qɀ hic torcular. Quid est autẽ qd desiderat: Quid cõcupiscat: Quo it: Quo tendit desiderium nostrũ: Quo nos rapit: Hic positus illa meditatur: positus inter temptationes: positus inter pssuras: positus in torcularibus: suspirans in supna pmissa: quasi quid ibi acturus: iam p̃meditatur gaudia futura.

K Beati inquit qui habitãt in domo tua. Unde beati: Quid habituri: Quid acturi: Oẽs qui beati dicuntur in terra: habent aliquid: ɀ agũt aliquid. Beatus est hõ ille: q tot p̃dia: tanta familia: tanto auro ɀ argẽto habendo: beatus dicitur. Beatus est: ad illos honores peruenit: ad pcõsulatũ: ad p̃fecturam agendã. Beatus q dicitur: aut habendo: aut agendo. Unde aũt ibi beati: Quid habituri: Quid acturi: Quid habituri iã supra dixi: Beati q habitant in domo tua. Domũ tuã si habueris pauper es: domũ dei si habueris diues es. In domo tua timebis latrones: domus dei mur[9] ipse deus est. Beati ergo qui habitant in domo tua. Possident hierusalẽ celestem sine angustia: sine pssura: sine diuersitate ɀ diuisione limitũ: Omnes habẽt eam: et singuli habent totã. Magnę illę diuitię: Nõ angustat frater fratrem: nulla ibi indigẽtia est. Quid ergo ibi acturi: Omniũ enim actionum humanarũ mater: necessitas. Iam fratres breuiter dixi: Currite animo p quaslibet actiões: videte si eas parit nisi

Margin notes: [Rom. 12] · [Rom. 12] · [Psal. 101] · [Esa. 58] · [Matth. 6] · I. Timoth. 2. · Gen. 3. · I. Timoth. 2. · I. Cor. 7. · Al. ĩ nõ habet.

necessitas. Ipse memorabiles artes que magne vi-
dentur in subueniendo patrocinia lingue: et adiutoria
medicine: ipse sunt enim in hoc seculo excellentes actio-
nes. Tolle litigatores: quibus opitulatur aduocatus?
Tolle vulnera et morbos: quid curat medicus? Et omnes
iste actiones nostre ad quotidianam vitam: que exiguntur et
fiunt ex necessitate veniunt. Arare: seminare: nouellare:
nauigare: talia omnia opera quis parit nisi necessitas et indi-
gentia? Tolle famem: sitim: nuditatem: cui opus sunt ista
omnia? Hec sunt que nobis iubentur bona opera. Nam ista
que commemoraui honesta sunt: sed omnium hominum: exceptis
operibus pessimis: loquor: detestabilibus operibus: flagi-
tiis et facinoribus: homicidiis et effractoriis: adulte-
riis: illa nec reputo inter actiones humanas. Hec ho-
nesta loquor: non parit nisi necessitas: necessitas fragi-
litatis carnalis. Hec etiam que dixi iuberi nobis: Frange
Esa.58. esurienti panem tuum. Cui frangis vbi nemo esurit? Ege-
num sine tecto induc in domum tuam. Quem hospitem susci-
Matth.25. pis: vbi omnes in patria sua viuunt? Quem visitas egro-
tum: vbi perpetua sanitate gaudent? Quem concordas
litigiosum: vbi pax sempiterna est? Quem sepelis mor-
tuum: vbi semper viuitur? Nihil ergo horum acturus eris
ex operibus honestis illis omnium hominum: nihil acturus
es ex istis bonis operibus: quia isti pulli turturis iam
R. volabant de nido. Quid ergo? Iam dixisti quid ha-
bituri sumus: Qui habitant in domo tua beati sunt. Dic
etiam quid acturi sunt: quia non ibi video aliquas ne-
cessitates que me impellant ad agendum. Ecce modo quod
loquor et disputo: necessitas parit. Numquid enim ibi ta-
lis disputatio erit: quasi doceat ignaros: quasi comme-
moret obliuiosos? Aut vero in illa patria euangelium reci-
tabitur: vbi ipsum dei verbum contemplabitur? Ergo quia dixit
iste desiderans et suspirans ex voce nostra: quid habituri su-
mus in illa patria: cui suspiratur et ait: Beati qui habitant
in domo tua: dicat et quid acturi sumus. In secula se-
culorum laudabunt te. Hoc erit totum negocium no-
strum: sine defectu: alleluia. Non vobis fratres videatur
quasi fastidium ibi futurum: quia si modo hoc diu dicatis: non
duratis ab illo gaudio: necessitas vos auertit. Et quia
non tantum delectat quod non videtur: si tanta alacritate in ipsa
pressura et fragilitate carnis laudamus quod credimus:
1.Cor.15. Quomodo laudabimus quod videbimus? Cum absorpta fue-
rit mors in victoria: cum mortale hoc induerit immor-
talitatem: et corruptibile hoc induerit incorruptionem:
nemo dicet: diu steti: nemo dicet: diu ieiunaui: diu
vigilaui. Stabilitas enim magna ibi: et ipsa immortali-
tas iam corporis nostri suspenditur in contemplatione dei.
Et si modo verbum hoc quod vobis erogamus tamdiu fra-
gilitatem carnis nostre stantem tenet: quid nobis faciet
illud gaudium? Quomodo nos mutabit? Similes enim ei
1.Ioh.3. erimus: quoniam videbimus eum sicuti est. Iam similes
illi: quando deficiemus? Quo auertemur? Securi quia
simus fratres: non nos satiabit nisi laus dei. Si defi-
cias ab amore: deficies a laude. Si autem amor sempi-
ternus erit: quia illa insatiabilis pulchritudo erit: noli
timere: ne non possis semper laudare: quem semper poteris
M amare. Ergo beati qui habitant in domo tua: in secu-
la seculorum laudabunt te. Huic vite suspiremus. Sed
Al. [illegible] abs te. quomodo illuc veniemus? Beatus vir cuius est †susce-
ptio eius abs te domine. Intellexit vbi esset: quia per
fragilitatem carnis sue ad illam beatitudinem volare
non posset. Circumspexit pondera sua: quia dicitur alio lo-
Sap.9. co: Corpus enim quod corrumpitur aggrauat animam: et de-
primit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem.
Spiritus sursum vocat: pondus carnis deorsum re-
uocat. Inter duos conatus suspensionis et ponderis col-
luctatio quedam est: et ipsa colluctatio ad pressuram pertinet
torcularis. Audi ipsam luctam de torculari ab apostolo
expressam: quia et ipse ibi conterebatur: ibi premebatur. Con-
delector inquit legi dei secundum interiorem hominem: Video Roma.7.
autem aliam legem in membris meis repugnantem legi
mentis mee: et captiuum me ducentem in lege peccati que
est in membris meis. Magna lucta: et euadendi ma-
gna desperatio: nisi subueniat de consequenti: Infelix Ibidem.
ego homo quis me liberabit de corpore mortis hu-
ius? Gratia dei per iesum christum dominum nostrum.
Ergo et hic in isto psalmo vidit illa gaudia: cogitauit
animo: Beati qui habitant in domo tua domine: in
secula seculorum laudabunt te. Sed quis illuc ascendet?
Quid faciam de carnis pondere? Beati qui habitant in
domo tua: in secula seculorum laudabunt te. Condelector
enim legi dei secundum interiorem hominem. Sed quid faciam?
Quomodo volabo? Quomodo perueniam? Video enim aliam
legem in membris meis repugnantem legi mentis mee.
Dixit se infelicem: et dixit: Quis me liberabit de cor-
pore mortis huius: vt inhabitem in domo domini: et in
secula seculorum laudem eum? Quis me liberabit? Gra-
tia dei per iesum christum dominum nostrum. Sicut ergo
in verbis apostoli illi difficultati: et quasi inextricabi-
li lucte subuenit quod subiecit: Gratia dei per iesum chri-
stum dominum nostrum: sic et hic cum suspiraret flammanti
desiderio in domum dei: et in illas laudes dei: conside-
rata grauedine corporis sui: et mole carnis sue: et despe-
ratione quadam suborta: rursus in spe euigilauit et ait:
Beatus vir cuius est susceptio eius abs te domine. Quid
ergo prestat deus in hac gratia et quem suscipit perdu-
cendum? Sequitur: et dicit: †Ascensus in corde eius. Al. [illegible]tiones.
Facit illi gradus quibus ascendat. Vbi illi facit gra-
dus? In corde. Quanto ergo plus amaueris: tanto
plus ascendes. Ascensus inquit in corde eius Dispo-
suit: Quisquis suscipit eum: Beatus enim: cuius est
susceptio eius abs te domine. Quia per se non potest: opus
est vt gratia tua suscipiat. Et quid facit gratia tua?
Disponit ascensus in corde. Vbi disponit ascensus?
In corde: †In conualle plorationis. Ecce habe- Al. [illegible]
tis torcular conuallem plorationis: Ipse lachryme pie
contribulatorum: mustum sunt amantium. Ascensus in cor-
de eius disposuit. Vbi quem disposuit? In conualle plo-
rationis. Hic enim disposuit ascensus in conualle plora-
tionis. Hic enim ploratur vbi seminatur. Euntes inquit Ps.125.
ibant et flebant mittentes semina sua. Ergo ascen-
sus in corde tuo sint dispositi a deo per gratiam ipsius.
Amando ascende: Inde cantatur canticum graduum. Et
vbi tibi disposuit hos ascensus? In corde in conualle
plorationis. Dixit vbi disposuit: quod disposuit. Quid
disposuit? Ascensus. Vbi? Intus in corde. In qua
regione: et quo habitationis loco? In conualle plora- R
tionis. Et quo ascendatur? In †locum quem †dispo- Al. [illegible]
suit. Quid est hoc fratres: in locum quem disposuit?
Quem locum diceret: quem disposuit: si dici posset: dictum
tibi est: Ascensus disposuit in corde: in conualle plo-
rationis. Queris quo: quid tibi dicturus est? Quod 1.Cor.2.
oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor homi-
nis ascendit. Collis est: mons est: terra est: pratum est?
Prope omnia ista dictus est locus ille: non quod sit per
proprietatem: sed per similitudinem. Videmus enim nunc 1.Cor.13.

p speculū in enigmate quid sit ille locus: tunc vide/
bimus facie ad faciem. Quis explicet: Noli ꝑ que/
rere qđ disposuit: i locū quem disposuit: Ipse nouit
qui ipse nouit qui disposuit quo te ducat: cui⁹ ascen
sus in corde disposuit. Quid times ascendere: ne er/
ret qui te ducit: Ecce in conualle plorationis dispo/
suit ascēsus: in locum quē disposuit. Ploramus mō.
Unde: Ubi dispositi sunt nostri ascensus. Unde plo
ramus: nisi inde vnde se miserū exclamabat aposto/
Rom. 7. lus: quia videbat aliā legem in membris suis repu/
gnantē legi mētis sue: Et vnde hoc nobis: Ex pena
peccati. Et putabam⁹ nos facile iustos esse posse q̄si
viribus nostris anteq̄ acciperem⁹ mandatū. Adue/
Ibidem. niente autē mādato peccatū reuixit: ego aūt mortu⁹
sum: hoc ait apostolus. Data est eñ lex hominibus:
nō que saluaret eos tam· sed p quam cognoscerent in
Gal. 3. qua egritudine iacebāt. Audi verba apostoli: Si eñ
data esset lex que posset viuificare: vere ex lege esset
iusticia: Sed cōclusit scriptura omnia sub peccato:
vt ꝓmissio ex fide iesu christi dareť credētibus: Ue/
niret gratia post legē: inueniret hominē non solū ia/
Rom. 7. centē sed iam etiā ꝯfitentē ⁊ dicentē: Miser ego hō:
quis me liberabit: de corpore mortis hui⁹: Ut opor
tune veniret medicus ad cōuallem plorationis ⁊ di/
ceret: Certe cognouisti: quia cecidisti: audi me vt sur
gas: qui me contempsisti vt caderes. Data est ergo
lex vt egrum de morbo cōuinceret: qui sibi sanus vi/
debať: vt peccata demōstrarenť: nō vt auferreť. De/
monstrato peccato p datam legem auctum est pec/
Ibidem. catū: quia peccatū est ⁊ cōtra legem. Occasione inq̄t
accepta: peccatū p mandatū operatū est i me omnē
concupiscentiā. Quid est: occasione accepta p man/
datū: Acceptū mandatū: Quasi virib⁹ suis conati
sunt facere hoīes: victi cōcupiscētia mādati etiā ipsi⁹
trāsgressione rei facti sūt. Sed qđ ait apostol⁹: Ubi
Rom. 5. autē abundauit peccatū: supabundauit gratia: id est
auctus est morbus: cōmendata est medicina: Pro/
pterea fratres: quinq̄ ille porticus salomonis: nun/
Joh. 5. quid curabant egrotos vbi erat piscina in medio eo/
rum: Et iacebant inquit egroti in quinq̄ porticib⁹:
in euangelio lectū habemus. Quinq̄ ille porticus:
lex est in q̄nq̄ libris moysi. Ad hoc ꝓducebanť egro
ti de domibus suis: vt iacerent in porticibus. Ergo
lex ꝓducebat egros: non sanabat: Sed benedictio/
Ibid. ne dei turbabať aqua: tanq̄ angelo descendēte. Ui/
sa aqua turbata: qui poterat vnus descendebat ⁊ sa/
nabatur. Aqua illa cincta quinq̄ porticibus: popu/
lus iudeorum erat lege conclusus. Hunc ꝯturbauit
domin⁹ ꝑsentia sua: vt occidereť. Nisi eñ descensu
suo domin⁹ ꝯturbaret populū iudeorū: nunq̄ cruci/
figereť. Itaq̄ ꝯturbata aqua: passionē domini signi
ficabat: que facta est ꝯturbata gente iudeoꝝ. In hāc
passionē credit languid⁹: tanq̄ i aquā turbatā descē
dens ⁊ sanabať. Qui nō sanabať lege: id est portici/
bus: sanať gratia p passionis fidē domini nostri iesu
christi. Unus: quia vnitas. Ergo ⁊ hic qđ ait: Ascē
sus in corde eius: disposuit in cōualle plorationis: in
locū quem disposuit. Iam in illo loco gaudebimus.
Quare autē in cōualle plorationis: Et ex qua con/
ualle plorationis: ad illum locum gaudia veniem⁹:
Nam et benedictionē: inquit: dabit ⁺qui
legem dedit. Affixit nos lege: pressit nos lege: ostē/

dit nos torcular: vidimus pressuram: carnis nostre tri
bulationē cognouimus: ingemuimus reuelante pec
cato. aduersus mentē nostram clamauimus: Miser Roma. 7.
ego homo: sub lege gemuimus. Quid restat: nisi vt
benedictionē det qui legem dedit: Aduenit gratia
post legem: ipsa est benedictio. Et quid nobis ꝑstitit
ista gratia ⁊ benedictio: ⁺Ambulabunt a virtu/ Al. ⁺Ibunt de
tibus in virtutē. Hic enim p gratiā multe virtu/ virtute.
tes danť. Alii quidem dať p spiritū sermo sapientie: i Cor. 12.
alij sermo scientie ꝑm eūdem spiritum: alij fides: alij
donatio sanitatum; alij genera linguarū; alij inter/
ꝑtatio sermonū: alij ꝓphetatio. Multe virtutes: sed
hic necessarie: ⁊ ab his virtutibus imus in virtutem.
Quā virtutē: Christū dei virtutem ⁊ dei sapientiā. i. Cor. 1.
Ipse dat diuersas virtutes in loco hoc: qui pro om/
nibus virtutibus necessarijs in conualle plorationis
⁊ vtilitatibus: dabit vnā virtutem seipsum. Nam et
virtutes agende vite nostre quattuor describunť a
multis: ⁊ in scriptura inueniunť. Prudentia dicitur:
qua dinoscimus iter bonū ⁊ malū. Iusticia dicitur:
qua sua cuiq̄ tribuimus: nemini quicq̄ debētes: sed Roma. 13.
omnes diligentes. Temperantia dicitur: qua libidi/
nes refrenam⁹. Fortitudo dicit; qua omnia molesta
toleramus. Iste virtutes nūc in cōualle plorationis
per gratiā dei donanť nobis. Ab his virtutib⁹ imus
in illam virtutē. Et que erit illa virtus: nisi solius cō/
templationis dei: Necessaria ibi nō erit ista prudē/
tia: vbi nulla mala occursura sūt que vitemus. Sed
quid putam⁹ fratres: Nō ista iusticia: vbi nulla erit
cuiusq̄ indigentia cui subuenire debeamus. Nō ista
temperātia: vbi nulla erit libido refrenāda: Non ista
fortitudo: vbi nulla erūt mala tolerāda. Ergo ab his
virtutibus huius actionis ibimus in virtutem illius
cōtemplationis: qua cōtemplemur deum: sicut scri/
ptū est: Mane astabo tibi ⁊ contemplabor. Et audi Ps. 5.
quia ab huius actionis virtutibus: in illam contem/
plationē ibimus. Sequiť ibi: Ibunt a virtutibus in
virtutē. Quam virtutē: Cōtemplandi. Quid est: cō
templandi: ⁺Apparebit deus deorū in sion. Al. ⁺videbit.
Deus deorum: christus christianoꝝ. Quomō deus
deorū: christ⁹ christianorū: Ego dixi dii estis: ⁊ filii Ps. 81.
altissimi omnes. Dedit eñ eis potestatē filios dei fi/ Joh. 1.
eri: ille in quē credimus: pulcher sponsus: qui hic ꝓ/
pter deformitatē nostrā deformis apparuit. Quia vi/ Esa. 53.
dimus eum inquit: ⁊ nō habebat speciem neq̄ deco/
rem. Finita omni necessitate mortalitatis: sicuti est
deus apud deū: verbū apud patrē: p quod facta sunt Joh. 1.
omnia: apparebit mūdis corde. Beati eñ mūdo cor/ Matth. 5.
de: quoniā ipsi deū videbunt. Apparebit deus deorū
in sion. Et rursus iste a cogitatione illorū gaudiorū:
redit ad suspiria sua. Uidet quid ꝑuenerit spe: et vbi
adhuc sit re. Apparebit tūc deus deorū in sion. Hoc
est: vnde gaudebimus: ipsum in secula seculorū lau/
dabimus. Sed adhuc nō temp⁹ est orandi: tempus
deprecandi: ⁊ si aliquantulū gaudendi: sed adhuc in
spe: In pegrinatione sumus: in cōualle plorationis
sumus. Ad huius ergo loci gemitum rediens dicit:
Domine de⁹ virtutū exaudi ⁺precem meā: Al. orationē.
auribus percipe deus iacob. Quia et ipsum
iacob fecisti: ⁊ de iacob israel. Apparuit eñ illi deus; Gen. 32.
⁊ dictus est israel: videns deum. Audi ergo me deus
iacob: ⁊ fac me israel. Quādo fiam israel: Cum appa/

rebit deus deorum in sion. Protector noster aspice deus: Sub vmbra alarū tuarū sperabūt. Ideo protector noster aspice deus. Et respice in faciem christi tui. Quādo enī nō respexit in faciem christi sui deus? Quid est respice in faciem christi tui? Per faciem innotescimus. Quid est ergo respice in faciem christi tui? Fac innotescere omnibus christū tuum. Respice in faciem christi tui: notus sit omnib⁹ christus tuus: vt possimus ire a virtutibus in virtutem:
Roma. 5. et possit supabundare gratia: quoniā abundauit pec-
Al. Quia. catū. Quoniā melior est dies vna in atrijs
O tuis: sup milia. Atria illa sunt in que suspirabat: in que deficiebat. Desiderat et deficit anima mea in atria domini. Melior ibi est dies vna super milia dierum. Milia dierū desiderant homies: et multū volūt hic viuere. Cōtemnant milia dierū: desiderēt vnū diem qui nō habet ortum et occasum. Vnū diem: diē sempiternū: cui nō cedit hesternus: quem nō vrget crastinus. Ipse vnus dies desideretur a nobis. Quid nobis est cum milibus dierū? Imus a milibus dierum ad vnū diem. Ad vnū diem festinemus: sicut imus a
Al. t abiectus esse virtutibus in virtutē. Elegi abijci in domo
t dei mei. domini: magis quā habitare in tabernaculis peccatorū. Inuenit enim iste cōuallem plorationis: inuenit iste humilitatē vnde ascēdat. Scit quia si se extollere voluerit cadet: si se hūiliauerit erigetur: eligit abijci vt subleuetur. Quā multi pter tabernaculū hoc torcularis dñici: id est pter ecclesiam catholicā volentes subleuari: et amātes honores suos: nolunt cognoscere veritatē: si esset illis in corde versus iste: Elegi abijci in domo domini: magis quā habitare in tabernaculis peccatorū: Nōne abijcerent honores: et currerent ad conuallem plorationis: et hinc inuenirent ascensus in corde: et hinc irent a virtutib⁹ in virtutem: ponentes spem suam in christo: non in nescio quo homie? Bona vox: gaudēda vox: eligēda vox: Elegi abijci in domo domini: magis quā habitare in tabernaculis peccatorū. Ipse elegit abijci in domo domini: sed ille qui inuitauit ad cōuiuiū eligentē in-
Luc. 14. feriorem locū: vocat ad superiorē et dicet illi: Ascende. Ipse tamē nō elegit nisi esse in domo domini: in quocūqz loco: nō tamē extra limē. Quare elegit abiectus esse in domo dñi magis quā habitare in taber-
R naculis peccatorū? Quia misericordiā et veritatem diligit deus. Dominus misericordiā diligit: qua mihi primo subuenit: Veritatem diligit: vt credenti det quod pmisit. Audi misericordiā et veritatē in apostolo paulo: prius saulo psecutore: Indi-
I. Timoth. 1. gebat misericordia: et dixit in se factā: Qui prius fui blasphemus: et psecutor: et iniuriosus: sed misericordiam cōsecutus sum: vt in me ostenderet christus iesus omnē longanimitatē: in eos qui credituri sunt illi in vitam eternā: vt cum indulgentiā tantorū scelerū acciperet paulus: nemo desperare posset sibi donari quecūqz peccata. Ecce habes misericordiā: Noluit tunc deus exercere veritatem: vt puniret peccantē. Etenim si puniretur peccator: nōne veritas esset? Aut auderet dicere: nō debeo puniri: qui nō posset dicere nō peccaui? Et si diceret: Non peccaui: cui diceret? Quē falleret? Ergo primo dominus misericordiā in [illegible] erogauit: post misericordiam: veritatem: Audi [illegible] exigentem veritatē. Primo ergo inquit misericordiā cōsecutus sum: qui prius fui blasphemus
I. Cor. 15. et psecutor et iniuriosus. sed gratia dei sum id quod sum.
2. Timo. 4. Postea dicit cum passioni appinquaret: Bonū agonem certaui: cursum cōsummaui: fidem seruaui: supest mihi corona iusticie. Ille qui tribuit misericordiā: seruat veritatem. Vnde seruat veritatē? Quā reddet [illegible] mihi domin⁹ in illo die iustus iudex. Indulgentiam donauit: coronam reddet. Donator est indulgentie: debitor corone. Vnde debitor? Accepit aliquid? Cui debet aliquid deus? Ecce videmus: quia tenet eum debitorem paulus: Cōsecutus est misericordiā: exigens veritatē: Reddet mihi inquit dominus in illo die. Quid tibi reddet: nisi quod tibi debet? Vnde tibi debet? Quid ei dedisti? Quis prior dedit illi: et retribuetur ei? Debitorē dominus ipse fecit se: nō accipiendo sed pmittendo. Non ei dicitur: Redde quod accepisti: sed redde quod pmisisti. Misericordiam mihi erogauit inquit: vt faceret me innocentē: Nā prius I. Timoth. 1.
fui blasphem⁹ et iniuriosus: sed ex illius gratia fact⁹ sum innocens. Ille autē qui erogauit misericordiā: negare poterit debitū? Diligit misericordiā et veritatem. Gratiam et gloriā dabit. Quam gratiā: [illegible]
nisi de qua ipse dixit: Gratia dei sum id quod sum? I. Cor. 15.
Quā gloriā: nisi de qua ipse dixit: Supest mihi co- 2. Timo. 4.
rona iusticie? Ideo domin⁹ inquit: Nō priuabit bonis ambulantes in innocentia. Quare ergo homies nō vultis tenere innocentiā: nisi vt habeatis bona? Non vultis tenere innocentiā: vt non reddat quod ille assignat? Aurū vult habere et pdit innocentiā. Quid lucratur? Quid damnificatur? Habet lucrum auri: passus est damnū innocentie. Est aliquid preciosius innocentia? Sed si innocentiā retinebo inquit pauper ero. Parue ne diuitie ipsa innocentia? Si arcam plenā auro habueris diues eris: si cor habueris plenū innocentia pauper eris? Sed hec bona desideras: mō in egestate: in tribulatione: in cōualle plorationis: in pssura: in temptatiōibus: serua innocentiā. Erit enī postea etiam bonū tuum quod desideras: requies: eternitas: imortalitas: impassibilitas erit postea. Ipsa sunt bona que seruat deus iustis suis. Nam bona que modo desideras pro magno: ppter que vis esse nocens et nō innocens: attende illa que habeant qui talibus abūdant. Vides diuitias apud latrones: apud impios: apud sceleratos: apud turpes: apud flagitiosos et facinorosos vides diuitias: dat illis deus ista ppter cōmunionē generis humani: ppter abundantē
Math. 5. affluentiā bonitatis sue: qui etiam solem suū oriri facit sup bonos et malos: et pluit sup iustos et iniustos. Tanta dat et malis: et tibi nihil seruat? Falsum est quod tibi pmisit? Seruat: securus esto. Qui misertus est tui cum esses impius: deseret te cum factus es pius? Qui peccatori donauit mortem filij sui: quid seruat saluato p mortē filij sui? Securus ergo esto: Tene debitorē: quia credidisti in pmissorem. Dominus nō priuabit bonis ambulantes in [illegible]
innocentia. Ergo quid nobis hic restat in torculari: in afflictione: in re dura: in psentia vite piculose? Quid nobis restat vt illuc perueniamus? Domine deus virtutum: beatus homo qui sperat [illegible]
in te.

Explicit Tractat⁹ de ps. LXXXIII.

a Incipit Tractat⁹ de ps. LXXXIIII.

Deprecati sumus dominū deum nostrum: vt
b ostendat nobis misericordiā suam: ꝛ saluta
re suum det nobis. Dictū est hoc quidem in
ꝓpheta cum pmū psalmi isti dicerent: et scriberent:
Ceterū qd attinet ad hoc temp⁹: iam ostēdit domi
nus gentibus misericordiā suam: ꝛ dedit eis salutare
suum. Ille quidem ostendit: sed multi sanari nolunt:
vt videant hoc qd ostendit. Sed quia ipse sanat ocu
los cordis ad videndū se: ꝓpterea cum dixisset: Ostē
Ps. 84. de nobis domine misericordiā tuā. tanq̄ⷬ multis ce
cis dicturis: quomō videbimus: cum ceperit osten
dere: adiunxit: Et salutare tuū da nobis. Dando eñ
salutare suum sanat in nobis vnde possimus videre
quod ostendit: nō quomō medicus homo ipse curat
vt lucē istā ostendat eis quos curauerit: Et aliud est
ista lux quā demōstraturus est: aliud autē ipse medi
cus qui curat oculos quib⁹ ostendat lucem: que lux
non est ipse medicus. Non ergo sic dominus deus
noster. Ipse est eñ medicus qui curat vnde nos vi
dere possimus: ꝛ ipse est lux quam videre possum⁹.
Totū tamē psalmū breuiter quātū possumus: quā
tum donat domin⁹ p angustia temporis attēti cur
ramus. Titulus eius est: In finem: filijs cho
B re psalmus. Finē non intelligamus: nisi quē dicit
Roma. 10. apostolus: Finis eñ legis christus ad iusticiā omni
credenti. Ergo cum primo in titulo psalmi positū: in
finem. dirige cor nostrū in christū. In illum si inten
Jo. 14. damus nō errabimus: quia ipse est veritas quo festi
namus: et ipse est via p quā currimus. Quid est: fi
lijs chore? Interpretat̄ chore ex verbo hebreo i la
tinū: caluum. Ergo filijs chore: filijs calui. Quis est
iste caluus? Non vt irrideam⁹ illū: sed vt ploremus
ante illum. Nā ꝛ irriserūt illum quidā: ꝛ a demonib⁹
4. Reg. 2. vexati sunt: quomō in regnoꝝ libro caluū heliseum
irriserunt pueri: dicebantq̄ⷬ post illum: Calue calue:
processerunt vrsi de sylua et comederunt pueros male
ridentes: ꝛ plangēdos a parētibus suis. Significa
uit hoc factū ꝓpheta quadam: futurū dominū no
strū iesum christum. Ille enim a iudeis irridentibus
Math. 27. velut caluus irrisus est: qui in caluarie loco crucifix⁹
est. Nos autē si in illum crediderim⁹: filij ipsius su
mus. Nobis ergo cantat̄ psalmus iste: vbi inscribit̄:
Filijs chore. Sumus enim filij sponsi. Ille quippe
spōsus dans arras spōse sue: sanguinē suū et spiritū
suū: quo locupletauit nos interim in ista pegrinatio
ne: adhuc autē seruat nobis occultas diuitias suas.
Unde enim tale pignus dedit? Quid est qd seruat?
Itaq̄ⷬ cantat ei ꝓpheta in futurū: ꝛ vtitur verbis q̄si
iam preteriti temporis: tanq̄ⷬ facta dicit que futura
erant: quia apud deum ꝛ qd futurū est: iam factū est.
Ibi ergo ꝓpheta videbat futura nobis: iam xp̄o fa
cta in illius prouidentia et p̄destinatione certissima:
quomō dicit ꝛ in illo psalmo vbi oēs christū agno
scunt? Sic eñ recitatus est psalmus tanq̄ⷬ euāgeliū
Psal. 21. legit̄: Foderūt manus meas ꝛ pedes meos: dinu
merauerūt oīa ossa mea: Ipsi xp̄o cōsiderauerūt et
cōspexerūt me: diuiserūt sibi vestimēta mea: ꝛ super
vestem meā miserūt sortem. Quis nō legente lecto
re psalmū: agnoscat euāgeliū? Et tamē cum diceret̄
in psalmo: nō dictū est: Fossuri sunt manus meas ꝛ
pedes: sed foderūt manus meas ꝛ pedes: Nec dictū
est: Dinumeraturi sunt ossa mea: sed dinumerauerunt ossa mea: Nec dictū est: Diuisuri sūt vestimēta
mea: sed diuiserunt sibi vestimēta mea. Hec omnia
que futura videbat ꝓpheta: tanq̄ⷬ p̄terita indicabat:
Sic et hic.

Expositio psalmi.

Benedixisti domine terrā tuam: Tan
b q̄ⷬ iam fecerit. Auertisti captiuitatem
iacob. Populus eius antiquus iacob. Ia C
cob populus israel natus de semine abrae in repro
missione: futurus aliquādo heres dei erat. Quidam
ergo ille populus cui datum est testamentū vetus:
figurabat testamentū nouum. Illa figura erat: hec
expressio veritatis. In illa autem figura s̄m quā
dam p̄nunciationem futurorum: data est illi populo
terra quedam promissionis in quadam regione vbi
habitauit populus iudeorum: vbi est etiam hierusa
lem ciuitas: cuius nomen omnes audiuimus. Hanc
ergo terrā cum accepisset ille populus ab hostibus
suis vicinis circūquaq̄ⷬ inimicātibus: multas mole
stias patiebat̄: Et cū peccabat in deum suum: daba
tur in captiuitatē: nō ad interitū: sed ad disciplinam:
nō damnāte patre: sed flagellāte: ꝛ cum obsessa esset
liberabat̄: Et aliquotiēs captiuata est: et liberata est
illa gens: ꝛ modo in captiuitate est: ꝛ hoc ꝑ peccato
magno quod dominū suum crucifixit. Quid igitur
scdm̄ istos accipimus qd ait: Auertisti captiuitatem
iacob? An forte intelligimus hic aliam captiuitatem
de qua omnes nos volumus liberari? Nam omnes
ptinemus ad iacob: si ptinemus ad semē abrae. Hoc
eñ dicit apostol⁹: In isaac vocabit̄ tibi semen: id est Roma. 9.
non hi qui filij carnis hi filij dei: sed filij ꝓmissionis
in semē deputant̄. Si filij ꝓmissionis: in semē depu
tant̄: offendendo dominū iudei degenerauerūt: nos
ꝓmerendo deum: de genere abrae facti sumus: non
ptinentes ad carnem: sed ptinentes ad fidē. Imitati
eñ fidem: filij facti sumus: illi autē degenerando a fi
de exheredidari meruerūt. Nā vt hoc noueritis: qr
pdiderunt illud quod nati erant de abraā: cum se ar
roganter iactarent: audiēte dño nostro iesu christo:
gloriātes de sanguīe: ꝛ nō de vita: ꝛ dicerēt domino:
Nos patrē habemus abraam. Et ait illis dominus Joh. 8.
tanq̄ⷬ degenerantibus: Si filij abrae estis: facta abrae Ibidem.
facite. Si ergo illi ꝓpterea iam nō filij: quia nō facie
bant facta abrae: nos ꝓpterea filij: quia facimus fa
cta abrae. Que sunt facta abrae que facimus? Cre Gen. 15.
didit autē abraam deo: ꝛ deputatū est illi ad iusticiā. Gal. 3.
Ergo omnes ad iacob pertinemus: imitantes abrae
fidem: qui credidit deo: et deputatum est illi ad iusti
tiam. Que est ergo illa captiuitas: vnde nos volu D
mus liberari? Puto enim neminē nostrū modo esse
apud barbaros: nec aliquā gentē irruisse armatam:
ꝛ captiuos duxisse nos. Sed modo ostēdo quādam
captiuitatē in qua gemimus: ꝛ vnde nos liberari cu
pimus. Paulus apostolus ꝓcedat: ꝛ ipse illā dicat:
Sit ipse speculū nostrū: ille loquat̄ ꝛ nos ibi videa
mus. Nemo est eñ qui nō se hic agnoscat. Ait ergo
ille beatus apostolus: Cōdelector enim legi dei s̄m Roma. 7.
interiorē hominē. Intus me delectat lex dei. Video
aūt aliā legē in membris meis repugnātem legi mē
tis mee. Iam audisti legem: audi pugnā: Captiui
tatem necdum audieras: audi que sequunt̄: Repu
gnantē inquit legi mentis mee: ꝛ captiuū me ducen
tem in lege peccati que est in mēbris meis. Agnoui

mus enim captiuitatē: Quis nostrū est q̄ nolit se de ista captiuitate liberari? Et vn̄ liberabimur? Quoniā hoc cantauit iste psalmus futurū: Auertisti captiuitatem iacob. Cui dixit? Christo: propter in finē: propter filios chore: Ille enim auertit captiuitatem iacob. Audi ⁊ ipsum paulū confitentē: Cum diceret se trahi captiuū a lege in membris suis repugnantē legi mentis sue: exclamauit sub illa captiuitate ⁊ ait:
Ibidem. Infelix ego homo: quis me liberabit de corpe mortis huius? Quesiuit qs esset: ⁊ statī illi occurrit: Gratia dei: per iesum christum dominū nostrū. De hac gratia dei ꝓpheta dicit huic domino nostro iesu christo: Auertisti captiuitatē iacob. Attendite captiuitatem iacob: attēdite: quia hoc est: auertisti captiuitatem nostram: non liberando nos a barbaris in quos non incurrimus: sed liberando nos ab operibus malis: a peccatis nostris ꝑ que nobis sathanas dominabat. Si quis enim liberatus fuerit a peccatis suis: non habet vnde ei dominet princeps peccatorum. Quomō enim auertit captiuitatem iacob? Videte quia ista liberatio spiritualis est. Videte quia intus agi-
E tur. Remisisti inquit: iniquitatē plebis tue: operuisti omnia peccata eorum. Ecce vnde auertit captiuitatē: qa remisisti iniquitatē. Iniquitas tenebat captiuum: remissa iniquitate liberaris. Confitere ergo te esse in captiuitate: vt dignus sis liberari. Nam qui hostem suū non intelligit: quomō inuocat liberatorem? Operuisti omnia peccata eorum. Quid est operuisti? Ut non illa videres. Quid est: vt nō illa videres? Ut nō i illa vindicares. Noluisti videre peccata nostra: ⁊ ideo nō vidisti: quia ipsa videre noluisti. Operuisti omnia peccata eorum.
Al. mitigasti †Sedasti omnē iram tuā: auertisti ab ira indignationis tue. Et quoniā de futuro ista dicunt: q̄uis verba preterita sonent. Sequit et dicit:
Al. salutaris noster. Conuerte nos domine †sanitatū nostrarū. Quomō narrabat quasi factum esset: ⁊ quomō orat vt fiat: nisi quia voluit ostendere p̄terita verba se in ꝓphetia dixisse: nōdum autem factum esse quod dicebat iam factū? Hinc ostēdit: quia orat vt fiat. Cōuerte nos domine sanitatū nostrarum. Et auerte
Al. iram. †iracundiā tuam a nobis. Nōne iam dudum dicebat: Auertisti captiuitatem iacob: operuisti omnia peccata eorū: Sedasti omnē iram tuam: auersus es ab ira indignatiōis tue: quomō et hic est: Auerte iracundiā tuā a nobis? Respondet tibi ꝓpheta: Illa dico quasi facta: quia video futura: Quia vo nondū
F facta sunt: oro vt veniant que iam vidi. Auerte ira-
Al. † Nūquid. †irasceris. cundiā tuam a nobis. †Non in eternū †irascaris nobis. De ira eī dei mortales sumus. ⁊ de ira
Gen. 3. dei in ista terra in egestate ⁊ labore vultus nostri mā-ducamus panem. Hoc eī audiuit adam quādo peccauit: ⁊ adam ille omnes nos eramus: quia in adam omnes moriunt. Qd ille audiuit: secutum est ⁊ nos. Non eī eramus iam nos: sed eramus in adā: Ideo quicquid euenit ipsi adam: secutū est ⁊ nos: vt moreremur. Omnes quippe i illo fuimus. Ea eī peccata parentū nō ꝑtinent ad filios que faciūt parentes iā natis filijs. Iam enim nati filij ad se ꝑtinent: ⁊ paren-
Ezec. 1. sent. d. 33. Sed vide. tes ad se ꝑtinent. Itaqz illi qui nati sunt si tenuerint vias parentū suorum malas: necesse est vt portent ⁊ merita ipsorum. Si autē mutauerint se ⁊ non fuerint imitati parentes malos: incipiunt habere meritum

suum: non meritū parentū suorum. Usqz adeo autē non tibi obest peccatū patris tui si te mutaueris: vt nec ipsi patri tuo obsit si se mutauerit. Hoc iam qd accepit ad mortalitatē: ista radix nostra duxit de adam. Quid duxit? Istā fragilitatē carnis: hoc tormentū dolorū: hanc domū paupertatis: hoc vinculū mortis: et laqueos temptationū. Portamus omnia ista i carne hac: ⁊ ira dei est ista: quia vindicta dei est. Sed quia futurū erat vt regeneraremur: ⁊ credēdo noui efficeremur: atqz in resurrectiōe omnis ista mortalitas absumeret: ⁊ nouitas totius hominis repararet. Sicut eī in adam omnes moriunt: sic et in christo omnes 1. Cor. 15.
viuificabunt. Hoc videns ꝓpheta: ait: Non in eternum irascaris nobis. †Uel †extendas iram tuā Al. †Et †extendas.
a generatione i generationē. Fuit ꝓma generatio mortalis de ira tua: erit altera generatio imortalis de misericordia dei. Quid ergo? Hoc tibi ꝓstitisti tu o homo: vt quia cōuersus es ad deum: mere- G
aris misericordiā ipsius? Qui autē cōuersi nō sunt: non sunt adepti misericordiā: sed inuenerunt iram. Quid autē? Ut cōuerteteris posses: nisi vocareris? Nōne ille qui te vocauit auersum: ipse ꝓstitit vt conuerteteris? Noli ergo tibi arrogare nec ipsā cōuersionē: quia nisi te ille vocaret fugientem: non posses cōuerti. Propterea et ipsius cōuersionis beneficiū deo tribuens ꝓpheta orat ⁊ dicit: Deus tu †con- Al. ...
uertens viuificabis nos. Et non quasi nos ꝑ nos i nostra sponte sine misericordia tua conuertimur ad te: ⁊ tu viuificabis nos: sed tu cōuertens viuificabis nos: vt nō solum viuificatio nostra a te sit: sed etiam ipsa cōuersio vt viuificemur. Deus tu cōuertens viuificabis nos. Et plebs tua letabit in te. Malo suo letabit in se: bono suo letabit in te. Quādo eī voluit habere gaudia de se: inuenit planctū i se. Nūc ergo quia totū gaudiū nostrū deus est: qui vult securus gaudere: i illo gaudeat qui nō potest perire. Quid enim fratres mei gaudere vultis in argento? Aut argentū perit: aut tu: ⁊ nemo scit qd prius. Uerūtamē illud constat: quia vtrūqz periturū est: quid prius: incertū est. Nam nec hō hic potest manere semp: nec argentū hic potest manere semp: Sic aurū: sic vestis: sic domus: sic pecunia: sic lata predia: sic postremo lux ista. Noli ergo velle gaudere in istis: sed gaude in illa luce que nō habet occasum. Gaude in illa luce quā nō p̄cedit hesternus dies: nec sequit crastinus. Quid est ista lux? Ego sum inquit lux mūdi. Qui ti- Io. 8.
bi dicit: Ego sum lux mūdi: vocat te ad se. Cū vocat te: cōuertit te: cum cōuertit te: sanat te: cū sanauerit te: videbis cōuersorem tuum: cui dicit: Et plebs tua H
letabit in te. Ostende nobis domine misericordiā tuam. Hoc est qd cantauimus: ⁊ iam hinc diximus: Ostende nobis dn̄e misericordiā tuā: Et salutare tuū da nobis. Salutare tuū: christum tuū. Felix est cui ostendit deus misericordiā suam. Ipse est qui superbire non potest: cui deus ostendit misericordiā suam. Ostendendo eī illi misericordiā suam ꝑsuadet illi: quia quicquid boni habet ipse hō: non habet nisi ab illo: quia omne bonum nostrū ipse est. Et cum viderit homo quicquid boni habet non se habere a se: sed a deo suo: videt quia totū quod in illo laudat: de misericordia dei est: nō de merito ipsius. Et videndo ista nō superbit: non superbiendo non extollit: non se extollendo non cadit: non cadendo stat:

Rendo subpretiab grendo manet:manendo pfruit⁊ letatur in domino deo suo. Erunt illi delitie: ipse qui fecit illum: et delitias ipsas nemo eorum pit: nemo interpellat: nemo aufert. Quis potens mutabit auferre: Quis vicinus malus: quis latro: quis insidiator tibi tollit deum: Et potest tibi tollere totū qd̄ possides corpore: non tibi tollit eum quē possides corde. Ipsa est misericordia quā vtinā deus ostēdat nobis. Ostēde nobis dn̄e mi̇sericordiā tuā: ⁊ salutare tuū da nobis. Christū tuū da nobis. In illo em̄ ē misericordia tua. dicam⁹ illi ⁊ nos: da nobis christū tuū. Iam quidem dedit nobis christū suū: Adhuc tn̄ illi dicamus: Da nobis christū tuū: quia dicimus illi: Panē
Matt. 6. nostrū quotidianū da nobis hodie. Et quis est pa-
Jo. 6. nis noster: nisi ipse qui dixit: Ego sum panis viuus qui de celo descendi: Dicamus illi: Da nobis christū tuū. Dedit em̄ nobis christū: sed hominē quē nouimus: Dedit hominē: cum ipsum nobis daturus est deū. Hominib⁹ enim hominē dedit: quia talē illum hominib⁹ dedit: qualis posset capi ab hominibus. Deū enim christū nullus hominū capere poterat. Factus est hominib⁹ homo: seruauit se deum diis. An forte arroganter dixi: Reuera arroganter: nisi
Psal. 81. ipse dixisset: Ego dixi dii estis: et filii altissimi omnes. Ad hanc ipsam adoptionē reuocamur: vt efficiamur filii dei. Iam quidem sumus: sed p fidem. Sumus
Ro. 8. quidē: sed in spe: nōdum sumus in re. Spe em̄ salui facti sumus: sicut dicit apostolus. Spes aūt que videt non est spes. Quod enim videt quis: quid sperat: Si autē qd̄ non videmus speramus: p patientiā expectamus. Quid enim expectamus p patientiā: nisi videre quod credimus: Modo enim credimus quod nō videmus: pmanendo in eo quod credentes nō videmus: merebimur videre qd̄ credimus. Pro-
1. Jo. 3. pterea Joannes in epistola sua: quid ait: Dilectissimi: filii dei sum⁹: ⁊ nōdū apparuit quid erim⁹. Quis nō exultet si subito (nescio cui pegrinanti et ignoranti genus suum) patienti aliquā egestatem ⁊ erumnā: ⁊ i labore cōstituto diceret: Filius senatoris es: pater tuus amplo patrimonio gaudet in re vera: reuoco te ad patrē tuum: Quali gaudio exultaret: si hoc nō fallax pmissor diceret: Venit ergo nō fallax apostolus christi ⁊ ait: Quid est quod de vobis speratis: Quid est qd̄ vos affligitis ⁊ merore cōteritis: Quid est qd̄ cōcupiscētias vestras sequēdo i egestate istarū voluptatū cōteri vultis: Habetis patrē: habetis patriā: habetis patrimoniū. Quis ē iste pr̄: Dilectissimi filii dei sumus. Quare ḡ nondū videm⁹ patrē nostrū: Quia nōdum apparuit quid erimus. Iam sumus: sed in spe: Nā quid erimus: nōdum apparuit.
1. Jo. 3. Et quid erimus: Scimus inquit: quia cum apparuerit: similes ei erimus: quoniā videbimus eum sicuti est. Sed hoc de patre dixit: de filio autē domino nostro iesu christo nō dixit: Et forte videndo patrē: nō videndo filium erimus beati: Ipsum audi christū:
Jo. 14. Qui me videt: videt ⁊ patrē. Cum em̄ vnus deus videtur: trinitas videt: pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus. Audi expressius: quia ipsius filii visio tribuet nobis beatitudinē: ⁊ nihil interest inter visionem ipsius et
Ibidem. visionem patris. Ipse ait in euangelio: Qui diligit me mandata mea custodit: et ego diligam illum: et ostendā meipsū illi. Loquebat illis ⁊ dicebat: Ostēdam meipsum illi. Quare: Non erat ipse qui loquebat: Sed carnem caro videbat: diuinitatē caro non videbat. Ad hoc autē caro carnem vidit: vt p fidem cor mundaret: vnde deus videret. Dictū est enim de
Act. 15. domino: Fide mūdans corda eorū. Et dixit domi-
Matth. 5. nus: Beati mūdo corde: quoniā ipsi deum videbūt. Ergo si nobis pmisit ostendere se nobis: qualis est pulchritudo eius: Fratres: cogitate omnia ista que videtis pulchra: que amatis ipse fecit. Si hec pulchra sunt quid est ipse: Si hec magna sunt: quātus est ipse: Ergo ex istis que hic amamus: illum magis desiderem⁹: Et cōtemnentes ista: illum diligamus: vt ipsa dilectione per fidem cor mūdemus: ⁊ mūdatum cor nostrū inueniat aspectus illius. Lux que nobis ostendet sanos nos debet inuenire: Hoc agit mō fides. Hoc ergo mō dicimus: Et salutare tuum da nobis. Da nobis christū tuum: nouerimus christū tuum: videamus christū tuum: Nō quomodo illum viderunt iudei ⁊ crucifixerunt: sed quomō illum vident angeli ⁊ gaudent. Audiā quid loquat in
Ps. me dominus deus. Propheta dixit. Loquebat in illo deus intus: ⁊ mūdus faciebat illi strepitum foris. Cohibens ergo aliquātū a strepitu mūdi. ⁊ auertens se ad se: ⁊ a se in illum cuius vocē audiebat interius: quasi obturans aurem cōtra tumultuantē vite
Sap. 9. huius inquetudinē: et cōtra animā corpore qd̄ corrumpit aggrauatā: ⁊ sensum frena inhabitatiōe deprimentē multa cogitantem: ⁊ ait: Audiam quid loquat in me domin⁹ deus. Et audiuit. Quid: Quoniā loquet pacem in plebem suā. Et super sanctos suos. Vox ergo christi: vox ergo dei pax est: ad pacem vocat. Eia dicit quicūqȝ nōdum estis in pace: amate pacē. Quid em̄ vobis melius de me inuenire potestis q̄ pacē: Pax quid est: Ubi nullū bellum est. Quid est vbi nullū bellum est: Ubi nulla cōtradictio: vbi nihil resistit: nihil aduersum est. Uidete si iam ibi sumus: videte si iam non est cōflictus cum diabolo: videte si nō omnes sancti et fideles cū pncipe demoniorū luctant. Et quomō cum illo luctant quem nō vident: Luctant cum cōcupiscentiis suis: quibus ille suggerit peccata: ⁊ non cōsentiendo qd̄ suggerit: ⁊ si nō vincūt tamē pugnant. Nōdum est ergo pax vbi pugna est. Aut date mihi hominē q̄ nihil temptatiōis patit in carne sua: ⁊ possit mihi dicere: quia iā pax est. Nihil quidē temptatiōis forte patit in illicitis voluptatibus: saltem suggestiones ipsas patit: vel suggerit illi qd̄ respuit: vel delectat vnde cōtineat. Sed ecce iam nihil delectat illicitū: vel cōtra famē ⁊ sitim pugnat quotidie. Quis enim iustus hinc alienus: Pugnat ergo quotidie fames ⁊ sitis: pugnat cōtra nos lassitudo carnis: pugnat delectatio somni: pugnat oppressio. Uigilare volum⁹: dormitam⁹: ieiunare volumus esurimus ⁊ sitimus: stare volum⁹ defatigamur: querim⁹ sedere: Si ⁊ hoc diu facimus: deficimus. Quicquid nobis pui̇derimus ad refectionē: illic rursus inueniemus defectionem. Esuris dicit tibi aliquis: Respondes: Esurio. Ponit ante te cibū: Ad refectionē posuerat: psequere in eo qd̄ posuit. Certe reficere te volebas: hoc age semp: Hoc agendo in eo qd̄ adhibueras ad refectionem: ibi inuenies lassitudinē. Multū sedendo fatigatus eras: surgis deambulando reficeris. Perseuera in eo qd̄ reficeris: multum deambulando lassaris: sedere iterum queris. Inuenis aliquid mihi vnde te

reficias: vbi si pseueraueris iterū nō reficias? Qua-
lis est ergo ista pax: quam hic habent homines tan-
tis resistentibus molestijs: cupiditatibus: indigen-
tijs: lassitudinibus? Non est ista vera: non est perfe-
R ‖ cta pax. Que erit perfecta pax? Oportet corruptibi-
1.Cor.15. ‖ le hoc induere incorruptionē: et mortale hoc induere
imortalitatem: Tūc fiet sermo qui scriptus est: Ab-
sorpta est mors in victoria. Ubi est mors acule⁹ tu⁹?
Ubi est mors cōtentio tua? Ubi enī adhuc mortali-
tas: quomodo est plena pax? Etenim de morte venit
lassitudo ista quā inuenimus in omnibus refectioni-
bus nostris. De morte est: quia corpus mortale por-
tamus: qđ quidē mortuū dicit apostolus et ante ani-
Roma.8. ‖ me resolutionē. Corpus quidem inquit mortuū est
ppter peccatū. Nam si pseueraueris i eo qđ reficis:
etiam morieris. Perseuera in multum māducando:
ipsa res te interficiet. Perseuera in multū ieiunādo:
inde morieris. Sede semp vt nolis surgere: morieris
inde. Ambula semp vt nolis quiescere: morieris in-
de. Uigila semper vt nolis dormire: morieris inde.
Dormis semp vt nolis vigilare: morieris inde. Cū
1.Cor.15. ‖ autē absumpta fuerit mors in victoria non: erūt ista:
et erit pax plena et eterna. Erimus in quadā ciuitate
fratres: quando de illa loquor: finire nolo: et maxime
quādo scandala crebrescunt. Quis nō desideret illā
pacem: vnde amicus non exit: quo inimicus non in-
trat: vbi nullus temptator est: nullus seditiosus: nul-
lus diuidens populū dei: nullus fatigans ecclesiam
Math.25. ‖ in ministerio diaboli: quādo ipse princeps ipsorum
mittitur in ignem eternum: et hi cum illo quicūq3 illi
cōsentiūt: et recedere ab eo nolūt? Erit ergo pax pur-
gata in filijs dei omnibus amātibus et se videntibus
1.Cor.15. ‖ plenos deo: cū erit deus omnia in omnib⁹. Cōmunē
panē spectaculū habebim⁹ deū: cōmunē possessionē
habebimus deum: cōmunē pacem habebimus deū.
Quicquid enī est qđ modo nobis dat: ipse nobis erit
p omnib⁹ que dat: Ipse erit pfecta et plena pax. Hāc
loquit in plebem suam. Hāc volebat audire ille qui
ait: Audiā quid loquat in me domin⁹ deus: quoniā
loquet pacem in plebem suam: Et sup sanctos suos:
Al. se cōuertunt ad cor. ‖ Et in eos qui conuertūt cor ad ipsum. Eia
fratres: vultis vt ad vos ptineat ipa pax quā loquit
deus? Cōuertite cor ad ipsum: non ad me aut ad illū
aut ad illū: aut ad quēq3 hominē. Quisqs enī homo
voluerit conuertere ad se corda hominū: cadit cum
ipsis. Quid est melius vt cadas cum illo ad quē con-
uerteris: an vt stes cum illo cū quo cōuerteris? Gau-
diū nostrū: pax nostra: requies nostra: finis omniū
molestiarum: non est nisi deus. Beati qui cōuertunt
cor ad ipsum. Uerūtamē ppe timētes eum
M ‖ salutare ipsius. Erant quidam qui iam timebant
eū in gente iudeorū. Per omnē trā vbiq3 idola cole-
bant: demonia timebant non deus. In illa gente ti-
mebat deus. Sed ppter quid timebat? In veteri te-
stamēto timebat: ne daret illos in captiuitatē: ne tol-
leret illis terrā: ne grandine cōtunderet vites ipsoꝝ:
ne faceret steriles vxores eorum: ne auferret ab eis
filios ipsoꝝ. Hec enī carnalia pmissa dei tenebant
adhuc paruę animę et ppter hec timebat deus: Sed
ppe illis erat: qui vel ppter hec ipsum timebāt. Ter-
ram petebat paganus a diabolo: terram petebat iu-
deus a deo. Unum erat qđ petebant: sed non vnus a
quo petebāt. Petebat iste qđ paganus petebat: dis-

cernebat tamē a pagano: quia ab illo ista petebat q
omnia fecerat. et ppe illis erat deus a magna gentib⁹
ppe erat: Tamē respexit et eos qui longe erāt: et eos q
ppe erant: sicut dicit apostolus: Et veniens euange- ‖ Eph.2.
lizauit pacem his qui erant longe: et pacem his qui
ppe. Quos dixit qui erant ppe? Iudeos qui vnum
deū colebant: Quos dixit qui erant longe? Gentes
qui dimiserāt deum a quo facti erant: et colebant illa
quę ipsi fecerant. Nō enī regionib⁹ longe est quisq3
a deo: sed affectibus. Amas deū: ppe es: odisti deum
longe es: Uno loco stans: et ppe es: et longe es. Ergo
fratres respexit iste pheta: q̄q3 generalē vidit mise-
ricordiā dei sup oms: tamē aliquid speciale et pprium
vidit in gente iudea: et ait: Audiā quid loquat in me
domin⁹ deus: quoniā loquet pacem in plebē suā. Et
plebs ipsi⁹ nō iudea sola erit: sed de omnib⁹ gentib⁹
colliget: quia sup sanctos suos loquet pacē: et in eos
qui cōuertunt cor ad ipsum: et oms qui cōuersuri sūt
cor ad ipsum de omni orbe terrarū: Uerūtamē ppe
timētes eum salutare ipsi⁹: Ut inhabitet gloria
in terra nostra: Id est in ea terra i qua natus erat
pha: vt inhabitet gloria maior: qz inde cepit pdica-
re christus: Inde apostoli: et illuc pus missi: inde p-
phetę: Ibi pmū templū: ibi sacrificabat deo: ibi pa-
triarche: ibi ipse etiā venit de semine abrae: ibi mani-
festatus est christus: ibi apparuit christus. Inde enī
virgo maria quę pepit christū: ibi ambulauit pedib⁹
suis: ibi mirabilia fecit: Postremo tantū honorē illi
genti detulit: vt cum eum interpellaret quedā mulier
chananęa salutē querens filię suę: diceret ei: Nō sum ‖ Math.15.
missus nisi ad oues quę perierāt domus israel. Hoc
ergo videns pheta: ait: Uerūtamē ppe timētes eū
salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra.
Misericordia et veritas occurrerūt sibi. ‖ R Al. occurrerunt.
Ueritas in terra nostra ex psona iudeorū: misericor-
dia in terra gentiū. Ueritas enim vbi? Ubi erāt elo-
quia dei. Misericordia vbi? In illis qui dimiserant
deū suū et cōuerterāt se ad demonia. Nunquid et ipos
despexit? Quomō si diceret: Uoca et istos longe fugi-
tiuos: qui multū a me recesserūt voca: inuenient me
quęrentē se: quia ipi nolebant quęrere me. Ergo mi-
sericordia et veritas occurrerūt sibi. Iusticia et pax
osculatę sunt se. Fac iusticiā et habebis pacem: ‖ Al. ...
vt osculent se iusticia et pax. Si enī nō amaueris iu-
sticiā: pacem nō habebis. Amant enī se duo ista: iu-
sticia et pax: et osculant se: vt qui fecerit iusticiā: inue-
niat pacē osculantē iusticiā. Duę amicę sunt: tu forte
vnā vis: et alterā nō facis. Nemo est enī qui nō vult
pacē: sed nō oms volūt operari iusticiā. Interroga
oms homies: Uultis pacē? Uno ore tibi rńdet totū
gen⁹ hoim: opto: cupio: volo: amo. Ama et iusticiā:
qz duę amicę sūt iusticia et pax. Iusticia et pax: ipę se
osculant. Si amicā pacis nō amauerit: nō te amabit
ipa pax: nec veniet ad te. Quid enī magnū ē deside-
rare pacē? Quiuis malus desiderat pacē. Bona enī
res est pax. Sed fac iusticiā: qz iusticia et pax se oscu-
lant: non litigant. Tu quare litigas cū iusticia? Ecce
iusticia dicit tibi: Ne fureris: et nō audis. Ne adulte- ‖ Exod.20.
reris: et nō vis audire: Non facias alteri qđ tu pati nō ‖ Math.7.
vis: nō dicas alteri quod et tibi dici nō vis: Inimic⁹
es amicę meę: dicit tibi pax. Quid me quęris? Ami-
ca sum iusticię. Quecunq3 inuenero inimicā amicę
meę: non ad illum accedo. Uis ergo venire ad pa-

eum? Fac iusticiam. Ideo alius psalmus dicit tibi:
ps. 36. Declina a malo et fac bonum: hoc est ama iusticiam:
Et cũ iam declinaueris a malo: et feceris bonũ: quere pacẽ et psequere eã. Iã eñ non diu illã qres: qz et
ipsa occurret tibi: vt osculerĩ iusticiã. Ueritas de
terra orta est: et iusticia de celo pspexit. Ueritas de terra orta est: christus de femina natus est.
Ueritas de terra orta est: filius dei de carne pcessit.
Quid est veritas? Fili⁹ dei. Quid est terra? Caro.
Interroga vñ nat⁹ est christus: et vides qz veritas
de terra orta est. Sed hec veritas q̃ orta est de terra:
erat añ terrã: et p ip̃az factũ est celũ et terra. Sed vt
iusticia de celo pspiceret: id ẽ vt iustificarenĩ hoĩes
diuina gratia: veritas nata est de maria virgine: vt
posset p illis iustificãdis offerri sacrificiũ: sacrificiũ
passionis: sacrificiũ crucis: Et vñ offerret sacrificiũ
p pctĩs nostris nisi moreretĩ? Uñ aũt moreretĩ: nisi
a nobis acciperet vbi moreretĩ? Id ẽ nisi a nobis sumeret carnẽ mortalẽ: christus mori nõ posset: qz verbũ
nõ moritĩ: diuinitas nõ moritĩ: virt⁹ et sapiẽtia dei nõ
moritĩ. Quõ ergo offerret sacrificiũ: victimã salutarem si nõ moreretĩ? Quõ aũt moreretĩ nisi carnẽ indueret? Quõ carnẽ indueret nisi veritas de terra oriretur? Ueritas de terra orta est: et iusticia
de celo pspexit. Possum⁹ hinc dicere alterum
sensum: Ueritas de terra orta est: cõfessio ab hoĩe.
Homo eñ peccator eras. O terra: q̃ qñ peccasti audisti: Terra es et i terrã ibis. Oriatĩ de te veritas: vt
respiciat de celo iusticia. Quõ ĝ orietĩ a te veritas cũ
tu peccator sis: cũ tu iniquus sis? Cõfitere peccata
tua: et orietĩ de te veritas. Si eñ cũ sis iniquus dicis te iustũ: quõ a te orietĩ veritas? Si autẽ cum sis
iniqu⁹: dicis te iniquũ: veritas de terra orta est. Intende illũ publicanũ lõge a pharisço ĩ tẽplo orantẽ:
q̃ nec oculos ad celũ audebat leuare: sed pcutiebat
Luc. 18. pect⁹ suũ dicẽs: Dñe ppitius esto mihi peccatori.
Ecce veritas de terra orta est: qz pfessio pctõz ab homine facta est. Quid ergo sequitĩ? Amẽ dico vobis:
Ibidem. qz descendit iustificat⁹ publicanus ille magis q̃ ille
phariseus: Quia oĩs q̃ se exaltat humiliabitĩ: et q̃ se
hũiliat exaltabitĩ. Orta ẽ veritas de terra in pfessione pctõz: et iusticia de celo p pexit: vt descẽderet iustificatus publican⁹ ille magis q̃ ille phariseus. Nã
i. Ioh. 1. vt noueritis: qz veritas ptinet ad pfessionẽ peccatorũ: ait iohãnes euãgelista: Si dixerim⁹ qz peccatũ
nõ habem⁹: nosip̃os seducim⁹ et veritas in nobis nõ
est. Quõ ergo veritas de terra orietĩ: et iusticia de celo pspiciet? Audi illũ sequentẽ et dicentẽ: Si cõfitea-
Ibidem. mur peccata nr̃a: fidelis est et iustus vt remittat nobis pctã: et purget nos ab oĩ iniqtate. Ueritas q̃ de
terra orta est: et iusticia de celo pspexit. Que iusticia
de celo pspexit? Tãq̃ dei dicẽtis: parcam⁹ huic homini: qz ip̃e sibi nõ pepcit: Ignoscam⁹: qz ip̃e agnoscit. Cõuersus est ad puniendũ peccatũ suuz: cõuertar et ego ad eũ liberandũ. Ueritas de terra orta est:
et iusticia de celo prospexit. Etenim dñs dabit suauitatẽ: et terra nostra dabit fructuz
suum. Un⁹ versus restat: peto vt sine tedio sit qd
dictur⁹ sum. Attendite rem necessariã fratres mei:
attendite: percipite: ferte vobiscum: et non sit inane
semen dei in cordib⁹ vestris. Ueritas inquit de terra orta est cõfessio peccatorum ab homine: et iusticia de celo pspexit: id est a domino deo data est iustificatio cõfitenti: vt ip̃e agnoscat impius: pium se
fieri nõ posse: nisi ille fecerit cui confitetur: credendo in eum qui iustificat impium. Tua ergo pecca- Roma. 4.
ta potes habere: fructum bonum nõ potes habere
nisi ille dederit cui cõfiteris. Ideo cũ dixisset: Ueritas de terra orta est: et iusticia de celo pspexit: tãq̃ diceretĩ ei: quid est qd dixisti: iusticia de celo prospexit: etenim dominus inquit dabit suauitatem: et
terra nostra dabit fructũ suum. Nos ergo respiciamus nos: et si nihil in nobis inuenerimus nisi peccata: oderimus peccata: et desideremus iusticiã. Cũ
enim ceperimus odisse peccata: iam ip̃m odiũ peccatorum: similes nos incipit facere deo: quia hoc odimus quod odit et deus. Cum ergo ceperis odisse
peccata et cõfiteri deo: cum te delectationes illicite
rapiunt: et ducũt te ad ea que tibi nõ psunt: ingemisce ad deum: et cõfitens illi peccata tua: mereberis
ab illo delectationẽ: et suauitatẽ iusticie faciẽdi dabit
tibi vt incipiat te delectare iusticia: quẽ primo delectabat iniqtas: vt q̃ pmo gaudebas ĩ ebrietate: gaudeas in sobrietate: Et q̃ primo gaudebas de furtis
vt tolleres hoĩ qd nõ habebas: ĝras donare nõ habenti qd habebas. Et quẽ delectabat rape: delectet
donare: quem delectabat expectare: delectet orare:
quẽ delectabãt cantica nugatoria et adulterina: delectet hymnũ dicere deo: currere ad ecclesiã q̃ primo
currebas ad theatrũ. Uñ nata est ista suauitas: nisi
qz dñs dabit suauitatẽ: et terra nostra dabit fructuz
suum? Ecce enim videte quod dico. Ecce locuti sumus vobis verbum dei: semen sparsimus deuotis
cordibus: tãq̃ sulcata inuenientes pectora vr̃a aratro cõfessionis: deuotione et intentione suscepistis
semẽ: Cogitate de verbo quod audistis: tanq̃ glebas frangentes: ne semen rapiant volatilia: vt possit ibi germinare quod seminatum est. Et nisi deus
pluerit: quid prodest quod seminatur? Hoc est: dominus dabit suauitatẽ: et terra nostra dabit fructũ
suum. Ille enim visitationibus suis in ocio: in negocio: in domo: in lecto: in cõuiuio: in collocutione: in
deambulatione visitet vr̃a corda vbi nos nõ sum⁹.
Ueniat imber dei: et fructificet quod ibi seminatuz
est: Et vbi nõ sumus nos et securi quiescimus: aut
aliud agimus: deus det incrementũ seminibus que
sparsimus: vt attendentes postea bonos mores vestros: etiam de fructu gaudeam⁹. Quoniam dominus dabit suauitatem: et terra nostra dabit fructum
suum. Iusticia ante eum preibit: et ponet in via gressus suos. Iusticia illa est que est Al. tambulabi
in cõfessione peccatorũ: Ueritas enim ipsa est. Iustus enim debes esse in te: vt punias te: Ip̃a prima
est hominis iusticia vt punias te malum: et faciat te
deus bonum: Quia ergo ipsa est prima hominis iusticia: ip̃a fit via deo: vt veniat ad te de⁹: Ibi illi fac
viam in cõfessione peccatorum. Ideo et iohannes
cum baptizaret in aqua penitentie: et vellet ad se venire penitentes de suis prioib⁹ factis: dicebat hoc:
Parate viam domino: rectas facite semitas eius. Matth. 3.
Placebas tibi in peccatis tuis o homo: displiceat
tibi quod eras: vt possis esse quod non eras. Parate viam domino: Precedat ista iusticia vt cõfitearis peccata: Ueniet ille et visitabit te: quia ponet in
via gressus suos. Est enim iam vbi ponat gressus
suos: et vbi ad te veniat. Uñ aũt q̃ cõfiterens pec-

cata: interduseras ad te viā: et nō erat qua ad te veniret. Cōfitere vitā: et aperis viā: et veniet christus: et ponet in via gressus suos: vt te informet vestigijs suis.

Explicit tractatus de ps. LXXXIIII.

Incipit tractatus de ps. LXXXV.

A Ullum maius donū pstare deus posset hominib⁹: q̄ vt verbū suū p qd̄ cōdidit oīa faceret illis caput: et illos ei tanq̄ mēbra coaptaret: vt esset fili⁹ dei et filius hoīs: et vn⁹ deus cū pr̄e: vn⁹ homo cū hoīb⁹: Ut et qn̄ loquimur ad deū deprecātes: nō inde filiū separemus: et qn̄ precatur corp⁹ filij: nō a se separet caput suū: sitq̄ vn⁹ ipse saluator corpis sui dn̄s noster iesus christ⁹ fili⁹ dei: q et oret p nobis: et oret in nobis: et oret a nobis. Orat p nobis: vt sacerdos noster: Orat in nobis vt caput nostrū: Orat a nobis: vt de⁹ noster. Agnoscamus ḡ et i illo voces nostras: et voces ei⁹ in nobis. Neq̄ cū aliqd dicit de dn̄o nr̄o iesu christo maxime in phetia qd̄ ptineat velut ad q̄ndā hūilitatē indignā deo: dubitem⁹ illi eā tribuere q nō dubitauit se nobis adiūgere. Ei q̄ppe seruit vniuersa creatura: qr p ip̄m facta est vniuersa creatura. Et ptcrea cū ei⁹ sublimi-

Ioh. 1. tatē diuinitatēq̄ intuemur: qn̄ audim⁹: In principio erat verbū: et verbū erat apud deū: et deus erat verbū: hoc erat i principio apud deū: oīa p ip̄m facta sunt: et sine ip̄o factū est nihil: intuentes hāc excelsam et supeminentissimā et excedentē oīa creaturarū sublimia diuinitatē filij dei: Audim⁹ etiā in aliq pte scripturarū velut gementē: orantē: cōfitentē: et dubitam⁹ ei tribuere vba hec: ex eo q cogitatio nostra de recenti ei⁹ cōtemplatiōe q̄ erat in diuinitate: pigrescat descēdere ad ei⁹ humilitatē: et tāq̄ faciat illi iniuriā: si ei⁹ verba in hoīe agnoscat: ad quē verba dirigebat: cū deū dep̄carent. Heret plerūq̄ et conatur mutare sententiā: et nō ei occurrit i scriptura: nisi q ad ip̄m recurrat: et ab illo deuiare non sinat. Expgiscatur ḡ et euigilet in fide sua: et videat qr ille quē cō-

Ph. 2. tēplabat paulo ante i forma dei: formā serui accepit: in similitudine hominū factus: et habitu inuentus vt hō: humiliauit se fact⁹ obediēs vsq̄ ad mortem. Et verba psalmi voluit esse sua i cruce pendēs et di-

Ps. 21. cēs: De⁹ me⁹ deus me⁹: vt qd me dereliquisti: Orat ergo i forma dei: orat i forma serui: Ibi creator: hic creat⁹: Creaturā mutandā nō mutat⁹ assumēs: et se-

B cū nos faciēs vnū hoīem: caput et corp⁹. Oramus ergo ad illū: p illū: in illo: et dicim⁹ cū illo: et dicit nobiscū. Cū dicim⁹ i illo: dicit in nobis psalmi huius orationē: Qui intitulat: Oratio dauid: qr dominus noster s̄m carnē fili⁹ dauid: s̄m vero diuinitatē dn̄s dauid: et creator dauid. Et nō solū āt dauid: s ante abraā: ex q dauid: s et ante adā: ex q oēs hoīes: sed et ante celū et terrā: in q oīs creatura est. Nemo ḡ cū audit hec vba: dicat: nō christ⁹ dicit: aut rursus dicat: nō ego dico: immo si se i christi corpe agnoscat: vtrūq̄ dicat: et christ⁹ dicit: et ego dico. Nō potes aliqd dicere sine illo: et dicit aliqd sine te. Nōne ha-

Ioh. 1. bemus i euāgelio vbi certe scriptū est: In principio erat verbū: et verbū erat apud deū: et de⁹ erat vbū:

Math. 26. oīa p ip̄m facta sūt: Ibi certe habem⁹. Et cōtristat⁹

Ioh. 4. est iesus: et fatigatus ē iesus: et dormiuit iesus: et esu-

Math. 8. riuit et sitiuit iesus: et orauit et pnoctauit i orando ie-

sus. Pernoctabat inqt iesus: et stabat in orando: et Luce. 22.

globi sanguinis decurrebāt p corp⁹ eius. Quid ostēdebat qn̄ p corpus orātis globi sanguīs distillabāt: nisi qr corp⁹ eius qd̄ est ecclesia: martyrū iā sanguine defluebat:

Expositio psalmi. C

Inclina dn̄e aurē tuā et exaudi me.

Ille ex forma serui dicit: tu serue in forma dn̄i tui: Inclina dn̄e aurē tuā. Inclinat aurē si tu nō erigis ceruicē. Humiliato em̄ appropinquat: ab exaltato lōge discedit: nisi quē ip̄e humiliatū exaltauerit. Inclinet ḡ dn̄s aurē suā ad nos. Ille em̄ sursum est: nos deorsum. Ille i altitudine: nos in humilitate: sed nō relicti. Ostēdit em̄ dilectionē suā

de⁹ in nobis. Etem̄ cū adhuc pctōres essemus: christus p nobis mortu⁹ ē: Vix em̄ inqt p iusto qs moritur: Nā p bono forsitan qs audeat mori: Dn̄s autem nr̄ p impijs mortuus est. Neq̄ em̄ merita nr̄a p̄cesserāt p qb⁹ filius dei moreret. sed magis qr nulla erāt merita: magna erat misericordia. Qr certa ergo q̄ firma pmissione seruat iustis vitā suā: q donauit iniustis mortē suā. Inclina dn̄e aurē tuā et exaudi me. Roma. 5.

D Al. inops et pauper.

Qm̄ egen⁹ et inops ego sum. Ergo nō inclinat aurē ad diuitē: sed ad inopē et egenū inclinat aurē: id ē ad humilē et ad cōfitētē: ad indigentē misericordia: nō ad saturatū et extollentē se et iactantē se: q̄si nihil ei desit: et dicentē: Grās tibi: qr nō sum sicut publi-

can⁹ iste. Diues em̄ phariseus iactabat merita sua: inops publican⁹ cōfitebat pctā sua. Nec sic accipiatis frēs qd̄ dixi: ad diuitē nō inclinat aurē suā: tanq̄ nō exaudiat de⁹ eos q hn̄t aurū et argētū: et familiā et fundos: si sic forte nati sunt: aut cū lucrū rerū hūanarū tenēt: tantū meminerint qd̄ ait aplȯs: Precipe Luce. 18.

diuitib⁹ hui⁹ mūdi nō supbe sape. Qui em̄ nō supbe sapiūt: i deo pauperes sunt. Et paupib⁹ atq̄ inopib⁹ et egenis inclinat aurē suā. Norūt em̄ spem suā non esse i auro et argēto: neq̄ in illis reb⁹ qb⁹ ad tps circūfluere videnk. Sufficit vt diuitie nō illos pdāt: vt nō obsint satis ē: nā pdesse nihil pñt. Plane pdest op⁹ misericordie et in diuite et i paupe: In diuite ex volūtate et ope: in paupe ex sola volūtate. Cū ḡ talis est cōtemnēs i se qcqd est vñ supbia solet inflare: pauper est: inclinat illi aurē suā: nouit em̄ cōtribulatū cor eius. Certe frēs ille paup ante ianuā diuitis vlcerosus q iacebat: ab angelis ablat⁹ est i sinū abrae: sic legimus: sic credim⁹. Diues aūt ille q induebat pur- 1. Timo. 6.

pura et bysso: et epulabak q̄tidie splēdide: ablat⁹ est ad inferos ad tormēta: Nūqd vere ille paup merito ill⁹ inopie ablat⁹ est ab angelis: diues aūt ille pctō diuitiarū suarū ad tormēta missus ē: In illo paupe hūilitas intelligit honorificata: in illo diuite supbia Luce. 16.

dānata. Breuiter pbo: qr nō diuitie: sed supbia i il- E

lo diuite cruciabak. Certe ille pauper in sinū abrae Luce. 16.

sublat⁹ ē. De ip̄o abraā dicit scriptura: qr habebat hic plurimū auri et argēti: et diues fuit i terra. Si qs diues ē ad tormēta rapik: quō abraā p̄cesserat pauperē vt ablatū in sinū suū susciperet: Sed erat abraā i diuitijs paup: hūilis: tremēs: et oīa p̄cepta obaudiens. Usq̄ adeo aūt p nihilo habebat illas diuitias:

vt iussus a dn̄o filiū suū immolaret: cui seruabat di- Gen. 22.

uitias. Discite ḡ esse inopes et pauperes: siue q habetis aliqd in isto seculo: siue q nō habetis. Nā et hominē mendicū inuenitis supbientē: et hominē super abun-

Ja. 4. Ante diuitias inuentus cõfitentē. Resistit deus su/
perbis et holosericatis et pannosis: humilib⁹ autem
dat gratiā: Et habentib⁹ aliquā substantiā hui⁹ se/
culi: et nō habentib⁹: interior inspector est deus. Ibi
appēdit: ibi examinat. Statherā dei nō vides: cogi/
tatio tua in illā leuat͛. Uidete qr meritū exauditio/
nis sue: id est quo exaudiret͛ in eo posuit vt diceret:
Quoniā egen⁹ et inops ego sum. Obserua ne nō sis
egen⁹ et inops: Si nō fuer͛ nō exaudieris. Quicqd
est circa te vel in te vñ possis p̄sumere: abijce a te: et
tota presumptio tua deus sit: Ipsius indigens esto:
vt ipso implearis. Quicqd enim aliud habueris sine
f illo latius inanis eris. Custodi animā meam
qm̄ sanctus sum. Hoc vero: qm̄ sanct⁹ sum: ne/
scio vtrū potuerit forte ali⁹ dicere nisi ille q̄ sine pec
cato erat in hoc mundo: pctōꝝ omniū nō cōmissor:
sed dimissor. Agnoscam⁹ vocē dicētis: qm̄ sanctus
sum: custodi animā meā: vtiq3 ī illa forma serui quā
assumpserat. Ibi em̄ caro: ibi et aīa. Neq3 enim vt
nōnulli dixerūt: caro sola erat et verbū: sed et caro et
anima et verbū: et totū hoc vn⁹ filius dei: vn⁹ chri/
stus: vnus saluator in forma dei equalis patri: ī for/
ma serui caput ecclesie. Ergo qm̄ sanctus sum cū au
dio: vocē eius agnosco: et hic separo meā. Certe in/
separabiliter a corpore suo loquit͛ cū sic loquit͛: et au
deo ego dicere: qm̄ sanctus sum? Si sanctus tanq̄3
sanctificās: et nullo sanctificāte indigēs: superbus et
mendax: si aūt sanctus sanctificat⁹: s̄m id qd̄ dictum
Le. 19. est. Sancti estote: qm̄ ego sanct⁹ sum: audeat et cor/
Ps. 60. pus christi: audeat et vn⁹ ille homo clamās a finib⁹
terre cū capite suo: et sub capite suo dicere: sanctus
sum. Accepit em̄ gratiā sanctitatis: gratiā baptismi
et remissionis pctōꝝ. Et hec quidē fuistis: ait apl's:
enumerās multa peccata: et leuia: et grauia: et vsita/
1. Cor. 6. ta: et horribilia: Et hec quidē fuistis: s̄ abluti estis:
sed sanctificati estis. Si ergo sanctificatos dicit di/ *
cat et vnusq̄sq3 fideliū: sanctus sum. Nō est ista sup/
bia elati: sed cōfessio non ingrati. Si em̄ dixeris te
sanctū esse et te sup̄b⁹ es: Rursus fidelis ī christo:
et membrū christi: si te nō dixeris esse sanctū: ingra/
tus es. Arguens em̄ supbiā apl's: nō ait: nō habes:
1. Cor. 4. sed ait q̄d em̄ habes qd̄ nō accepisti? Nō arguebā/
ris: quia dicebas te habere qd̄ non habebas: sed qr
ex te tibi volebas esse qd̄ habebas. Immo et habe/
re te agnosceret et te nihil habere: vt nec supbus sis
nec ingratus. Dic deo tuo: sanct⁹ sum: qr sanctifica/
sti me: qr accepi: nō qr habui: qr tu dedisti: non quia
ego merui. Etem̄ ex alio latere incipis iniuriā face/
re ipi dño nostro iesu christo. Si em̄ christiani oēs et
fideles et baptizati in illo: ip̄m induerūt: sicut apl's
Gal. 3. dicit. Quotq3 in christo baptizati estis: christū in/
duistis: si mēbra sunt facti corpis eius: et dicunt se
sanctos nō esse: capiti ipi faciunt iniuriā: cui⁹ mēbra
sancta nō sunt. Iam vide vbi sis: et de capite tuo di
Eph. 5. gnitatē cape. Etem̄ eratis aliqñ tenebre: nūc autem
lux in dño: Fuistis aliqñ inqt tenebre: sed nūqd te/
nebre remāsistis? Ad hoc illuminator venit vt et te/
nebre remaneretis: an vt in illo lux fieretis? Ergo
dicat et vnusq̄sq3 christian⁹: immo dicat totū corp⁹
christi: clamet vbiq3 patiēs tribulationes: diuersas
temptationes et scandala innumerabilia: dicat: Cu
G stodi animā meam: qm̄ sanctus sum. Saluū fac
seruum tuum deus meus sperantē in te.

Ecce ille sanctus nō est superbus: qr sperat in dño.
Miserere mihi dñe qm̄ ad te clamaui to/ Al. t med.
ta die. Nō vna die: Tota die: oī tpe itellige: Ex q̄
corpus christi gemit in pressuris vsq3 in finē seculi
quo transeūt pressure: gemit iste homo et clamat ad
deū: Et vnusq̄sq3 nostrū p̄ portione habet clamorē
suū in toto isto corpore. Clamasti tu diebus tuis: et
transierūt dies tui: Successit tibi alius: et clamauit
diebus suis: et tu hic: ille alibi. Corpus christi to/
ta die clamat sibi decedentib⁹ et succedētib⁹ mēbris.
Unus homo vsq3 ad finē seculi extendit͛. Eadē mē/
bra christi clamāt: et q̄dā mēbra iā in illo requiescūt:
quedā mō clamāt: q̄dā vero cū ipi nos requieueri/
mus clamabūt: et post illa alia clamabūt. Toti⁹ cor
poris christi hic attēdit vocē dicētis: Ad te clamaui
tota die. Caput aūt nostrū ad dexterā patris inter/ Roma. 8.
pellat p̄ nobis. Alia membra recipit: alia flagellat:
alia mūdat: alia cōsolat͛: alia creat: alia vocat: alia re
vocat: alia corrigit: alia redintegrat. Iocūda ani
mā serui tui: qm̄ ad te dñe animā meam le/ Al. t Letifica.
uaui. Iocunda eā: qr ad te leuaui eā. In terra em̄
erat: et ī terra amaritudinē sentiebat: Ne ī amaritu
dine cōtabesceret: ne omnem tue gratie suauitatem
amitteret: Leuaui eam ad te: iocunda eam apud te.
Solus enim tu es iocunditas: amaritudie plenus
est mundus. Certe recte admonet membra sua: vt
sursum corda habeāt. Audiāt ḡ et faciāt: leuēt ad ce/
lum qd̄ male est in terra. Ibi em̄ nō putrescit cor: si
leuet͛ ad deū. Frumentū si haberes in inferioribus:
ne putresceret leuares ad supiora: Frumēto tuo q̄/
ris mutare locum: et cor pmittis ī terra putrescere?
Frumentū leuares in superiora: cor leua in celū. Et
vñ inquis possum? Qui funes: q̄ machine: q̄ scale
opus sunt? Gradus effectus sunt: iter tuū voluntas
tua est. Amando ascēdis: negligēdo descēdis. Stās
in terra: in celo es si diligas deū. Nō enim sic leuat͛
cor quō leuat͛ corpus. Corpus vt leuet͛ locū mutat:
cor vt eleuet͛ volūtatē mutat. Qm̄ ad te dñe animā
meā leuaui. Quia tu dñe suauis et mi/ Al. t Quoniam tu.
tis: Ideo iocūda. Tāq3 tedio affect⁹ ex amaritudie
terrenoꝝ indulcari voluit: et q̄siuit fontē dulcedinis: Jobel. 2.
et ī terra nō inuenit. Quacūq3 em̄ se vertebat: scāda/
la: tribulatiōes: timores: tēptatiōes inueniebat. In
q̄ hoīe securitas? De q̄ certū gaudiū? Nec de seipo
vtiq3: q̄to magis de alio? Aut mali sunt: et necesse est
eos pati: s̄ sperare: qr mutari pñt. Aut boni sunt: et
sic eos oportet diligere vt timeamus qr pñt mutari
ne mali fiant. Ibi malitia coꝝ facit amaritudinē aīe:
hic sollicitudo et timor ne labat͛ q̄ bñ ambulat. Quo/
cūq3 ḡ cor se cōuerterit ī terrenis reb⁹: amaritudinē
inuenit: Ubi dulcescat nō habet: nisi leuet se ad deū.
Qm̄ tu dñe suauis et mitis. Quid est mitis? Portas
me: donec pficias me. Uere em̄ fratres mei dicam
tanq3 homo in hominibus: et ex hominibus: Ferat
quisq3 cor suū: et intueatur se sine adulatione: et sine
palpatiōe. Nihil est em̄ stultius q̄3 seip̄m q̄sq3 pal/
pet atq3 seducat. Attēdat ḡ et videat quāta aguntur
in corde humano: quēadmodū ipe plerūq3 oratio/
nes impediant͛ vanis cogitatiōib⁹: ita vt vix stet cor
ad deū suū: et vult se tenere vt stet: et q̄dammō fugit
a se: nec inuenit cācellos qb⁹ se includat: aut obices
q̄sdā qb⁹ retineat auolatiōes suas: et vagos q̄sdā mo
tus: sed stet iocundari a deo suo. Uix est vt occurrat

talis oro inter multas orationes. Diceret vnusquisque sibi contingere: et alteri nõ cõtingere: nisi inueniremus in scripturis dei dauid orantẽ quodã in loco et
2. Reg. 7. dicentẽ: Quoniam inueni dñe cor meũ vt orarem ad te. Inuenire se dixit cor suũ: quasi soleret ab eo fugere: et ille sequi quasi fugitiuũ: et nõ posse cõprehendere
Ps. 39. et clamare ad dñm: Quoniam cor meũ dereliquit me. Itaque fratres mei attendẽs qd dicatur: Suauis es tu et mitis: videor mihi videre hic qd ait mitis: Iocũda animã serui tui: quoniam ad te dñe leuaui animã meam: quoniam tu suauis et mitis es: videor mihi videre ad hoc dixisse mitẽ deũ: quia patitur ista nostra: et expectat tñ a nobis orationẽ: vt pficiat nos: Et quando illi eam dederimus: accipit grate et exaudit: nec meminit tãtas quas incõdite fundim⁹: et accipit vnam quã vix inuenim⁹. Quis enim est fratres mei hõ cũ quo si amic⁹ eius ceperit colloqui: et noluerit ille respõdere collocutioni eius: et viderit eũ auerti a se: et aliud loqui ad aliũ: quis hoc ferat? Aut si forte interpellas iudicẽ et cõstituas eũ loco vt te audiat: et subito cum ad eum loquaris: dimittas eũ: et incipias fabulari cũ amico tuo: quis te tolerat? Et tolerat de⁹ tot corda peccantiũ: et diuersas res cogitantiũ: Omitto dicere et noxias: omitto dicere aliquando peruersas et inimicas deo: ipsas superfluas cogitare iniuria est eius cum quo loqui ceperas. Oratio tua locutio est ad deũ. Quando legis: de⁹ tibi loquitur: quando oras: cũ deo loqueris. Sed quid? Desperandũ est de genere humano: et dicendũ iã ad dãnationẽ ptinere omnẽ hominẽ cui surrepserit aliqua cogitatio oranti: et interruperit orationẽ ipsius? Si hoc dixerimus fratres: quae spes remaneat nõ video. Porro quia est aliqua spes ad deum: quia magna est ei⁹ misericordia: Dicam⁹ ei: Iocunda animã serui tui: quoniam ad te dñe aiam meã leuaui. Et quõ eã leuaui? Quõ potui: quõ tu vires dedisti: Quõ eã fugientẽ apprehẽdere valui: et excidit tibi? Quia quotiẽscũque ante me stetisti (puta deũ dicere) tãta vana et superflua cogitasti: et vix mihi fixã et stabilẽ orationẽ fudisti. Quia tu suauis es dñe ac mitis. Mitis es: tolerãs me. Ex egritudine dextro: cura et stabo: Cõfirma et firmus ero. Donec aũt facias: toleras me: quia tu suauis
Al. Et multe misericordie es dñe et mitis: Et multũ misericors. Nõ enim solũ misericors. sed et multũ misericors. Abundat enim
R iniquitas nr̃a: abũdat et tua misericordia. Et multũ misericors es: Omnibus inuocãtib⁹ te. Ergo quid est qd di-
Prouer. 1. cit multis locis scriptura: quia inuocabũt: et nõ exaudiã eos? Certe misericors oĩb⁹ inuocãtib⁹ te: nisi quia quidã inuocãtes: nõ ipm inuocãt: De quibus dicitur:
Ps. 52. Deũ nõ inuocauerũt. Inuocãt: sed nõ deũ. Inuocas quicquid amas: inuocas quicquid in te vocas: inuocas quicquid vis vt veniat ad te. Porro si deũ propterea inuocas vt veniat ad te pecunia: vt veniat ad te hereditas: vt veniat ad te secularis dignitas: illa inuocas quae vis vt veniãt ad te: sed deũ tibi adiutorẽ ponis cupiditatũ: nõ exauditorẽ desideriorũ. De⁹ bonus si det qd vis: Quid si male vis? Nõne erit tibi magis nõ dando misericors? Porro si nõ dederit: iã nihil tibi deus est. Et dicis: Quotiens rogaui. quotiens sepe rogaui: et nõ sum exauditus. Quid enim petebas? Forte mortẽ inimici tui. Quid si et ille petat tuam? Qui te creauit ipse et illũ: homo es: homo est et ille: de⁹ autem iudex est: Audit ambos: sed nõ exaudit ambos. Tristis es: quia nõ es exauditus cõtra illũ:

gaude quia nõ est exauditus cõtra te. Ego inquis nõ hoc petebã: nõ inimici mei petebã mortẽ: sed vitam petebã filii mei. Quid mali petebã? Nihil mali petebas. sicut tu sentiebas: Nam quid si ille raptus est:
Sap. 4. ne malitia mutaret intellectũ illius? Sed peccator inquis erat: et ideo volebã eum viuere vt corrigeretur. Tu volebas eum viuere. vt melior esset: quid si deus nouerat si viueret peior futurũ? Unde ergo nosti quid illi pdesset: mori an viuere? Si ergo nõ nosti: redi ad cor tuum. dimitte deo cõsiliũ suũ. Quid
S ergo inquis faciã? Quid orem? Quid ores? Quod te docuit dñs: qd te docuit celestis magister. Inuoca deum tanquam deũ: ama deũ tanquam deum. Illo meli⁹ nihil est: ipm desiderare: ipm cõcupisce. Unde inuocantem deũ in alio psalmo: Unã petij a dño hãc requi-
Ps. 26. ram. Quid est qd petit? Ut inhabitẽ in domo dñi p oẽs dies vite mee. Ut quid hoc? Ut cõtempler delectationẽ dñi. Si ergo amator dei esse vis: sincerissimis medullis castisque suspirijs ipsum dilige: ipsum ama: illi flagra: illi inhia quo iocundius nihil inuenis: quo melius: quo letius: quo diuturnius. Quid enim tã diuturnũ: quam id qd est sempiternũ? Nõ times ne aliquando a te pereat: quod facit ne tu pereas? Si quando tu inuocas deũ tanquam deum: securus esto: exaudiris: ptines ad istũ versum: Et multũ misericors omnib⁹ inuocantibus te. Noli ergo dicere: Illud mihi nõ dedit. Redi ad cor tuũ: et conscientiã tuã libra interroga: parcere illi noli. Si vere deũ inuocasti: certus esto quia id forte qd volebas tẽporaliter: ideo nõ dedit: quia nõ tibi pderat. Edificetur in hoc cor vestrũ fratres:
R cor christianum: cor fidele: ne incipiatis tristes facti velut fraudati desiderijs vestris: ire in indignationem cõtra deũ: et nõ expediat aduersus stimulũ cal-
Act. 9. citrare. Recurrite ad scripturas. Exauditur diabol⁹: et nõ exauditur apostol⁹. Quid vobis videtur: quõ exaudiuntur demones? Petierũt se ire in porcos: et cõ-
Mar. 5. cessum est eis. Quõ exaudit⁹ est diabolus? Petijt
Iob 1. iob temptandũ: et accepit. Quõ non est exauditus apl's? In magnitudine inquit reuelationũ ne extollar:
2. Cor. 12. datus est mihi stimul⁹ carnis mee angel⁹ sathane qui me colaphizet: pter qd ter dñm rogaui vt auferret eũ a me: et dixit mihi: Sufficit tibi grã mea: nã virtus in infirmitate pficitur. Exaudiuit eum quẽ disponebat damnare: et nõ exaudiuit eũ quẽ volebat sanare. Nã eger petit multa a medico: nõ dat medicus: nõ exaudit ad voluntatẽ: vt exaudiat ad sanitatem. Ergo medicũ tuũ pone deũ: pete ab illo salutẽ: et salus tua ipse erit: Nõ quasi salutẽ extrinsec⁹: sed vt sal⁹ ipse sit: Ne rursus ames aliã salutẽ pter ipm: sed quõ
Ps. 34. habeas in psalmo: Dic anime mee sal⁹ tua ego sum. Quid ad te: quid tibi dicat: vt se tibi det? Uis vt det se tibi? Quid si qd vis hẽre: nõ vult ipse vt habeas: vt se tibi det: Impedimenta remouet: vt intret ad te.
D Bona cogitate et cõsiderate fratres quae dat de⁹ peccatorib⁹: et hinc intelligate quid seruet et seruis suis. Peccatoribus blasphemãtibus eum quotidie dat celum et terrã: dat fontes: fructus: salutem: filios: copias: vbertatem. Hec omnia bona non dat nisi deus. Qui talia peccatoribus dat: quid eum putas seruare fidelibus suis? Hocne de illo sentiendũ est: quia qui talia malis dat: nihil seruat bonis? Immo vero seruat: non terram: sed celum. Uilius forte aliquid dico cũ dico celum: sed seipm qui fecit celum.

Pulchrū est celum: sed pulchrior est fabricator celi. Sed video celum: et illum nō video. Oculos enim habes ad videndū celū: cor nondū habes ad videndum fabricatorē celi. Ideo venit de celo in terram: vt mundet cor quo videat q̄ fecit celū et terrā. Sed plane cū patiētia salutē expecta: Quib⁹ te medicamētis curet: ille nouit: qb⁹ sectiōib⁹: q̄bus vstionib⁹ ille nouit. Tu tibi egritudinē cōparasti peccādo: ille venit nō solū fouere: sed et secare et vrere. Nō vides q̄ta hoīes patiant sub medicoꝝ manib⁹: spem incertā hoī pmittētes: Sanaberis dicit medic⁹: sanaberis si secuero: Et hō dicit: et hoī dicit. Nec q̄ dicit certus est: nec q̄ audit: qr ille dicit hoī: q̄ nō fecit hominē: et nō pfecte scit qd agat i hoīe: et tn̄ ad verba hoīs plus nesciētis qd agat in hoīe credit homo: subdit mēbra: ligari se patit: aut plerūq; etiā nō ligatus secat et vrit: et accipit forte salutē paucoꝝ dierū: iam sanatus qn̄ moriat ignorās: et fortasse dū curat morit: et fortasse curari nō poterit. Cui aūt pmisit deus aliquid et fefellit? Auribus infige dn̄e orationē meā. Magnus orantis affect⁹. Aurib⁹ infige dn̄e orationē meā: id est nō exeat de auribus tuis oratio mea: fige illā ibi i aurib⁹ tuis. Quō parturiuit vt figeret orationē suā in auribus dei? Respondeat deus: et dicat nobis: Vis figā orationē tuā in aurib⁹ meis? Fige tu in corde tuo legē meā. Auribus infige dn̄e orationē meā. Et intende voci orationis mee. In die tribulationis mee clamaui ad te: q̄m exaudisti me. Causa vt exaudiret me: qr in die tribulationis mee clamaui ad te. Pauloante dixerat: Tota die clamaui: tota die tribulatus sum. Nullus ergo christianus dicat esse diē q̄ nō sit tribulat⁹: Totā diē: totū tps itelligim⁹. Tota die tribulat. Quia q̄ tribulatio est: et qn̄ bn̄ est vtiq; tribulatio. Vn̄ tribulatio? Quia q̄diu i corpe sum⁹: pegrinamur a dn̄o. (2. Cor. 5.) Quodlibet hic abundet: nondū sum⁹ in illa patria quo redire festinam⁹. Cui pegrinatio dulcis est: nō amat patriā. Si dulcis est patria: amara ē pegrinatio: Si amara est pegrinatio: tota die tribulatio. Qn̄ nō est tribulatio? Qn̄ i patria delectatio. (Ps. 15.) Delectatiōes in dextera tua vsq; i finē. Implebis me leticia ait cum vultu tuo: vt cōtempler delectationē dn̄i. Ibi trāsiet labor et gemitus: ibi nō oratio: sed laudatio: ibi alleluia: amen: ibi vox cōsonat cū angelis: ibi visio sine defectu: et amor sine fastidio. Q̄diu ergo nō ibi: videris qr nō in bono: Sz abūdāt oīa: Abundēt oīa: vide si secur⁹ es qr nō pereunt oīa. Sed habeo qd nō habebā: accessit pecunia q̄ nō erat. Forte accessit et timor qui nō erat: Forte tāto securior eras: q̄to pauperior. Postremo sint copie: redundet affluētia hui⁹ seculi: detur securitas qd nō pt: Dicat deus desup: eternus i bis et sempiterna tecū erūt ista sed meā faciē nō videbis. Nemo carnē cōsulat: spiritū ɔsulite: Respōdeat vobis cor vestrū: respōdeat spes: fides: charitas: q̄ in vobis esse cepit. Ergo ne si acceperim⁹ securitatem nos in affluētia bonoꝝ secularium semp futuros: et diceret nobis de⁹: Faciē meā nō videbitis: gauderemus i illis bonis? Eligeret forte aliqs gaudere et dicere: Abundāt mihi ista: bn̄ mihi est: nihil amplius q̄ro. Nōdū cepit esse amator: vel nondū cepit suspirare tā q̄ pegrinus. Absit: absit: Recedāt oīa seductoria: recedat blandimēta falsa: recedāt ea q̄ nobis quotidie dicūt: Vbi est deus tuus? (Ps. 41.) Effundam⁹ sup nos animā nostrā: cōfiteamur in lachrymis: gemamus in ɔfessionibus: in miserijs suspiremus. Quicquid nobis adest p̄ter deū nostrū: nō est dulce: Nolumus oīa que dedit: si nō dat seipm qui oīa dedit. Aurib⁹ infige dn̄e orationē meā: et intēde voci orationis mee. In die tribulatiōis mee clamaui ad te: q̄m exaudisti me.

C (Et quid) Nō est similis tibi in dijs dn̄e. Et quid dixit? Nō est similis tibi in dijs dn̄e. Fingāt sibi deos q̄s volūt pagani: adducāt fabros argentarios: aurifices: expolitores: sculptores: faciant deos. Quales deos? Oculos habētes et nō videntes: (Ps. 94.) et cetera q̄ dicit psalmus cōsequenter. Sed ista nō colimus ait: nō colimus: hec signa sunt. Et quid colitis? Aliud aliqd peius: qm̄ dij gentium demonia. Et qd? Nec demonia inquiūt colimus. Plane nihil aliud habetis in templis: nihil aliud implet vates vestros q̄ demoniū. Sed qd dicitis? Angelos colimus: angelos habem⁹ deos. Nō plane: nostis angelos. Angeli eni vnū deum colūt: nec fauent hominib⁹ q̄ volūt colere angelos et nō deū. Nam inuenimus honoratos angelos ꝓhibētes hoīes ne se adorarēt: sed verū deū. (Apocal. 19.) Sed angelos dicāt: hoīes dicāt: qr dictū est: Ego dixi dii estis: et filii altissimi oēs: (Ps. 81.) Nō est similis tibi i dijs dn̄e. Quōlibet aliud cogitet hō: non est simile qd factū est illi q̄ fecit. Excepto deo quicqd aliud est in natura rerū: factum est a deo. Quantū interest inter eum q̄ fecit: et illud qd factum est: quis digne cogitet? Iste ergo dixit: Non est similis tibi in dijs dn̄e. Quantū autē sit dissimilis deus: nō dixit: qr dici nō potest. Intendat charitas vestra: Deus ineffabilis est: Facilius dicimus qd nō sit: q̄ quid sit. Terrā cogitas: nō est hoc de⁹: mare cogitas: nō est hoc deus. Omnia q̄ sunt in terra hoīes et animalia: nō est hoc de⁹: Oīa q̄ sunt i mari: q̄ volāt p aerē: nō est hoc de⁹. Quicqd lucet i celo: stelle: sol et luna: nō est h̄ de⁹. Ipm̄ celū nō est deus. Angelos cogita: virtutes: potestates: archangelos: thronos: sedes: dn̄ationes: nō est hoc deus. Et qd est hoc? Solū potui dicere: quid nō sit. Queris qd sit? Qd oculus nō vidit: nec auris audiuit: nec in cor hoīs ascēdit. (1. Cor. 2.) Quid q̄ris vt ascēdat in linguā qd in cor nō ascēdit? Nō est similis tibi i dijs dn̄e. Et nō est sm̄ opa tua.

R (Et sequitur) Oēs gētes quotqt fecisti venient et adorabūt corā te dn̄e. Annūciant ecclesiā oēs gentes quotqt fecisti. Si est gens quā nō fecit de⁹: nō adorabit eū. Nulla est aūt gēs quā nō fecit de⁹: qr fontē oīm gentiū adā et euā fecit deus: inde ꝓpagate sunt oēs gētes. Oēs q̄ gētes fecit deus. Omnes ergo gentes quotqt fecisti venient et adorabūt corā te dn̄e. Quādo dictū est? Qn̄ corā eo nō adorabāt: nisi pauci sancti in vno populo hebreoꝝ: tunc dictū est hoc: et modo videt qd dictum est: Oēs gentes quotqt fecisti venient et adorabunt corā te dn̄e. Quādo dicebant hec: non videbantur et credebant. Quando videntur: quare negantur? Omnes gentes quotquot fecisti venient et adorabunt coram te dn̄e. Et glorificabunt nomen tuum.

S (Et nō habet) Quoniā magnus es tu: et faciens mirabilia: tu es deus solus magn⁹. Nemo se dicat magnum. Futuri erant qui se dicerent magnos. Contra hos dicitur: Tu es deus solus magn⁹. Nā quid magnū dicit deo: quia ipse e⁹

solus deus magnus? Quis hoc nescit: quia ipse est
deus magnus? Sed quia futuri erant qui se dicerẽt
magnos: et deũ facerẽt paruũ: cõtra illos dicit: Tu
es solus deus magnꝰ. Etenĩ qđ tu dicis implet: nõ
qđ illi dicũt q se dicũt magnos. Quid dixit deus ꝑ
spiritũ suũ? Oẽs gẽtes q̃tq̃t fecisti veniẽt et adora-
bũt corã te dñe. Aliud dicit: nescio quis: q se dicit ma
gnũ? Absit. Nõ adorat deꝰ in oĩbꝰ gẽtibꝰ: Perie-
rũt oẽs gẽtes: sola aphrica remãsit. Hoc tu dicis q
te dicis magnũ: aliud dicit q est solꝰ deus magnus.
Quid dicit: q est solus deus magnꝰ? Omnes gẽtes
quotq̃t fecisti veniẽt et adorabũt corã te dñe. Video
qđ dixit solus deus magnus: taceat homo falso ma-
gnus. Ideo fallaciter magnꝰ: q2 dedignat esse par-
uus. Quis paruus esse dedignatur? Iste q hoc di-
Matth. 20. cit: Quicunq3 vult inter vos maior esse (dicit dñs)
erit vester seruus. Ille si seruus vellet esse fratrũ suo
rũ: nõ eos separet a mr̃e ipsoꝝ. Sed cũ vult esse ma-
Iaco. 4. gnus: et nõ vult esse salubriter paruus: deꝰ q supbis
resistit: humilibꝰ aũt dat gratiã: q2 solꝰ est magnus:
implet oĩa q̃ ꝑdixit: et cõtradicit maledicẽtibꝰ. Chri
sto enĩ tales maledicũt qui dicunt: q2 periit ecclesia
de toto orbe terrarũ: et remãsit ĩ sola aphrica. Si di
ceres illi: ꝑdes villã tuã: forte nõ a te tẽperaret ma-
nũ: et dicis christũ ꝑdidisse hereditatẽ suã redemptã
sanguie suo? Quã aũt faciat iniuriã videte frẽs: scri
ptura dicit: In lata gẽte gloria regis: ĩ diminutiõe
Prouerb. 14. ppli cõtritio principis. Ergo hãc iniuriã facis chri-
sto: vt dicas populũ eiꝰ ad istã exiguitatẽ diminu-
tũ. Ideo natꝰ es: ideo christianũ te dicis: vt inuide-
as glorie christi: cuiꝰ signũ te ĩ fronte portare asse-
ris: et de corde ꝑdidisti? In lata gente gloria regis.
Agnosce regẽ tuũ: da illi gloriã: da illi latã gentem.
Quã latã gentẽ dabo inquis? Noli ex tuo corde da-
re: et recte dabis. Vñ do inquis? Ecce hinc da: Oẽs
gẽtes quotq̃t fecisti: veniẽt et adorabũt corã te dñe.
Dic hoc: cõtere hoc: et dedisti latã gentẽ: q2 oẽs gẽ
tes ĩ vno: vna ipa est vnitas. Quõ enĩ ecclesia et ec-
clesie: ille ecclesie q̃ ecclesia: sic illa gẽs q̃ gẽtes. An-
tea gentes: multe gentes: mõ vna gens. Quare vna
gẽs? Quia vna fides: q2 vna spes: q2 vna charitas:
q2 vna expectatio. Postremo q̃re nõ vna gẽs: si vna
patria? Patria celestis est: patria hierusalẽ est: quis-
quis inde ciuis nõ est: ad istã gentẽ nõ ꝑtinet. Quisq̃s
aũt inde ciuis est: ĩ vna gente dei est: Et hec gens ab
oriente in occidentẽ: ab aq̃lone et mari distenditur ꝑ
q̃tuor ptes totiꝰ orbis. Hoc deꝰ dicit: Ab oriente et
occidẽte: ab aquilone et mari date gloriã deo. Hoc
ꝑdixit. hoc impleuit q solus est magnꝰ. Desinat er-
go hoc dicere ꝯtra solũ magnũ: q noluit esse puus:
q2 nõ pñt esse duo magni: deꝰ et donatus. Deduc
T
Al. ingrediar me dñe in via tua: et ambulabo in verita-
te tua: Via tua: veritas tua: vita tua: christꝰ. Ergo
Ioh. 14. corpꝰ ad illũ: et corpꝰ de illo. Ego sum via et veritas
et vita. Deduc me dñe in via tua. In q̃ via? Et am-
bulabo in veritate tua. Aliud est vt ducat ad viam:
aliud vt deducat in via. Vide hoies vbiq3 pauperes:
vbiq3 adiutorio egẽtes. Qui ꝓter viã sunt: christia-
ni nõ sunt: aut catholici nondũ sunt: deducant ad vi-
am. Sed cũ ꝑducti fuerint ad viã: et catholici ĩ chri
sto facti fuerint: ab ipo deducant ĩ ipa via ne cadãt.
Certe iã ambulãt in via. Deduc me dñe in via tua.
Certe iã in via tua sum: deduc me ibi: et ambulabo
in veritate tua. Deducẽte te: non errabo: si dimise-
ris errabo. Ora ergo vt nõ te dimittat. sed vsq3 ĩ finẽ de-
ducat. Quõ deducit? Semꝑ monẽdo: semꝑ dando
tibi manũ suã. Et brachiũ dñi cui reuelatũ est? Dan- Esa. 53.
do enĩ christũ suũ: dat manũ suã: dãdo manũ suã:
christũ suum dat. Ad viam ducit ꝑducendo ad chri
stum suũ. In via deducit: deducendo in christo suo.
Christꝰ aũt veritas. Deduc me ergo domine in via
tua: et ambulabo in veritate tua. In illo vtiq3 q ait:
Ego sum via et veritas et vita. Nam qui in via et ve- Ioh. 14.
ritate deducis: quo nisi ad vitam ꝑducis? Deducis
ergo in illo: et ad illum. Deduc me dñe in via tua: et
ambulabo in veritate tua. Iocundet cor meũ V
vt timeat nomen tuum. Ergo timor in iocun- Al.
ditate est. Et quomodo iocunditas: si timor? Nõne
timor amarꝰ solet esse? Erit ergo aliq̃n iocunditas
sine timore: modo iocunditas cũ timore. Nondum
est enĩ plena securitas: nec pfecta iocũditas. Si nul
la iocũditas: deficimꝰ: Si plena securitas: male ex-
ultamus. Ergo et iocunditatẽ aspergat: et timorem
incutiat: vt de dulcedine iocunditatis perducat nos
ad sedem securitatis. Dando timorẽ non nos faciat
male exultare et recedere de via. Ideo sic dicit ps.
Seruite dño in timore: et exultate ei cum tremore. Ps. 2.
Sic et aplꝰs paulus dicit: Cum timore et tremore ve- Phil. 2.
strã ipoꝝ salutẽ operamini. Deus enim est qui ope-
ratur in vobis. Quicq̃d ergo prosperum venit fra-
tres: magis metuendũ est. Que putatis ꝓspera: ma
gis tẽptationes sunt. Venit hereditas: venit copia
rerũ: abundat circumfluentia: nescio cuius felicita-
tis: tentationes sunt iste: cauete ne vos ista corrum-
pant. Quicq̃d etiã ꝓsperũ est fm christũ: et germa-
nam charitatẽ christi: Si forte lucratꝰ es vxorẽ tuã
q̃ fuit in parte donati: si forte crediderũt filij tui qui
fuerũt pagani: si forte lucratus es amicũ tuum q te
volebat seducere ad theatrũ: et tu eum deduxisti ad
ecclesiam: si forte cõtradictor nescio quis inimicus
tuus: et rabide seuiens: deposita illa rabie factus est
mitis: et agnouit deũ: nec oblatrat aduersum te: sed
clamat tecum aduersus malũ: ista iocũda sunt. Vñ
enĩ gaudemus: si de his nõ gaudemus? Aut q̃ sunt
alia gaudia nostra: nisi ista? Sed quia abundant et
tribulationes et tẽptationes: et dissentiones: et schis-
mata et cetera mala: sine q̃bus nõ põt esse hoc secu-
lum: donec trãseat iniq̃tas: exultatio illa nõ nos fa-
ciat securos: sed ita iocũdet cor nostrũ vt timeat no
men dñi: ne aliunde iocundet. aliunde feriat. Secu-
ritatẽ nõ expectetis ĩ ꝑegrinatiõe: q̃n hic illã volue
rimus: viscũ erit corporis: nõ securitas hoĩs. Iocun-
detur cor meũ vt timeat nomen tuũ. Cõfitebor
tibi dñe deus meꝰ in toto corde meo: et glo
rificabo nomẽ tuũ in eternũ. Quia miseri
cordia tua magna est sup me: et eruisti ani- I
mã meã ex inferno inferiori. Quod dicimus fra- Al.
tres: hoc si nõ vobis tãq3 certus exposuero: ne suc-
censeatis: Homo enim sum: et quantũ cõceditur de
scripturis sanctis: tantũ audeo dicere: nihil ex me.
Infernum nec ego expertus sum adhuc nec vos: Et
fortassis alia via erit: et nõ per infernũ erit. Incerta
sunt enĩ hec. Verũ q2 dicit scriptura cui ꝯtradici nõ
põt: Eruisti animã meã ex inferno inferiori: Intelli-
gimꝰ tãq3 duo inferna esse: superiꝰ et inferiꝰ. Nã vñ in-
fernũ inferius nisi q2 est infernũ superiꝰ? Aliud eõ

[…]cretur inferius nisi in cõparatione illius superio/
ris partis. Videt ergo fratres esse quãdã habitatio
celestis angelorũ: vbi vita ineffabiliũ gaudiorum: vbi
immortalitas et incorruptio: vbi oĩa ſm dei donũ et
gratiã pmanẽtia: Illa ps rerũ supna ẽ. Si ergo illa
supna est: hec terrena vbi caro et sanguis: vbi corru
ptibilitas: vbi natiuitas et mortalitas: vbi decessio
atq successio: vbi mutabilitas et incõstantia: vbi ti/
mores: cupiditates: errores: leticie incerte: spes fra/
gilis: caduca substãtia: puto qz oĩs ista pars nõ põt
cõparari illi celo de q loquebar pauloante. Si ergo
illi parti hec ps nõ cõparat: illa supna est: hec infer/
na. Et post morte q hinc nisi sit infernũ inferi' hoc
! inferno in q sum' in carne et in ista mortalitate: Cor/
Ro. 8. pus eñ mortuũ est: ait aplus: pter peccatũ. Ergo et
hic sunt mortui: vt nõ mireris: qz infernũ dicitur si
mortuis abũdat. Nõ eñ ait: corpus moriturũ: sed
[…] corpus mortuũ est. Adhuc habet vitã vnicuiq corp'
nostrũ: et tñ cõparatũ corpori illi qd futurũ est: q̃le
sunt angelorum corpora: inuenit corp' hoĩs mortuũ:
qũuis adhuc habẽs animã. Sed rursus ab hoc infer
no: id est ab hac pte inferni est aliud inferi' quo eunt
mortui: vñ voluit deus eruere aĩas nostras: etiam il
luc mittẽdo filiũ suũ. Etenim fratres pter ista duo
inferna missus est fili' dei vndiq liberãs. Ad hoc infer
nũ missus est nascẽdo: ad illud moriẽdo. Propterea
Ps. 15. vox eius est in illo psalmo: nõ quoquo hoĩe cõiectãte:
Act. 2. sed aplo exponẽte: vbi ait: Qm nõ derelinquis animã
meã in inferno. Ergo aut ipi' vox est hic: Et eruisti
animã meã ab inferno inferiori: Aut nr̃a vox p ipm
christũ dñm nostrũ: qz ideo ille puenit vsq ad infer
2 nũ: ne nos remaneremus in inferno. Aliã etiã opinio
nẽ dicã. Fortassis eñ apud ipos inferos est aliq ps
inferior: qua trudunt impij q plurimũ peccauerũt.
[…] Etenim apud inferos vtrũ in locis quibusdã fuisset iã
abraã nõ satis possum' definire. Nondũ eñ dñs ve
nerat ad infernũ vt erueret inde oim sctõrum pceden/
Luc. 16. tiũ aĩas: et tñ abraã in requie ibi erat. Et qdã diues
cũ torqueret apud inferos: cũ videret abraã: leuauit
oculos. Nõ eñ posset leuatis oculis videre: nisi ille
esset superi': ille inferius. Et qd ei r̃ndit abraã cũ di/
ceret: Pater abraã mitte lazarũ vt intingat digitum
suũ: et stillet in linguã meã: qm crucior in hac flãma:
Fili ait: memẽto qz recepisti bona in vita tua: lazar'
aũt mala: Nunc aũt hic requiescit: tu vero torqris.
Et sup hoc ait: Inter nos et vos magnũ chaos firma/
tum est: vt nec nos possim' venire ad vos: nec inde
aliqs venire ad nos. Ergo inter ista fortasse duo in/
ferna: quorum in vno quieuerũt aĩe iustorum: in altero tor
querent aĩe impiorum: attendẽs qdam orans hic iã in
corpe christi positus: et orãs in voce christi: eruisse deũ
aĩam suã ab inferno inferiori dixit: quia liberauit se
[…]s peccatis p q posset deduci ad tormẽta inferni
[…] Quẽadmodũ si medic' videat tibi immi
nentẽ egritudinẽ forte et aliq labore: et dicat: pce ti/
bi: sic te tracta: reqesce: his cibis vtere: nã si nõ fece/
ris egrotabis: tu aũt si feceris: salu' eris: recte dicis
sed ante om̃es angelos: ante celum et terram: q: om- Ioh.1.
nia per ipm facta sunt: subiecit ne tu intendẽs diem
natiuitatis domini ex quo natus est: putares ex illo
esse cepisse: Parata est sedes tua deus. Sed quis
deus? A seculo tu es: Ab eterno dixit: ἀπὸ
αἰῶνος sic habet grecus. αἰὼν: aliquãdo seculũ
ponitur: aliquãdo eternũ ponitur. Ergo o tu qui ex
illo videris natus: ex eterno es. Non aũt natiuitas
humana cogitetur: sed cogitetur eternitas diuina.
Ergo cepit ex quo natus est: creuit: audisti euange-
lium: elegit discipulos: impleuit illos: ceperũt pre-
dicare discipuli. Forte hoc est quod consequenter
dicit. Eleuauerunt flumina dñe: eleuaue-
runt flumina vocem suam. Eleuauerunt k
flumina voces suas. Que sũt ista flumina que Al. ...
eleuauerũt voces suas? Non audiuim9: Neq quã-
do natus est domin9 audiuimus locuta flumina: ne-
q quãdo baptizatus est: neq quãdo passus est au-
diuimus flumina locuta. Legite euangeliũ: et non
inuenitis quia locuta sunt flumina. Parũ est quia
locuta sunt: eleuauerunt voces suas. Nõ solum lo-
cuta sunt: sed fortiter: magne: excelse. Que sunt ista
flumina que locuta sunt? Diximus q in euangelio
non legimus: tamẽ ibi queramus. Nam si ibi non
inuenimus: vbi inueniem9? Ego vobis fingere po-
tero: et subito ero non certus dispensator: sed inept9
fabulator. In euãgelio queramus: simul queram9:
que sunt ista flumina que eleuauerunt voces suas.
Stabat iesus et clamabat: dictum est in euangelio.
Quid clamabat? Ecce iam ipm caput fluminũ cla-
mat: ipse fons vite vnde sunt flumina cursura: leua-
uit prior vocem suam. Et quid stans iesus clama-
bat? Qui credit in me (sicut scriptura dicit) flumina Ioh.7.
aque viue de ventre eius fluent. Euangelista sequi-
tur statim. Hoc autẽ dicebat de spiritu quem acce-
pturi erant hi qui in eum erant credituri. Spiritus Ibidem.
autem nondũ erat datus: quia iesus nondum erat
glorificatus. Cum autem glorificatus est iesus in re-
surrectiõe: et ascẽsione in celos (sicut nostis fratres)
impletis ibi decem diebus propter quoddã sacra- Act.2.
mentũ: misit spiritũ suum sanctũ: impleuit discipu-
los. Ipse spiritus magnũ flumen: vnde impleta sũt
multa flumina. De ipso flumine dicit psalmus alio Ps.45.
loco: Fluminis impetus letificat ciuitatem dei. Er-
go facta sũt flumina currẽtia de vẽtre discipulorũ q l
acceperunt spiritumsanctum: Ipsa flumina acce-
pto spiritusancto: vnde eleuauerunt voces suas?
Quare eleuauerunt? Quia primo timuerunt. Pe-
trus nondum erat flumen quando interrogatione Matth.26.
ancille ter christum negauit dicens: Nescio homi-
nem. Hic timens mentitur: nondum eleuat vocem:

nondum est flumen. Ubi autem impleti sunt spiritu sancto: accersierũt eos iudei: et preceperunt eis ne omnino loquerẽtur: neq̃ docerent in nomine iesu.
Act.4. Petrus autem et iohannes dixerunt ad eos: Si iustum est coram deo: vt vobis obediamus magis q̃ deo: iudicate: Non enim possumus que vidimus et audiuimus nõ loqui. Eleuauerunt ergo flumina voces suas **A vocibus aquarum multarum.** Ad ipsam eleuationem vocis pertinet quod ibi scriptum est: Stetit autẽ petrus cum vndecim: et eleuata voce dixit ad eos: Uiri iudei: et cetera quibus annunciat iesum sine timore cum magna fiducia. Eleuauerunt enim flumina vocem suam: a vocibus aquarum multarum. Nam et cum dimissi essent apostoli de concilio iudeorum: venerunt ad suos et indicauerunt quanta eis sacerdotes et seniores dixerunt.
Ibi.3. At illi audientes: leuauerunt voces vnanimes omnes ad dominũ et dixerunt: Domine: tu es qui fecisti celum et terram: et mare et oĩa que in eis sunt: et cetera que dicere potuerunt flumina eleuantia vocem suam. **Mirabiles suspensure maris.** Cum eñ eleuassent voces suas discipuli illi: crediderunt multi: et acceperunt multi spiritumsanctũ: et ceperũt multa flumina clamare de paucis. Ideo sequitur: A vocibus aquarũ multarum mirabiles suspensure maris: id est huius seculi. Cum cepisset christus tãtis vocibus predicari: cepit irasci mare: ceperunt crebrescere persecutiones. Cum eleuassent ergo flumina vocem suam a vocibus aquarum multarum: mirabiles suspensure maris. Suspensure exultationes sunt: quia quãdo irascitur mare: suspenduntur fluctus. Suspendãtur fluctus quantũ volunt: fremat mare quantum vult: mirabiles quidem suspensure maris: mirabiles mine: mirabiles persecutiones. Sed vide quid sequitur: **Mirabilis in excelsis dominus.** Compescat se ergo mare: et aliquãdo tranquilletur: detur pax christianis. Turbabat mare: fluctuabat nauicula. Nauicula ecclesia est: mare seculum est. Uenit domin⁹: ambulauit super mare: et pressit fluctus. Quomodo ambulauit dominus super mare? Super capita istorum fluctuum magnorum spumantium. Potestates et reges crediderunt: et subiugati sunt christo. Ergo non terreamur: quia mirabiles suspẽsure maris: mirabilis in excelsis dominus. **Testimõia tua credita facta sunt nimis.** Magis q̃ mirabiles erant suspensure maris: et mirabilis in excelsis dominus. Testimonia tua credita facta sunt nimis. Testimonia tua: quia dixerat illud ante: Hec dico vobis: vt in me pacem habeatis: in mundo autem pressuram. Ergo quia mundus pressuram vobis facturus est dico vobis. Ceperunt pati: et confirmarunt in se quod illis predixerat domin⁹: et magis fortes facti sunt. Cum enim videbant impleri in se passiones: sperabant compleri in se et coronas. Et ideo mirabiles suspẽsure maris: mirabilis in excelsis dominus. Ut in me inquit pacem habeatis: in mundo autem pressuram. Ergo quid facimus? Sevit mare et extolluntur fluctus: et rabidi fremũt: pressuras patimur. Nonne forte deficimus? Absit. Mirabilis in excelsis dominus: Ideo et ibi cum diceret: Ut in me pacem habeatis: in mundo autem pressuram: quasi diceretur: Putas non premet nos mundus et extinguet nos: statim subiecit: Sed gaudete: quia ego vici seculum. Si ergo ait: ego vici seculum: adherete illi qui vicit seculum: qui vicit mare: Gaudete ad eum: quia mirabilis est in excelsis dominus: et testimonia tua credita facta sũt nimis. Et quid factum est de his oĩbus? **Domum tuam decet sanctificatio domine.** Domum tuam: totam domũ tuam: Nõ hic: aut hic: aut ibi: sed domum tuam: tantum per totum orbem terrarum. Quare per totum orbem terrarũ? Quia correxit orbem terre qui non cõmouebitur. Dom⁹ domini fortis erat: per totum orbẽ terrarũ erit. Multi cadent: sed domus illa stat. Multi turbabuntur: sed domus illa non mouebitur. Domum tuam decet sanctificatio domine. Nunquid paruo tẽpore? Absit. **In longitudine dierum.**

Explicit Tractatus de ps̃. XCII.

Incipit Tractatus de ps̃. XCIII.

Sicut intentissime audiuimus cum psalm⁹ iste legeretur: ita intente audiamus cum reuelat domin⁹ que hic dignatus est opacare mysteria. Ad hoc enim clauduntur quedam sacramenta scripturarum: non vt denegentur: sed vt pulsantibus aperiantur. Si ergo affectu pio et sincera cordis charitate pulset: ille aperiet qui videt vnde pulsetis. Notum est nobis oĩbus atq̃ vtinam de numero eorum non simus: multos murmurare aduersus dei patientiam: et dolere iniquos homines et impios: vel viuere in hac terra: vel etiam plurimũ posse: et quod est amplius plerũq̃ plurimum posse malos aduersus bonos: et sepe malos premere bonos: malos exultare: bonos laborare: malos superbire: bonos humiliari. Attendentes talia: in genere enim humano abundant: peruertuntur impatientes et infirmi animi: quasi frustra sint boni: quia deus auertit vel auertere videtur oculos suos a bonis operibus piorum et fidelium: et augere malos i his que diligunt. Putantes ergo infirmi frustra se bene viuere: aut inuitantur ad imitandam maliciam eorũ quos quasi florere conspiciunt: aut si per infirmitatem: vel persone sue vel animi timent male facere: ne aliquid illis sm leges seculi mali accidat: nõ quia iusticiam diligunt: sed vt dicam apertius timentes damnari inter hoĩes vel ab hoĩbus: abstinent se q̃dem a factis malis: sed non se abstinent a cogitationibus malis: Et inter cogitationes eorum iniquas precipue caput iniquitatis illa tenet impietas: quia videtur eis deus negligere et nõ curare res humanas: et aut equaliter habere bonos et malos: aut etiam quod ẽ perniciosius cogitare: insectari bonos: et malis fauere. Qui talia cogitat: et si nihil mali alicui faciat: facit plurimum sibi: et in semetipsum impius est: et iniquitate sua non ledit deũ: sed interficit se: neq̃ nocent hominibus: quia timidi sunt qui talia cogitant: sed tamen homicidia eorum: adulteria eorũ: fraudes et rapinas eorũ videt deus: et punit ĩ cogitationibus eorũ. Quid enim velint: ille attendit cuius oculus non repellitur carne: vt non videat voluntatẽ. Tales si occasiones inueniãt: nõ mali fiũt sed manifestant: nõ vt sentias quid natum sit manifestum: sed vt intelligas qđ latebat inclusum. Paucis his annis: et prope hesterno die vidimus: hec ho

[...]mines: ꝛ pbauerũt etiã qui tarde intelligunt. Erat enim hic vna domus potentissima ad tempus: de qua flagellũ fecerat deus generi humano: ꝛ castigatum est inde genus humanũ: sic cognoscat flagellũ patris: ꝛ timeat sentẽtiã iudicis. Cum ergo esset hic eadem domus magna: multi sub illa gemebãt: murmurabant: reprehẽdebant: detestabantur: blasphemabant: Quomõ se artant homĩes: ꝛ dãtur diuino illo iudicio? Multi in ↄcupiscentias cordis sui subito euertebant ipam domũ illi qui murmurabant de ipa domo: ꝛ ab eis talia homines patiebãtur: qualia se pati ipi a talibus pauloante querebantur. Bonus ergo ille est qui ꝛ quãdo potest mala facere non

Eccl. 31. facit: De quo scriptum est: Qui potuit trãsgredi et nõ est transgressus: et facere mala et nõ fecit: Quis est hic et laudabim⁹ eum? Fecit enim mirabilia in vita sua. Loquebaꝛ scriptura de potentibus innocentibus. Et lupus eñi tantũ vult nocere quantum leo: Dissimiliter nocent: sed nõ dissimiliter cupiunt. Leo enim nõ solum contẽnit canem latrantẽ: sed etiam fugat: ꝛ venit ad ouile: et obmutescentibus canibus rapit quod potest: Lup⁹ nõ audet inter latrat⁹ canum. Nunquid ꝓpterea quia nõ potuit auferre a canibus territus: innocẽtior remeauit? Docet ergo deus innocentiã: vt quisq̃ innocens sit: nõ timore pene: sed amore iusticie. Tũc enim liber est innocẽs: ꝛ verus est innocẽs ẽ. Qui autẽ timore innocẽs est: nõ est innocens: q̃uis nõ noceat cum vult nocere. Non enim nocet alteri p effectũ malum: sed sibi plurimũ per cupiditatẽ malam. Nã quomõ sibi no

Ps. 10. ceat: audi scripturam: Qui autem amat iniquitatẽ: odit animã suam. Et reuera multum errãt homĩes qui putant iniusticiã suam alijs nocere: ꝛ sibi nõ nocere. Ad alios ꝓcedit iniquitas cuiuslibet: vt corpori noceat: vt rem familiarẽ ledat: vt villam inuadat: vt mancipiũ abducat: vt aurum auferat: aut argentũ: vel si quid aliud possidet: Ad hoc ꝓfertur illa iniquitas ad alterum. Ergo iniquitas tua alieno corpori nocet: tuo animo nõ nocet? Contra istã simplicem veracẽq̃ doctrinam qua insinuaꝛ hominibus bonis: vt ipam iusticiam diligant: et ex ea placere deo velint: ab illa intelligant luce quadã intelligibili ꝑfundi animã suam: vt faciant iusta opera: ꝛ illam lucem sapiẽtie omnibus que in seculo diliguntꝛ ꝑponant:

C Contra istam doctrinã talia murmura sũt hominũ: etsi nõ ꝓcedunt in voce: roduntur in corde. Quid ergo dicunt? Vere placitur⁹ sum deo per iusticiã: Aut iusti illi placẽt: sub cui⁹ ipio mali florẽt? Tanta mala cõmittũt: ꝛ nihil illis euenit mali? Aut si forte euenit aliquid mali: quid tibi dicunt illi cum eis ceperis dicere: Ecce quanta fecit mala: quomõ illi redditũ ẽ: qualẽ exitum habuit? Incipiũt illi cogitare iustos quib⁹ mala euenerũt: ꝛ opponunt nobis: ꝛ dicunt: Si illi propterea mali accidit aliquid quia iniquus fuit: illi quare accidit qui tam iuste vixit? Qui elemosynas tantas fecit: qui tam multa bona operatus est in ecclesia: quare talem sortẽ inuenit? Quare talẽ exitũ habuit: qualẽ ille homo qui mlta iniqua cõmisit? Ad hoc aũt ista dicunt: vt ostendãt se propterea nõ facere mala: quia non possunt: aut quia nõ audent. Nam quid velit cor: lingua testaꝛ. Et quidem etiã si lingua obmutesceret: ꝛ ipa timore cõpressa esset: deus videret intus quid cogitaret homo: si etiam aliũ hominẽ lateret. Tacitas et [...] cogitationes hominũ tales: aut etiam erumpen[...] in verba vel facta curat iste psalm⁹: si curari [...] Intendant ergo ꝛ curẽtur. Atq̃ vtinã in h[...]tudine tota que nũc est inter istos parie[...] per nos verbũ dñi: nulla sint talia vulnera que curẽtur: Vtinã nulla sint: Nõ tamẽ rẽ sup̃fluam facim⁹ dicere: si nulla ibi sunt vulnera. Instruanꝛ corda ad sanãdos alios: cum audire talia ceperint. Credo eñi quia vnusquisq̃ christian⁹ cum audierit aliquem dicentẽ talia: si bonus fidelis est: ꝛ bene credit deo: et spes eius est in futuro seculo: nõ in hac terra: non in hac vita est: et nõ frustra audit vt sursum cor habeat: irridet ꝛ dolet talia murmurãtes: et diꝛ sibi: Deus nouit quid agat: nos nõ possumus nosse consilium ipius: quare parcit malis ad tẽpus: vel quare laborẽt boni ad tẽpus: Sufficit tamen mihi hoc scire: quia ꝛ ad tẽpus laborat bonus: ꝛ ad tempus floret malus. Qui ergo talis est: secur⁹ est: et patienter fert omnes felicitates malorũ: ꝛ labores bonorũ patienter fert: Tolerat donec finiaꝛ hoc seculũ: donec transeat iniquitas. Iam talis beatus est: ꝛ erudiuit eum deus de lege sua: et mitigauit eũ a diebus malignis: donec fodiaꝛ peccatori fouea. Qui vero nõdũ est talis: audiat per nos quod dño placet: Plura autẽ ipe dicat in corde: qui melius videt vulnus quod curet. Psalmus hunc titulũ habet: id est hãc inscriptionem: **Psalmus ipsi dauid quarta sabbati.** D

Docturus est psalmus iste patiẽtiam in laboribus iustorũ: Cõtra iniquorum felicitates patientiã docet: patiẽtiã edificat: Hoc habet totus a capite vsq̃ in finẽ. Quare ergo talẽ habet titulũ: in quarta sabbati? Vna sabbati: dies dominic⁹ est. secũda sabbati: secunda feria: quem seculares diem lune vocãt: Tertia sabbati: tertia feria: quẽ diem illi martis vocant. Quarta ergo sabbatorũ: quarta feria: qui mercurij dies dicitur a paganis et a multis christianis: sed nolumus vt dicant: atq̃ vtinã corrigantur vt nõ dicant. Sic eñi habẽt linguam suam: qua vtantur. Non eñi ꝛ in omnibus gentibus ista dicũtur. Multe gẽtes alie atq̃ alie aliter vocãt. Melius ergo de ore christiano ritus loquẽdi ecclesiasticus ꝓcedit. Tamen si quem forte consuetudo traxerit: vt illud exeat ex ore quod improbat corde: intelligat illos omnes de quorũ nominibus appellata sũt sidera homines fuisse: nec ex eo esse cepisse ista sidera in celo: ex q̃ illi esse ceperũt: Et ante ibi fuerunt: s per beneficia quedam mortaliũ mortalia illi homines pro tẽpore suo: quia plurimũ potuerunt ꝛ eminuerunt in hoc seculo cum chari essent hominibus: nõ propter vitã eternam: sed propter cõmodũ temporale deferebantur eis diuini honores. Veteres enim vates decepti: ꝛ decipere volentes: in eorum adulationẽ q̃ sibi aliq̃d ſm amorẽ secli ꝑstitissẽt: sidera ostendebant in celo: dicentes: q̄ illius esset illõ sidus ꝛ illud illius. Homĩes autẽ qui ante nõ aspexerant vt viderent: quia ibi erant et illa sidera ante q̃ nascerenꝛ: decepti crediderũt: et cõcepta est opinio vanitatis. Hanc opinionẽ erroris diabolus confirmauit: christus euertit. Nos ergo ſm q̄ loquimur

E quarta sabbatorum: quartus dies intelligitur a die dominica. Attendat itaq̃ charitas vestra quid sibi velit iste titulus. Hinc grande mysterium: ex

recera occultum. Nam pleraq; ipsius psalmi ma/
nifeste sonant: & manifeste mouent: & cito intelligun
tur. Hic autem titulus quod fatendum est habet
non parũ obscuritatis: sed aderit dñs & serenabit nu
bilum: & videbitis psalmũ: & ex fronte psalmi cogno
scetis eum. In fronte eñi habet psalmus iste: psal/
mus ipsi dauid quarta sabbatorũ. In limine est ti/
tulus: in postibus situs est. Volũt homĩes titulum
cognoscere: & sic domum intrare. Recolamus ergo
Gen. 1. scripturã sanctã in Genesi: primo die quid sit factũ:
inuenimus lucem. secũdo die quid sit factũ: inueni/
mus firmamentũ qḋ appellauit deus celum. tertio
die quid sit factũ: inuenimus speciẽ terre & maris: &
segregationem: vt oĩs congregatio aquarũ voca/
Ibidem. retur mare: & arida vocaretur terra. Quarto die: lu/
minaria fecit deus in celo: solem in potestatem diei:
lunã & stellas ĩ potestatẽ noctis: Hoc quarto die fe/
cit. Quid sibi ergo vult quod de quarto die accepit
psalmus titulũ: In quo psalmo docet patiẽtia ad/
uersus felicitates malorũ: & labores bonorum. Ha/
bes paulũ apostolũ dicentẽ sanctis fidelibus robo/
Phil. 2. rans ĩ christo: Oĩa facite sine murmuratiõe & dis/
ceptatione: vt sitis irreprehensibiles & sinceres: im/
maculati filij dei in medio nationis tortuose & puer/
se: in quibus apparetis sicut luminaria in mũdo: ver
bum vite habentes. Similitudo de luminarib' da/
ta est ad sanctos: vt sine murmuratione sint in nati/
f one tortuosa & peruersa. Sed ne quisq; ppterea pu/
tet colenda esse & adorãda luminaria celi: quia inde
aliqua similitudo ducta est ad significationẽ sancto/
rum: prius hoc explicemus in nomine christi: q̃ nõ
sit consequens vt ppterea tibi videatur adorandus
sol: aut luna: aut stelle: aut celum: quia aliqua de il/
lis similitudo ducta est: qua significarent sancti: q̃a
multa sunt de quibus ducta est similitudo ad signi/
ficandos sanctos que nõ adorãtur. Si eñi quicquid
est vnde similitudo ducit ad sanctos: adorandũ tibi
Ps. 113. putas: adora montes & colles: quia dictũ est: Mon
tes exultauerũt velut arietes: & colles velut agni oui
um. Tu de sanctis dicis: ego de ipso christo dico.
Apoc. 5. Adora leonẽ quia dictũ est: Vicit leo de tribu iuda.
1 Cor. 10. Adora petram: quia dictũ est: Petra aũt erat chri/
stus. Si autẽ non adoras in christo ista terrena: q̃/
uis de illis similitudo quedã data est ad significan/
dos sanctos: de quacũq; creatura ducta fuerit simi/
litudo: tu intellige similitudinem creature: et adora
Mal. 4. artificem creature. Dictus est sol dñs noster iesus
christus: Nunqd iste sol quẽ & minutissima anima/
Ioh. 1. lia nobiscum vident: Sed de quo dictũ est: Erat lu
men verũ quod illuminat omnẽ hominẽ venientem
in hunc mundũ. Nam lux ista nõ hominẽ solũ illu/
minat: sed & iumẽta & pecora & oĩa animalia. Qḋ
autem illuminat omnẽ hominẽ: in corde illuminat:
g vbi intellectũ solum habet. Intelligat ergo charitas
Phil. 2. vestra quibus dixit Apostolus in natione tortuosa
et peruersa: id est inter iniquos in quibus apparetis
sicut luminaria in mũdo: verbũ vite habentes: q̃dã/
modo admonuit nos: & istum psalmum intelligere:
et prenoscere titulũ ipsius. Tales eñi sancti in quib'
est verbum vite: de cõuersatione quã habẽt in celo:
despiciũt oĩa iniqua que fiunt in terra. Et quomõ
luminaria in celo per diẽ et per noctẽ pcedunt: per/
agunt itinera sua: cursus suos certos habẽt: & com
mittũtur tãta mala: nec deuiant desup stelle sixe in
celo agentes per tractus celestes, que illis cõstituit
et constituit creator ipsorũ: sic debẽt sancti sed si ĩ ce
lo figãtur corda eorum: si nõ frustra audiãt & respõ
deant sursum se habere cor: si imitẽtur eum qui ait:
Nostra aũt conuersatio in celis ẽ. Qui ergo sunt in Phil. 3.
supernis: et de supernis cogitant: sicut dictum est:
Vbi est thesaurus tuus: ibi ẽ et cor tuum: de ipsis co Matth. 6.
gitationibus supernorũ patiẽtes fiunt: et quicquid
in terra cõmittitur: sic nõ curant donec peragãt iti/
nera sua: quemadmodum non curant luminaria ce
li: nisi quõ exerceant dies & noctes: q̃uis tanta ma
la videãt fieri sup trã. Sz facile ẽ forte vt ferãt iusti
iniquitates malorũ q̃ nõ ĩ ipsos fiũt: Sz sic ferũt q̃ ĩ ali
os fiũt: sic ferãt & q̃ in ipsos fiũt. Nõ eñi ppterea de/
bent ferre & tolerare: q2 in alios fiũt: Et si in se fiant:
nõ debent pdere tolerantiã. Nam qui pdiderit tole/
rantiam: cecidit de celo. Qui autẽ fixũ habet cor in
celo: terra ipsius laborat in terra. Quanta & de ipsis
luminaribus fingũt homĩes: & patiẽter ferunt: quõ
iusti patiẽter debent ferre omnes etiam de se falsas
criminatiões: Hocipsm quod iam dudũ dixi: q2 il/
la stella mercurij est: et illa stella saturni est: & illa stel
la iouis est: conuitia fiunt stellis. Quid ille: cũ audi/
unt tanta conuitia: Nunquid mouẽtur: aut non ex/
ercent cursus suos: Sic & homo qui in natiõe per/ Phil. 2.
uersa & tortuosa habet verbum dei: sicut luminare ẽ
fulgens in seculo. Quanti qui sibi videtur honora/
re solẽ: de illo mentiũtur: Qui dicũt christus ẽ sol:
mentiũtur de sole. Nouit sol dñm suum esse christũ
et creatorẽ suũ: Et si indignari potest: acerbius in/
dignat contra falso honorantẽ: q̃ contra contume/
liosum. Seruo eñi bono: maior contumelia est iniu
ria dñi. Quanta falsa de ipsis luminaribus quidam
dicũt: & ferũt: tolerant & nõ mouẽtur. Quare: Quia h
in celo sunt. Celum aũt quid est: Nec hoc p̃termit/
tamus. Quedam de luna mentiũtur homĩes: quã/
do vidẽt obscurari lunã: & dicunt: malefici illam de
ponunt: cum certis temporib' defectũ suũ habeat
scdm dei dispositionẽ: Nõ curat tamen ista verba ho
minũ illa que in celo est. Sed quid est: ĩ celo: In fir
mamento celi est. Cuius ergo cor in firmamento li/
bri dei est: illa nõ curat. Nam celũ id ẽ firmamentũ:
intelligit p figurã liber legis. Ideo quodã loco di/
citur: Extendẽs celum sicut pellẽ: Si extendit sicut Ps. 103.
pellis: tanq̃ liber est extẽtus vt legatur. Transacto
aũt tempe quo legitur lex: propterea eñi legitur lex:
quia nondũ venimus ad illam sapientiam que im/
plet corda et mentes intuentium: et nõ opus erit vt
aliquid ibi nobis legatur: quia in eo q nobis legi/
tur: syllabe sonãt et transeũt: illa aũt lux veritatis nõ
preterit: sed fixa permanens inebriat corda videnti/
um: quomodo dictum est: Inebriabuntur ab vber/ Ps. 35.
tate domus tue: & torrente deliciarũ tuarũ potabis
eos: q̃m apud te est dñe fons vite. Et vide ipm fon/
tem: In lumine inquit tuo videbimus lumen. Quo/ Ibidem.
do ergo lectio necessaria est: q̃diu ex parte cognosci
mus: et ex parte pphetamus: sicut dicit Apostolus:
cũ aũt venerit quod pfectum est: auferet qḋ ex par/ 1 Cor. 13.
te ẽ. Nõ eñi liber necessari' erit: neq; legem' ĩ illa ci
uitate hierl'm vbi ãgeli viuũt: vñ nos mõ pegrina/
mur: & pegrinatio nostra gemit: gemit aũt si hom' q2
peregrinatur. Nã odit valde patriã: qui putat sibi

bene esse cũ peregrinatur. Nunquid ĩ illa ciuitate vbi
sunt angeli euangeliũ legitur: aut Apłus? Verbo
dei pascũtur: Qđ verbũ dei vt sonaret nobis ad tẽp⁹:
Ioh.j. verbũ caro factũ est ⁊ habitauit in nobis. Sȝ tamẽ
ipa lex que scripta est: firmamentũ nobis est: ibi si
sit cor nostrũ nõ cõpellitur iniquitatib⁹ hominum.
Ps.103. Dictũ est ergo: Extendẽs celum sicut pellẽ. Cũ aũt
Esa.34. transeũt tpa necessitatis librorũ: fiet qđ dictũ est: Ce
lum plicabitur vt liber. Qui ergo sursum habet cor:
ipm cor ipi⁹ luminare est: In celo fulget: nec vincitur
tenebris: Infra enĩ sunt tenebre: tenebre aũt iniqui
tas: nõ incõmutabiles tenebre. Iam ⁊ hesterno die
cõmemorauim⁹. Sed qui hodie tenebre sunt: si ve
lint: cras lux erunt. Qui tenebre huc ingressi sunt: si
velint iam lux esse possunt. Aperte enĩ Apostolus
ne quis putaret naturales esse iniquitates que mu
Eph.5. tari nõ possũt: Fuistis enĩ inquit aliquãdo tenebre:
nũc aũt lux in dño: sicut filij lucis ambulate. Lux in
quit in dño: nõ in vobis: Cor ergo in libro. Si cor ĩ
libro: cor in firmamẽto celi. Si ibi ẽ cor: inde lucet:
⁊ nõ mouebitur iniquitatib⁹ subterpositis: nõ quia ĩ ce
lo ibi est per carnẽ: sed quia ibi est ꝑ conuersationẽ:
Phil.3. secundũ qđ dictũ est: Nostra aũt cõuersatio in celis ẽ.
Nõ potes cogitare illam ciuitatẽ: quia nondũ vi
des. Vis cogitare celum? Librum dei cogita. Audi
Ps.1. psalmũ: Et in lege eius meditabitur die ac nocte. Et
ibi hic beatus dict⁹ est: qui nõ abijt in cõsilio impi
Ibidem. orum: ⁊ in via peccatorũ nõ stetit: ⁊ in cathedra pe
stilentie nõ sedit: sed in lege dñi fuit voluntas eius.
Vide luminare in celo: Et in lege eius meditabitur die
ac nocte. Vult patiẽter ferre oĩa? Nõ descendat de
celo: ⁊ in lege eius meditetur die ac nocte. Ergo in
celo cor eius. Si in celo cor eius: omnes iniquitates
que fiunt in terra ad tempus: omnes felicitates malo
rum hominũ: omnes labores iustorũ: meditanti die
ac nocte legẽ dei: nulla sunt: ⁊ paciẽter tolerat omnia:
et erit beatus erudit⁹ a deo. Et quomõ in firmamẽ
to celi? Quia lex firmamentũ est. Beatus vir quẽ
tu erudieris dñe: ⁊ ex lege tua docueris eũ: vt miti
ges eum a diebus malignis: donec fodiatur peccato
ri fouea. Attendite ergo luminaria quomõ ꝓcedũt
et occidũt: ⁊ redeunt: Agũt cursus suos: distinguũt
diem et noctem: voluunt annos et tempora: et tan
ta mala fiunt in terra: illis quietẽ in celo habentib⁹.
Quid est ergo quod docet nos deus? Iam attenda
mus psalmum.

Expositio psalmi.

R Al. fiducialiter.

DEus vltionũ dñs: deus vltionum
fidenter egit. Tu putas quia non vin
dicat? Qui vindicat deus vltionũ est. Quid est de
us vltionum? Deus vindictarũ. In eo certe mur
muras: quia nõ vindicatur in malos. Noli murmura
re: ne inter illos sis in quos vindicatur. Facit ille fur
tũ ⁊ viuit: Tu murmuras aduersus deũ: quia non
moritur qui tibi furtũ fecit. Si iam non facis furtũ:
vide. Si enĩ iam nõ facis: vide ne aliquando fecisti.
Si iam dies es: recole noctẽ tuã. Si iã in celo fixus
es: recole terrã tuã. Inuenies te furẽ fortasse fuisse ali
qñ: ⁊ aliquẽ aliũ forte stomachatũ: qz ⁊ tu furtũ faci
ens vixisti: ⁊ nõ es mortu⁹. Quõ aũt tu qñ faciebas:
ideo vixisti vt postea nõ faceres: noli qz tu trãsisti: vel
le miscdie dei pontem subuertere. Nescis illuc mul
tos trãsituros: ꝗ ⁊ tu trãsisti? Esses mõ qui murmu

raret si aduersus te audiret q̃ prior te murmura
uit? Et tñ ⁊ nũc optas vindictã dei in malos: vt fur
moriatur: ⁊ murmuras aduersus deum: qz fur nõ mo
ritur. Appẽde in stathera equitatis: furem ⁊ blasphe
mũ. Iam dicis qz fur nõ es: sed murmurãdo aduer
sus deũ: blasphem⁹ es. Ille captat somnũ hoĩs vt
aliquid inuolet: ⁊ tu dicis qz dormit de⁹ ⁊ hoĩem nõ
videt. Ergo vis vt ille corrigat manum: prior tu lin
guã corrige. Vis vt ille corrigat cor aduersus homi
nẽ: tu corrige cor aduersus deum: ne forte cũ optas
vindictã dei: si venerit te priorẽ inueniat. Nã illa ve
niet: Veniet ⁊ vĩdicabit pseuerãtes ĩ nequitia sua: ingratos
erogationi miscdie ipius: ingratos patiẽtie ipius:
thesaurizãtes sibi irã in die ire ⁊ reuelationis iusti iu
dicij dei: qui reddet vnicuiq; sm opa ei⁹: quia deus
vltionũ dñs: deus vltionũ: ideo fidenter egit. Nulli
enĩ pepercit qñ hic locutus est: ipse dñs erat in carne
infirmitate: sed in virtute sermonis nõ accepit pso
nas principũ iudeorũ. Quanta in illos dixit: que di
ctũ ẽ fidenter? Egit hec ĩ fiducia: qz scriptũ ẽ ĩ psalmis d
illo. Propter miseriã inopum ⁊ gemitũ pauperum
nũc exurgã dicit dñs. Qui sunt paupes? Qui sunt
inopes? Qui spem nõ habẽt nisi in illo solo: in quo
solo spes nõ fallitur. Attẽdite fratres: q̃ sunt paupes ⁊
inopes. Nõ omnino paupes qui nihil habent videntur
dici a scriptura: qñ laudantur paupes. Inuenis enim
pauperem hoĩem q̃ sibi putat aliqua fauẽda nõ attendit
nisi patronũ suũ: ĩ cui⁹ forte domo manet: cui⁹ inq
lin⁹ est: cui⁹ colon⁹ ẽ: cui⁹ cliens est: ⁊ ideo se indigne
pati asserit: qz ad illũ ptiet: Cor ipi⁹ ĩ hoĩe: spes ipi
us in hoĩe: cinis in cinere. Sũt aũt ⁊ alij qui opulẽ
ti sunt: ⁊ honorib⁹ scdm tps humanis fulciuntur: ⁊ tñ
nec in pecuniam suam spem ponũt: nec in fundis su
is spem ponũt: nec in familia sua spem ponũt: nec in
claritate trãsitorie dignitatis: sed totam spem ĩ illo
ponũt: cui nõ succeditur: qui mori nõ põt: qui falli et
fallere non põt. Tales etsi multa videntur habere in
seculũ: bene tñ ea gubernãt ad refectionẽ indigẽtiũ:
inter paupes dñi numerantur. Vident enĩ piculose se
viuere in hac vita: sentiũt se esse peregrinos: sic diuer
santur in opulentia diuitiarũ suarũ: quõ viator in sta
bulo: trãsiturus: nõ possessur⁹. Ergo qđ dñs: Pro
pter miseriã inopũ ⁊ gemitũ pauperũ nũc exurgã di
cit dñs: ponã in salutari. Salutaris nr̃: saluator no
ster est. In illo voluit ponere spem ⁊ gemitũ oim in
opũ. Et qđ ait: Fiducialiter agã in eo. Quid est fi
ducialiter agã? Nõ timebit: nõ parcet vitijs ⁊ pec
piscẽtijs hoim. Vere medic⁹ fidelis: medicinali fer
ro sermonis instruct⁹: secuit oĩa vulnera. Ideo qz ta
lis ꝓdic⁹ ⁊ ꝓnũciat⁹ erat: talis etiã inuẽt⁹ ẽ. Loqbatur
in monte vbi dixit: Beati pauperes spũ: qm ipsorũ est re
gnũ celorũ. Ibi btĩ dicti sunt: q̃ psecutionẽ patiũtur
ꝓpter iusticiã. In ipo sermõe dixit: Quia ipsorũ ẽ re
gnũ celorũ. Et vt faceret illos luminaria: id est paciẽ
ter tolerãtes oĩa [illegible] Beati eritis
cũ vos psecuti fuerint: ⁊ dixerint oĩe malũ aduer
sum vos: gaudete ⁊ exultate: qz merces vr̃a magna
est ĩ celis. Deinde in ꝓgressu sermõis cũ docere inci
peret [illegible] talia [illegible]
[illegible] phariseorũ ⁊ iudeorũ [illegible]
mat⁹ habebãt exponẽdarũ scripturarũ oim: q̃ sibi [illegible]
[illegible]
[illegible] ꝑplebis [illegible] nõ pepercit.

Matt. 6. bant. Quo oratis nõ eritis sicut hypocrite: q amãt i sy-
nagogis et angulis plateaz stãtes orare vt videant
ab hominib⁹: et cetera talia. Tetigit homines: non ti
muit aliquẽ. Et cũ terminasset ipm sermonẽ: condu
Matt. 7. xit de illo scriptura euãgelij sic. Factũ est inquit cũ
cõsummasset iesus verba hec: admirabant turbe su
per doctrina eius: Erat enĩ docens eos tanq̃ ptãtẽ
habens: nõ quasi scribe eoz et pharisei. Quanta er-
go ille de quo dictũ est: erat docẽs eos tanq̃ ptãtẽ
Matt. 23. habens: quãta dixit: Ve vobis scribe et pharisei hy
pocrite: quãta i illos cozã in facie: Neminẽ timuit.
Quare? Quia deus vltionũ ẽ: Ideo nõ parcebat i
verbo: vt essent postea quib⁹ parceret in iudicio: qa
si nollẽt accipe verbi medicinã: incursuri erant vtiq̃
et inuẽturi iudicis sententiã. Quare? Quia dixit de-
us vltionũ dñs: deus vltionũ fidenter egit: id ẽ nul
li pepcit in verbo. Qui in verbo nõ pepcit passur⁹:
parcet in sentẽtia iudicatur⁹. Qui neminẽ timuit in
humilitate: timebit quẽq̃ in claritate? Ex eo qđ iã
fidẽter egit: cogita quõ sit acturus i fine seculi. No
li ergo murmurare aduersus deũ: qui quasi parcit
malis: sed esto bonus cũ forte ad tps in flagello nõ
A parcat: et in fine parcat i iudicio. Deus vltionũ do-
minus: de⁹ vltionũ fidẽter egit. Et qz fidẽter egit: il
li nõ tulerũt fiduciã eius. Et qz humilis venerat: et
carne mortali indut⁹ erat: et mori venerat nõ facere
qđ peccatores: sed pati qđ pctõres: qz ppterea ve-
nerat vt cũ fidẽt egisset: et illi ferre nõ possẽt fiduciã
Act. 26. et h eius in verbo: qđ fecerũt? Tenuerũt: flagellauerũt:
illuserũt: colaphizauerũt: sputis illinierũt: spinis co
ronauerũt: in cruce leuauerũt: postremo occiderũt.
Sed quid sequit qđ fidẽter egerit? Exaltare q̃
iudicas terrã. Quia tenuerũt humilẽ: tenebunt
excelsum. Puta qz iudicauerũt mortalem: nõne ab
immortali iudicabunt? Quid ergo ait? Exaltare tu
qui fidẽter egisti: et fiduciã verbi tui nõ sunt passi ini
qui: et putauerũt se aliquid egisse: qz te cõprehẽden-
tes crucifixerũt: qui te deberẽt fide cõprehẽdere: cõ
prehẽderũt psecutione. Tu ergo qui fidenter egisti
iter iniquos: et neminẽ timuisti: et qz passus es: exal
tare: id est exurge: vade in celũ: patiat et ecclesia pa-
tienter: qđ passum est caput ecclesie patiẽter. Et ex-
altare qui iudicas terrã. Redde retributionẽ
O superbis. Redditur⁹ est fratres. Quid est enĩ qđ
dictũ est: Exaltare qui iudicas terrã: redde retribu-
tionẽ supbis? Prophetia est pdicentis: nõ audacia
iubentis. Nõ enĩ qz dixit pphta: Exaltare qui iudi
cas terrã: obtemperauit pphete christus vt resurge
ret et iret in celũ: sed qz hoc facturus erat christus: h
pdixit pphta. Nõ iõ fecit christ⁹ qz pphta pdixerat: s
ideo pphta pdixit: qz ille facturus erat. Videt hu
milẽ christũ in spiritu: videt humilẽ: neminẽ timẽtẽ:
nulli parcentẽ in vbo: et dicit: fidẽter egit. Videt illũ
Psalm. Act. 1. q̃ fidenter egit: videt illũ cõprehẽsum: videt illum
crucifixũ: videt illũ humiliatũ: videt illũ resurgentẽ
et in celũ euntẽ: et venturũ inde ad iudiciũ eoz inter
quoz manus passus est omnia mala: Exaltare inq̃
D qui iudicas terrã: redde retributionẽ supbis. Sup-
bis reddet nõ humilibus. Qui sunt supbi? Quibus
parũ est q mala faciũt: sed et defendere peccata sua
volunt. Nãq̃ de his qui crucifixerunt christũ facta
sunt postea miracula: quãdo de ipo numero iudeo-
rum crediderũt: et donatus est illis sanguis christi.

Impias manus et cruentas de sanguine christi por-
tabãt: lauit eos ipse cui⁹ sanguinẽ fuderũt: Adiũcti
sunt corpi ipius: id est ecclesie q corpus ei⁹ morta-
le: qđ viderant psecuti sunt: Fuderunt pcium suum
vt biberent preciũ suũ. Nãq̃ postea plures cõuersi
sunt: Cũ multa miracula fierent ab apostolis: ali-
quot hominũ milia vna die crediderũt: et tã i pmi-
quo inuẽti sunt: vt oĩa sua que habebãt venderẽt: Act. 2. et. 4.
et preciũ rerũ suarũ ad pedes apostoloz ponerẽt:
et vnicuiq̃ distribuebat quõ cuiq̃ opus erat: et erat
illis vna anima: et coz vnũ in deũ: de ipis crucifixo-
ribus dñi. Sed quare nõ illis redditũ est? Quia red
de retributionẽ superbis dictũ est: illi aũt noluerũt
esse superbi. Etenim cũ viderent multa miracula fie
ri p nomen christi quẽ se putabant interfecisse: com-
moti miraculis: audierũt a petro in cuius nomine il
la fierẽt. Non enim sibi arrogare serui voluerũt po
tentiã dñi sui: vt dicerent a se factũ esse qđ ille in ip-
sis faciebat. Honorẽ ergo serui dederunt dño suo:
dixerũt: quia que illi mirabãtur: in nomine eius fie-
rent quẽ illi crucifixerũt: Et facti sũt hũiles: cõpun-
cti sunt corde: conturbati sunt cõfitentes peccatũ su
um: et consiliũ quesierunt dicentes: Quid ergo faci- Act. 2.
emus? Non desperãt de salute: sed querunt medici-
nam. Tunc ait illis petrus: Agite penitentiam: et ba
ptizetur vnusquisq̃ vestrũ in noĩe dñi nři iesu chri-
sti. Qui egerũt penitentiã humiles fuerũt. Non er-
go illis redditũ est: quia vide quid dicat psalm⁹ iste:
Exaltare qui iudicas terrã: redde retributionem su-
perbis. Ab illo ergo numero excepti erant illi: in il
lis valuit vox illa dñi in cruce pendentis: et dicentis:
Pater ignosce illis: quia nesciũt quid faciunt. Exal Luc. 23.
tare qui iudicas terrã: redde retributionem supbis.
Ergo redditurus est retributionẽ? Redditurus: sed
supbis. Sed quãdo? Quãdo reddet? Interim mali Q
triumphãt: et exultant mali: et blasphemãt mali: om
nia mala faciũt: Mouet te: cũ pietate quere: nõ cũ
superbia rephẽde: Mouet te: cõpatitur tibi et psal-
mus: querit tecũ: nõ quia nescit: sed ideo tecũ que-
rit quod scit: vt in illo inuenias qđ nesciebas. Quõ
qui vult aliquẽ consolari: nisi cõdoleat cum illo: nõ
illũ erigit: Pri⁹ cum illo cõdolet: et sic eum reficit ser
mone consolatorio. Si aũt intret ad illum ridens lu
ctum ei⁹: nõ facit quod modo lectũ est: dicẽte Apo-
stolo: Gaudere cũ gaudentib⁹: flere cum flentib⁹. Ro. 12.
Ergo vt gaudeat tecũ: prius fles cum illo: contrista-
ris cum illo vt reficias eum: sic et psalmus et spiritus
dei vtiq̃ omnia sciens querit tecũ: quasi verba tua
dicit. Vsquequo peccatores dñe: vsquequo
peccatores gloriabunt? Respondebunt et Al. t. exaltabunt.
loquent iniquitatẽ: loquent oẽs qui opan
tur iniusticiã? Quid loquẽtur: nisi cõtra deũ qui
dicũt: quid nobis pdest qz sic viuim⁹? Quid dictu-
rus es: Vere curat ista q faciam⁹ deus? Quia enĩ vi-
uunt: putãt deũ nescire qđ faciũt. Vide qđ mali illis
ptingat: qz si stationari⁹ sciret teneret illos: et ideo vi-
tant oculos stationarij ne statim teneat. Oculos enĩ
dei vitare nemo põt: qz nõ solũ i cubiculo videt: s ẽ
intima cordis tui. Cogitãt et ipi: quia nihil potest la
tere deum: et quia faciũt et sciunt quid fecerunt: et vi-
dent se viuere sciente deo: qui non viuerent sciente
stationario: dicũt sibi: Ista placet deo: Et reuera si
illi displicerẽt facta nostra: quõ displicent iudicib⁹:

quō displicent regibus: quō displicent imꝑatoribꝰ:
et quō displicent cōmentariēsibus: nunquid quō il-
lorum oculos vitamꝰ: vitare possumus oculos dei?
R Ergo placēt ista deo. Ideo in alio psalmo peccatori
Ps. 49. dicit. Hec fecisti ⁊ tacui: suspicatus es iniquitatē ꝙ
ero tibi similis. Quid est ergo: ero tibi similis? Ut
quō tibi placet factū tuum malū: sic putes qꝛ et mi-
Ibidem. hi placet. Et minat̄ i posterū: Arguā te. Ergo nō ta
cet qui dixit: tacui. Cū dicat: Hec fecisti ⁊ tacui: su-
spicatus es iniquitatē ꝙ ero tibi similis: non tacet.
Cum eñ nos loquimur: ille non tacet. Cum eñ le-
ctor legit: ille nō tacet. Cū psalmꝰ ista cantat: ille nō
tacet: Et istę oñes voces dei ꝑ orbem terrarū sūt.
Quō ergo tacet: quō nō tacet? Non tacet in verbo:
tacet in vindicta. Quid est ergo: hec fecisti et tacui?
Hec fecisti ⁊ nō vindicaui: Suspicatus es iniquita-
tem ꝙ ero tui similis. De ipa vindicta ⁊ taciturnita-
te id est de cessatiōe vindictę: alio loco dicit: Tacui
Ps. 93. nūquid semꝑ tacebo? Usqꝫquo peccatores dñe: vs-
qꝫquo peccatores gloriabunt̄? Respondēt ⁊ loquē
tur iniquitatē: Iniquitatē loquent̄ oñes qui ope-
rātur iniusticiā? Et dicit oñia opa. Respondēt ⁊ lo-
quentur iniquitatē. Quid est respondent? Contra
iustū habent quod respōdeant. Venit iustus aliqs
et dicit: Noli facere iniquitatē. Quare? Ne moria-
ris. Ecce feci iniquitatē: quare nō morior? Ille fecit
iusticiā et mortuus est. Quare mortuus est? Ego fe
ci iniquitatē: quare me nō abstulit deus? Ecce: ille
fecit iusticiā: ⁊ quare sic in illū vindicauit? Quare il
le sic laborat? Respondēt: hoc est respondēt qꝛ ha-
bent qō dicant: quia parcitur illis: de patientia dei
inueniūt argumentū respōsiōis suę: Parcet ille ꝓ-
pter aliud: respondent illi propter aliud quia viuūt.
Quare eñ parcat ille: dicat aplus: exponit consiliū
Ro. 2. patientię dei: Extimas inquit qui talia agis: quia
tu effugies iudiciū dei? An diuitias benignitatis et
lōganimitatis eius contēnis? Ignoras quia patiē-
tia dei ad pęnitentiā te adducit? Tu aūt: id est ille q
respondet ⁊ dicit: si displicerē deo: non mihi parce-
Ibidem. ret deus: Uide quid sibi facit: audi Apl̄m: Tu autē
ſm duriciam cordis tui ⁊ cor impenitens: thesauri-
zas tibi iram in die irę ⁊ reuelatiōis iusti iudicij dei:
qui reddet vnicuiqꝫ ſm opa sua. Ille ergo auget lō-
ganimitatē: ⁊ tu auges iniquitatē. Erit illius thesau
rus in sempiternū: misericordia in eos qui nō contēpse-
runt misericordiam: Tuus aūt thesaurꝰ in ira inuenietꝛ
et qō ponis quotidie ꝑ modicū: postea massam in-
C. ꝯ. cor. de peni. dist. i. tres sunt. uēturus es. Minutatim ponis: sed cumulū inueni-
es. Noli attendere minuta peccata tua quotidiana:
De minutissimis guttis flumia implent̄. Quid aūt
illi faciūt qui respondēt ⁊ loquūtur iniquitatē: qꝛ fa-
ciunt et parat̄ eis? Populū tuū dñe humi-
G liauerūt: Id est oñes qui iuste viuūt: in quos vo
lunt subire oñes mali. Populū tuū dñe humilia-
uerūt: Et hereditatē tuā vexauerūt. Vi-
Al. *aduenam. Al. † pupillos. duam ⁊ *pupillos interfecerūt: et † pselytū
occiderūt: Id est peregrinū aduenā: Aduenā aū
ipm̄ dicit pselytū. Manifesta sunt ista singula: nec
opus est in his immorari. Et dixerūt: non vi-
debit dñs: Nō attēdit ista: negligit ista: alias res
curat: non intelligit. Hę eñ duę voces: sunt voces
Ps. 49. malorū. Una quā iam dixi: Hec fecisti ⁊ tacui: suspi
catus es iniquitatem ꝙ ero tibi similis. Quid est, ꝙ
ero tibi similis? Putas quia video peccata tua: et
placēt mihi quia nō vindico? Alia est vox iniquorꝫ:
quia nec attēdit ista deus: nec aduertit vt sciat quē-
admodū viuā: nō me curat deus. Ergo inter aliquā
me cōputat deus: Aut vere me numerat deus? Aut
ipos homines numerat? Infelix homo: vt esses cu-
rauit: vt bene viuas nō curat? Istorū ergo ista vox
est. Et dixerūt: Nō videbit dñs: † Nec intelli- Al. illa.
get deus iacob. Intelligite *nūc qui insi- Al. iam.
pientes estis in populo: ⁊ stulti aliqñ sapi-
te. Populū suum erudit cui possunt cōmoueri pe-
des. Quādo felicitates iniquorū videt homo: iam
bene viuens in numero sanctorꝫ dei: id est in nume-
ro filiorū ecclesię: videt quia florent mali: et faciunt
iniquitatē: et ęmulatur eos: ⁊ adducitur vt imitetur
facta ipsorum: quia videt quasi nihil sibi prodesse ꝙ
bene viuat humilis: hic sperās mercedē. Nam si il
lam speret futurā: nō illā pdet: quia nondū venit tē-
pus vt accipiat eam. In vinea oparis: fac opus tu-
um: ⁊ accipies mercedē tuā. A patrefamilias nō ex-
igeres anteqꝫ opareris: ⁊ a deo exigis anteqꝫ operis?
Et ista tolerantia ad opus tuū ꝑtinet: ⁊ hoc ad mer-
cedem ꝑtinet. Minus vis facere i vinea: qui nō vis
tolerare: quia et ipa tolerātia ad ipam opationē ꝑti
net: vt inuenias mercedē. Et si dolosus es: vide ne
non solū nō accipias mercedē: sed et pęnā inuenias:
quia voluisti esse oparius dolosus. Et quidē opera-
rius dolosus vt incipiat nō bene facere: oculos pa-
trisfamilias attendit: ad illū aspicit qui conduxit ad
vineā: vt cū ille auerterit oculos: cesset ⁊ nō bñ ope-
retur: cum aūt ille puerterit oculos: bene opet̄. Deus
aūt qui te cōduxit nō auertit oculos: Non tibi licet
dolose opari: Sup te sp sunt oculi patrisfamilias:
quęre vbi illū fallas: ⁊ si potes cessa. Ergo si qui for
te aliquid cogitabatis: qñ videbatis malos florere:
et cogitatiōes vestrę faciebāt nutare pedes vestros
in via dei: vobis loquit̄ psalmus iste. Si aūt nullus
vestrū talis est: ꝑ vos alijs loquit̄ dicēs: Intelligite
nūc: quia dixerūt illi: Non videbit dñs: nec intelli-
get deus iacob. Intelligite inquit nūc qui insipien-
tes estis in populo: ⁊ stulti aliquādo sapite. Qui
plantauit aurē nō audiet? Nō habet vnde au- L
diat: qui tibi fecit vnde audias? Qui plantauit aurē
nō audiet? Aut qui finxit oculū nō conside-
rat? Qui † erudit gentes nō arguet? Attē- Al. corripit.
dite hoc magnopere fratres mei: Qui erudit gentes
nō arguet? Hoc mō facit deus: Erudit gētes: Ideo
misit verbū suū ꝑ orbem terrarū hominibꝰ: Misit
ꝑ angelos: ꝑ patriarchas: ꝑ ꝓphetas: ꝑ seruos suos:
ꝑ tot ꝓcones antecedētes iudicē. Misit ⁊ ipm̄ ver-
bum suū: misit ⁊ ipm̄ filiū suū: misit seruos filij sui:
et in ipis seruis filiū suū. Per totū orbē terrarū ꝓ-
dicatur vbiqꝫ verbū dei. Ubi nō dicit̄ hoīb': Relin
quite iniquitates vias prauas: puertite vos ad itinera
recta? Ideo parcit: vt vos corrigatis: ꝗ̄ heri nō vi-
xerunt vt hodie bñ viuat. Erudit gētes. Nō ꝗ̄ argu
et? Nō auditurꝰ est q̄s erudit? Nō iudicaturꝰ est de
his sermonē ꝗ misit ⁊ ꝗ seminauit? In schola si esses:
acciperes: ⁊ non redderes? Unqꝫ qñ accipis a magi-
stro: erudiris. Cōmittit tibi magister qō ꝓbet: ⁊ nō
exiget qñ reddis? Aut cū ceperis reddere: sine metu
eris plagarū? Modo ergo accipimꝰ: postea statue-
mur ante magistrū: vt reddamus oīa ꝗ̄ tenemus no-

cessaria est vt rationē reddamus de his oīb⁹ que
nobis modo erogant. Audi apostolū dicentē: Om
Ro. 14. nes astabimus ante tribunal christi: vt illic recipiat
vnusquisq̧ fm ea q̄ p corpus gessit: siue bonū siue
malū. Qui erudit gentes nō arguet: Qui do
cet hominē scientiā: Ipse nō sciet: qui te fecit sci
Ibidē. re: Qui docet hominē scientiā. Dñs scit cogi
tatiōes hominū: qm̄ vane sūt. Nā etsi tu ne
scis cogitatiōes dei qm̄ iuste sit: ille tñ scit cogitatio
nes hominū: qm̄ vane sunt. Et homines scierūt co
gitationes dei sed quibus iam amicus fact⁹ est: p
dit consiliū suū. Et vos fratres mei nolite vos con
temnere. Si cū fide accedit ad dñm: audit cogitati
ones dei. Eas modo discite: hoc vobis dicit: et ad
hoc instruimini quare parcat modo deus malis: ne
murmuretis aduersus deū: qui docet hominē scien
tiam. Dñs scit cogitatiōes hominū: qm̄ vane sunt.
Relinqte ergo cogitatiōes hominū: qm̄ vane sunt:
vt cōprehēdatis cogitatiōes dei: que sapiētes sunt.
Sed quis est q̄ cōprehēdit cogitatiōes dei: Qui po
nitur in firmamēto celi. Jam hoc cantauim⁹: iā hoc
V. homo. diximus ꝛ exposuim⁹. Beatus vir quem tu
erudieris dñe: ꝛ ex lege tua docueris eum.
Ut mitiges eū a dieb⁹ malignis: donec
fodiatur peccatori fouea. Ecce habes consilium
dei quare parcat malis: donec fodiat fouea pctōri:
Tu iā vis illū sepelire: Adhuc fouea illi fodit: noli
festinare sepelire. Quid est: donec fodiat peccatori
fouea: Aut quē ponit peccatorē: Unū hominem:
Nō. Quid ergo: Omē gen⁹ hominū pctōꝝ: scʒ et
supboꝝ. Jam eñ p̄misit: Redde retributionē supb.
Nā ꝛ ille pctōr fuit publicanus: qui oculos eiicerat
Luc. 18. in terrā: ꝛ percutiebat pectus suū dicēs: Deus ppici⁹
esto mihi pctōri. Sed qz nō supb⁹ erat: deus autem
reddet retributionē supbis: nō illi: sed talib⁹ fodiat
fouea donec reddat retributionē supbis. Ergo qd̄
ait: Donec fodiat pctōri fouea: superbos intellige.
Quis est supbus: Qui in ꝯfessione pctōꝝ non agit
penitentiā: vt sanari p humilitatē possit. Quis ē su
perbus: Qui illa ipa pauca que videt habere bona
sibi vult arrogare: ꝛ derogat misericordie dei. Quis ē su
perb⁹: Qui etiā si deo tribuat bona q̄ facit: insultat
tamē his qui illa nō faciūt: ꝛ extollit se sup illos. Nā
Ibidem. et ille phariseus: Gratias tibi ago inquit: Non di
xit: ego facio: De his q̄ faciebat: gratias deo age
bat. Sciebat ergo ꝛ bene se facere: ꝛ ab illo se face
re. Unde ergo improbat⁹ est: Quia insultabat pub
licano. Ut pficiamini attēdite. Primo p̄cedere de
bet: siue virū: siue feminā ꝯfessio peccatoꝝ: salubris
penitentia que valeat ad corrigendū hominē: nō ad
irridendū deū: Cū aūt post penitentiā bene viuere
cepit: habet adhuc qd̄ cogitet: ne sibi tribuat qd̄ be
ne facit: sed illi agat gratias: cui⁹ gratia factū est vt
bene viueret: qz ille illū vocauit: ille illū illuminauit.
Ergo iste iam pfectus est: Nō. Adhuc deest illi ali
quid: Quid illi deest: Ut nō supbiat sup eos q̄ nec
dum sic viuūt quō ipe viuit. Qui talis fuerit secur⁹
sit: nō illi reddit retributio de qua dictū est: Redde
retributionē supbis. Nō est inter illos qbus fodiat
Luc. 18. fouea. Nā videte illū qui dicebat Gratias tibi ago:
qz nō sū sicut ceteri homines: iniusti: raptores: ad
ulteri: sicut ꝛ publican⁹ iste. Quantū se extulit cū di
xit: qz nō sum sicut ꝛ publican⁹ iste. Ille aūt elata fa
cie: percutiebat pectus suū dicēs: De⁹ ppici⁹ esto mi
hi pctōri. Ille supb⁹ erat i bonis factis: ille hūilis i
malis fact. Uidete fratres: Magis placuit deo hu
militas in malis factis: q̄ supbia in bonis fact. Sic
odit de⁹ supbos: ꝛ ideo sic ꝯclusit: Amē dico vob:
descēdit iustificat⁹ publican⁹ magis q̄ phariseus.
Ibidem. Et dicit quare: Quia omnis qui se exaltat hūilia
bit: ꝛ q̄ se hūiliat exaltabit. Fratres mei: vel hic nō
solū nō discam⁹: qz hūilitatē nos docuit christus: qz
de⁹ fact⁹ ē homo: Ipe est hūilitas q̄ displicet paga
nis: vnde nobis insultant: qualem deum colitis qui
natus est: Qualem deum colitis qui crucifix⁹ est:
Humilitas christi superbis displicet: tibi autem
christiano si placet: imitare. Si imitatus fueris: nō
laborabis: quia ipe p̄ dixit: Uenite ad me oēs qui Matth. 11.
laboratis ꝛ onerati estis: ꝛ discite a me: qz mitis sum
et hūilis corde. Hec est ergo disciplina christiana.
Nemo facit aliquid bene: nisi gratia ipsi⁹. Qd̄ facit
homo male: ipsi⁹ est hois: qd̄ facit bene: de benefi
cio dei facit. Cū cepit facere bñ: nō sibi tribuat: Cū
nō sibi tribuerit: gratias agat ei a quo accepit. Cū
aūt bene facit: nō insultet illi q̄ illud nō facit: aut ex
tollat se sup eū. Nō eñ in illo finita est gratia dei: vt
ad aliū nō perueniat. Ut mitiges eū a dieb⁹ malignis:
donec fodiat pctōri fouea. Mitis ergo esto quisqs
christian⁹ es a dieb⁹ malignis. Maligni eñ sunt di
es: quib⁹ videntur florere pctōres et laborare iusti: ꝑ
labor iustorū: flagellū est patris: et felicitas pctōꝝ:
fouea ipoꝝ est. Quia eñ mitigat vos de⁹ a diebus
malignis: donec fodiat peccatori fouea: non cogi
tetis qz mō in aliq̄ loco stant angeli cū tridentibus:
et fodiūt illā foueā magnā: q̄ possit cape oēe genus
iniquorū. Et quia videtis multos esse iniquos: ꝛ di
catis vobis carnaliter: Reuera tantā multitudinem
iniquoꝝ: tantā turbā peccantiū q̄ fouea pōt cape:
Qñ fodit fouea talis q̄ oēs capiat: Qñ exhaurit:
Jō parcit de⁹: Nō ē hec fossa pctōꝝ: Ipa felicitas
ipoꝝ: fossa ipoꝝ ē: In illā eñ cadūt tanq̄ in foueā.
Intēdite fres: qz mag res ē vt felicitas fouea dicat:
donec fodiat pctōri fouea. Parcit eñ illi deus quē
nouit peccatorē ꝛ impiū: occulta iusticia sua: et hoc
ipm qd̄ ei parcit deus: p impunitatē facit eū elatū.
Ille se altū putat ꝛ cadit: in eoipo cadit quo se altū
putat. Hoc se ille putat sublimiter ire: ꝛ de⁹ hoc fo
ueam vocat. Fossa ad ima tēdit nō ad celū: Pecca
tores aūt supbi quasi in celū eunt: ꝛ in terra mergū
tur. At ꝯtra hūiles q̄si in terra se deprimūt: ꝛ i celū
ascēdūt. Mitescere ergo quisqs es fidelis: si erudi
tus es ex lege dei: vt sit cor tuū in firmamento celi:
Gen. 1. qz de⁹ fecit luminaria quarto die: qui dicit quarta
sabbati: vnde titulū psalm⁹ iste pcepit. Quō vides
luminaria cū tota patientia dirigere cursus suos: et
non curare que in se dicant homines: sic et tu non
cures quicquid tibi fecerit caro. Omnis enim ho
mo: caro ꝛ sanguis est. Non enim vilis es in com
paratiōe alterius carnis a qua videris premi: quia
pro te ille suscepit carnē: et p te ille fudit sanguinē:
qui et te et illum ad suū ē p̄ducturus examen. Et si
tanta prerogatiue cum esses impius: qd̄ seruat fide
li: Hinc mitesce: quēadmodū mitescis cū dicis: qz
deus hoc vult: ideo florent mali. Parcere vult ma Ro. 2.
lis: ad penitentiam adducit eos quibus parcit: sed
illi non corrigūtur. Nouit ille quomodo de illis iu

dicet. Immitis est autem homo cum vult contra-
dicere: aut bonitati domini: aut patientię: aut pote-
stati: aut iusticię iudicis. Erigit̃ sup̃bus in deũ: mer-
git illũ deus: ⁊ in eoipso mergit̃ quo erigit̃ in deũ.
Ps. 72. Nam in alio psalmo sic ait: Deiecisti eos dũ extol-
lerent̃. Non dixit: deiecisti eos quia elati sunt: aut
deiecisti eos postea q̃ elati sũt: vt aliud sit tempus
elationis eorũ: aliud tp̃s deiectionis: sed in eoipso q̃
extollebant̃. ibi deiiciebant̃. Quantũ enĩ superbũ ẽ
cor hominis: tantũ recedit a deo: Et si recedit a deo:
in p̃fundũ it. Nam cõtra cor humile de cęlo addu-
cit deũ: vt p̃ximus fiat. Certe altus est deus: super
om̃es cęlos est deus: transcẽdit oẽs angelos. Quã-
tum habes erigi vt attingas ad illũ excelsum? No-
lo te rumpas extẽdendo te. Aliud consiliũ tibi do:
ne in ista extẽsione forte crepes p̃ sup̃biam. Certe al-
tus est deus: tu humilia te: ⁊ descendet ad te. Audi-
uimus quare parcat malis: hoc ip̃m fossa ip̃orũ est.
Dicit tibi deus: quõ illis foditur: ⁊ quare illis fodit̃
fouea: non est tuũ cognoscere: sed ex lege mea disce
patientẽ te esse debere: donec fodiat̃ peccatori fo-
uea. Et quid de me inquis qui laboro: ⁊ laboro inter
ip̃os peccatores? Respõdetur tibi quod sequitur:
C Quia nõ repellet dñs plebẽ suã. Exercet:
Heb. 12. non repellit: quomõ dicit alio loco scriptura: Eũ
quẽ diligit deus corripit: flagellat aũt omnẽ filium
quẽ recipit. Ille flagellatũ recipit: tu dicis quia re-
pellit? Videm⁹ homines in filijs suis facere illõ: ali-
quando iam desperatos filios suos dimittũt viuere
Ps. 71. pletum est quod prophetatum est: Adorabunt eum omnes reges terre: factum est quod hic dictum est: Altitudines montium ipsius sunt. Sed forte tu de temptationibus fatigaris: ut constitutus in tanta gratia promissionum dei: propter scandala mundi turberis: Nec ipsa scandala aliquid tibi faciunt: quoniam mensuram a domino acceperunt: Quoniam ipsius est mare. Est enim mare mundus iste: sed et mare deus fecit. Nec seuire fluctus possunt: nisi usque ad litus: ubi ipse terminum posuit. Nulla ergo temptatio: nisi acceperit mensuram a domino. Sunt quedam temptationes: sunt tribulationes: consumaris eis: non consumeris. Uide utrum ipse temptationes non presint. Attende Apostolum: Fidelis deus qui non vos sinat temptari supra quam potestis ferre: sed faciat cum temptatione etiam exitum: ut possitis sustinere. Non ait: non vos sinat temptari omnino. Si enim recusares temptationem: recusares refectionem. Ergo reficeris: Et si reficeris: in manibus artificis es. Aliquid tibi tollit: aliquid corrigit: aliquid complanat: aliquid mundat: Agit quibusdam ferramentis suis. Ipsa sunt scandala huius seculi: tu tantum de manu artificis noli cadere. Nihil temptationis accidet ultra vires tuas. Hoc promittit deus ad utilitatem tuam: unde tu possis proficere. Denique ipsum Apostolum audi hoc coniungentem: Sed faciet cum temptatione etiam exitum: ut possitis sustinere. Ergo mare forte metuendum tibi erat: Noli timere: quoniam ipsius est mare: et ipse fecit illud. A gentibus times scandala: et ipsas gentes ipse fecit: non permittet illas ultra seuire quam nouit ille mensuram ex qua proficias. Nonne dicit alius psalmus: Omnes gentes quotquot fecisti venient et adorabunt coram te domine? Si omnes gentes quotquot fecisti: manifestum est quia et gentes ipse fecit. Ideo ipsius est mare: et ipse fecit illud: et aridam terram manus eius fundauerunt. Esto tu arida terra: siti gratiam dei: ut veniat super te imber dulcis: inueniat in te fructum. Non permittit fluctus operire quod seruit: Et aridam terram manus eius finxerunt. Ergo et hinc iubilemus illi. Nam quoniam hec ita sunt: quoniam tanta explicauimus ad laudem dei pertinentia: redite ad illud unde cepat.

1. Cor. 10. — Ps. 85.

L
Uenite adoremus et procidamus ei: et ploremus ante dominum qui fecit nos. Al. † non hz.

Ideo enim exultemus: quia fecit illud et illud: Et commemorauit multa: et nunc repetit exhortationem: Uenite adoremus et procidamus ei: et ploremus ante dominum qui fecit nos. Iam commemorata me laudibus dei: nolite pigri esse: et longe vita et moribus stare: Uenite adoremus et procidamus ei. Sed forte de peccatis vestris: que vos longe fecerant a deo: solliciti estis: Faciamus sequentia et ploremus coram domino qui fecit nos. Ardes forte consciencia delicti: lachrymis extingue flammam peccati: Plora ante dominum: securus plora ante deum qui te fecit. Non enim opus manuum suarum contemnet in te. Noli putare: quia potes a te refici. A te deficere potes: tu teipsum reficere non potes. Ille reficit qui te fecit. Ploremus ante dominum qui nos fecit. Lachrymare ante illum: confitere illi: preueni faciem eius in confessione. Quis enim es tu qui illi ploras: et illi confiteris: nisi quem fecit? Non pure fiducie sed ad factorem res facta: et non quomodocumque facta: sed ad imaginem et similitudinem ipsius. Uenite adoremus et procidamus ei: et ploremus ante dominum qui fecit nos: † Quoniam ipse est † dominus deus noster. Ut autem securi ante illum procidamus et ploremus: nos quid sumus? † Nos † autem populus pascue eius: et oues † manuum eius. Uide quam eleganter verborum ordinem commutauit: et tanquam non propria reddidit: ut ipsas intelligamus oues que sunt et populus. Non dixit: oues pascue eius et populus manuum eius: quod magis putabatur posse congruere: quia oues ad pascua pertinent: sed ait populus pascue. Ergo populus oues sunt: quia dicit: populus pascue eius. Ipse populus oues sunt. Sed rursus quia nos habemus oues quas emimus: non quas fecimus: Dixerat autem superius: procidamus ei qui fecit nos: recte dictum est: oues manuum eius. Nullus hominum sibi facit oues. Emere potest: donari possunt: inuenire potest: aggregare potest: postremo furari potest: facere

Al. † Quia. Al. † non hz. Al. † Et. Al. † non hz. Al. † manuum

M

oues nõ potest. At vero dñs noster fecit nos: ideo
populus pascuę eius: et oues manuũ eius: ipsi sunt:
quas sibi ipse facere dignatus est gratia sua. Has
etenim oues laudat et in Canticis canticorum: perfectos quos/
dam dicens tanquam dentes ecclesię sanctę sponsę suę.
Cant. 4. et. 6. Dentes tui sicut grex detonsarũ ascendentiũ de la/
uacro: quę geminos pariunt: et sterilis non est in illis.
Quid est: dentes tui? Per quos loqueris. Dentes
enim ecclesię: per quos loquitur ecclesia. Quales dentes
tui? Tanquam grex detonsarũ. Quare detonsarum? Quia
sarcinas sęculi deposuerũt. Nonne detonsę erant oues
illę de quibus paulo ante dicebam: quas preceptum dei
Math. 19. totonderat dicentis: Uade vende omnia tua: et da pau
peribus: et habebis thesaurũ in cęlis: et veni sequere
me? Fecerũt hoc preceptũ: detonsi venerũt. Et quia
baptizati sunt credentes in christũ: quid ibi dicitur?
Cant. 4. et. 6. Ascendentiũ de lauacro: id est ascendentium de mun
datione: et omnes geminos creant. Quos geminos?
Math. 22. Duo illa precepta: in quibus tota lex pendet et prophetę.
Nos ergo populus pascuę eius: et oues manuũ eius.
Al. et non hz. Heb. 3. et. 4. *Ergo hodie si vocem eius audieritis:
O plebs mea: o plebs dei. Alloquitur plebem suam de/
us: non solũ illã plebem suã quã non repellit: sed etiã
Eph. 2. omnem plebem suam. Loquitur enim in angulo vtrique parie
ti: id est in christo prophetia loquitur et populo iudęorum:
et populo gentiũ. Hodie si vocem eius audieritis:
H. 5. 4. Nolite obdurare corda vestra. Aliquando enim
audistis vocem illius per moysen: et obdurastis corda
vestra. Per preconem locutus est: quando obdurastis
corda vestra: per se nũc loquitur: mollescant corda
vestra. Qui precones ante se mittebat: ipse venire di/
gnatus est. Ore suo hic loquitur: qui loquebatur per ora
prophetarũ. Hodie ergo si vocem eius audieritis: noli/
te obdurare corda vestra. Quare dixisti: nolite ob/
durare corda vestra? Quia meministis quid soleant
N Al. * Sicut in irritatione. facere patres vestri: Nolite obdurare corda vestra:
*Quemadmodũ in illa amaricatione secundum
Heb. 3. diem temptationis in deserto. Recolitis cer/
Exo. 16. et. 17. te fratres: quia ille populus temptauerit deũ: acceperit
disciplinã: et rectus sit in deserto tanquam ab optimo ses
sore: frenis legũ: frenis preceptorum: nec sit desertus tamen
a deo etiã indomitus: non solũ beneficiis presentibus:
sed etiã virga emendationis nõ desistente. Nolite er/
go obdurare corda vestra: sicut in amaricatione secundum
diem temptationis in deserto: Ubi temptauerũt
me patres vestri. Jam tales nõ sint patres ve/
stri: nolite eos imitari: Patres vestri erant: sed si nõ
imitati fueritis: patres vestri nõ erunt: tamen quia de
his nati estis: patres vestri erant. Et si gentes veni/
Hiere. 16. entes ab extremo terrę (sicut dicit hieremias: Ad
te gentes venient ab extremo terrę: et dicent: Uere mẽ
dacia coluerũt patres nostri: simulacra in quibus nõ
est vtilitas) si gentes dimiserũt simulacra sua: vt ve
Exo. 14. et. 16. nirent ad deũ israel. quos ipse deus israel de egypto
per mare rubrũ duxit: in quo inimicos eorũ cõsequen
tes operuit: quos in desertũ eduxit: mãna pauit: nũ
quam virgã suam ab eorũ disciplina tulit: nunquam benefi
cia misericordię subtraxit: ipsi debẽt deserere deum
suũ: cum gentes venerint ad deũ ipsorũ? Ubi tem/
ptauerũt me patres vestri: Probauerũt me
et viderunt opera mea. Quadraginta annis vi/
derunt opera mea: quadraginta annis exacerbauerũt
me. Ante illos miracula in manu moysi faciebam: et

ipsi magis magisque corda obdurabant. Quadra/ O
ginta annis *proximus fui generationi huic.
Quid est: proximus fui? Presentaui me in signis et
virtutibus meis. Nõ vno die: nõ duobus: sed qua
draginta annis proximus fui generationi huic. Et
dixi: semper *isti errant corde. Hoc signifi/
cauerũt quadraginta anni: quod est semper. Quadrage
narius enim iste numerus indicat integritatẽ sęculorum:
tanquam perficiantur sęcula per hunc numerũ. Ideo do
minus quadraginta diebus ieiunauit: Quadragin/
ta diebus temptatus est in heremo: et quadraginta
diebus fuit cũ discipulis post resurrectionem. Pri
mis quadraginta diebus temptationẽ: posterioribus
bus quadraginta diebus consolationẽ ostendit: quia
cum temptamur sine dubio consolamur. Corpus
enim eius: id est ecclesia: necesse est temptationes pati/
atur in hoc sęculo: Sed nõ deest ille cõsolator qui dix
it: Ecce ego vobiscũ sum vsque ad consummationẽ sęcu
li. Et dixi: semper isti errant corde. Ad hoc cum illis
fui quadraginta annis: vt ostenderẽ tale genus ho/
minũ: quod me semper exacerbat vsque in finẽ sęculi:
Quia per illos quadraginta annos: totũ sęculũ signi/
ficare voluit. Quid est ergo? Pro illis nõ erunt alii
qui intrent in requiẽ dei? Improbati sunt illi quibus
displicuit misericordia dei: qui restiterũt deo corde
indurato. Illis improbatis: nunquid perdidit deus po
pulum suũ? Non erat verum. Potens est deus de
lapidibus istis suscitare filios abrahę. Ergo dixi: sem
per isti errant corde. Et isti nõ cognouerũt P
vias meas: *quibus iuraui in ira mea: si *in/
troibunt in requiẽ meam. Quibus iuraui in
ira mea: si introibũt in requiẽ meam? Magnus ter/
ror. Ab exultatione cępimus: sed ad magnũ timorẽ
conclusit psalmus iste: Quibus iuraui in ira mea: si
introibunt in requiẽ meam. Loqui dñm: magnũ est:
quanto magis iurare deũ? Jurantẽ hominẽ debes
timere: ne propter iurationẽ faciat quod contra volũ/
tatẽ eius est: quanto magis deũ qui nihil temere iu
rare potest? Jurationẽ ad cõfirmationẽ voluit esse.
Et per quẽ iurat deus? Per seipsum. Non enim ha/ Heb. 6.
bet maiorẽ per quẽ iuret: Per seipsum confirmat pro
missa sua: per seipsum confirmat minas suas. Nemo
dicat in corde suo: verũ est quod promittit: falsum est
quod minatur. Sicut verũ est quod promittit: sic cer
tum est quod minatur. Tam certus debes esse de re/
quie: de fęlicitate: de ęternitate: de immortalitate: si
feceris pręcepta ipsius: quam certus esse debes de inte/
ritu: de ardore ignis ęterni: de damnatione cum di/
abolo: si contempseris pręcepta eius. Jurauit ergo il
lis in ira sua: ne intrent in requiem ipsius: Et tamen
oportet aliquos intrare in requiem ipsius. Nõ enim
nulli debetur requies ipsius. Illis ergo reprobatis:
nos intrabimus: quia etsi aliqui ex ramis fracti sũt
propter dissimilitudinẽ et infidelitatẽ: nos propter fi/
dem et humilitatẽ inserimur. Nos ergo intremus
in requiem eius. Unde autẽ intrarent illi qui intra/
uerunt? Illi qui electi sunt: qui non corde obdurato
restiterũt: quia verũ est quod nõ repellet dñs plebẽ suã.

Explicit Tractatus de psalmo XCIIII.

Incipit Tractatus de psalmo XCV.

D Ominus et frater meus seuerus adhuc dif/
fert letitiã nostrã: de sermone quẽ nobis debet:
Nã quod debitor teneatur agnoscit. Dñi enim ecclesias quę

ctificium fecit: letificauit domin⁹ ꝑ os ipsius: Mul
to magis ergo ista letificanda est: de qua ceteris cū
oīa ꝓpagauit. Sed quid facturi sumus: nisi vt ser/
uiamus volūtati ipsius: Differre illū tamē dixi fra/
tres: nō fraudare. Itaqꝫ tenete debitorē: nec dimit/
tat nisi cū soluerit. Aduertat itaqꝫ charitas vestra:
Quātū donat dn̄s de isto psalmo dicam⁹ aliquid:
Qd̄ quidē iam nostis: sed dulcis est cōmemoratio
veritatis. Forte cū ꝓnunciaret titulus eius: cū ad/
miratione aliqui audierunt. Inscribit eñ titulus
psalmi: Quādo domus edificabat post ca/
ptiuitatem. Hoc titulo ꝙ dixi: iā i ipso textu psal
mi expectabat fortasse qui lapides ꝑciderēt de mō/
tibus: que moles attraherent: q̄ fundamenta iace/
rent: que trabes imponerent: que colūne erigerēt.
Nihil horū cantat: Et si aliud aliquid: nō ergo ꝯso
nat psalmus titulo suo: ⁊ aliud portat in fronte: ali/
ud in voce: Immo nihil aliud: s intellectores q̄rit.
Loquit eñ de edificatione domus. Oēs lapides
ipius domus: intelligāt qd̄ cantarūt. Edificat enim
3. Reg. 6. domus deo: nō illo loco vbi edificauit salomō. Edi
ficauit eñ templū: ⁊ de ipso templo audistis nō que
dixerit dn̄s: Cū saxa templi et moles ingētes admi
rarent discipuli: indicauerūt dn̄o admirationē ⁊ stu
Luc. 21. porem suū. Et dn̄s illis: Amen amē dico vobis: nō
relinquet hic lapis sup lapidē qui nō destruat. Nō
talis edificat domus. Nam videte vbi edificat: qa
nō vno loco: aut aliqua in parte. Sic eñ incipit.

Expositio psalmi.

B C Antate dn̄o canticū nouū: cantate
dn̄o oīs terra. Si canticū nouū cātat
omnis terra: sic edificat cum cantat. Ipm cantare:
edificare est: sed si nō vetus cantet. Vetus cātat cu/
piditas carnis: nouū cantat: charitas dei. Quicqd
cātaueris de cupiditate: vetus cantas: Et si non so/
Eccl. 15. nāt in ore verba cantici noui: nō est speciosa laus in
ore peccatoris. Meli⁹ est vt nouus taceas: q̄ꝫ vt ve/
tus cantes: quia si fueris nou⁹ et tacueris: auribus
hominū nō sonat. Nam cor tuū nō tacet canticum
nouū: ⁊ ꝑuenit ad aures dei: qui te fecit hominē no
uum. Diligis et taces: Dilectio ipa vox est ad deū:
et ipa dilectio canticū nouū est. Audi quia canticū
Ioh. 13. nouū est. Dicit dn̄s: Mandatū nouū do vobis: vt
vos inuicē diligatis. Omnis ergo terra cantat can/
ticū nouū: Ubi edificat dom⁹: Omnis terra: est do
mus dei. Si ḡ oīs terra ē dom⁹ dei: q nō heret om/
ni terre: ruina est: nō dom⁹: Ruina illa vetus: cuius
vmbrā habebat templū illud vetus. Ibi eñ dirue/
batur vetustas: vt nouitas edificaret. Et quō dirui/
Luc. 21. tur vetustas: Amē dico vobis inquit: nō relinquet
lapis sup lapidē qui nō destruet. Lapis: christ⁹ est.
Gal. 3. Dicit autē Aplus: Quotquot in christo baptizati
estis: christū induistis. Si christū induit quisquis
baptizat: in christo: quis ponit lapidē sup lapidem:
nisi qui baptismū sup baptismū imponit: Sed no/
lite terreri: nō relinquet qui non destruat. Lapides
eñ ad fabricā nouā: que edificat post captiuitatem
sic colligunt: ⁊ sic illos charitas in vnitate ꝯstringit:
vt nō sit lapis sup lapidē: sed vn⁹ lapis sint oēs la
pides. Ne miremini: Hoc fecit cāticū nouū: id est h
fecit innouatio charitatis. Ad ipsam structurā nos
cōpingit aplus: ⁊ in illa vnitate nos constrictos cō/
Eph. 4. paginat dicēs: Sufferētes inuicē in dilectiōe: studē
tes seruare vnitatē spiritus: in vinculo pacis. Ubi
vnitas spirit⁹: vnus lapis: sed vnus de multis fact⁹.
Quō de multis vn⁹ factus: Sufferendo inuicē i di
lectione. Edificat ergo domus dn̄i dei nostri: edifi/
cat: Hoc fit: hoc agit: hoc voces iste agūt: hoc le/
ctiones: hoc ꝑdicatiōes euāgelij: toto orbe terraꝝ:
adhuc edificat. Creuit multū domus hec: ⁊ multas
gentes impleuit: Nondū tamē oēs gentes occu/
pauit: crescēdo multas tenuit: Oēs occupatura est:
et contradicit ab eis qui domesticos ei⁹ se esse glo/
riātur: ⁊ dicit: Iam decreuit: Adhuc crescit: adhuc
credituri sunt oēs gentes: q nondū crediderunt.
Ne quis dicat: Et illa lingua credītura est: Et bar/
bari credituri sunt: Et quid sibi vult q spiritussan/ Act. 2.
ctus apparuit in linguis igneis: nisi quia nullius lin
gue duricia est: que nō illo igne soluat: Neqꝫ enim
nō habemus iam multas gentes barbaras credidis
se christo: Quo nōdū porrectū est romanū imperi/
um: Iam christus possidet. Quod adhuc clausū est
eis qui ferro pugnant: nō est clausum illi qui ligno
pugnat. Dn̄s enim regnauit a ligno. Quis est qui li
gno pugnat: Christ⁹: De cruce sua vicit reges: ⁊ sb/
iugatis eis ipam crucē in frōte fixit: ⁊ gloriant de il
la: quia ibi est salus eorū. Hoc agit: Sic crescit do/
mus: sic edificatur. Et vt noueritis: sequētia psalmi
audite. Videte opantes ⁊ fabricantes domū. Can/
tate dn̄o canticū nouum: cantate dn̄o omnis terra.
Cantate dn̄o et benedicite † nomē eius: C Al. † nomini.
† bene nunciate de die in diē salutare ei⁹. Al. † annūciate.
Quomō crescit edificium: Bene inquit nūciate de 1. Paral. 16.
die in diem salutare ei⁹. De die in diem ꝑdicetur: de
die in diem inquit edificetur. Crescat inquit de⁹ do
mus mea. Et quasi diceret ab operarijs: vbi iubes
edificari domū: Ubi vis crescere domū tuā: Elige
nobis aliquē locum equalē: aliquē locū speciosum:
si tibi amplā domū vis edificari: Ubi iubes vt bene
nunciem⁹ de die in diem: Ostēdit locum. Annū
ciate † in gentibus gloriā eius. Gloriam inqt Al. † inter gētes
ei⁹ annūciate in gentib⁹: Gloriā eius: nō gloriā ve/ 1. Paral. 16.
stram. O structores gloriā eius bene nunciate in gē
tibus. Si gloriā vestram annūciare volueritis: ca/
detis: Si ei⁹: edificabimini cū edificatis. Ideo qui
gloriā suam annūciare voluerunt: noluerunt esse in
ista domo: et ꝓpterea non cantāt canticū nouum cū
omni terra. Nō enim cōmunicant vniuerso orbi ter
rarum: et ideo nō sunt edificantes in domo: sed pa/
rietem dealbatū erexerunt. Quanta minatur deus
parieti dealbato: sunt testimonia ꝓphetarū innume
ra. Unde maledicit parieti dealbato: Quid est pa/ Ezech. 13.
ries dealbatus: nisi hypocrisis: id est simulatio: Fo
ris lucet: intus lutū est. Quod dictur⁹ sum: iam di/
ctum est: sed quia eo spiritu iam dictū est: quem no/
bis quoqꝫ dn̄s impertiri dignatus est: nos illud dix
imus: et quicquid modo eodem spiritu dicim⁹: illi
dixerunt qui fuerunt ante nos. Nō ē ergo ꝑtermit/
tendū: sed dicendum est: quia dono dei dictum est.
Quidam de isto pariete dealbato cum diceret: hoc
ait: Quomodo in pariete non coniuncto alijs parie
tibus: sed singulariter erecto: si ostiū facias: quisqs
intrauerit foris est: Sic in illa parte que noluit cāta
re cum domo canticum nouum: sed partem voluit
struere: et hanc dealbatā non solidatā: quid valet q
habet ianuā: Si intraueris: foris inueniris. Quia

em̄ ipi nō p ianuā introierūt: & ianua ipos nō intro/
Joh. 10. mittit. Dn̄s enim dicit: Ego sum ianua: p me intra/
tur. Qui sunt qui intrant p ianuam? Qui gloriā do
mini querunt: nō suam. Qui intrāt per ianuā? Qui
faciūt quod dictū est: bene nunciate in gentibus glo
Ibidem. riam eius. Qui intrat per ianuā pastor ouiū est: ait
dn̄s: Qui aūt p aliā partē ascendit: ille fur ē & latro.
Qui per ianuā intrat humilis est: qui per aliā partē
ascendit sup͂bus est. Ideo illū dixit intrare: illū ascē/
dere: sed ille intrando recipit̄: ille ascēdendo p̄cipi/
tatur. Annūciate in gentibus gloriā eius. Quid est:
in gentibus? Forte gentes nominant̄ et pauce: Et
Ezech. 13. adhuc habet quod dicat illa pars que erexit parie/
tem dealbatū. Quare? Non gētes sunt getulia: nu/
midia: mauritania: byzantiū p̄uincie? Gentes sūt:
Auferat sermonē hypocrisis parieti dealbato s̄mo
dei: edificans domū toto orbe terrarū. Parū ē qđ
dixit: annūciate in gētibus gloriā eius: Ne aliquas
1. Paral. 16. gentes exceptas putares: sequit̄ et dicit: In om
nibus populis mirabilia eius. Quoniā
Ps. 47. magn⁹ dn̄s et laudabilis nimis. Quis do/
minus: nisi iesus christus: magnus & laudabilis ni/
mis? Nostis certe quia homo apparuit: nostis certe
Luc. 1. et. 2. quia in vtero femine cōceptus est: nostis qr ex vte/
ro natus est: nostis quia lactat⁹ est: quia ī manibus
portatus est: quia circūcisus est: quia hostia p illo
oblata est: qr creuit: Postremo nostis qr expalma/
Luc. 23. tus est: consputus est: spinis coronatus: crucifixus:
mortuus est: lancea p̄cussus est: Nostis qr hec om/
nia passus est: Magn⁹ est & laudabilis nimis. No/
lite contēnere paruū: intelligite magnū. Paruus fa/
ctus est: quia parui eratis: intelligat̄ magnus: et in
illo magni eritis. Sic em̄ edificat̄ domus: sic erigū/
tur moles: in ipa domo: crescūt lapides qui ducunt̄
ad edificiū. Crescite ergo: intelligite christū magnū:
et paruus magnus est: Magn⁹ nimis. Finiuit ver/
ba: volebat dicere q̄ntū magnus. Et si tota die di/
ceret magn⁹: magn⁹: qđ magnū diceret? Tota die
dicēs magn⁹: finiret aliq̄n: quia finit̄ dies: Magni/
tudo illius ante dies: vltra dies. Sine die ergo qđ
diceret? Q̄m magnus domin⁹ et laudabilis nimis.
Quid em̄ dictura est lingua parua ad laudandū ma
gnum? Dicendo nimis: emisit vocē: & dedit cogita/
tioni qđ sapiat: tanq̄ dicens: Quod sonare nō pos/
sum tu cogita: & cum cogitaueris parū erit. Qđ co/
gitatio nullius explicat: lingua alicuius explicat?
Magnus dn̄s et laudabilis nimis. Ipse laudet̄: ipse
p̄dicet̄: eius gloria nunciet̄: et edificetur domus.
1. Paral. 16. Terribilis est super om̄es deos. Sūt em̄
Eccl. 43. dii sup quos sit terribilis ille. Videbimus quos di/
cat: & videamus quare dicat. Interim anteq̄ dicat:
charissimi aduertite. Ille qui quasi territus videt̄
inter homines: terribilis est sup om̄es deos. Nun/
Ps. 2. quid nō fremuerūt gētes? Nunquid nō populi me/
ditati sunt inania aduersus dn̄m: & aduersus christū
Ps. 21. eius? Nunquid illi tauri pingues nō circūdederūt
eum? Nunquid nō leo ille rugiens fremuit sup illū:
Math. 27. et intrans in corda s̄uientiū exclamauit. Crucifige
crucifige: quasi ille isto fremitu terreret̄ qui terribi/
lis est: non solū sup om̄es homies: sed sup om̄es de/
os? Vbi em̄ vult edificare domum: locus ipse syluo/
Ps. 131. sus est: vnde dictū est hesterno die: Inuenimus eā
in campis sylue. Domū em̄ ipam querebat cū dice/
ret: In campis sylue. Et vnde syluosus erat locus ille?
Simulacra colebant homines: Nō mirū: quia porcos
pascebāt. Filius em̄ ille erat qui dimissa patre: &
om̄ia sua consumpsit in meretricibus: viuens p̄di/ Luc. 15.
ge pascebat porcos: id est colebat demonia: Et p̄ pa
supstitione gentiliū: sylua facta erat om̄is terra. Sz
extirpat syluā qui edificat domū. et p̄pterea dictum
est: cū domus eius edificaret̄ post captiuitatē. Te/
nebant̄ em̄ homies captiui sub diabolo: & demoni/
bus seruiebant: sed redempti sunt a captiuitate. Ven/
dere em̄ se potuerūt: sed redimere nō potuerūt. Ve/
nit redemptor: et dedit p̄ciū: fudit sanguinē suum:
emit orbem terrarū. Queritis quid emerit? Videte
quid dederit: & inuenite quid emerit. Sanguis chri
sti: p̄ciū est. Tanti quid valet? Quid nisi totus or/
bis? Quid nisi om̄es gentes? Valde ingrati sunt p̄/
cio suo: aut multū sup͂bi sunt qui dicunt: aut illud tā
paruū esse: vt solos aphros emerit: aut se tam ma/
gnos esse p quibus solis illud sit datū. Nō ergo ex/
ultēt: nō sup͂biant: Pro toto dedit q̄ntū dedit. No/
uit qđ emerit: quia nouit q̄nti emerit & q̄nti dederit.
Inde qr redēpti sum⁹: post captiuitatē edificat̄ do/
m⁹. Et q̄ sunt qui nos tenebāt in captiuitate? Quia
illi quibus dicit̄ annūciate: extirpatores sylue sūt:
vt extirpent syluā: liberent de captiuitate terrā: & in/
struant: edificent: annūciando magnitudinē dom⁹
dn̄i. Vnde sylua demonū extirpat̄: nisi p̄dicetur il/
le qui sup om̄es est? Ergo om̄es gentes demōia ha
bebāt deos: Quos dicebant deos: demonia erant:
Ap̄lo dicente aptius: Q̄m que immolant gētes de/ 1. Cor. 10.
moniis immolant: & nō deo. Quia ergo ideo erant
in captiuitate: qr demoniis immolabant: & p̄pterea
tota terra syluosa remanserat: annūciat̄ iste magnus
et laudabilis nimis. Et quō ostenditur magnitudo
eius: vt eradicet illas supstitiones sub quib⁹ capti/
uus populus tenebat̄: quē redimere aduenit terribi
lis sup om̄es deos? Et quasi diceret̄ illi: quare dixi/
sti super oēs deos: Sunt enim dii? Sequitur et di/
cit Quoniā omnes dii gentiū demonia. 1. Paral.
Intendat charitas vestra: Magnum aliquid: dice/
bat paulo ante: magnus dn̄s: et tanq̄ deficiēs ī lau/
de ipi⁹: addidit: & laudabil̄ nimis. Nōne h̄ dixerā: qr
dimisit tibi cogitare qđ non poterat ipse verbis ex/
plicare? Explicans aūt ipse verbis: quid magnū mi/
hi dixit de dn̄o iesu christo? An quia sup omnia de/
monia est? Cum em̄ dixisset: Terribilis super om̄es
deos: subiūxit: Q̄m oēs dii gētiū demonia. Nō est
magnū esse super demonia: poteris hoc et tu si vo/
lueris: sed si in illū credideris. Ita ne ipa est illa ma/
gnitudo laudis: magnus dn̄s et laudabilis nimis?
Volēs em̄ explicare vt poterat humana lingua: et
q̄uis magn⁹ sit factor & factor organi sp̄ūssctūs: ta/
men p angustias spiritus humani syllabas sonat: &
cogitationes generat: Explicare ergo per hanc lin/
guam volens: quid ait? Magnus domin⁹ et lauda
bilis nimis. Dic: dic quantū laudabilis: dic. Terri
bilis est inq̄t super om̄es deos. Quare dixisti super
omnes deos? Quoniā om̄es dii gentiū demonia.
Et ipa est tota laus illius quia laudabilis est nimis:
quia supat omnes deos gentiū: qui sunt demonia?
Expecta et audi quod sequitur: Dominus au 1. Paral.
tem celos fecit. Iam ergo non sup demonia so/
lum: sed super om̄es celos quos fecit. Si diceret ista

per oĩes deos: quoniã oẽs dii gentiũ demonia:
et ibi tantũmodo remaneret laudatio domini: mirũ
diceret: q̃ nos solemus de christo cogitare. Cũ au-
tem dixit: Dñs autẽ celos fecit: videte quid intersit
5 inter celos et demonia: et videte quid intersit inter
ipos celos et illũ qui fecit celos. Ecce quantũ excel-
sus est domin⁹. Non dixit: dominus aũt sup celos
sedet: fortasse eñi alius illos fecisse putaret sup quos
sederet: sed dixit: domin⁹ autẽ celos fecit. Si celos
fecit: etiam angelos fecit: Ipẽ fecit angelos: ipse fe-
cit apostolos. Apostolis cedebant demonia: sed ipsi
apostoli celi erant: qui dñm portabãt. Et quem de-
um portabãt: A quo facti erant. Audi quia celi sũt:
Ps. 18. Celi enarrant gloriam dei. Ipsis celis dicitur: An-
nunciate in gentibus gloriã eius: in omnibus popu-
lis mirabilia eius: Quoniã magnus dñs et laudabi-
lis nimis: terribilis est super oĩes deos. Quos de-
os: Quoniã oẽs dii gentiũ demonia: Et ipẽ est ter-
ribilis super oĩes deos. Dominus aũt celos fecit.
O celi quos fecit: annũciate in gentibus gloriã ei⁹.
Edificetur domus sup omnẽ terram: cantet omnis
1. Paral. 16. terra canticũ nouũ. Confessio et pulchritu-
do in conspectu eius. Pulchritudinem amas:
Vis esse pulcher: Confitere. Non dixit pulchritu-
do et confessio: sed: confessio et pulchritudo. Fedus
eras: confitere vt sis pulcher. Peccator eras: confi-
tere vt sis iustus. Fedare te potuisti: formosum te
facere nõ potes. Qualis autẽ est spõsus noster: qui
fedam amauit vt pulchram faceret: Quomõ ait ali-
Math. 9. quis fedam amauit: Nõ veni inquit vocare iustos:
sed pctõres. Quos vocas pctõres: An idõ vocas: vt re-
maneant peccatores: Non inquit. Et quõ nõ erũt
peccatores: Confessio et pulchritudo in conspectu
eius. Confitẽtur eñi peccata sua: vomunt mala que
2. Pet. 2. auide vorauerunt. Non redeunt ad vomitũ suum
sicut canis immũdus: et erit confessio et pulchritu-
do. Amamus pulchritudinem: prius eligamus con-
fessionẽ: vt sequatur pulchritudo. Iterũ existit qui
amat potentiã: amat et magnificẽtiã: Vult esse ma-
gnus quomõ angeli sũt: Magnificentia quedã ẽ in
angelis: et tanta potentia: vt si faciant angeli quicq̃d
possunt: sustinere non possit. Et oĩs homo deside-
rat potentiam angelorũ: sed iusticiã angelorum nõ
amat. Prius iusticiã dilige: et sequetur te potentia.
Quid enim sequit̃ et hic: Sãctitas et magni-
1. Paral. 16. ficentia in sanctificatione eius. Tu iam que-
rebas magnificẽtiã: prius dilige sanctitatẽ: Cũ san-
ctificatus fueris: eris et magnificus. Nam si prepo-
stere prius esse volueris magnificus: ante cadis q̃
surgas. Non eñi surgis: sed extolleris. Melius sur-
gas si te ille erigat qui non cadit. Descendit enim ad
te ille qui non cadit. Tu cecideras: ille descẽdit: por-
rexit tibi manũ: Nõ potes viribus tuis surgere: am-
plectere manũ descẽdẽtis: vt erigaris a forti. Quid
ergo: Si confessio et pulchritudo in conspectu eius:
sanctitas et magnificentia in sanctificatione eius:
hoc annũciamus: cũ edificamus domũ. Ecce iam
annũciatum est gentibus: quid debeant facere gen-
tes: Quid annũciauerũt illi qui syluã extirpauerũt:
1. Paral. 16. Iam ad has gentes dicat: Afferte domino pa-
trie gentiũ: afferte dño gloriam et honorẽ:
Videte vobis: quia et illi qui vobis annũciauerunt:
non suã sed illius gloriam annũciauerũt. Et vos a-
fferte dño gloriam et honorẽ: et dicite: Nõ nobis do- Ps. 113.
mine non nobis: sed nomini tuo da gloriam. Nolite
spem in hoĩe ponere: Si baptizatur vnusquisq̃ ve-
strum: dicat: Ille me baptizauit: de quo amic⁹ spon-
si dixit: Hic est qui baptizat. Si enim hec dixeritis: Ioh. 1.
afferetis dño gloriã et honorem. Afferte dño gloriã
et honorem: Afferte domino gloriam no-
mini eius. Non nomini hominũ: non nomini ve- R
stro: sed nomini eius afferte gloriã. Tollite ho- 1. Paral. 16.
stias et introite in atria eius. Tollite hostias.
Quid allaturi estis: vt introeatis ĩ atria eius: Iam
enim creuit domus: et facta sunt atria. Qui afferunt
hostias: intrant in atria. Tauros allaturi sumus: hir-
cos vel oues: Absit. Si voluisses sacrificiũ: dedissẽ Ps. 50.
vtiq̃. Ille nobis hostiã cõmendabat: quam offerre
debemus. Videte ne illud sit hostia: de quo iam du-
dum dixit: Confessio et pulchritudo ĩ cõspectu ei⁹.
Confessio hostia est deo. O ergo gẽtes: si vultis in-
trare in atria eius: nolite vacue intrare. Tollite ho-
stias. Quas hostias nobiscũ portaturi sumus: Sa- Ibidem.
crificiũ deo spiritus contribulatus: cor contritum et
humiliatũ deus non spernit. Cum humili corde in-
tra in domũ dei: et cum hostia intrasti. Si autẽ su-
perbus es: inanis intras. Nam vnde superbires: nisi
inanis esses: Nã si plenus esses: nõ inflareris. Quõ
plen⁹ esses: Si tecũ tolleres hostiam quã portares
ad atria dñi. Iam ne diu teneamus: curramus et ce-
tera. Videte crescentẽ domũ: videte edificium ire p
totũ orbem terrarũ. Gaudete quia intrastis ĩ atria:
gaudete quia edificamini in templũ dei. Qui enim
intrant ipsi edificantur: ipsi sunt domus dei: Ille est
inhabitator cui edificatur domus toto orbe terrarũ:
et hoc post captiuitatẽ. Tollite hostias et introite in
atria eius: Adorate dominũ in atrio sãcto
eius: In ecclesia catholica: hoc est atriũ sanctũ ei⁹.
Nemo dicat: ecce hic est christus: ecce illic. Exur- Math. 24.
gent eñi pseudo pphete. Dic eis istud. Lapis sup la- Ibidem.
pidem non relinquet qui nõ destruatur. Ad parietẽ
dealbatũ vocatis: in atrio sancto eius adoro deum
meum. Cõmoueatur a facie eius vniuer- 1. Paral. 16.
sa terra: dicite in nationibus quia dñs re- Al. in gentibus.
gnauit a ligno: Etenim correxit orbem Al. non hz.
terre: qui non cõmouebitur. Que testimonia R
edificationis dom⁹ dei: Intonant nubes celorum
per totum orbem terrarum edificari domum dei:
et clamant rane de paludibus: nos soli sumus chri-
stiani. Que testimonia pfero psalterij: Profero qd̃
surd⁹ cãtas: Aperi aures: tu cantas ista: cantas me-
cum: et non concordas mecũ. Lingua tua sonat: qd̃
sonat mea: et cor tuũ dissonat a corde meo. Nonne
tu cãtas ista: Vide testimonia orbis terrarũ: Com-
moueatur a facie eius vniuersa terra. Et tu dicis: nõ
cõmoueri: Dicite in nationibus: dñs regnauit a li-
gno. An forte hic obtinebũt: et dicent se regnare a li-
gno: quia fustib⁹ circũcellionũ regnant: De cruce
christi regna: si a ligno regnaturus es. Nam lignũ
h tuũ ligneũ te facit: lignũ christi p mare te traijcit.
Audis psalmũ dicẽtẽ: Correxit orbem terre: qui nõ
cõmouebitur: et tu dicis nõ solũ motum post corre-
ctionem: sed etiam diminutũ: Tu verum dicis: iste
mentitur: Pseudo pphete clamantes: Ecce hic est Math. 24.
christus: ecce illic: verũ dicũt: et ppheta iste mentit̃:
Fratres: Istas asperrimas voces audit̃ ĩ angulis

strepitum: ille tradidit: et ille tradidit. Quid dicis:
Voces tuę audiendę sunt: an voces dei? Etenim
correxit orbē terrę qui non cōmouebitur. Ego tibi
orbem terrarū ostendo ędificatū: tolle hostiam: in-
tra in atria dñi. Hostias non habes: ꝓpterea nō vis
intrare. Quid est hoc? Si hostiam tibi indiceret de-
us taurū: hircū: arietē: inuenires qđ afferres: In-
dixit tibi humile cor: et non vis intrare? Hoc enī in
te nō inuenis: quia supbia tumuisti. Etenim correx-
it orbem terrę qui non cōmouebitur. Judica-
M bit populos in ęquitate. Tunc se illi plangēt:
Al. ꝑ Letentur. qui nolūt modo diligere ęquitatē. †Jocundē-
1. Paral. 16. tur cęli et exultet terra. Jocundent cęli: q̄ enar-
Ps. 18. rant gloriam dei. Jocundent cęli quos dñs fecit: ex-
ultet tra quā cōpluūt cęli. Cęli enī ꝑdicatores: terra
auditores. Cōmoueatur mare et plenitu-
do eius. Quod mare? Seculū. Cōmotū ē mare:
et plenitudo maris. Omne sęculū concitatū est ad-
uersus ecclesiam: cum dilataret et ędificaret toto or-
be terrarū. De ipa cōmotione audistis in euāgelio:
Math. 24. Tradēt vos ad iudicia. Cōmotū ē mare: Sed quā-
do vinceret mare eum qui cęlos fecit? Gaude-
bunt campi: et oīa quę in eis sunt. Oēs
1. Paral. 16. lenes: oēs mites: oēs ęqui: cāpi sunt dei. Tūc
exultabūt oīa ligna syluarū. Ligna sylua-
Ro. 11. rum: pagani sunt. Quare iam gaudent? Quia ꝑcisi
sūt de oleastro: et inserti ī oliuā. Tunc exultabūt om-
nia ligna syluarū: quia ꝑcisę sunt ingentes arbores
3. Reg. 5. cedrinę et cypressinę: et imputribilia ligna trāslata
sunt ad ędificationē domus. Ligna syluarum erāt:
sed anteq̄ irent in ędificiū. Tunc exultabunt oīa
N
Al. ꝑ a facie. ligna syluarū: †Ante faciem dñi *quoniam
Al. ꝑ quia. venit: quoniā venit iudicare terram. Pri-
mo venit: et postea venturus est. Primo venit ī eccle-
sia sua in nubibus. Quę sunt nubes quę eū portaue-
runt? Apostoli ꝑdicantes: de quibus audistis cum
2. Cor. 5. aplus legeretur: Legatione inquit ꝓ christo funga-
mur: obsecrantes ꝓ christo reconciliari deo. Ipsę
sunt nubes in quibus venit: excepto aduētu suo po-
steriore: quo venturus est iudicare viuos et mortuos.
Venit primo in nubib⁹: hęc prima vox ipius sonuit
Math. 24. in euangelio: Amodo videbitis filiū hominis veni-
entem in nubibus. Quid est: amodo? Nōne domi-
nus postea venturus est: quādo se plangent omnes
tribus terrę? Prius venit in ꝑdicatorib⁹ suis: et im-
pleuit totū orbem terrarum. Non resistam⁹ primo
aduentui: et non expauescemus secundū. Et vę tūc
pregnantibus et mămantibus. Audistis mō in euan-
Ibidem. gelio. Cauete: quia nescitis qua hora veniat. In fi-
gura dicta sunt. Quę sunt pregnātes: et quę sunt la-
ctantes? Pregnātes animę dicunt: quę habēt spem
in sęculo. Quę aūt adeptę sunt iam quod sperabāt:
ꝓ lactantib⁹ sunt positę. Verbi gratia: Emere vult
villā. ꝑgnans est: Nondū enim factū est: tumet ve-
rus in spe. Emit: peperit: adeo lactat qđ emit. Vę
ꝑgnantibus et mămantibus. Vę qui habēt spem in
sęculo. Vę qui hęrent his rebus quas de sęculo pe-
pererunt. Quid ergo debet facere christianus? Uti
mundo: non seruire mundo. Quid hoc est? Haben-
tes: tanq̄ non habentes. Sic dicit his: sic hortatur
quos non vult inueniri a die illa: tanq̄ ꝑgnantes et
mămātes: sic eos hortatur. De cętero fratres: tem-
1. Cor. 7. pus breue est: Reliquū est: vt qui habēt vxores tā-
q̄ non habētes sint: et qui flent tanq̄ non flentes: et q̄
gaudent tanq̄ nō gaudētes: et qui emūt q̄si nō emē-
tes nec possidentes: et qui vtūtur h̄ mūdo tanq̄ nō vten-
tes: Pręterit enī figura hui⁹ mūdi: Volo vos sine Ibidem.
sollicitudie esse. Qui enī sine sollicitudine est: secur⁹
expectat quādo veniat dñs ipius. Nā qualis amor
est christi: timere ne vēiat? Fratres: nō erubescim⁹?
Amamus: et timemus ne veniat. Certe amamus:
An peccata nostra plus amamus? Ergo ipa oderi-
mus peccata: et amemus eū qui venturus est ad pu-
nienda peccata. Veniet: velimus nolimus. Nō enī
quia modo nō venit: ideo venturus nō est. Veniet:
et quando nescis: et si paratū te inuenerit: nihil tibi
obest quia nescis. Tunc exultabunt oīa ligna syl-
uarum ante faciem dñi: qm̄ venit primo. Et postea
quid? Qm̄ venit iudicare terram. Et exultabūt om-
nia ligna syluaꝝ. Venit primo: et postea iudicare ter-
ram: Exultātes inueniat eos qui ꝑmo aduentui cre-
diderunt: qm̄ venit. Nam: Judicabit orbem O
†terraꝝ in ęquitate: Non partem: quia nō par- Al. [illegible]
tem emit. Totū iudicare habet: quia ꝓ toto preciū 1. [illegible]
dedit. Audistis euangeliū: quia cū venerit inquit [illegible]
congregabit electos suos a quattuor ventis. Con- Math. [illegible]
gregabit electos oēs a quattuor vētis cęli. Ergo de
toto orbe terrarū: quia et ipe adam aliquādo h̄ dixe- [illegible]
ram orbem terrarū significat: sm̄ gręcam linguam. [illegible]
Quattuor enim litterę sunt: A: D: A. et M. Sicut
aūt gręci loquunt: quattuor orbis partes has in ca-
pite litteras habent. ἀνατολή: dicūt orientē:
δυσμή occidētem: ἄρκτον: aqlonē: μεσημβρίαν meridiem: Habes adā. Ipse ḡ adā toto orbe
terrarum sparsus est. In vno loco fuit et cecidit: et Gal. 5.
quodammodo cōminutus impleuit orbem terraꝝ:
Sz misericordia dñi vndiq̄ collegit fracturas: et cō-
flauit igne charitatis: et fecit vnū quod fractum erat.
Nouit illđ facere artifex ille: Nemo desperet: Mul-
tum quidē est: sed q̄ sit artifex cogitate. Ille refecit q̄
fecit: ille reformauit qui formauit. Judicabit orbem
terraꝝ in ęquitate: et populos in veritate sua. Quę ē P
ęquitas et veritas? Congregabit secum electos su-
os ad iudicandū: cęteros autem separabit abinui-
cem. Positurus est enim alios ad dexteram: alios Math. [illegible]
ad sinistrā. Quid autem ęquius: quid verius: q̄ vt
non expectent misericordiā de iudice: qui noluerūt
facere misericordiam anteq̄ veniret iudex? Qui autem
voluerunt facere misericordiā: cum misericordia iu-
dicabuntur. Dicetur enim eis ad dexteram positis:
Venite benedicti patris mei percipite regnū quod Ibidem.
vobis paratum est ab origine mundi. Et imputat
opera misericordię. Esuriui enī et dedistis mihi mā-
ducare: sitiui et potastis me: et cętera. Rursus ad si-
nistram positis quid imputabitur? Quia noluerūt
facere misericordiā. Et quo ibunt? In ignem ęter-
num. Iste auditus malus: magnū gemitum faciet.
Sed quid dicit alius psalmus? In memoria ęterna Ps. [illegible]
erit iustus: ab auditu malo non timebit. Quid est:
auditus malus? Ite in ignem ęternū: qui parat⁹ est Math.
diabolo et angelis eius. Qui gaudebit ab auditu bo-
no: nō timebit ab auditu malo. Quomō gaudebit
ad auditum bonū? Venite benedicti patris mei. Et
a quo auditu non timebūt? Ite in ignē ęternū q̄ pa-
ratus est diabolo et angelis eius. Hęc est ęquitas:
hęc est veritas. Judicabit enim orbem terrarum in

equitate: Et populos in veritate sua. An
quia tu iniustus es: iustus nõ erit iudex? Aut quia
tu mendax es: verax nõ erit veritas? Sed si vis ha/
bere misericordem: esto misericors ante q̄ veniat.
Dimitte si quid in te cõmissum ē: da ex eo quo abũ/
das. Et de cuius das: nisi de illius? Cũ d̄ illius das:
1. Cor. 4. redditio est: si de tuo dares: largitio esset. Quid em̄
habes quod nõ accepisti? He sũt hostie deo gratissi
me: misericordia: humilitas: cõfessio: pax: charitas.
Has apportemus: et securi expectamus adventum
iudicis: qui iudicabit orbem terrarum in equitate: et
populos in veritate sua.

Explicit Tractat⁹ de ps̄ XCV.

Incipit Tractatus de ps̄. XCVI.

B Magna spectacula deus prebet cordi christia
no: et quibus vere nihil possit iocundius in
veniri: si tamen assit palatum fidei: cui sa
piat mel dei. Credimus omnibus vobis qui in salua
torem nostrũ toto corde credidistis: inesse spiritum
eius qui vos delectet cum leguntur prophetie ante
tot annos prolate ex ore sanctorum: et post annos
implete in fide gentium. Magnam enim iocundi/
tatem tunc carpebant ipsi sancti prophete: cum ea
videbant in spiritu: nõ iam impleta: sed adhuc futu/
ra. Erat em̄ eis magna delectatio: sed tamē et ipsi pro
charitate qua in nos accensi erant quos nondum vi/
debant: sed spiritu parturiebant: volebãt si fieri pos
set in hoc tempore nobiscum vivere: et videre imple/
ta que in spiritu prophetabant. Inde dñs discipu/
Matth. 13 lis suis iam ista videre incipientibus ait: Multi iusti
et prophete voluerũt videre que videtis et nõ vide/
runt: et audire que auditis: et nõ audierũt. Quãuis em̄
viderent ista in spiritu: tamen futura illis quodãmo
do formabant: Apostolis autē iam presentia crede/
Luc. 2. bant. Unde ille symeon iustus quidã senex: multum
exultavit videns infantem iesũ: et agnoscens in par/
uo magnũ: et in exigua carne cognoscens celi et terre
creatorē. Multũ ergo exultavit: quia responsũ acce/
perat nõ se exiturum esse de hac vita prius q̄ videret
salutare dei. Agnouit ergo illum: iocundatus est: ex/
Ibidem. ultavit gaudio: et hoc ait: Domine: nũc dimittis ser
uũ tuũ in pace: quia viderũt oculi mei salutare tuũ.
Magna est ergo ista iocunditas: et hanc facit chari/
tas. Delectati sumus cũ psalmus iste cantaretur: et
quedã ibi ab omnibus intellecta sũt: quedã vo quã/
tum arbitramur: aut a paucis: aut certe nõ ab omni/
bus. Simul ergo illum in isto sermone in quo vobis
seruimus cõsideremus: et videamus quãta digna/
tione nos deus letificare voluit: presentando que ꝓ
misit: et nobis et nos exhibēs veritatē ꝓmissis suis.

B Inscribit psalmus: Ipsi david: cũ terra eius
restituta est. Totum ad christũ revocemus: si vo
lumus iter recte itelligentie tenere: Nõ recedamus
Ps. 2. a lapide angulari: ne intellectus noster ruinã faciat.
In illo solidet: quod instabili motu nutabat: in illo
incumbat: quod per incerta pendebat. Quicq̄d du/
bitationis habet homo in animo: auditis scripturis
dei a christo nõ recedat: cũ ei fuerit in illis verbis chri
stus revelatus: intelligat se intellexisse. Anteq̄ autē
perveniat ad christi intellectũ: nõ se presumat intel/
Rom. 10 lexisse. Finis em̄ legis christus est ad iustitiã omni
credenti. Quid est ergo et quomodo accipit̄ in chri/
stus: cũ terra eius restituta est? Nam quomodo da
uid intelligat̄ christus: facile est agnoscere. Christus Matth. 1.
em̄ ex maria: et ex semine david: Et qz ex semine ei⁹
futurus erat: propterea nomen eius in figura ꝓphe
tabat̄. Ergo david christus: quia et interpretat̄ da/
uid manu fortis. Et quis tam manu fortis: q̄ qui d̄
cruce mundũ vicit? Nam post resurrectionē et ascen
sionem eius: accepto spiritusancto: loquētibus apo
stolis variis linguis: cõmota multitudo eorũ ipsorũ Act. 2
q̄ eũ crucifixerãt: ꝯsiliũ q̄sierũt salutis: accepit. credi
dit: ignotũ ē: donat⁹ ē reatus sanguine christi: imp/
tu⁹ ē pot⁹ sanguis xp̄i. facti sũt fideles ei⁹ cui⁹ fuerãt
ꝑsecutores. Crediderũt ī eũ quē crucifixerũt: et ãn quē Matth. 27
insultantes caput agitaverũt: eum ipm̄ caput habe
re voluerunt. Ita ergo restituta est terra eius: quod C
habet titulus psalmi. Terra em̄ ei⁹ iudea: Et perie
rat omnis iudea quando crucifixerat dominũ suum:
ignorantes phreneticii seuientes in medicũ: et salutē
insania repellentes. Tanq̄ ergo perierat iudea to
ta: quã totam ipsi etiam apostoli trepidaverũt. Pe/
trus q̄ audaci dilectiōe seq̄bat̄: timida trepidatiōe et
negatiōe ter negavit. Resurgēs in via quosdã loq̄n Matth. 16.
tes secũ d̄ se: tales invenit ipse dñs iesus christus: vt
dicerent illi: querenti vnde colloquerent̄: Tu solus
peregrinus es in hierusalem: et nõ cognovisti que fa
cta sũt in illa his diebus? Quibus ille dixit. Que?
Et dixerunt: De iesu nazareno: q̄ fuit vir propheta
potens in opere et sermone corã deo et omni populo:
Et quomodo eũ tradiderũt sũmi sacerdotes et prin/
cipes nostri in damnationē mortis: et crucifixerunt
eũ. Nos autē sperabamus: quia ipse esset redemptu Luc. 24.
rus israel. Iam spem christi perdiderũt. Nõ em̄ di/
xerunt: speramus eũ redempturũ: sed sperabamus
q̄ esset redempturus israel. Ipse cũ eis erat: et spes il
lius in illis nõ erat: Ostēdit se illis: manifestatus est
etiã ceteris discipulis: visus: contrectatus: et inuen/
tus illis quibus iam perisse videbat̄. Revocata est
fides eorũ qui ceciderant: restituta est terra ei⁹. De/ Act. 1
inde factis cũ eis quadraginta diebus: ascendit ī ce
lum: et sicut paulo ante cõmemoravi: misso spiritu/
sancto fecit discipulos suos idiotas homines loqui Act. 2.
omniũ gentiũ linguis. Tunc illi pro quibus nõ fru/
stra dixerat: Pater ignosce illis: quia nesciunt quid Luc. 23.
faciunt: cõmoti vt diximus: quesierũt salutē: consi/
lium acceperũt vt in eum crederēt: Crediderũt vno Act. 2. et. 4.
die tria milia: et rursus quinq̄ milia. Cepit feruere
per iudeã ecclesia christi: vbi ferbuerat opprobrium
christi: et restituta est terra ei⁹. Sz quia dixerat ipse: D
Habeo alias oues que nõ sũt de hoc ovili: oportet Ioh. 10
me et eas adducere: vt sit vnus grex et vnus pastor:
Etiam ad gentes ad quas prophete missi non erant:
apostoli missi sunt. Quesiti sũt qui nõ quesierant: i/
uenti sũt qui nihil expectabãt: Quē nõ tenebãt deũ
pollicitatorē: invenerũt redemptorē. Iam em̄ iudei
tenebant deũ pollicitatorē: quia ibi ꝓphete christũ
predicaverũt: vbi christũ promiserũt: sed quē pro/
missum audierant: presentē nõ cognouerunt. Illis
autē ꝓmissũ nihil erat: sed tamē in prophetis etiam
de fide ipsorũ dictũ erat. Nõ dictum erat ipsis: sed di/
ctũ erat de ipsis. Missũ est ad illos: et audistis ex di/
spensatione dei. Ipsa em̄ lectio modo vobis lecta est
in actibus apostolorum: quomodo centurio corneli/ Act. 10.
E

us credidit. Cornelius enim centurio nõ erat de gẽ
te iudeorum. Orabat: ieiunabat: elemosynas faciebat:
Nõ illũ deseruit deus: q̃uis in gentibus cõstitutũ:
Et missus ẽ ei angelus qui illi nunciaret q elemosy
ne et orationes ipsius accepte fuerint apud deũ. Cre
Ibidem. didit aduocato ad se petro. Nunquid nõ illũ poterat
docere angelus? Misit illũ ad petrũ: vt magis per
hominẽ illi fides fieret: quia homines nõ dedigna
tus erat dñs visitare. Nec dedignabat docere per
hominẽ: qui dignatus est esse homo. Sic ergo resti
tuta est terra eius: vno pariete veniẽte de iudeis: al
tero pariete veniente de gentibus: q̃bus duob9 pa
Eph. 2. rietibus de diuerso venientibus esset ipse lapis an
gulari: vbi ambo copularent. Iterũ quomodo ac
cipimus: cũ terra eius restitueret? Cũ caro eius re
suscitaret. Alius eñ intellectus tamen a christo nõ
recedẽs: sic potest nobis occurrere: terra restituta:
caro resuscitata. Post resurrectionẽ eñ ipsius facta
sũt ista oñia que cantant in psalmo. Audiamus iam
de terre restitut: õe psalmũ plenũ gaudio: Excitet no
bis ipse dominus deus noster dignã tante rei expe
ctationẽ et iocunditatem: Ipse sermonẽ nostrũ mo
deret aptũ cordibus vestris: vt quicq̃d hic exultat
cor nostrũ in talibus spectaculis pducat ad linguã:
et inde in aures vestras: deinde in cor vestrum: dein
de in facta vestra.

Expositio psalmi.

E Dominus regnauit: Ille qui stetit ante
Matth. 17 iudicem: ille qui alapas accepit: ille qui fla
gellatus est: ille qui cõsputus est: ille qui spi
nis coronatus est: ille qui colaphis cesus est: ille q̃ i
ligno suspensus est: ille cui pendenti in ligno insulta
tum est: ille qui in cruce mortuus est: ille qui lancea
percussus est: ille qui sepultus ẽ: ipse resurrexit: Do
minus regnauit. Seuiãt q̃ntũ possũt regna: Quid
sũt factura regi regnorũ: domino omniũ regum: cre
atori omniũ seculorũ? An ideo contemnit: quia tam
submissus: et tam humilis apparuit? Misericordia ẽ
non impotentia. Ille eñ humilis apparuit vt eũ ca
peremus. Sed iam videamus. Dñs regnauit: Ex
Letentur ultet terra: iocundent insule multe. Est q̃
dem: quia verbũ dei nõ in sola continenti terra pre
dicatũ est: sed etiã in insulis que constitute sũt i me
dio mari: Et ipe plene christiãis: plene sũt suis dei.
Nõ eñ separat mare eũ qui fecerat mare. Quo na
ues possunt accedere: verba dei nõ possunt? Imple
te sũt insule: Verũtamẽ possũt et in figura recte acci
pi insule oñes ecclesie. Quare insule? Quia circũ
latrãt fluctibus omniũ temptationũ. Sed quomo
do insula vndiq̃ circũstrepentibus fluctibus tundi
potest: frangi nõ potest: magis magisq̃ ipa frangit
fluctus venientes: q̃ frãgat ab eis: sic et ecclesie dei
pullulantes per totũ orbem terrarum: passe sunt per
secutiones vndiq̃ frementiũ infideliũ. Et ecce stant
insule: et iã placatũ est mare: Iocundent insule mul
F te: Nubes et caligo in circuitu ei9: iusticia
Al. i correctio et iudiciũ directio sedis eius. Quibus nu
bes et caligo in circuitu eius? Quibus iusticia et iu
diciũ directio sedis eius? Nubes et caligo ipsis qui
eũ nõ intellexerũt: iusticia et iudiciũ fidelibus qui in
eũ crediderũt. Illi eñ per superbiã non viderunt: il
li per humilitatẽ dirigi meruerũt. Audi nubes et ne

bulam: et audi iusticiã et iudiciũ. Ipse dñs ait: In iu Io. 9.
diciũ ego in hunc mundũ veni: vt qui nõ vident vi
deant: et qui vident: ceci fiant. Quid est: qui vident
ceci fiant? Qui sibi videre vident: qui se sapientes
putant: qui nõ sibi arbitrant necessariã medicinam:
ipi ceci fiant: ipi nõ intelligant. Qui aũt non vident
videant: qui cecitatẽ confitent: illuminari mereant.
Sic ergo in circuitu eius nubes: et caligo his q̃ eum
nõ cognouerũt: confitentibus aũt et humiliantibus
se: iusticia et iudiciũ directio sedis eius. Sedem eius
dicit eos ipos qui in eũ crediderũt. De ipis eñ sibi
facit sedem: quia in eis sedet sapientia. Filius enim 1. Cor. 1
dei: sapientia dei est. Audiuimus aũt ex alia scriptu
ra: magnũ huius intelligentie documentũ. Anima
iusti: sedes sapiẽtie. Ergo quia isti facti sũt iusti qui
i eũ crediderũt: iustificati ex fide facti sũt sedes ipi9:
Sedet in ipis iudicãs ex ipis: et dirigens eos. Qua
re? Quia mansuetos inuenit: veluti iumenta mitia
nõ recalcitrantia: nõ collum superbũ aduersus iugũ
eius excutientia: nõ flagellũ eius recusantia. Facta
sunt iumenta eius bona: mansueta: et meruerunt qđ
dictũ ẽ in alio psalmo: Diriget mites in iudicio: do Ps. 24
cebit mãsuetos vias suas. Propterea ergo illis nu
bes et caligo: quia nõ sunt recti: mansuetis aũt iusti
cia et iudiciũ directio sedis eius. Ignis ante eũ
precedet: et inflãmabit in circuitu inimicos
eius. De quo igne dicit fratres: Ignis ante eum
preibit: et inflammabit in circuitu inimicos ei9: Nõ E
arbitror de illo igne dici in quẽ mittendi sũt impii il
la vltima iudicii sententia: q̃bus ad sinistram separa
tis: sicut in euangelio lectũ meminimus: dicetur ẽ:
Ite in ignẽ eternũ: qui paratus est diabolo et ange Matth. 25
lis ei9: Nõ puto de illo igne dici. Unde hoc non pu
to? Quia de quodã igne dicit: qui preibit ante illum
anteq̃ veniat ad iudiciũ. Dictũ est eñ preire ignem
et inflammare in circuitu: id est per totũ orbẽ terrarum
inimicos eius. Ille ignis post eius aduentum erit: iste
aũt ignis ante eũ preibit. Quis est ergo iste ignis?
Possum9 eũ accipere in pena malorũ: possumus i
salute redemptorũ. In pena malorum quomodo?
Quia cũ predicaret christus: irate sũt gentes: et cõ
mouerũt persecutionẽ: Que ira ignis fuit magis cõ
summens eos qui persequebant: q̃ eos quos perse
quebant. Cũ eñ videmus duos: vnũ irascentẽ: al
terũ patienter ferentẽ: quis eorũ ardeat: vestrum est
iudicare: Potestis i vno genere humano tale specta
culũ contueri. Ponite vobis ante oculos hominem
iniquũ: cõmotũ animo: trucẽ vultu: flãmantib9 ocu
lis: scintillantibus verbis: ferri in hominis necem: in
depredationẽ: in iniurias: in contumelias: nõ se ca
pere: nõ se tenere: alterũ patienter excipientẽ verba
ac plagas: quicq̃d ille inferre voluerit: et percutienti Matth. 5
maxillã parantẽ alterã: cũ videris hinc furias: inde
lenitatẽ: hinc iram: inde patientiã: hinc flãmas: inde
tolerantiã. dubitas pronũciare quis eorũ ardeat pe
nãq̃ patiat? Ille ne cuius corpus vexat. an cuius
anim9 vexatur? Propterea et ẽ saias ppheta dixit: Esa.
Et nũc ignis aduersarios comedet. Quid est et nũc?
Anteq̃ veniat dies ille iudicii magnus: iam furore
suo ardent: qui postea supplicio sempiterni illius ig
nis arsuri sunt. Nisi forte putatis fratres mei: quia
iniusticia que pcedit ex homie ad ledendũ alterum

dominē: illi ad quē pcedit nocet: ⁊ illi de quo proce
dit nō nocet. Unde fieri potest? Aliquādo facula ar
dens apponit ad lignū humidū ⁊ viride: ⁊ nō illud in
cendit: ipsa tantū ardet: sic ⁊ inimicus tuus. Si quis
forte extitit iniustus q tibi moliat insidias: vel p pa
ret aliqs molestias: iniustus est. Tu si viride lignum
fueris: id est si succo spirituali vigens ⁊ virēs: flam
mis inimicitiarū restiteris orando pro illo qui te p
sequit: ille ardet: tu maēs integer: Et iniusticia illi⁹ illi no
cet: tibi nihil nocet: nisi forte putas: qz nocet tibi si
corpi tuo aliqd fecerit: ⁊ aīa patiēs ⁊ incorrupta ad
deū coronāda puenerit: seqns exēplū dñi sui: q pati
maluit a iudeis: ⁊ qui poterat nō mori mortuus est:
quia ⁊ q poterat nō nasci natus est. Tu eñi cōditio
ne nat⁹ es: ille volūtate: Tu cōditione morieris: ille
misericordia. Quō ergo illi nihil nocuerūt iudei: sic
nec tibi quisqz psecutor inimicus: si tu elegeris esse
membrū capitis illius. Ecce intelleximus ignē ante
eū precurrentē id est hoc tēpore intelligendū in penā
quandā infideliū iniquorū: intelligamus ignē si pos
sumus: ⁊ in salutē redemptorū. Ita eñi proposuera
D
Luc. 12. mus. Idē ipse dñs ait: Ignē veni mittere in terram.
Math. 10. Sic ignē: quō gladiū. Uidi ⁊ quodā loco ait: nō veni
misse pacē mittere in terram: s gladiū. Gladiū ad se
parationē: ignē ad vstionē: Sz vtrūqz salubre: quia
⁊ gladius verbi ipsius salubriter nos separauit a cō
suetudine mala. Gladiū eñi attulit ⁊ separauit vnū
quēqz fideliū: aut a patre suo q in christum nō credi
derat: aut a matre similiter infideli: aut certe si ō pa
rentibus christianis natus ē: saltē a pgenie sua pri
ore. Nemo eñi nostrū nō aut auū: aut pauū: aut ali
quā antiquā originē in gentibus habuit: ⁊ illa exe
crabili deo infidelitate separati sumus ab eo qd era
mus: sed gladius intercessit secernens non interfici
Luc. 12. ens. Hoc modo ⁊ ignis. Ignē veni mittere in terrā:
Exarserūt hoīes credētes in eū: acceperūt flammā
charitatis: Propterea ⁊ ipse spiritussāct⁹ cū missus
Act. 2. est ad apostolos: sic apparuit: Uise sūt illis inquit lin
gue diuise velut ignis: qui ⁊ insedit super vnūquēqz
illorū. Isto igne inflāmati ceperūt ire p mūdū: ⁊ infla
mare: ⁊ icēdere i circuitu inimicos ei⁹. Quos inimi
cos ei⁹? Qui deserto deo a q facti erāt: adorabāt si
mulacra q fecerant. Ipsi incēdebant: si mali erāt ad
cōsūptionē: si boni erāt ad reparationē: Aut ipse in
cendebat qui nolebat credere illo igne: audito ver
bo dei factus peior: inuidia sua exustus atqz cōsum
ptus: aut si cōuerteret ⁊ crederet: nec sic in illo nihil
arsisset. Arserat eñi fenū: vt purgaret aurū. Aurum
fides est: fenū carnalis cōcupiscentia est. Omnis ca
Esa. 40. ro fenū Esaias dicit: ⁊ omnis honor carnis vt flos fe
ni. Quicquid est ergo in homine carnali appetens va
na ⁊ secularia: fenū ē. Qz multi forte ⁊ fratres nostri
venūt ad theatrū: feno ducti sūt. Nōne optandus ē
illis iste ignis: vt fenū ardeat ⁊ aurū purget? Qd eñi
illis inest fidei: feno premit. Bonū est ergo eis arde
re sancto igne: vt feno cōsumpto: splendeat preciosum
qd redemit christus. Ergo ignis ante eū precedit: ⁊ in
flammabit in circuitu inimicos eius. Sūt qui salu
briter arserunt: hodie fideles eius sunt: Inimici ei⁹
erant: ⁊ nūc iam fideles eius sūt. Queris inimicos:
nō sūt: Cōsūpti sūt: arserūt. Charitas cōsumpsit in
eis qd persequebāt christū: ⁊ purgauit in eis qd cre
derēt in christū. Et inflāmauit in circuitu inimicos
eius. Apparuerūt fulgura eius orbi terre. Al. Illuxerūt
Magna exultatio. Nōne videmus? Nōne manife I
stū ē? Apparuerūt fulgura ei⁹ vniuerse terre: Inflāma
ti sūt inimici: incensi sūt inimici: Arsit quicqd ptra
dicebat: ⁊ apparuerūt fulgura eius orbi terre. Quō
apparuerūt? Ut iam crederent. Unde fulgura? De
nubibus. Que sūt nubes dei? Predicatores verita
tis. Uides aūt nubē in celo: nebulosam: obscurā: et
habet intus nescio quid latens. Si corruscet de nu
be: emicat splēdor. Et eo ipso qd cōtemnebas: inde
exiliuit qd expauescas. Misit ergo dñs noster iesus
christus aplos suos: pdicatores suos factos velut
nubes: videbant homies ⁊ cōtēnebant: quomodo
vident nubes ⁊ contēnunt: anteqz de eis exiliat qd
mireris. Erant eñi illi primū hoīes carnē portātes
infirmi: deinde idiote: indocti: ignobiles: sed erat in
illis qd fulguraret: erat in illis qd corruscaret. Acce Act. 9
debat petr⁹ homo piscator: orabat: ⁊ surgebat mor
tuus. Forma humana nubes erat: splendor miracu
li corruscatio erat. Sic in verbis: sic in factis: cū mi
randa dicūt: ⁊ miranda faciūt: Apparuerūt fulgura
eius orbi terre. Uidit ⁊ cōmota est terra. Si K
eñi nō est verū: si nō tota terra iaz christiana clamat
amen: cōmota fulgoribus de illis nubibus erūpenti
bus: Uidit ⁊ cōmota est terra. Montes fluxe
rūt sicut cera a facie dñi. Qui sūt montes? Su
perbi. Omnis altitudo extollens se aduersus deum: fa
ctis christi ⁊ christianorū contremuit: succubuit. Et
quādo dico qd dictū est: fluxit: melius verbū inue
niri nō potest. Montes fluxerūt a facie dñi velut ce
ra. Ubi ē altitudo potestatū? vbi duricia infideliū?
Montes fluxerūt sicut cera a facie dñi. Ignis eñi
eis fuit dñs: illi ante faciē eius sicut cera fluxerunt:
Tādiu duri: donec ignis ille admoueret. Compla
nata est omnis altitudo: modo blasphemare christum
nō audet: ⁊ pagan⁹ nō in eū credit: nō eū tamē blas
phemat: Et si nōdū factus est viuus lapis: tamē vi
ctus est durus mons. Montes fluxerūt sicut cera a
facie dñi: A facie dñi omnis terra. Nō iudeorū
tantū: sed ⁊ gentiū sicut dicit apls: Nō eñi est iu Ro. 3.
deorū tantū deus: sed ⁊ gentium. Dñs ergo vniuerse
terre: dñs iesus christus in iudea nat⁹: sed nō iudee
tantū natus: qui anteqz natus omes fecit: ⁊ q omes
fecerat: omes refecit. A facie dñi omis terra. An L
nūciauerūt celi iusticiā eius: ⁊ viderūt om
nes populi gloriā eius. Qui celi ānūciauerūt?
Celi enarrant gloriā dei. Qui sūt celi? Qui facti sūt Ps. 18.
sedes ipsius. Quō eñi in celis sedet deus: sic sedet in
apostolis: sic sedet in pdicatoribus euangelij. Et tu
si vis: celū eris. Si vis esse celū: purga de corde tuo
terrā. Si terrenas cōcupiscentias nō habueris: ⁊ nō
frustra responderis sursū te habere cor: celum eris.
Si resurrexistis cū christo, fidelib⁹ Apls loquit Colo. 3.
que sursū sūt querite vbi christus est in dextera dei
sedens: q sursū sūt sapite: nō que sup terrā. Cepisti
sape q sursū sūt ⁊ nō q sup trā: iā terra sūt: nōne fa
ct⁹ es celū? Carnē portas: ⁊ corde iā tecū ē: celū es.
Cōuersatio eñi tua in celis erit. Talis annuncias et Phil. 3.
tu christū. Quis eñi fideliū tacet christū? Intendat
charitas vestra: Putat quia nos soli stātes hic an
nūciamus christū: ⁊ vos non annūciatis? Unde ad

nos venerūt christiani volentes esse quos nūc^ videmus: quos nō nouimus: quibus nūc^ p̄dicauimus? An forte crediderunt nullo nūciante? Apl'us dicit:
Ro. 10. Quō credent quē nō audierūt? Quō audient sine p̄dicante? Ergo tota ecclesia p̄dicat christū: et annūciant celi iusticiā ipius: quia oēs fideles quibus cura est lucrari deo eos qui nondū crediderūt: et faciūt hoc ex charitate: celi sunt. Intonat de illis de' iudicij sui terrorem: et tremit qui infidelis erat: et pauescit et credit. Ostendite hoībus quid potuit christus p totū orbē terrarū: loquēdo eis: et adducēdo eos ad amādū christū. Quāti em̄ hodie adduxerūt amicos suos: aut ad pantomimū: aut ad choraulā? Quare: nisi amando illū? Et vos amate christū. Tāta em̄ spectacula p̄buit: in quo nemo potest dicere aliqd se reprehensiōis inuenire illū qui vicit seculū. Nā et aliqn̄ quē amat quisq^ in theatro: vincit in illo. Nemo vere vincit in christo: nō est de quo erubescere. Arripite: adducite: attrahite quos potestis: securi estote: ad eū adducitis: qui nō displicet videntib': et rogate illū vt illuminet eos: et bene expectent. Annūciauerūt celi iusticiā eius: et viderūt oēs populi gloriam ei'.
D Cōfūdant oēs: qui adorant sculptilia. Nōne factū est? Nōne cōtusi sūt? Nōne q̄tidie cōfundūt? Sculptilia em̄ sūt: manifesta idola. Quare iā cōfundunt oēs q adorāt sculptilia? Quia viderūt oēs populi gloriā ei'. Iā oēs populi gloriā christi cōfitent. Erubescāt qui adorant lapides: quia lapides illi mortui erant: nos viuū lapidem inuenim': Immo lapides illi nūc^ vixerūt: vt nec mortui dicant. Lapis aūt noster viuus est: et semp vixit
Ro. 6 apd̄ p̄rem: et p nob mortu' resurrexit: et nō viuit: et mors ei vltra nō dn̄abit. Hāc gloriā ipi' cognouerūt et cognouerūt populi: dimiserūt templa: currūt ad ecclesias. Cōfundant oēs q adorant sculptilia. Adhuc querūt adorare sculptilia: noluerunt deserere idola: deserti sūt ab idolis. Cōfundant oēs q adorant sculptilia:
Ibidem Qui gloriant in simulacris suis. Si existit nescio qs disputator: qui doctus sibi videbatur: et ait: Nō ego illū lapidē colo: nec illud simulacrū qd̄ est sine sensu: Nō em̄ n beta vester potuit
Ps. 113 nosse: qz oculos habēt et nō vidēt: et ego nescio qz illud simulacrū nec aīam habet nec videt oculis: nec audit auribus. Nō ergo illud colo: sed adoro qd̄ video: et seruio ei quē nō video. Quis est iste? Numē quoddā inquit inuisibile: qd̄ p̄sidet illi simulacro. Hoc mō reddendo ratiōnē de simulacris suis: deserti sibi vidēt qz nō colūt idola: et colūt demonia. Et em̄ fratres sicut dicit Apl's: Que īmolant gētes: de-
1. Cor. 10. monijs īmolant: et nō deo: Nolo vos inqt socios fieri demonior: Nā scimus: quia nihil ē idolū. Ipe h̄ dicit Apl'us: Scim': qz nihil est idolū: & que īmolāt gētes: demonijs īmolāt: et nō deo. Dixit: Nolo vos fieri socios demonior. Nō ergo hinc se excusent: qz q̄si idolis insensatis dediti nō sūt: demonijs magis dediti sūt: qd̄ est piculosius. Nā si tantū idola colerent: sicut eos nō adiuuarent: ita illis nihil nocerēt. Si aūt adores et seruias demonib': erūt dn̄i tui. Et qui erūt dn̄i tui? Inuidi tui: libertati tue necesse ē inuideāt: Sp te velint possidere: semp talē facere q̄lē possint secū trahere. Est em̄ insita maliuolētia q̄dā et gaudium nocendi istis malis spiritib': Gaudent de

malo hoīm: et de fallacia nostra: Si nos seducere potuerint. Et q̄d querūt? Nō quibus in eternā dominent: & cū quibus i eternū dānent. Quō solet malus latro noīare innocentē? Nūquid si fuerit vn' innocens, minus ardet: si duo ardeāt? Nunquid moriet si duo moriant? Pena illi nō minuit: & si maliuolētia pascit: Secū moriat: non se min' moritur dicens: sed solatiū habet malū alterius. Talis est diabol': Seducere vult illos: q cū illo puniant. Et qz nō pōt fallere iudicē deū: nō em̄ noiat apud illū innocentē: vera crimina volēs habere q̄ obijciat: pctā p̄suadet. Ecce q̄les dn̄os sibi faciūt q colūt idola: demonia. Que em̄ īmolant gētes: demonijs immolant: et nō
deo. Nolo vos socios fieri demonior. Nos aūt q̄lem deū habem'? Audite qd̄ seqt. Cū em̄ dixisset: cōfūdant oēs q adorāt sculptilia: addidit: et q gloriant i simulacris suis: ne existerēt q̄si reddētes rationē de simulacris: et dicerēt: nō lapides sed numina colim': Que numina colis? Dic mihi: Demōia colis: an spiritus bonos: q̄les sūt angeli? Sūt em̄ angeli sancti: et sūt spūs maligni. Ego dico qz in tēplis tuis nō colunt nisi spiritus maligni: q sibi exigūt superbe sacrificiū: et volūt se coli tanq^ deos. Maligni sūt: superbi sūt. Tales sūt etiā homies nō boni: qui suā gloriam querūt: et dei gloriā ptēnūt. Homies aūt sanctos attēdite: q sūt similes angelis. Cū inueneris hoiem aliquē sanctū seruū dei: si volueris illū colere et adorare p deo: phibet te. Non vult sibi arrogare honorē dei: non vult tibi esse pro deo: sed tecū esse sub deo. Fecerunt hoc apostoli sancti: paulus et barnabas: P̄dicabāt xp̄ū dei i lycaonia. Miracula cū fecissent lycaonie: ciues eiusdē regionis adduxerūt victimas: et voluerūt illis sacrificare: dicētes barnabā iouē: et paulū mercuriū. Illi nō sūt delectati. An forte ideo sibi īmolari noluerūt: qz demonib' se cōparari execrati sūt? Nō: & qz honorē diuinū exhiberi hominibus horruerūt: verba ipor indicāt: nō suspicamur. Sequit em̄ lectio libri eiusdē: et dic quō mo- ti sūt. Tūc paulus et barnabas psciderūt vestimēta sua et dixerūt: Viri fratres: qd̄ facitis? Et nos homines sumus passibiles similes vobis. Intēdite ergo quō hoīes boni phibēt eos q se voluerāt colere tāq^ deos: et volūt poti' vt deus vn' colat: de' vnus adoret: deo vni sacrificiū offerat: nō sibi. Sic et oēs sancti vel āgeli illius gloriā querūt quē diligūt. Ad eius cultū: ad ei' orationē: ad eius cōtēplationem: oēs quos diligūt rape et inflāmare studēt: ipm illis annūciant nō se: qm̄ angeli sūt. Et qz milites sūt: nō nouerūt gloriā q̄rere nisi impatoris sui. Si aūt gloriā suā quesierint: vt tyrāni dānant. Talis extitit diabolus et demonia: id ē angeli eius: Arrogauit sibi honorē diuinū et oib' demonijs: et impleuit tēpla paganor: et p̄suasit simulacra: et p̄suasit illa sacrificia offerri sibi. Nonne meli' erat vt angelos sāctos q̄ vt demones colerēt? Rndēt: Nō colim' mala demonia: angelos quos dicitis ipos et nos colim': virtutes dei magni: et mysteria dei magni. Vtinam ipos colere velletis: facile ab ipis disceretis nō illos colere. Audite angelū docentē. Docebat quendā discipulū christi: et ostendebat illi multa miracula in Apocalypsi iohānis. Ille aūt quodā sibi demonstrato miraculo visionis expauit: et misit se ad pedes angeli.

Et ille angelus qui non querebat nisi gloriã dñi sui:
Apo.19 Surge qđ facis inq̃t: Illũ adora: Nã ego ꝯseru⁹ tu⁹
sũ: & fratrũ tuoꝝ. Quid ꝗ fratres mei: Nemo dicat:
timeo ne irascat̃ mihi angelus: si nõ illũ colo ꝓ deo
meo. Tũc tibi irascit̃: qñ ipm colere volueris. Bo-
nus est eñ & deũ amat. Quõ eñ demones irascunt̃
si nõ colant̃: sic angeli indignãt̃ si ꝓ deo colant̃. Sz
ne forte dicat sibi cor ĩfirmũ: cor trepidũ: ꝗ si irascã-
tur demonia quia nõ colunt̃: timeo offẽdere demo-
nia. Quid tibi facturus est: vel pnceps ipoꝝ diabo-
lus: Si posset aliquid: nullus nostrum remaneret.
Nõne quotidie tanta in illo dicunt̃ ore christiano-
rũ: & crescit seges christianoꝝ: Quãdo irasceris ne-
quissimo seruo tuo: hoc nomẽ illi iponis: sathanas
diabole: hoc illi dicis. Fortasse in hoc erras: qꝛ ho-
mini hoc dicis: & ĩmoderata ira raperis ad cõuiciã-
dã imaginẽ dei: & tamẽ h̃ eligis vt ei dicas qđ valde
detestaris. Si posset ille: nõ se vindicaret: Sed nõ
Job.1 pmittit̃: & tantũ facit quantũ pmittĩt. Nã & iob tem
ptare voluit: & nõ nisi potestatẽ quesiuit: & nihil fa-
ceret nisi potestatẽ accepisset. Quare ergo nõ secu-
rus adoras deũ: ꝗ nolẽte nẽo tibi nocet: & ꝗ pmitten
te emẽdari ñ euerteri: Si eñ placuerit dño deo tuo
pmittere vt aliqs hõ tibi noceat: aut aliqs spũs tibi
Ps.117 noceat: emẽdauit te vt clames ad eũ: Emẽdãs emẽ
dauit me dñs: & morti nõ tradidit me. Ergo ꝯfũdãt̃
oẽs ꝗ adorãt sculptilia: & ꝗ gl'iant̃ ĩ simulacris suis.
Heb.1 Adorate eũ oẽs angeli eius. Discant pagani
adorare deũ. Angelos volũt adorare: angelos imi-
tent̃: & illũ adorẽt ꝗ ab angelis adorat̃. Adorate eũ
oẽs angeli eius. Adoret angelus ille qui missus ẽ
Act.10 ad corneliũ: Naz eũ adorans cornelius: misit ad pe
trũ adorare christũ dñm petri: & ipe ꝯseruus petri.
Act.10 Adorate eũ oẽs angeli eius: Audiuit & iocun
data est sion. Quid audiuit sion: Quia adorant
eũ oẽs angeli eius. Quid audiuit sion: Ecce quid
audiuit: Annũciauerũt celi iusticiã eius: & viderunt
oẽs populi gloriã eius: Confundant̃ oẽs ꝗ ado
rãt sculptilia: & ꝗ gloriant̃ ĩ simulacris suis. Etenĩ ec
clesia necdũ erat in gẽtib⁹: In iudea crediderant ex
iudeis: & putabant ipi iudei qui crediderant solos se
pertinere ad christũ. Missi sũt apostoli ad gentes:
ꝑdicatũ ẽ cornelio: Credidit cornelius: baptizat⁹ ẽ:
baptizati sũt & illi ꝗ cũ cornelio erãt. Sz vt baptiza-
rent̃: qđ factũ ẽ scitis: Nõ qdẽ hucusqꝫ puẽit lector
& tamẽ aliqui recordant̃: Et ꝗ nõ recordant̃: audiãt
a me breuiter. Missus est angelus ad corneliũ: an-
Act.10 gelus corneliũ misit ad petrũ: petrus venit ad cor-
neliũ. Et quia de gentibus erat cornelius: & ipe & ꝗ
cũ eo erant: nõ erant circũcisi. Ne dubitarent ergo
illi tradere euangeliũ nõ circũcisis: anteꝗ̃ baptiza-
ret̃ ipe cornelius & illi qui cũ eo erant: venit spiritus
Ibidem sctus & impleuit illos: & ceperũt loqui linguis. In
nullũ aũt ceciderat spiritussanct⁹: nisi qui fuerat ba
ptizat⁹: In istos aũt ante baptismũ cecidit. Posset
eñ petr⁹ dubitare vtrũ incircũcisos baptizaret: Ve-
nit spiritussanctus: ceperũt loqui linguis. Donatus
est donũ inuisibile: & tulit dubitationẽ de sacramen-
to visibili: & baptizati sũt oẽs. Et habes scriptũ:
Act.11 Audierũt autẽ apostoli: & qui erãt in iudea fratres:
quoniã & gentes receperunt verbũ dei: & benedice-
bant deũ. Hoc ẽ qđ hic cõmemorat: Audiuit & io-
cundata est sion: Et exultauerunt filie iude. Ps.47
Quid audiuit: & iocundata est sion: Quia recepe- Q
runt gentes verbũ dei. Unus paries venerat: sed an
gulus nondũ erat. Sion ipsa ecclesia que erat in iu-
dea: proptẽ hic nominata est. Audiuit & iocundata
est sion: & exultauerunt filie iude. Sic scriptũ ẽ: Au- Act.11
dierunt apostoli: & qui erant in iudea fratres. Vide-
te sion: exultauerunt filie iude. Quid audierunt:
Quia & gentes receperũt verbum dei. Ubi illud di-
xit iste psalmus: Annunciauerũt celi iusticiam ei⁹:
& viderunt omnes populi gloriã eius. Et quia gen-
tes crediderũt: a quibus colebant̃ idola: securus ait:
Confundant̃ oẽs qui adorant sculptilia: qui glo-
riant̃ in simulacris suis. Audiuit & iocundata est si-
on: & exultauerunt filie iude. Postea quidẽ de incir-
cumcisis calũniari voluerunt petro: & dixerunt illi:
Quare intrasti ad gentiles & incircũcisos: & mandu
casti cum eis: Ille autẽ reddidit eis rationem: quo-
modo cũ oraret demonstratus est illi discus pendẽs
quattuor lineis. Disc⁹ ille ꝗ habebat omnia anima- Ibidem.
lia: & significabat oẽs gentes. Ideo autẽ quattu-
or lineis pendebat: quia quattuor partes sũt orbis:
vnde futuri populi erãt: Et ideo quattuor euãgelia
predicabant christũ: vt gratia ipius ad oẽs quat-
tuor partes orbis pertinere ĩtelligatur. Quia ergo
tale visum demõstratũ fuerat petro: indicauit: ape-
ruit illis oĩa quomõ credidit cornelius: quia prius
ꝗ̃ baptizaret̃ homo gẽtilis: venit super eũ spiritus-
sanctus. Hec cum audissent tacuerũt: & magnifica-
uerũt deũ dicentes: Ergo & gentibus deus penitẽ- Ibi.11.
tiam ad vitã dedit. Ecce audiuit & iocundata est siõ:
& exultauerunt filie iude: Propter iudicia tua
domine. Que iudicia: Quia non est personarum
acceptor deus. Nãqꝫ ipse petrus cum vidisset cor-
nelium centurionẽ & eos qui cũz illo erant adimple
tos spiritusancto: exclamauit & ait: In veritate com Act.10.
prehendo: quia non est personaruz acceptor deus.
Ergo exultauerunt filie iude: ꝓpter iudicia tua do-
mine. Quid est: propter iudicia tua: Quia in omni Ibidem.
gente & in omni populo: quicunqꝫ illi seruierit accep-
tus est illi: quia nõ iudeorũ deus tantũ: sed & genti-
um. Videte si hoc nõ est: vnde exultauerunt filie iu
de. Et exultauerũt filie iude propter iudicia tua do-
mine: Quoniã tu es dominus altissimus R
super omnẽ terram: Nõ super solam iudeam:
nõ super solam hierusalẽ: nõ super solaz sion: sed su-
per omnẽ terraz. Huic vniuerse terre iudicia dei vi-
gilauerunt: vt vndiqꝫ populos cõuocaret: quibus nõ
cõmunicãt qui se preciderũt: nec audiunt predictũ:
nec vident impletũ. Quoniã tu es dominus altissi-
mus super omnẽ terram: Nimis exaltatus es
super omnes deos. Quid est nimis: Naz de
christo dicit̃. Quid est ergo nimis: nisi vt intelligat̃
equalis patri: Quid ẽ super oẽs deos: Qui sũt:
Idola: Nõ habent sensũ: non habent vitã. Demo-
nia habent sensũ: habent vitam: sed mala sũt. Quid
magnũ est: quia exaltatus est christus super idola:
exaltatus est super demonia: Sz nec hoc valde ma
gnũ est. Demonia quidem dii gentiũ: sed ille nimis Ps.95.
exaltatus est super oẽs deos. Et homines dicti sũt
dii: Ego dixi: dii estis: & filii altissimi omnes. Item Ps.81
scriptũ est: Deus stetit in synagoga deorũ: in medio Ibidem

autem deos discernens. Super omnes homines exaltatus est iesus christus dominus noster: Nec tantũ super idola: nec tantũ super demonia: sed super omnes homines iustos. Et hoc paruz est: super omnes etiam angelos. Nam vnde est: Adorate eum omnes angeli eius? Nimis exaltatus est super omnes deos? Quid ergo facimus omnes qui ad illum ꝯuenimus: ad eum qui nimis exaltatus est super omnes deos? Preceptũ nobis dedit.

S

Qui diligitis dominum: odite malignum. Non est dignus christus: cũ quo diligas auariciã. Amas illã: debes odisse quod odit. Homo est inimicus tuus: hoc est quod tu: Creati estis ab vno creatore in vna cõditione: et tamen si filius tuus loquat cum inimico tuo: et veniat ad domũ inimici tui: et assiduas collocutiones habeat cum illo: exhereditare illũ vis: quia loquitur cũ inimico tuo. Et quomodo? Quã iustã vocem videris tibi habere? Amicus es inimici mei: et queris aliquid de re mea? Ergo attende. Dilig christum: inimica est christi auaricia: Quare cum ea loqueris? Non dico loqueris cuz illa: Quare illi seruis? Nam multa iubet christus et nõ facis: iubet ipsa et facis. Jubet christus vt vestias pauperẽ: et non facis: iubet ipsa auaricia vt facias fraudẽ: et hoc potius facis. Si hec ita sunt: si talis es: noli tibi multũ ꝓmittere hereditatẽ christi. Sed dicis: diligo christum. Qui diligitis dominuz: odite malignũ. Hinc apparet te diligere quod bonũ est: si inuentus fuer odisse quod malũ est. Qui diligitis dominuz odite malignũ. Sed cũ ceperimus odisse malignũ: subsequent persecutiões. Odimus malignũ. dicit nobis aliquis persecutor: fac fraudem: dicit nobis: adora idolum: dicit nobis: thus pone demonijs: sed nos audiuim⁹: Qui diligitis dominũ: odite malignũ. Audiuimus quidem: sed si nõ fecerimus sequit ille. Usq quo sequit? Quid est ablaturus? Responde. Quare christian⁹ es? Propter eternã hereditatem: an propter terrenã felicitatẽ? Interroga fidem tuaz: pone in catasta conscientie animã tuam: torque teipsuz timore iudicij: responde cui credideris: quare credideris. Dicis mihi: in christũ credidi. Quid tibi promisit christus: nisi quod ostendit in se? Quid ostendit

Marci. 16.

in se? Mortuus est: et resurrexit: ascendit in celum. Uis sequi? Imitare passionẽ: expecta promissionẽ. Quid ergo tibi ablaturus est sequens cum ceperis odisse malignũ? Qui diligis dominũ: quid ablaturus? Patrimoniũ. Nunquid celum? Postremo quicquid tibi dedit deus tollat: ille nõ tollit quidem si nõ vult deus. Si autẽ vult deus: tollit quod dedit de⁹: ne se tibi auferat ipse de⁹. Deũ tibi nemo tollet: Tu tibi illum tollis si illũ fugis. Forte respondes: Nõ

Job. 1

caro de patrimonio meo: dñs dedit: domin⁹ abstulit: Possum⁹ dicere: sicut domino placuit: ita factũ ẽ. sed timeo ne occidat me. Hoc totũ est. Audi ꝗ psalmũ consolantẽ.

T

Custodit dominus animas

Ab. manu seruorum

seruorũ suorum. Quia ergo dixerat superius: Qui diligitis dominũ: odite malignũ ne ideo timeres odisse malignũ ne occideret te malignus: subiecit statim: Custodit dominus animas seruorũ suorum. Audi illum custodientẽ animas seruorũ suoꝝ: et dicentem: Nolite timere eos qui corpus occidũt:

Matth. 10.

aiaz aũt nõ pñt occidere. Occidat et corp⁹ q̃ i te plurimũ põt: quid tibi fecit? Qõ et dño deo tuo. Quare amas hic qõ xp̃s: si times pati qõ christ⁹? Ille venit ferre vitam tuã temporalẽ: infirmã: morti obnoxiam. Certe timeres mortẽ si posses nõ mori. Quod per naturã vitare nõ potes: quare ꝓpter fidẽ nõ suscipis? Tollat tibi istam vitã qui minat aduersarius: dat tibi deus aliã vitam: quia et istam ipse tibi dedit: et si ipse noluerit nec ipsa tollet. Si autez voluerit vt tollat tibi: tollet: hz qd tecũ mutet; Noli timere spoliari pro illo. Nõ vis exui vestem pannosam? Stolam glorie tibi daturus est. Quã stolaz dicis mihi?

Oportet corruptibile hoc induere incorruptionez: et mortale hoc induere immortalitatẽ. Ubi ipsa caro tua non periet. Usq ad mortẽ põt sequire inimicus: potestatẽ vltra nõ habet: nec in animã: nec in ipsam carnẽ: quia et si dissipet carnem: nõ impedit resurrectionẽ. De anima sua timebant homines: et quid eis

1. Cor. 15

dominus ait? Uestri aũt et capilli capitis omnes numerati sũt. Times ne animã perdas: qui capillũ nõ pdis? Deo omnia numerata sũt: Omnia redintegrabit: qui omnia creauit. Nõ erant: et creata sunt: erant et nõ reparabũtur? Credite ergo toto corde fratres mei: et qui diligitis dominũ: odite malignũ. Fortes estote: nõ solũ in diligendo deũ: sed etiam in odiendo malignũ. Nam nõ vos terreant potentiores: q vos vocauit: oĩpotẽs est. Fortior est eñ omni forti: superior est omni excelso: Fili⁹ dei pro nobis mortuus ẽ. Securus esto accepturũ te vitaz ipsius: qui pignus habes mortẽ ipsius. Pro quibus eñ mortuus est?

Matt.

Nunquid pro iustis? Paulũ interroga. Etenĩ christus pro impijs mortu⁹ est. Impius eras et mortu⁹ est ꝓ te: iustificatus es et deseret te? Qui iustificauit impiũ: relinquet piũ? Qui diligitis dñm: odite malignũ. Nemo timeat: Custodit dñs animas seruoꝝ suoꝝ:

Ro. 5.

De manu peccatoris eruet eas. Si forte dicitur⁹ ei: perdo lucẽ istã.

Ab. manu peccatoris

V

Lux orta est iusto. Quã lucẽ times ne perdas? Times ne in tenebris sis? Noli timere ne pdas lucẽ: imo time ne dũ caues pdere illã lucẽ: pdas illã lucẽ verã. Quã times eñ pdere: videmus q̃bus donata ẽ: cũ q̃bus tibi cõmunis est. Nũquid soli boni vident istũ solẽ: cũ faciat oriri solem suũ sup bonos et malos: et pluat super iustos et iniustos? Istam lucẽ vident tecũ iniqui: vident tecũ latrones: vident tecũ impudici: vidẽt tecũ bestie: musce: vermiculi. Qualẽ lucẽ iusto seruat: q et istis istã dat? Merito hãc lucẽ in fide martyres viderũt. Qui eñ istã ꝯtẽpserũt: aliquã viderũt quam desiderauerũt. q: hanc respuerũt. Lux orta ẽ iusto:

Matth. 5.

Et rectis corde iocunditas. Nolite putare q: vere in miseria fuerũt cũ in catena ambulauerũt. Latus fuit carcer fidelibus: leues fuerũt catene ꝑsi-tentibus. Habebãt gaudia i catasta: q christũ ꝑdicabant inter tormẽta. Lux orta ẽ iusto. Que lux orta ẽ iusto? Que nõ oritur iniusto: nõ ista lux quã fac oriri sup bonos et malos. Est alia lux q̃ orit iusto: De q̃ luce nõ sibi orta: i fine dicẽt iniusti: Ergo errauim⁹

Ab. mali.

a via veritatis: et iusticie lumẽ nõ luxit nobis: et sol nõ ortus ẽ nob. Ecce amãdo istũ solẽ: i tenebris cordis iacuerũt. Quid ꝓfuit ocul videre istũ: et mẽte nõ videre illũ? Tobias cec⁹ erat: et filiũ suũ viã dĩ docebat. Nostis eñ: q: tobi filiũ suũ admonebat et dicebat:

Sap. 5.

Fili: fac elemosynas: q: elemosyne nõ patiũtur te i

Tob. 4.

tenebras: Et loqbat ille q in tenebris erat. Videtis qz ē alia lux q̄ orit iusto: z rectis corde iocunditas: Oculos nō habebat: z filio suo dicebat: Fac elemosynas: qz elemosyne nō sinūt ire in tenebras. Nec timuit ne diceret in corde suo filius ipsius: Tu em̄ elemosynas fecisti: q̄re cecus mihi loqueris: Ecce elemosyne ad tenebras te pduxerūt: Et quō mihi dicis: Elemosyne nō sinūt ire in tenebras: Quare ille dicebat ista cū fiducia: nisi qz aliā lucē videbat: Filius patri manū tenebat vt ābularet: s pater filio viā docebat vt viueret. Est ergo alia lux: q̄ orit iusto. Lux orta ē iusto: z rectis corde iocunditas. Vis illā nosse: Esto rectus corde. Quid ē rectus corde: Noli torto corde eē ad deū: resistēs volūtati ipsius: z volēs illū curuare ad te: z nō te dirigere ad illū: z sēties iocūditatē quā norūt oēs q recto sūt corde. Lux orta ē iusto: z rectis corde iocūditas. †Jocundamini iusti. Jā forte fideles audientes iocūdamini: cōuiuia meditanē: calices p̄parant: rosarū tēpus expectant: qz dictū est: iocūdamini iusti. Vide qd sequit. In dño. Jocundamini iusti in dño. Expectas tēpus veris vt iocunderis: si dñm habes iocūditatē: dñs tecū semp est: nō habet tps. Habes illū nocte: habes illū die. Esto rectus corde: z semp est tibi de illo iocunditas. Nō em̄ iocūditas q̄ est f̄m seculū: vera iocunditas est. Audi pphetam Esaiam: Nō est gaudere impiis dicit dñs. Gaudere qd vocāt impij: nō est gaudere. Quale gaudiū nouerat: q hoc gaudiū iprobabat: Credamus illi fratres: bō erat: s ambo gaudia nouerat. Bō erat vtiq̄ nouerat gaudia calicis. Quia bō erat: nouerat gaudia mense: nouerat gaudiū lecti: nouerat gaudia ista secularia z luxuriosa. Jlle q nouerat illa: ait p̄sumēs: Nō ē gaudere impijs dicit dñs. Sz nō dicit hō: dicit dñs: Sed ex veritate dñi: nō ē gaudere impijs. Nā illi sibi videnē gaudere: Nō ē aūt gaudere impijs: dicit nō homo: s dñs. Unde ille ipm gaudiū vidēs ait: Et diem hominū nō cōcupiui: tu scis. Qui mihi aliū diem ostēdis: qui me aliā lucē doces: q me alia iocūditate pfundis: qui aliud mihi intus insinuas: fecisti me nō pcupiscere diem hoim. Utiq̄ videbat Esaias hoies in potatiōe: in luxuria: in theatris: z in spectaculis totū mundū luxuriari varijs nugis: z tamē clamabat: Nō est gaudere ipijs dicit dñs. Si hō nō est gaudere: quale gaudiū videbat: in cuius comparatiōe hoc nō erat gaudiū: Tanq̄ si tu nosses solē: z alicui laudanti lucernā diceres: Nō ē ista lux. Quare lux nō est: Jlle p magno habet: gaudet: exultat: z tu dicis: nō est ista lux: Aut si quis simiā mirareē: diceres: Nō ē ista pulchritudo. Et si forte ille occupatus esset circa cōpositionē mēbrorū in illa bestia: z oēs illas cōgruentias mirareē: tu qui nouerāt aliam pulchritudinē: negares istā z diceres: nō est. Quare: Quia aliam nosti. Sed dicis: Ego illā quā videbat Esaias nō video. Crede: z videb. Forte em̄ non habes vnde videas. Est em̄ oculus vnde illa pulchritudo videaē. Nā quō est oculus carnis vñ lux ista videaē: sic est oculus cordis vñ illa iocūditas videaē. Forte ille oculus saucius est: sordidatus ē: turbatus est ab ira: ab auaricia: a cupiditate: a libidine insensata: Turbatus est oculus tuus: nō potest videre illam lucē. Crede anteq̄ videas: sanaberis z videbis. Lux orta est iusto: z rectis corde iocunditas. Jocūdamini ait iusti in dño: Et confitemini memorie sanctitatis eius. Jā iocūdati in dño: iā gaudentes in dño: illi pfitemini: qz nisi vellet: nō in illo gauderemus. Ait em̄ ipse dñs: Hec locutus sum vobis vt in me pacē habeatis: in mūdo aūt pssurā. Si christiani estis: pssuras in isto mūdo spate. Tranquilliora z meliora tpa nolite sperare fratres: Fallitis vos. Qd vobis euangeliū nō pmittit: nolite vobis pmittere. Quid dicat euangeliū scitis: christianis loqmur: fidei puaricatores eē nō debemus. Euāgeliū hoc dicit: qz i nouissimis tpibus multa mala: multa scādala: multe pssure: multe iniquitates abūdabūt: Sz q pseuerauerit vsq̄ in finē hic saluus erit. Refrigescet inqt charitas multorū. Qui ergo pseuerāter spū ferbuerit (f̄m Aplm: qui ait: Spiritu feruētes) eius charitas nō refrigescit: quia ipa charitas dei diffusa est in cordibus nostris p spiritūsanctū q datus est nobis. Nemo ergo sibi pmittat qd euāngeliū nō promittit. Ecce venient letiora tempora: z facio illud: z emo illud. Bonū est tibi vt attendas illum qui non falliē: nec fefellit aliquē: qui tibi promisit nō hic leticiā sed in se: Et cū transierint ista: speres quia cū illo regnabis in eternū: ne cum hic vis regnare: neq̄ h̄ habeas iocūditatē: neq̄ illic lucias.

Explicit Tractatus de ps. XCVI.
Incipit Tractatus de ps. XCVII.
Expositio psalmi.

Cantate domino canticū nouū. Nouus homo nouit: vetus nō nouit. Vetus homo est vetus vita: z nouus homo est noua vita. Vetus vita ex adam trahiē: noua vita in christo formatur. Diciē autē in hoc psalmo vniuerso orbi terrarū vt cātet canticū nouū. Nam apertius alibi sic diciē: Cantate domino canticū nouū: cantate domino omnis terra: vt intelligant qui se precidunt a cōmunione totius orbis terrarū: nō se posse cantare canticū nouū: quia canticū nouū in toto orbe: nō i pte cantaē. Et hic attēdite z videte hoc dici. Et cū dr vniuerso orbi terrarū vt cātet cāticū nouū: h intelligiē: qz pax cātat canticū nouū. Cātate dño canticū nouū. †Quia mirabilia fecit dñs. Que mirabilia: Ecce modo legebaē euangeliū: z audiuimus mirabilia domini. Efferebaē mortuus vnicus matris sue que erat vidua: misertus dñs: fecit illos stare: deposuerūt illū: z dixit: Juuenis dico tibi surge: Et sedit ille mortuus: z cepit loqui: z reddidit illū matri sue. Ecce mirabilia fecit dñs. Sed multo maiora mirabilia sūt qz totū orbē terrarū a morte sempiterna erexit: q̄ qz vnicū filiū matris vidue resuscitauit. Cātate ergo dño cāticū nouū: qz mirabilia fecit dñs. Que mirabilia: Audi. †Sanauit ei dextera eius: z brachiū sanctū eius. Qd ē brachiū sāctū dñi: Dñs nr iesus christus. Audi Esaiā: Quis credidit auditui nro: z brachiū dñi cui reuelatū ē: Brachiū ergo sāctū z dextera ipsius: idē ipse ē. Ergo dñs nr iesus christus brachiū dei z dextera dei: ppterea sanauit ei. Nō dictū est: tantū orbem terrarū sanauit dextera eius: s sanauit ei. Multi em̄ sananē sibi: nō ei. Ecce q̄m multi cupiunt sanitatem istam corporalem: z ab illo accipiunt: z ab illo sanantur: z non illi sanantur. Quomodo ab illo sanantur: et non illi sanantur: Accepta sanitate lasciuiunt. Qui egroti casti erāt: sana-

ri adulteri fiunt. Qui cū egrotarēt: neminē ledebāt:
receptis viribus inuadunt et opprimunt innocentes:
Sanati sūt sed nō ei. Quis est qui sanatur ei? Qui
intus sanatur. Quis est qui intus sanatur? Qui cre-
dit in eū: et cum interius fuerit sanatus: in nouū ho-
minē reformat: postea et h' qd languet ad tēpus ca-
ro ista mortalis: recipiet in finē et ipsa suā pfectissimā
sanitatē. Sanemur ergo ei. Ut autē sanemur ei: creda-
mus in dextera eius: qz sanauit ei dextera eius: et bra-
chiū sanctū eius. Notū fecit dñs salutare suū.
Ipsam dexterā: ipm brachiū: ipm salutare dñs nr ie-
Luc.3 sus christus: de quo dictū est: Et videbit ois caro salu-
tare dei. De quo etiā dixit ille symeon qn infantē acce-
Luc.2 pit in manus: Nūc dimittis dñe seruū tuū in pace:
qm viderūt oculi mei salutare tuū. Notū fecit dñs
salutare suū. Cui notū fecit? pti aut vniuerso? Non
pti alicui. Nemo fallat: nemo decipiat: nemo dicat:
Math.24 Ecce hic christus: ecce illic. Qui dicit: ecce hic ē: ecce
illic: ei ostēdit. Cui notū fecit dñs salutare suū? Audi
Al. in cōspectu qd seqt: Ante cōspectū gētiū reuelauit iusti
ciā suā. Dextera dei: brachiū dei: salutare dei: et iu
Al. recordat' ē sticia dei: dñs ē saluator noster iesus christus. Me-
Al. non habet mor fuit misericordie sue iacob: et verita-
Al. domui tis sue domus israel. Quid est memor fuit mi
C sericordie sue et veritatis? Ut pmitteret misertus ē:
qz pmisit et exhibuit misericordiā veritas cōsecuta
est. Misericordia pmisit pmissionē: pmissio reddi
dit veritatē. Memor fuit misericordie sue iacob: et
veritatis sue domus israel. Et quid? tantū iacob: et
tm domus israel? Dom' iudeorum et pgago illa abrahe
fm carnē solet dici domus israel: et israel iacob. Ja-
cob enim filius isaac: isaac aūt ipse filius abrahe. Ergo
iacob nepos abrahe fuit: et de iacob duodecim filij: et
d' duodeci filijs vniuersa pgago iudeorum. Nunqd il-
lis tantū pmissus est christus? Si discutias quid sit
israel: israeli pmissus est christus. Israel est videns
2.Cor.5. deū. Videbim' per speciē: si nūc videamus p fidē.
Habeat oculos fides nostra: et exhibebit veritas fi-
dei. Credamus in eū quē nō videmus: et gaudentes
videbim': Desiderem' nō visū: et fruemur viso. Er
go et mō israel p fidē: tunc aūt israel p speciē facie ad
faciē. Nō iam p speculū: nō iā in enigmate: sed quēad
1.Joh.3 modū dictū ē a Johāne: Dilectissimi filij dei sum':
et nondū apparuit quid erim': Scim' qz cū apparue
rit siles ei erimus: qm videbim' eū sicuti ē. Ad hāc
visionē parate corda vestra: ad hoc gaudiū parate
aias vestras: Quō si solem vellet deus ondere: mo-
neret vt oculos pararetis carnis: Sz qz sapiētie sue
speciē vobis dignatus est ostēdere: pate oculos cor-
Math.5. dis. Beati mūdicordes: qm ipsi deū videbūt. Me-
mor fuit misericordie sue iacob: et veritatis sue dom'
israel. Quis est iste israel? Ne forte vnā gentē cogi-
Esa.52. tes iudeorum: audi qd sequit. Viderūt oēs fines
Al. termini terre: salutare dei nostri. Nō dictū est: ois ter-
D ra. sed oēs fines terre: quō dicit a termino vsqz ad ter
minū. Nemo pcidat: nemo dissipet: fortis ē vnitas
christi. Totū emit: qz tantū pciū dedit. Viderūt oēs
fines terre salutare dei nostri. Quia ergo viderunt:
Al. dño omnis Jubilate deo vniuersa terra. Jam nostis qd
sit iubilare. Gaudete et loqmini: Sz qd gaudētis lo
qui nō potestis: iubilate. Gaudiū nostrū exprimat iu
bilatio: si non pōt locutio: Nō sit tm mutū gaudiū.

cor nō taceat deū suū: nō taceat munera eius. Si tibi
loqris: tibi sanat' es: Si te sanauit dextera eius: ei
loquere cui sanat' es. Viderūt oēs fines terre: salu-
tare dei nri: Jubilate deo vniuersa terra: Cantate
et exultate et psallite. Psallite dño deo no- Al.
stro in cithara: in cithara et voce psalmi.
Psallite nō voce sola: assumite opa: vt nō tātū can
tetis: sed et opemini. Qui cātat et opat: psallit in citha
ra: et in psalterio. Et vide qua organa adhibeāt in si
militudinib'. In tubis ductilibus: et voce tu-
be cornee. Quid sibi volunt tube ductiles et tube E
cornee? Ductiles tube eree sūt: tundēdo pducunt.
Si tundendo: ergo vapulando eritis tube ductiles: ad
laudē dei pducere. Si cū tribulamini pficit: tribula
tio tunsio: pfectus pductio est. Tuba ductilis erat
iob: qn repēte pcussus tantis dānis et orbitate filio-
rū: tūsione illa tante tribulatiōis fact' tuba ductilis
sonuit: Dñs dedit: dñs abstulit: Sicut dño placuit: Job.1
ita factū est: sit nomē dñi benedictū. Quō sonuit quā
suauē sonū dedit ista ductilis tuba? Adhuc tundit:
dat' est in potestate: vt et caro eius pcuteret. Percus-
sa est: cepit putrescere: scatere vermibus. Supposi-
ta eua ad seductionē: vxor ei' seruata ad ministeriū
diaboli: nō ad solatiū mariti. suggerit blasphemias:
non obtempat ille. Obtēperauit adā eue in padiso: Gen.3
repellit adā euā in stercore. In stercore enī sedebat
iob: cū flueret et putresceret vermib'. Melior iob pu
tris in stercore: qz integer ille in padiso. Sz adhuc il
la eua erat: iā ille adā nō erat. Respōdit eue pparā-
te ad istā supplantationē et temptationē: et ait illi: Ec
ce audiuimus quō tundit tuba ista. Percussit eū di
abolus a capite vsqz ad pedes graui vulnere: et pu-
trescēs vermib' sedebat in stercore. Audiuim' quē-
admodū tunsus ē: audiam' quō sonet vox tube hu-
ius ductilis. Dulcē vocē: si placet audiamus. Locu
ta es inqt tanqz vna ex insipientib' mulieribus. Si Job.2
bona suscepim' d' manu dñi: mala non sustinebim'?
O sonū fortē: o sonū dulcē. Quē nō dormientē exci
tet sonus iste? Quē nō excitet psūptio in deo: vt ad-
uersus diabolū securus pcedat in plium: nō suis vi
rib' obtētur': sed illi' q pbat? Qz ipse etiā tūdit: Nō
enī faceret malleos d' seipso. De illius enī diaboli pe
na futura pphā cōmēorās ait: Cōtrit' ē malle' vni-
uerse tre. Malleū vniuerse tre diabolū voluit itelli
gi. De ipso malleo i manu dñi posito: iā ē i ptāte dei
tūduntur ductiles tube: vt resonēt laudes dei. Videte
quēadmodū audeo dicere fres mei: d' isto malleo eti
am Apls tundebat. In magnitudine inqt reuelati 2.Cor.12
onū ne extollar: datus est mihi stimulus carnis mee
angelus sathane qui me colaphizet. Ecce tundit: vi
deamus quēadmodū sonet. Propter qd inquit ter
dñm rogaui: vt auferret eū a me: et dixit mihi: Suf-
ficit tibi gratia mea: nā virtus in infirmitate pficit.
Ego tubā inqt ille fabricator pficere volo: nō pficiā
nisi tundā: In infirmitate virt' pficit. Et audi iā ip-
sam tubā ductilem et bene sonantē: Quādo infirmor:
tunc potens sum. Et ipse Apostolus tanqz apostol'
herens christo: herens illi dextere de q tenet malle'
vt pducat tubam: in illa dextera positus fuerit: fa-
cit et ipse de ipso malleo: Dicit de quibusdā quos 1.Tim.1
tradidit sathane: vt discant nō blasphemare. Tra
didit malleo tūdēdos: Male sonabāt antequā tun-

ce ꝫ. forte ꝑueti ⁊ facti tube ductiles: amissa blas-
phemia laudes dñi sonuerũt. Hec sũt tube ductiles.
f Vox tube cornee quid est? Cornu excedit carnẽ: ne-
cesse ẽ vt carnẽ superãdo sit firmũ: Firmũ ad ꝑdu-
randũ: ⁊ capax vocis: Sed vnde hoc? Quia carnez
supauit. Qui vult esse tuba cornea: superet carnem.
Quid est superet carnẽ? Transcendat carnales affe-
ctus: vincat carnales libidines. Audi tubas corne-
as. Si aũt resurrexistis cũ christo: Apls dicit. que
Col.3 sursũ sũt querite: vbi christ⁹ est in dextera dei sedẽs:
Que sursũ sũt sapite: nõ que sup terras. Quid est: q̃
sursũ sũt querite? Id est carnẽ excedite: nolite carna
lia cogitare. Nondũ erant tube cornee: quibus ad-
1.Cor.3 huc ita loquebat: Fratres: nõ potui loqui vobis q̃-
si spiritualibus: sed quasi carnalibus: tanq̃ paruul
in christo: lac vobis potũ dedi: nõ escam: Neq̃ eñ
poteratis: ſ nec quidẽ adhuc potestis: Estis eñ ad-
huc carnales. Ergo nõ erãt tube cornee: quia nõ ex-
cesserãt carnẽ. Cornu ⁊ carni heret: ⁊ carnẽ excedit:
Et q̃q̃ de carne oriat: superat carnẽ. Fies ergo ex
carnali spiritualis: Adhuc carne calcas terrã: ⁊ spiri
tu erumpes in celũ. In carne eñ ambulantes lquit
2.Cor.10 nõ ſm carnẽ militamus. Nã illud quib⁹ dixit Apo-
stolus: nõ ꝑtermittamus. Quid illis ait: vnde ꝓba
ret illos carnales carnalia sapere: ⁊ nondũ factos tu
bas corneas? Cũ eñ dicit vnusquisq̃ vestruz: Ego
1.Cor.3 suz pauli: alius ego apollo: ali⁹ aũt: ego cephe: nõ-
ne carnales estis: ⁊ ſm hominẽ ambulatis? Quid ẽ
autẽ apollo? Quid est autẽ paulus? Ministri dei: ꝑ
quos credidistl. Ego plantaui: apollo rigauit: ſ de-
us icrementũ dedit. Vult illos ergo erigi a spe quã
in homine posuerãt: ⁊ contingere spiritualia christi:
vt possent esse tube cornee si superarent carnẽ. Fra
tres: nolite insultare fratribus: quos nondũ ꝯuertit
misericordia dei: Noueritis q2 q̃diu hoc facitl: car
nẽ sapitis. Tuba nõ est illa que delectat aures dei.
Insultationis tuba: infructuosuz bellũ facit. Tuba
cornea te erigat aduersus diaboluz: nõ tuba carnea
aduersus fratrẽ tuũ. In tubis ductilibus: ⁊ voce tu-
6 be cornee: **Iubilate in conspectu regis dñi.**
Et vobis iubilantibus ⁊ exultãtibus in tubis ducti
Moueatur. libus: ⁊ in voce tube cornee: quid sequit? †**Commo
ueat mare ⁊ plenitudo eius.** Fratres: ꝑdicã
tibus veritatẽ apostolis tanq̃ tubis ductilibus ⁊ tu-
bis corneis cõmotũ est mare: surrexerũt fluctus: cre
uerũt tempestates: facte sũt persecutiones ecclesie.
Vñ cõmotũ est mare? Cũ iubilabat deo: cum psalle
bat deo: dei aures delectabant: maris fluctus excita
bant. Cõmoueat mare: ⁊ plenitudo eius: **Orbis
terre ⁊ omnes inhabitantes in ea.** Com-
moueat mare in persecutiõibus. **Flumina plau-
dent manibus in idipm.** Moueat mare ⁊ flu
mina plaudant manibus in ipm. Fiunt persecutio-
nes: ⁊ gaudent sancti ĩ dño. Unde flumina plaudẽt
manibus? Quid est plaudere manibus? Gaudere
operibus. Plaudere: gaudere ẽ. Manibus: operi-
bus. Que flumina? Quos deus fecit flumina: dan-
do illis illam aquã spiritussanctũ: Si quis sitit ueni-
Ioh.7 veniat ⁊ bibat: Qui credit in me: flumina aque viue
fluent de ventre eius. Ista flumina manibus plau-
debãt: ista flumina operibus gaudebant: ⁊ deuz be-
nedicebãt. **Montes exultabunt a facie dñi**

quoniã venit: quoniã veniet iudicare ter Al. † non habet
ram. Magni montes: Venit deus iudicare terraz:
⁊ gaudent. Sunt eñ montes qui venturo dño iudi-
care terrã cõtremiscent. Ergo sũt montes boni: sunt
mõtes mali. Mõtes boni magnitudo spũalis: Mõ
tes mali: tumor superbie. Mõtes exultabũt a facie
dñi quoniã venit: quoniam veniet iudicare terram.
Quare veniet ⁊ quõ veniet? Quoniã veniet iudica-
re terram. **Iudicabit orbẽ terre in iusticia:** Al. † terrarum
⁊ populos in equitate. Gaudeant ergo mon- Ps.95
b tes: Ille eñ nõ iniuste iudicabit. Venturo forte ali-
quo iudice homine qui nõ potest patere cõsciẽtia:
cõtremiscũt homines etiaz innocẽtes: si ab ipo expe-
ctant ꝑmiũ laudis: vel timent penã dãnatoria: Qñ
ille veniet qui falli nõ potest: gaudeãt montes: secu
ri gaudeant: illuminabunt ab eo: nõ damnabuntur.
Gaudeant: quia veniet dñs iudicare orbẽ terraꝝ in
equitate: Ac si mõtes iusti gaudẽt: iniqui ꝯtremiscũt.
Sz ecce nondũ venit: Quid op⁹ est vt tremãt? Cor-
rigant: ⁊ gaudeãt. In potestate tua ẽ: quõ expectes
venturꝝ christũ. Ideo differt venire: vt cuz venerit:
nõ te dãnet. Ecce nondũ venit. Ille in celo est: tu in
terra. Ille differt aduentũ: tu noli differre consiliũ.
Aductus ipius durus est duris: mitl est piis. Vide
ergo mõ tu qui sis. Si dur⁹: licet tibi mitescere. Si
mitis: iã gaude venturꝝ. Christianus eñ es. Ita in-
quis. Credo q2 oras ⁊ dicis: Adueniat regnũ tuum. Matth.6
Optas vt veniat: quẽ times ne veiat. Corrige te: vt
nõ ores contra te.

Explicit Tractatus de psã. XCVII.
Incipit Tractatus de psã. XCVIII.

Prefatio.

Fratres: id etiã notũ esse debet charitati ve- A
f stre: tanq̃ filiis ecclie ⁊ eruditis ĩ schola chri
sti: ꝑ omes lrãs antiquoꝝ patrũ nostrorũ q̃
scripserũt verba dei ⁊ magnalia dei nobis eos cõsu-
lere voluisse: q̃ futuri eram⁹ h tpe: iã credẽtes ĩ chri-
stũ: Qui oportuno tpe venit ad nos: ꝑmo hũilis: po
stea vẽtur⁹ excelsus. Primo eñ venit ante iudicẽ sta
turus: postea vẽturus ẽ iudex sessurus: vt ante illũ
stet ꝓ merito suo genus humanũ. Precesserũt aũt
illũ multi ꝑcones tanq̃ iudicẽ magnuz: ⁊ hũc adhuc
in hũilitate vẽturꝝ. Multi ꝑcones ꝑcesserũt adhuc
nasciturꝝ de virgine maria: futurꝝ infantẽ: ⁊ sugiturũ
lac futurꝝ puulũ: verbũ dei: ꝑ qd̃ facta sũt oĩa: Pre- Ioh.1
cesserũt multi ꝑcones: ⁊ dixerũt futura ista tpa: Sz
ita dixerũt: vt q̃busdã figuris rex tegerẽt sentẽtias
suas: ipmq̃ velamẽ q̃ tecta est veritas in libris anti
quoꝝ: tũc tolleret: qñ iã ipa veritas de terra oriretur.
Sic eñ dẽ in psalmo: Veritas de terra orta est: ⁊ iu Ps.84
sticia de celo ꝓspexit. Mõ ẽ tota intentio nrã est qñ
psalmũ audiuim⁹: qñ ꝓphetã: qñ legẽ: que oĩa anteq̃
vẽiret in carne dñs nr̃ iesus christ⁹ ꝯscripta sũt: chri
stũ ibi videre: christũ ibi itelligere. Intẽdat ẽ nobis-
cũ charitas vrã ad istũ psalmũ: ⁊ q̃ram⁹ hic christũ.
Vtiq̃ apparebit q̃rẽtib⁹ ⁊ credẽtib⁹: q̃ ꝑmo apparuit nõ
q̃rẽtib⁹: Et nõ deseret desiderãtes se: q̃ redemit negli
gẽtes se. Ecce de illo cepit psalmus: de illo dicit:

Expositio psalmi.

Dominus regnauit irascantur po-
d **puli.** Cepit enim regnare dominus no B
ster iesus christus: cepit predicari postq̃ Marc.16.

resurrexit a mortuis: et ascendit in celũ: postea ꝗ im-
Act. 2. pleuit discipulos suos fiducia spiritussancti: vt non
timerẽt mortẽ: quã ipse iã occiderat in se. In se ipse ꝗ
cepit predicari dñs noster iesus christus: vt in illum
crederent qui salutẽ habere vellent: et irati sũt popu
li qui idola colebant. Irascebant qui colebãt qđ fe-
cerũt: quia annũciabat ille a quo facti sũt. Vtiqꝫ ille
annũciabat per discipulos suos seipm: qui illos vo
lebat cõuerti ad eũ a quo facti sũt: et auerti ab eis ꝗ
ipsi fecerant. Illi pro idolo suo irascebant dño suo:
Qui si p idolo suo irascerent seruo suo: damnandi
erant. Melior eñ seruus eorũ: ꝗ idolũ eorũ. Ser-
uũ eñ eoꝝ deꝰ fecit: idolũ eorũ faber fecit. Sic ira-
scebant pro idolo suo: vt irasci nõ timerent p domi
no suo. Sed irascant: ꝓdictũ est: nõ iussuꝫ. In pro-
phetia eñ dicit: Dñs regnauit: irascant populi. Est
qđ fiat et de populis irascentibus. Illi irascant: et in
ira ipsorũ martyres coronent. Quid fecerũt annun-
ciatoribus verbi veritatis nubibus christi: circum-
euntibus orbẽ terraꝝ: et compluẽtibus agrum dei?
Quid illis fecerunt qui irascebant: nisi vt inter ma-
nus eorũ caro affligeret: et in manibus christi spiri-
tus coronaret? Nec ipsa caro quã persecutores occi
dere potuerunt ita mortua est vt in eternũ interiret.
Habebit eñ tẽpus suũ quo resurgat et ipsa: quia re-
surrectionẽ carnis iam ostendit dñs in seipso. Inde
illam voluit a nobis accipere: vt de nostra possemꝰ
nõ desperare. Ergo fratres: caro seruoꝝ quã occide
rũt cultores idolorũ resurget in tpe suo: idola ꝗ fre-
git christus nunqꝫ iterũ faciet faber. Audistis cum
Hieremias legeret ante apostolicã lectionẽ: si aurẽ
apposuistis: vidistis ibi tpa ꝓsentia que nũc agimꝰ.
Hiere. 10. Dixit eñ: Dij qui celũ et terrã nõ fecerũt: pereãt de
terra et de sub celo. Nõ dixit: dij qui celũ et terrã non
fecerũt pereant de celo et de terra: qz nunqꝫ fuerũt in
celo. Sed quid dixit? Dij qui celũ et terraꝫ nõ fecerũt
pereant de terra. Quasi rñdit ad terram: et defuit qđ
responderet de celo: quia illi nõ fuerũt in celo. Ipsã aũt
terrã bis dixit: quia ipsa est sub celo: Pereãt de ter-
ra et de sub celo: de templis suis. Videte si non fit: si
nõ ex magna parte iam factũ est. Quid eñ remãsit:
aut quantuꝫ remansit? Magis remanserũt idola in
cordibus paganoꝝ: ꝗ in locis templorũ. Ergo do
C minus regnauit: irascant populi. Qui sedet sup
cherubin: Subaudis regnauit. Cõmoueatur
terra. Iterũ dixit: irascant populi. Quod eñ dixit:
dominus: hoc repetiuit: qui sedet super cherubin: et
qđ dixit: regnauit: subaudire fecit in alio versu. Et
qđ ait: irascant populi: hoc dixit: cõmoueat terra.
Quid sũt eñ populi nisi terra? Quantũ potest ira-
scat terra ei qui iam sedet in celo. Fuit eñ dñs et in
terra: et assumpsit terrã in qua esset in terra. Induit
se carnẽ: et prior voluit pati irascẽtes populos: Ne
iram populorũ timerent serui eius: prior illam pati
voluit. Et quia necessaria erat ira populoruꝫ seruis
eius: vt a peccatis suis oĩbus per ipsas tribulatio-
nes curarent et sanarent: amarũ poculũ prior medi-
cus bibit: ne bibere timeret egrotus. Ergo dominꝰ
regnauit irascant populi. Irascant populi: quia de
ira ipsorũ multa bona fecit deus. Illi irascant: et ser-
ui dei purgant: Quia exercent: coronant. Irascant
populi: qui sedet sup cherubin regnauit: cõmoueat

terra. Cherubin sedes dei est: sicut scripture tradũt:
celestis queđã sedes sublimis: quã nos nõ vidimꝰ:
sed verbũ dei nouit illam. Nouit tanqꝫ sedem suaꝫ:
et ipm verbũ dei et spiritus dei dixit seruis dei vbi se-
deat deꝰ: Nõ quia sic sedet deus quõ homo: sed tu
si vis vt sedeat in te deus: si bonꝰ eris: sedes dei eris.
Sic eñ scriptũ est: Sedes sapiẽtie: aĩa iusti. Thro
nus eñ: latine sedes dicit. Nã et ipm cherubin inter-
pretati sunt quidã quid diceret latine qui nouerunt
linguã illam hebreã: quia hebrea lingua dictum est
cherubin: et dixerũt esse cherubin plenitudinẽ scien-
tie. Ergo quia deus supat omnẽ sciẽtiã: super pleni-
tudinẽ scientie sedere dicit. Sit in te ergo plenitudo
scientie: et eris et tu sedes dei. Sed forte dicturus es: D
Et quãdo in me erit plenitudo scientie? Et quis po-
test ad tantũ culmen peruenire: vt sit in illo plenitu-
do scientie? Putas hoc velle deũ: vt sit in nobis ista
plenitudo scientie: vt nouerimus: aut quot sint stel-
le: aut quot sint grana: nõ dico arene: sed tritici: aut
quot poma pendeãt in arbore? Ille nouit oĩa: qz
capilli nostri numerati sũt deo: Sed alia est plenitu Psal. 2.
do scientie quã voluit hominẽ nosse. Ad legẽ dei ꝑti
net scientia: quã te voluit habere. Et quis potest for
te dicas mihi ꝑfecte nosse legem: vt habeat in se ple-
nitudineꝫ scientie legis: et possit esse sedes dei? Noli
turbari: Breuiter tibi dicit qđ habeas si vis habe-
re plenitudinẽ scientie: et eẽ sedes dei. Ait eñ Apls:
Plenitudo aũt legis est charitas. Quid ꝗ est? Pcisi- Ro. 13.
disti totã excusationẽ. Interroga cor tuũ: vide vtꝝ
habeat charitatẽ. Si est ibi charitas: est ibi plenitu
do legis: Iã in te habitat deus: sedes dei factus es.
Irascant populi. Quid facient irascentes populi ei
qui factus est sedes dei? Qui contra te seuiant atten-
dis: qui in te sedeat nõ attendis. Celum factus es: et
terram times? Dicit eñ alio loco scriptura domi-
nũ deũ nostrũ dicere: celũ mihi sedes est. Si ergo et Esa. 66.
tu habendo plenitudinẽ scientie: et habendo charita
tem vtiqꝫ sedes dei factus es: celum factus es. Non
eñ hoc celũ: oculis his nostris quod suspicimꝰ: val
de preciosũ est deo. Celũ dei: anime sancte sũt. Celuꝫ
dei: mentes angelorũ sũt: et oĩes mentes seruorum
eius. Ergo irascant populi: commoueat terra: quid
facturi: aut quid factura sedi dei: et celo: vbi sedet de-
us? Dominus in sion magnus: et excelsus
est super oĩes populos. Dominus in sion E
magnus et excelsus est. Ecce si obscurũ tibi erat qđ
dictũ est: qui sedet super cherubin: nesciebas quid ẽ
cherubin: et forte tibi figurabas animo quandaꝫ ca-
thedrã celestẽ: ingentẽ: gemmatã: et ipsam dicebas
cherubin: carnali sensu volutans per phantasmata:
Dictũ est tibi: quia cherubin plenitudo scientie est:
et dictũ est: quia plenitudo scientie: nõ cuiuslibet sci
entie: sed plenitudo scientie legis vtilis est homini.
Et ne desperares de ipsa scientia legis: breuiter tibi
dictũ est: plenitudo legis est charitas. Habeto ergo Ro. 13.
charitatẽ in deuꝫ et in ꝓximũ: et eris sedes dei: ptine-
bis ad cherubin. Sꝫ si adhuc nõ intelligis: audi qđ
sequat: Dñs in sion magnꝰ. Quẽ tibi dixi sup che-
rubin: in sion magnꝰ est. Iã quere qđ ẽ sion? Sion
nouimus ciuitatẽ dei esse. Sion dicta est ciuitas: ꝗ
ẽ hierusalem: Dicta aũt ẽ ex interpretatiõe quãdã no
men accipiẽs: quia sion speculatio dicit: id est visio

⁊ cōtemplatio. Speculari em̄ prospicere est: vel cō spicere: vel intendere vt videas. Est autē sion oīs anima: si intendit videre lucē que videnda est. Nā si ad suā attenderit: tenebrat: si ad lucē illius attēderit: illuminat. Quia tamen manifestū est sion ciuitatem dei esse: que est ciuitas dei nisi sancta ecclesia? Homies em̄ amantes se inuicē: et amantes deū suū q̄ in illis habitat: faciūt ciuitatē deo: quia lege quadam ciuitas continet. Lex ipa eorū: charitas est: et
ps. 4. ipa charitas deus est. Aperte em̄ scriptū est: Deus charitas est. Qui ergo plenus est charitate: plenus deo ē. Et multi pleni charitate: ciuitatē faciunt deo. Ista ciuitas dei: vocat sion. Ergo ecclesia est sion. In illa ergo est magnus deus: in illa esto: ⁊ non erit preter te deus. Cū autē fuerit in te deus: quia tu factus es de sion: mēbrū de sion: ciuis de sion pertinēs ad societatē populi dei: excelsus in te erit deus super omnes populos: Super illos qui irascunt: aut sup illos qui irascebant? Putatis em̄ quia tūc irascebātur: ⁊ modo nō irascunt? Irascebant tunc: sed quia plures erant aperte irascebant: modo quia pauci facti sūt occulte irascunt. Interim facta est audacia: finietur ⁊ iracundia? Putatis em̄ fratres: quia illi qui hesterno die organa cōcrepabant: nō irascunt de ieiunijs nostris? Nō aūt eis irascamur: sed pro eis ieiunemus. Dixit em̄ nobis dn̄s deus noster qui sedet in nobis: ipse nobis mandauit vt oremus pro inimi
Math. 5. cis nostris: oremus pro persequentibus nos: Et cū hoc facit ecclesia: prope finiti sūt persecutores. Exaudita est em̄ cū hoc faceret: ⁊ exaudit cū hoc facit. Preualebāt malo suo: finiti sūt bono suo. Quomodo em̄ finiti sūt vultis nosse? Manducati sūt ab ecclesia. Queris illos in se ⁊ nō inuenis: quere in ea q̄ illos manducauit: ⁊ in visceribus eius inuenientur. Transeūtes em̄ ad ecclesiā christiani facti sūt: perierunt persecutores: creuerūt predicatores. Ideo p dies festos ipsorū: quia videmus eos qui reliqui facti sūt insanire adhuc in volūtatibus suis malis ⁊ puersis: rogamus pro illis deū: vt qui delectabilit audiūt organū: delectabilius audiāt vocē dei. Nō em̄ qd̄ sonat sine ratione delectat aurē: ⁊ verbū dei non delectat cor? Sed ideo pro illis oramus: quādo diebus illorū festis nos ieiunamus: vt fiāt sibiipsi spectaculū. Quādo em̄ viderint se: displicebūt sibi. Sz ideo nō sibi displicent: quia nō se attendūt. Ebrius nō sibi displicet: sed sobrio displicet. Da hoīem qui iam iocundat in dn̄o: viuit: grauiter suspirat in illā pacem eternā quā illi promisit deus: ⁊ vide qz quando respexerit hominē saltantē ad organū: plus illū dolet insanientē: q̄ phreneticū febrientē. Ergo si nouim⁹ mala illorū: quia d̄ ipsis malis ⁊ nos liberati sumus: doleamus illos: Et si dolemus illos: orem⁹ p illis: Et vt exaudiamur: ieiunem⁹ pro illis. Nō em̄ nos nostra ieiunia celebramus: p dies festos illorū: Alia sūt ieiunia nostra q̄ celebramus p dies pasche futuros: per alia atqz alia que solennia nobis sūt in christo: per istos aūt dies ad hoc ieiunamus: vt qn̄ illi letant: nos pro illis gemam⁹. Leticia em̄ sua admonent dolorē nostrū: ⁊ faciūt nos recordari q̄z miseri sint adhuc. Sed quia videmus multos inde liberatos vbi ⁊ nos fuimus: nec de illis desperare debemus. Et si adhuc irascūt: nos orem⁹: Et si adhuc cō mouet particula terre que remansit: nos permaneamus ī gemitu pro ipsis: vt ⁊ illis deus tribuat intellectū: ⁊ nobiscū audiant voces istas: de qbus modo gaudemus. Domin⁹ in sion magnus: ⁊ excelsus super oēs populos. Confiteant nomini tuo
b magno. Ipsi oēs populi super quos magnus es in sion: iam confiteant nomini tuo magno. Paruū fuit nomen tuū quando irascebāt. factum est magnū: iam confiteant. Quomodo diximus paruū fuisse nomen christi ante q̄z preclare diffamaret christus? Quia nomen ipsius fama ipsius dicitur. Paruū nomen erat: iam modo nomen magnū factū est. Que gens est que nō audiuit nomen christi? Iā ergo magno nomini tuo confiteant populi: qui ante paruo nomini tuo irascebant. Cōfiteant nomi tuo magno. Quare confiteant? Quoniā terribile ⁊ sanctum est. Ipsum nomen tuū terribile ⁊ sanctum est. Sic predicat crucifixus: sic predicatur humiliatus: sic predicat iudicat⁹: vt veniat ⁊ excelsus: veniat viuus in virtute: veniat vt iudicaturus. Nō parcit populis blasphemantibus: quia patiētia dei ad penitentiā te adducit. Non em̄ qui modo parcit Ro. 2.
semper habet parcere: aut qui modo predicat vt timeat: non est venturus vt iudicet: Venturus ē fra Math. 25
tres mei: venturus est: Timeam⁹ illum: ⁊ sic viuamus vt ad dexterā illius inueniamur. Venturus est em̄ ⁊ iudicaturus: vt alios ponat ad sinistram: alios ad dexteram. Et non illud facit ipse quomodocunqz vt erret forte in hominibus: vt qui ad dexteram ponendus est: ad sinistram ponatur: aut qui ad sinistrā debet stare: errante deo ad dexteram ponat. Nō em̄ potest errare vt ibi ponat malum vbi ponere debet bonū: nec ibi ponat bonū vbi debet ponere malū. Si errare nō potest: nos erramus si non timemus. Si autē timuerimus modo: tūc quod timeam⁹ nō habebimus: quoniā terribile ⁊ sanctū est: Et ho
b nor regis iudiciū diligit. Sic ergo timeant eū populi vt corrigant se: non quasi multū presumentes de misericordia ipsius: dimittāt se: ⁊ male viuāt. Diligit enim misericordiā: sz diligit ⁊ iudiciū. Que est misericordia? Ut modo predicet tibi veritatem: vt modo clamet ad te vt conuertaris. Parua misericordia est: quia vixisti in malis factis: ⁊ adhuc non te tulit cū peccares? Ut credenti ignosceret peccata sua: parua misericordia est? Putas quia sic semper erit misericordia vt neminē puniat? Noli sic putare: terribile ⁊ sanctū nomen eius: ⁊ honor regis iudiciū diligit. Iniustū ē em̄ iudiciū: ⁊ omnino nō est iudiciū: nisi merita reddantur sua vnicuiqz quemadmodū quisqz gessit in corpore: siue bonū siue malū. Et honor regis iudiciū diligit. Ergo timeamus: er 2. Cor. 5.
go faciamus iusticiam: ergo faciamus equitatem. Sed quis facit equitatē? Quis facit iusticiā? Homo peccator: homo iniquus: homo peruersus: homo auersus a luce veritatis? Quid debet facere homo? Cōuertere se tantū ad deū: vt ipse in illo formet equitatem: quā ipse formare nō potest: sed deformare. Idoneus est homo ad vulnerandū se: nunquid idone⁹ ē ad sanandū se? Qn̄ vult egrotat: nō quādo vult surgit. Si vult viuat intemperanter vel i frigore vel in calore: eo die egrotat q̄ voluerit. Cum aūt viuendo intemperanter ceperit egrotare: surgat qn̄ vult?

Quieuit quãdo voluit: surgat si potest quãdo vult.
Ut iaceret egrotus intemperantiã suaz habuit ne-
cessariã: vt surgat autẽ necessariã habet artificẽ me-
dicinã. Sic ergo vt peccet homo: ipse sibi sufficit ad
peccandũ: vt iustificet nõ sibi sufficit: nisi ab illo iu-
stificet: qui solus est iustus. Ut ergo se illi homines
dent formandos ad iusticiã: cum terruisset populos
psalmus iste: et dixisset: Confiteantur nomini tuo ma-
gno: quoniã terribile et sanctũ est: et honor regis iu-
diciũ diligit: veluti querẽtes iam populos territos
quomodo iusti viuere debeãt: quia in seipsis nõ pos-
sunt habere iusticiã: cõmendauit illis et plasmatorez
Ex directiões. iusticie illorũ: et secutus ait. Tu parasti equi-
I tatem: iusticiam et iudiciũ in iacob tu feci-
sti. Debemus enĩ et nos habere iudiciũ: debemus
habere iusticiam: Sz ille in nobis facit iudiciũ et iu-
sticiam: qui nos fecit in quibus faceret. Quomodo
et nos debemus habere iudiciũ et iusticiaz? Judiciũ
habes quãdo discernis malũ a bono: iusticiã autẽ:
quãdo sequeris bonũ et declinas a malo. Discernen-
Ps. 36 do iudiciũ habes. faciendo iusticiam habes. Decli-
na a malo ait: et fac bonũ: quere pacez et sequere eã.
Primo debes habere iudiciũ: et postea iusticiã. Quod
iudiciũ? Ut primo iudices: quid sit malũ: et quid sit
bonũ. Et quã iusticiã? Declines a malo: et facies bo-
nũ. Hoc autem non a te habes: quia vide quid di-
xit: Judiciũ et iusticiaz in iacob tu fecisti. Exalta-
te dominũ deum nostrum. Uere exaltate: be-
ne exaltate. Laudemus et exaltemus illum qui fecit
ipsam iusticiã: quã habem⁹ ipse in nobis fecit. Quis
enĩ in nobis fecit ipsam iusticiã: nisi qui nos iustifica-
Ro. 4 uit? De christo autẽ dictũ est: qui iustificat impiuz.
Nos ergo impij: ille iustificator: quãdo et ipsam iu-
sticiam ipse in nobis fecit: qua illi placeamus: vt ad
dexteram nos ponat et nõ ad sinistrã: vt dicat ad dex-
Matth. 25 terã positis: Uenite benedicti patris mei: percipite
regnũ quod vobis paratũ est ab initio mundi: Nõ
autem ponat ad sinistrã inter eos quibus dicturus
Ibidem. est: Ite in ignẽ eternũ qui paratus est diabolo et an-
Conco: 2. sent. d. 27. Ex muneribus. gelis eius. Qui in nobis coronaturus est non meri-
ta nostra: sed dona sua: quãtũ debet exaltari? Exal-
tate dominũ deũ nostrũ: Et adorate scabellũ
K pedum eius: quoniam sanctum est. Quid
habemus adorare? Scabellũ pedũ eius. Suppe-
daneũ dicit scabellũ. Quod dicũt greci: ὑποπόδιον
dixerũt latini scabellum: Et alij dixerũt: suppeda-
neum. Sed videte fratres quid nos iubeat adora-
Esaie 66 re. Alio loco scriptura dicit: Celũ mihi sedes est: ter-
Matth. 5 ra autem scabellũ pedũ meorum. Ergo terram nos iu-
bet adorare: quia dixit alio loco q sit scabellũ pedũ
dei? Et quomodo adorabimus terrã: cũ dicat aper-
Deut. 6 te scriptura: Dominum deũ tuũ adorabis: et hic dicit:
Matth. 4 Adorate scabellũ pedũ eius: Exponens autẽ mihi
quid sit scabellũ pedũ eius: dicit: Terra autẽ scabel-
lũ pedũ meorũ. Anceps factus sũ: Timeo adorare
terram: ne damnet me qui fecit celũ et terram. Rur-
sum timeo nõ adorare scabellũ pedũ domini mei: q
psalmus mihi dicit: Adorate scabellũ pedum eius.
Quero quid sit scabellũ pedũ eius: et dicit mihi scri-
ptura: Terra scabellũ pedum meoruz. Fluctuans
conuerto me ad christum: quia ipsum quero hic: et in-
uenio quomodo sine impietate adoretur terra: sine
impietate adoret scabellum pedum eius. Suscepit
enĩ de terra terram: quia caro de terra est: et de carne
marie carnem accepit. Et quia in ipsa carne hic am-
bulauit: et ipsam carnẽ nobis manducandã ad salutẽ Joan. 6
dedit: Nemo autẽ illam carnem mãducat nisi prius
adorauerit: inuentuz est quemadmodũ adoretur ta-
le scabellum pedũ domini. et nõ solum nõ peccemus
adorando: sed peccemus non adorando. Nunquid
autem caro viuificat? Ipse dominus dixit cũ de ipsa
cõmendatione eiusdez terre loqueret: Spiritus est
qui viuificat: caro autẽ nihil prodest. Ideo et ad terrã Joan. 6
quãlibet cum te inclinas atq prosternis: non quasi
terram intuearis: sed illuz sanctũ cuius pedũ scabel-
lũ est quod adoras: Propter ipsum enĩ adoras: Ideo
et hic subiecit: Adorate scabellũ pedum ei⁹: quoniã
sanctũ est. Quis sanctus est? In cuius amore ado- L
ras scabellũ pedum eius. Et cũ adoras illum: ne co-
gitatione remaneas in carne: et a spiritu nõ viuifice-
ris: spiritus enĩ inquit viuificat: caro autẽ nihil pro- Joan. 6
dest. Tunc autẽ quãdo hoc dominus cõmendauit:
de carne sua locutus erat: et dixerat: Nisi quis man-
ducauerit carnem meã: nõ habebit in se vitam eter- Joan. 6
nã: Scandalizati sunt quidã discipuli eius: septua-
ginta ferme: et dixerunt: Durus est hic sermo: quis Joan. 6
potest hoc intelligere? Et recesserunt ab eo: et ampli-
us cũ eo nõ ambulauerũt. Duruz illis visum est quod
ait: Nisi quis manducauerit carnẽ meã: nõ habebit
vitã eternã: acceperũt illud stulte: carnaliter illud co-
gitauerũt: et putauerunt q precisurus esset domin⁹
particulas quasdã de corpore suo: et daturus illis: et
dixerũt: Durus est hic sermo. Ipsi erãt duri: nõ ser-
mo. Etenĩ si duri nõ essent: sed mites essent: dicerẽt
sibi: Nõ sine causa dicit hoc: nisi quia est ibi aliquod
sacramentũ latẽs: Manerent cũ illo lenes: nõ duri:
et discerent ab illo quod illis discedentibus qui re-
manserunt didicerũt. Nam cũ remansissent cũ illo
discipuli duodecim: illis recedentibus: suggesserũt
illi tanq dolentes illorũ mortẽ: quod scandalizati sunt
in verbo eius: et recesserũt. Ille autẽ instruxit eos et
ait illis: Spiritus est qui viuificat: caro autem nihil Joan. 6
prodest. Uerba que locutus sũ vobis: spiritus est et
vita. Spiritualiter intelligite quod locutus sũ: Nõ
hoc corpus quod videtis manducaturi estis: et bibi-
turi illuz sanguinẽ quẽ fusuri sunt qui me crucifigẽt.
Sacramentũ aliquod vobis cõmendaui. spiritualiter
intellectũ viuificabit vos. Et si necesse est illud vi-
sibiliter celebrari: oportet tamẽ inuisibiliter intelligi.
Exaltate dominũ deum nostrũ: et adorate scabellũ
pedũ eius: quoniã sanctũ est. Moyses et aarõ
in sacerdotibus eius: et samuel in his qui
inuocant nomen eius. Inuocabant do- M
minũ: et ipse exaudiebat eos: in colũna nu-
bis loquebatur ad eos. Isti antiqui moyses
et aaron et samuel serui dei magni apud antiquos.
Nostis quia moyses eduxit in virtute dei populum
israel de egypto per rubrũ mare: et duxit in deserto: Exo. 14
Et quãta mirabilia fecerit in illo tempore deus per
manũ moysi: nouerunt omes qui istas scripturas
bene audiũt in eccla: vel apud se legũt: vel quoq mõ
didicerũt. Aaron frater ipsius fuit quẽ ordinauit en-
arã sacerdotem: Et ibi quidẽ nõ videt sacerdos esse
nisi aaron. Aperte enĩ in illis litteris aaron nomina-

per sacerdos dei: De moyse nō ibi dicit q sacerdos erat. Sed si hoc nō erat: quid erat? Nūquid maior sacerdote esse poterat? Exprimit psalmus iste: q ⁊ ipse sacerdos erat. Moyses ⁊ aaron in sacerdotib⁹ eius. Ergo erant illi domini sacerdotes. Postea samuel iam in libro regnorū legitur. Iste est samuel
1.Reg.16 tēporibus dauid: Nā ⁊ ipse vnxit sanctum dauid. Samuel ab initio ętatis suę in templo creuit. Mater eius sterilis fuit: Volēs habere filiū: orauit ad dñm cū gemitu magno: ⁊ petens vt daret ei deus filiū: ostēdit q nō carnaliter habere voluit: quē natū illi dedit: qui eū esse voluit. Vouit enī eum domino deo: ⁊ ait: Si mihi masculus natus fuerit: tēplo tuo seruiet: Et ita fecit. Nat⁹ sanctus samuel: fuit apud matrē tempore lactis: Mox vt eū ablactauit: dedit
1.Reg.2. in templū: vt ibi cresceret: ibi roboraretur i spiritu: ibi deo seruiret. Factus ē samuel sacerdos magn⁹: sacerdos sanctus: illo tēpore: Cōmemorat istos: et per istos oēs sanctos nos vult intelligere. Quare autē hic illos nominauit? Quoniā diximus christū
A hic nos debere intelligere. Aduertat sanctitas vr̃a. Dixit superius: Exaltate dominū deum nostrum: ⁊ adorate scabellum pedū eius: quoniā sanctū est: cōmendans quendā: id est dominū nostrū iesum christum: cuius scabellū pedum adorandū est: quia carnē assūpsit in qua appareret generi humano: Et volens nobis ostendere ⁊ antiquos patres ipm predicasse: quia ipse est verus sacerdos domin⁹ noster iesus christus: cōmemorauit istos: quia in colūna nubis loquebat ad eos deus. Quid est in columna nubis? Loquebat per figuras. Si enī in quadā nubecula loquebat: obscura illa dicta: nescio quē manifestum prefignabant. Ille autē nescio quis: iam non ē nescio quis: quia scitur a nobis: dominus noster iesus christus. Moyses ⁊ aaron in sacerdotibus eius ⁊ samuel inter eos qui inuocant nomen eius. Inuocabant dominū ⁊ ipse exaudiebat eos: in colūna nubis loquebat ad eos. Qui primo loquebat in colūna nubis: ipse nobis locutus est in scabello pedū suorum: id est in terra assumpta carne: vnde adoram⁹ scabellū pedum eius: quoniā sanctū est. Ipse de nube loquebat: quod tunc nō intelligebat: locutus est in scabello pedū suorū: et intellecta sūt verba nubis ei⁹. In colūna nubis ei⁹ loquebat ad eos. Attendamus ergo fratres: videte quos ⁊ quales sanctos no
C minauerit. Custodiebant testimonia eius: ⁊ precepta eius quę dedit eis. Custodiebat certe. Intendite. Custodiebant testimonia eius: ⁊ precepta ei⁹ quę dedit eis. Hoc dicit: ⁊ negari nō potest. Nihil ne habebāt peccati? Quomō? Quādo custodiebant pręcepta eius: custodiebāt testimonia eius. Videte quales nos velit formari: ne quasi de perfecta iusticia presumamus. Ecce moyses ⁊ aaron in sacerdotibus ei⁹: ⁊ samuel in his qui inuocāt nomen eius: ad quos de columna nubis loquebat. Iam aperte illos exaudiebat: qui custodiebant testimonia eius: ⁊ pręcepta eius quę dedit eis. Domine inquit deus noster tu exaudisti eos: de⁹ tu propitius fuisti illis. Propitius nō dicit de⁹: nisi peccatis. Quādo dat veniam tunc dicitur ꝓpitius. Et quid habebat in istis qd vindicaret vt esset propitius? Ignoscendo propitius fuerat: propiti⁹ erat donando peccata: propitius fuerat ⁊ vindicando. Quid enī sequit? Tu propitius fuisti illis: Et vindicans in oēs affectiones eorum.
Al. ulciscens / ad inuentiones / studia
Etiam vindicans ꝓpitius fuisti: nō solum donans peccata: sed etiam vindicans ꝓpitius fuisti. Videte
P fratres mei: quid hic cōmendauit aduertite. Illi deus irascitur: quē peccantē nō flagellat. Nam cui vere propitius est: nō solum donat peccata ne noceāt ad futurū seculum sed etiam castigat: ne semp peccare delectet. Forte fratres: Quomodo illis vindicatū est si quęramus: aderit dominus vt dicā. Quęramus enī tres istas personas: moysen: aaron ⁊ samuelē: ⁊ quomodo in eis vindicatū sit: quia dixit: Vindicans in oēs affectiōes eorū: Vtiqꝫ eas affectiones dicens eorū: quas dominus nouerat in cordibus eorū: quas homines nō nouerant. Etenī sine querela hominū versabant in medio plebis dei. Sed quid dicimus: quia moyses habuit primam vitam fortasse peccatricem? Nam ⁊ percusso homie: fugit Exo.2 de ęgypto. Habuit ⁊ aaron primā vitam quę displiceret deo. Nam ipse insaniēti populo ⁊ quęrēti ido Exo.32. lum: permisit vt fieret: ⁊ factū est populo dei idolū qd adoraret. Samuel quid fecit infans ad templū datus? Oēs ętates suas inter sancta sacramenta 1.Reg.1.et.2 dei peregit: ab ineunte ętate famulus dei. Nihil vnqꝫ dictum est de samuele: nihil ab hominibus. Nouerat ibi forte deus aliquid qd purgaret: Quia ⁊ qd perfectū iam videtur hominibus: illius perfectioni adhuc imperfectum est. Pleraqꝫ faciunt artifices: et ostendunt imperitis: ⁊ cū iā iudicauerint imperiti esse perfecta: expoliūt illa artifices qui nouerūt adhuc quid illis desit: vt mirent homines tantā expolitionē rebus accidisse: quas iam perfectas pronunciauerant. Fit hoc ⁊ in ędificijs ⁊ in picturis ⁊ in vestibus: ⁊ prope in omi genere artiū. Primo iudicāt illud iam quasi perfectū esse: vt oculi eorū amplius nihil desiderent. Sed aliud iudicat oculus imperitus: aliud iudicat artificis regula. Sic ⁊ illi sancti versabant ante oculos dei: tanqꝫ sine culpa: tanqꝫ perfecti: tanqꝫ angeli: Nouerat aūt quid illis deesset: qui vindicabat in omnes affectiones eorū. Vindicabat autē nō irascens: sed propitius. Ad hoc vindicabat vt perficeret ceptū: nō vt damnaret electum. Vindicans ergo in oēs affectiones eorum erat deus.
Q Quomodo vindicauit in samuele? Vbi est vindicta ipa? Hoc dico: vt nouerint christiani qui iā hic cognouerūt christū: ad quos venit in scabello pedum suorū: quos ita dilexit pro quibus sanguinē fudit: nouerint quō vapulent: cū multū ꝓfecerint. Quęrimus vindictā in moyse: prope nullam habet: nisi qd ad extremū ait illi deus: Ascende in montem ⁊ Deut.32 morere. Ait seni: morere. Iam peregerat ętates suas: Nūquid nūqꝫ erat moriturus? Qualis illa vindicta? Ostendit ibi vindictā suā vt diceret: Nō intrabis in terrā ꝓmissionis: quā intraturus erat po Ibidem pulus. Quandā figurā quorundā gerebat moyses. Nam qui in regnū cęlorū intrauit: magna illi pęna erat ad terram illā nō venire: quę ad tēpus erat promissa: vt vmbrā ostenderet ⁊ transiret? Nōne multi perfidi intrauerūt in illam terram? Nōne in illa terra viuentes multa mala fecerūt: ⁊ deū offenderunt? Nonne ⁊ idolatriā secuti sūt in ipa terra? Magnus

erat nō tradiſſe terram iſtam moyſi: Sed moyſen voluit geſtare figurā eorū qui ſub lege erant: quia per moyſen data eſt lex: ⁊ oſtendit eos qui ſub lege eſſe vellent: ⁊ ſub gratia eſſe nollent: nō intraturos in terram promiſſionis. Ergo illud qđ dictū eſt moyſi figura erat: nō pena: Seu mors ꝗ̄ pena: Nō intrare in illam terrā. Cuiꝰ pena intrare ꝗ̄ intrauerūt indigni:
Numeri.20 De aaron autē qđ dictū eſt: Mortuus eſt ⁊ ipſe ſenex: filij ſui ſucceſſerūt ei in ſacerdotio: Filiꝰ eiꝰ poſtea ſacerdotiū adminiſtrauit. Quō ⁊ in iſtum vindicauit: Samuel ⁊ ipſe ſanctus ſenex mortuus eſt: relictis filiis ſucceſſoribus ſuis. Quid eſt qđ in illis vindicatū eſt quero: ⁊ ſm̄ homines nō inuenio: ſm̄ autē qđ ſic pati ſeruos dei quotidie in illos vindicabat. Legite ⁊ videte vindictas: ſed qui proficitis:
1.Reg. li. ca.25
R Forte vindictas quotidie patiebant: populos contradicentes: quotidie patiebant inique viuentes: et inter illos viuere cogebant. quorum vitam quotidie rephēdebant. Hec erat vindicta: Nōdū ꝓficit: cui parua eſt. Tantū te em̄ torquet iniuſticia aliena: ꝗ̄tum receſſeris a tua. Cum em̄ fueris frumentū: id eſt herba bona de ſemine bono: ſemine filius regni: cū ceperis fructū dare: tūc tibi apparebūt zizania. Cū
Matth.13. em̄ creuiſſet herba ⁊ fructū feciſſet: tunc apparebant zizania. Cū ceperint apparere zizania: videbis te inter malos. Velle habes quaſi ſeparari a te malos: ⁊ ſeparare ab eccleſia oēs malos: reſpondebit tibi dñi ſententia: Sinite vtraqꝫ creſcere vſqꝫ ad meſſem: ne forte cū vultis eradicare zizania: eradicetis
Ibidem.
ſimul ⁊ triticū. Ex ſententia dñi neceſſe erit parcere zizanijs: ⁊ conditiōe ſerui neceſſe erit viuere inter zizania. Separare ea non potes: tolerare tibi neceſſe ē. Vide quātas plagas in corde patiaris: qui corpe ⁊ corde integro int̄ malos verſaris. Probabitis quicūqꝫ profeceritis: ꝓbabit ꝗ̄cūqꝫ iā ꝓficis. Tolerāda ſūt ergo iſta: ⁊ forte hoc ptinet ad illud. Ser-
Luce.12 uus qui nouit volūtatē dñi ſui ⁊ nō facit digna: plagis vapulabit multis. In multis em̄ quantū nobis innoteſcit voluntas dei: etiam reatus noſter innoteſcit nobis: Et quāto ille nobis innoteſcit: tāto plus [illegible] fletꝰ ⁊ lachrymas. Videmus em̄ ꝗ̄ ſit iuſtū quod de nobis exigat deus: in quanta adhuc imperfectione iaceamus: ⁊ fit in nobis qđ dictum eſt: Qui
Eccle.1 apponit ſcientiam: apponit dolorem. Ecce abundet in te charitas: ⁊ plus dolebis peccantē. Quanto in te maior charitas eſt: tanto ampliꝰ te torquebit quē toleras. Nō torquebit tanꝗ̄ iraſcentē illi: ſed tanꝗ̄ dolentē pro illo. Vide Paulū apoſtolū quid patiebat. Vide qđ [illegible] patiebat: Preter illa inqt ꝗ̄ extrinſecꝰ
2.Cor.11 ſunt. Dixit enim multa que patiebatur: et cepit dice-
S re interiora: preter illa que extrinſecus erant que patiebat a malis perſecutoribus [illegible] incurſus in me quotidianus: ſollicitudo omniū eccleſiarum. Et vide qualis ſollicitudo: ꝗ̄ paterna: ꝗ̄ materna. Videte quomodo cedebat: vt vindicaret in oēs affectiones eiꝰ. Dicemus affectiones eius in quas vin-
2.Cor.12 dicabat deus. Quis infirmat inquit: ⁊ ego nō infirmor: Quis ſcandalizat: ⁊ ego nō vror: Quāto maior charitas: tanto maiores plage de peccatis alienis. Acceperat quidem ille ⁊ ſtimulū carnis angelū ſathane: a quo colaphizaret. Ecce quō ꝓpitius erat deus: vindicans in oēs affectiones eius. Que ſūt affectiones in quas ſic vindicat: Ipſe expoſuit: ipſe
Ibidem dicit: In magnitudine inquit reuelationū ne extollar: datus eſt mihi ſtimulus carnis mee: angelus ſathane qui me colaphizet. Tam perfectus erat: vt tamen timendū eſſet ne extolleret. Nam non poneret deus medicamentū: vbi vulnus nō eſſet. Et rogauit vt tolleret: Eger ille rogauit vt auferret medicamē: Propter qđ ter dñm rogaui inquit: vt auferret eū a me: id ē ſtimulū carnis a quo colaphizabat: aliquē forte dolorem corporis. Rogaui inquit vt auferret
Ibid. eū a me: ⁊ dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea: Nam virtus in infirmitate perficit. Ego noui quē curo: Nō mihi det qui egrotat conſiliū: Tāꝗ̄ emplaſtrū mordax vrit te: ſed ſanat te. Rogat medicū vt tollat emplaſtrū: ⁊ nō tollit niſi cū fuerit ſanatū quo poſitū erat. Virtus in infirmitate perficit. Ergo fratres quicunqꝫ in chriſto proficimus: non nos putemus ſine flagello ꝓfuturos: quia quantūlibet proficiamus: nouit ipſe peccata noſtra: aliquādo ⁊ nobis oſtendit illa: ⁊ videmus ⁊ nos peccata noſtra. Et cū inter tales homines verſari cepimus: vt iam homīes qđ in nobis rephendant nō inueniant: reprehendit ille adhuc qui nouit oīa: ⁊ vindicat in oēs affectiones: quia ꝓpitius eſt nobis. Nam ſi non vindicet et deſerat: perimꝰ. Deus tu propitius fuiſti illis: ⁊ vin-
T dicans in oēs affectiones eorū. Exaltate dñm deum noſtrum. Iterū exaltemus illum: quia bonus ē: Et cū fuerit: quomō laudandus eſt: quō exaltandus eſt: Tu potes hoc exhibere filio tuo: ⁊ deus nō poteſt: Nō em̄ bonus es quando blandiris filio tuo: ⁊ malus cū cedis filiū tuū: Et cū blandiris: pater es: ⁊ cū cedis: pater es. Ideo blandiris ne deficiat: ideo cedis ne pereat. Exaltate dominū deum noſtrū: Et adorate in monte ſancto eius: quoniā ſanctus dominus deus noſter: Quō ſuperius dixit: exaltate dñm deum noſtrū: ⁊ adorate ſcabellū pedum eius: quoniā ſanctū eſt. intelleximꝰ qđ ſit adorare ſcabellum pedum eius: Sic ⁊ modo poſt exaltationē domini noſtri ieſu chriſti: ne quis illum ꝑter montē eius exaltet: cōmendauit ⁊ montē ipſiꝰ. Mons ipſius quis eſt: Legimus alibi de hoc monte: quia lapis fuit ꝓciſus de monte ſine manibus: et
Dan.2 confregit omnia regna terre: ⁊ creuit lapis ipſe. Danielis viſio eſt iſta quā narro. Creuit lapis iſte qui ꝓciſus eſt de monte ſine manibus: ⁊ factus eſt inquit mons magnus: ita vt impleret vniuerſam faciē terre. In ipſo monte magno adoremus: ſi exaudiri volumus. Heretici nō adorant in iſto monte: qꝛ mons iſte impleuit vniuerſam faciē terre: Heſerūt in parte ⁊ totū amiſerūt. Si agnoſcant eccleſiā catholicam: adorabūt in iſto monte nobiſcū. Etenī lapis ille qui ꝓciſus eſt de monte ſine manibus: iam videmꝰ quātum creuerit: ⁊ quantas regiōes terre occupauerit: ⁊ vſqꝫ ad quas gentes puenerit. Quid eſt mons vnde preciſus eſt lapis ſine manibus: Regnum iudeorum. Primo qđ colebant vnū deū: inde preciſus eſt
Pſal. lapis dominus noſter ieſus chriſtꝰ: Ipſe dictus eſt lapis quē reprobauerūt edificantes hic factus eſt in caput anguli. Lapis iſte preciſus de monte ſine manibus: confregit oīa regna terrarū. Videmus cōfracta ab illo lapide oīa regna terre. Que erāt omnia regna terre: Regna idolorum: Regna demoniorū ha-

ca sūt. Regnabat saturn⁹ in multis hoībus: Ubi ē regnū eius? Regnabat mercuri⁹ ī multis hoībus: vbi est regnū eius? Fractū ē: Redacti sūt illi in regnū christi: in qbus ille regnabat. Regnuz veneris quale erat carthagini: vbi nūc ē regnū celeste? Lapis ille fregit oīa regna terrarum: lapis ꝑcisus de monte sine manibus. Quid est ꝑcisus de mōte sine manibus? Natus de gente iudeoꝝ sine opere hominū. Oēs eñ qui nascunt᷑: de opere maritali nascunt᷑: ille de virgine natus: sine manibus natus est. Per manus eñ: op⁹ humanū significat᷑: quo manus hūane nō accesserunt: vbi maritalis amplexus nō fuit: fetus tamē fuit. Natus est ergo ꝺ mōte sine manib⁹ lapis ille: creuit: ꝛ crescēdo fregit oīa regna terraꝝ. Factus est aūt mōs magn⁹: ꝛ impleuit vniuersam faciē terre. Hec ē ecclesia catholica: cui vos cōmunicare gaudete. Illi aūt q̄ nō ei cōmunicāt: qꝛ ꝑter ipm montē adorāt ꝛ laudāt deū: nō exaudiunt᷑ ad vitam eternā: ꝛ si ad quedā tpalia exaudiantur. Nō sibi ergo blandiant᷑: quia eos in quibusdā exaudit deus. Nā ꝛ paganos exaudit in qbusdā. Nōne clamant pagani ad deū: ꝛ pluit? Quare? Quia facit

Math.5 solem suū oriri super bonos ꝛ malos: ꝛ pluit sup iustos ꝛ iniustos. Noli ergo gloriari pagane: quia te clamāte ad deū pluit deus: qui sup iustos ꝛ iniustos pluit. Audiuit te ad tpalia: nō te audit ad eterna: nisi in mōte sancto eius adoraueris. Adorate dñm in

B mōte sancto eius: qm̄ sanctus est dñs deus nr̄. Hec ꝺ psalmo sufficiāt charitati vestre: Q̄ntū dñs donauit: locuti sumus. Ecce quicqd loqmur in noīe dei: qm̄ dei est loquentis p nos: imber dei est: videte vos qualis terra sitis. Nam quādo pluuia venit sup terram: si bona terra est: fructus bonos parit: nā si mala terra ē: spinas parit: Pluuia tamē dulcis est: ꝛ super fruct⁹ ꝛ sup spinas. Qui istis verbis auditis: peior factus fuerit: ꝛ spinas de pluuia generauerit: ignem speret: pluuiā nō accuset. Qui aūt melior fact⁹ fuerit: ꝛ fruges de bona terra generauerit: horreum speret: pluuiaz laudet. Aut quid sūt nubes: aut qd ē pluuia: nisi dei misericordia oīa faciētis circa eos quos diligit: ꝛ qbus donauit vt ab eis diligat᷑?

Explicit Tractat⁹ de ps̄. XCVIII.

Incipit Tractatus de ps̄. XCIX.

A Salmū fratres cuz cantaret᷑ audistis: breuis ē: nec obscurus: Quasi securitatē dederim ne laborē timeatis: Uideam⁹ tamē attētius: ꝛ quāto liberius tāto diligētius: quid sibi velit ea ipa que apte sonāt: vt quantū dñs donare dignat᷑: spūaliter intelligat᷑. Uox dei quolibet organo sonās: tamē vox dei. Neqꝫ eñ delectat aures eius: nisi vox eius. Nā ꝛ nos cū loqmur: tūc eū delectamus: cū ipe det nobis loqui. Psalmus in ꝯfessiōe sic inscribit᷑. Hic est titulus ei⁹. Psalmus in confessione. Pauci versus sūt: magnaꝝ reꝝ grauidi: Pariāt semina in cordib⁹ vestris: vt paret᷑ horreū messis dominice. Psalmus iste in ꝯfessione hoc nobis iubet: ad hoc nos hortat᷑: vt iubilem⁹ deo. Nec hortat᷑ velut aliquē vnū angulum terre: aut vnā aliquā habitationē: ꝯgregationē ve hoīm: sed qꝛ vbiqꝫ nouit se seminasse benedictionē: vndiqꝫ exigit iubilationē. Iubilate ergo deo vniuersa terra. Nūqd mō vocē meā audiuit vniuersa terra? Et tamē hanc vocem audiuit vniuersa terra. Iaꝫ iubilat dño vniuersa terra: ꝛ qꝺ adhuc nō iubilat: iubilabit. Pertēdēs

Luc.24 eñ benedictio incipiente ecclesia ab hierusalē p oēs gentes: impietatē vbiqꝫ ꝯsternit: pietatē vbiqꝫ construit: Et mixti sūt boni malis: ꝛ mali p oēm terrā: ꝛ boni p oēm terrā. In malis murmurat oīs terra: in bonis iubilat oīs terra. Quid ē ergo iubilare?

B Multū eñ nos attentos facit hoc verbum: ꝛ ꝑsentis psalmi titulus: qꝛ inscribit᷑ in cōfessiōe. Quid est in ꝯfessione iubilare? Et alterius cuiusdā psalmi sententia ē dicētis: Beat⁹ popul⁹ q̄ intelligit iubilatio-

Ps.88 nē. Profecto magnū aliqd ē: ꝙ qꝺ intellectū nos beatos facit. Dñs ergo deus noster beatificator hominū: det mihi intelligere qꝺ dicā: det vobis intelligere qꝺ auditis. Beat⁹ populus q̄ intelligit iubilationē. Curram⁹ ergo ad hanc beatitudinē: intelligam⁹ iubilationez: nō eam sine intellectu fundam⁹. Quid opus est iubilare: ꝛ nō obtēperare huic psalmo dicenti: Iubilate deo oīs terra: ꝛ nō intelligere iubilationē: vt vox nostra sola iubilet: ꝛ cor non iubilet? Son⁹ eñ cordis: intellect⁹ est. Qꝺ nostis: dictur⁹ sum. Qui iubilat nō verba dicit: sed sonus quidam est leticie sine verbis. Uox est eñ animi diffusi leticia: quantū potest exprimentis affectū: nō sensū comꝑhendentis. Gaudēs homo in exultatiōe sua: ex verbis quibusdā que nō possūt dici ꝛ intelligi: erupit in vocē quandā exultatiōis sine verbis: ita vt appareat cū ipa voce gaudere quidē: ſ quasi repletum nimio gaudio non posse verbis explicare qꝺ gaudet. Animaduertite hoc in eis q̄ cantāt etiā nō honeste. Non eñ talis erit iubilatio nostra: qualis illoꝝ est. Nos eñ in iustificatiōe iubilare debem⁹: illi aūt iubilant in iniqtate. Itaqꝫ nos in ꝯfessiōe: illi in confusione. Tamē vt hoc qꝺ dico intelligatis: imo recordemini rem cognitā: maxime iubilāt q̄ aliqd in agris opantur: Copia fructuū iocūdati: vel messores: vel vindemiatores: vel aliqs fruct⁹ metentes: ꝛ in ipa fecūditate terre ꝛ feracitate gaudētes exultādo cātāt: ꝛ inter cātica que ꝑ verbis enūciāt: inserūt voces q̄sdā sine verbis in elatiōe exultātis aī: ꝛ hec vocat᷑ iubilatio. Si qs forte ꝓpterea nō recognoscit qꝛ nunq̄ aduertit: aduertet decetero. Atqꝫ vtinā nō inueniat qs aduertat: ne de⁹ inueniat qs euertat. Sꝫ tamē qꝛ nō desūt nasci spine: in male exultātibus: aduertamus iubilationē improbandā: ꝛ offeram⁹ deo iubi-

C lationē coronandā. Eñ g nos iubilamus? Eū laudam⁹ qꝺ dici nō pōt. Attēdim⁹ eñ vniuersam creaturā: terrā: mare ꝛ celū: ꝛ oīa q̄ in eis sūt: Attendimus singula habere origines ꝛ causas suas: seminū vim: nascēdi ordinē: ꝑmanēdi modū: intereundi decessū: currere volumina seculoꝝ: sine vlla ꝑturbatione: stellas volui quodāmodo ab oriente in occidētē: ꝑagere cursus annoꝝ: videm⁹ dimēsiōes mensiū: distēsiōes horaꝝ: inqꝫ his oībus nescio qd inuisibile qꝺ spūs vel aīa dicit᷑ inesse oībus aīantib⁹ ad appetendā voluptatē: fugiendāqꝫ molestiā: ad ꝯseruādā icolumitatē suā: vestigiū qddā vnitat᷑: inesse etiam hoī cōmune qddā cū āgelis dei: nō cū pecorib⁹: sicut esse: viuere: audire: videre ꝛ cetera: ſ qꝺ intelligat deū qꝺ ad mentē ꝓprie ꝑtineat qꝺ sicut ocul⁹ album ꝛ nigrū: ita equitatez ꝛ iniquitatēqꝫ discernat. In hac tota ꝯsideratiōe creature quā noīare vtcunqꝫ ꝛ ꝑcurrere potuim⁹: interroget se aīa: qs fecit hec oīa? Quis creauit hec? Quis te ipam? Quid sūt ista que

ↄsideras? Quid tu qui cõsideras? Quis ille q̃ fecit
cõsiderãda ⁊ cõsiderantẽ? Quis est iste? Dic illũ: vt
dicas illum: cogita illũ. Potes em̃ aliqd cogitare: ⁊
forte nõ potes dicere: nullo mõ autẽ poteris dicere
qd̃ nõ potueris cogitare. Ergo cogita illũ prius q̃
dicas illũ: vt cogites illũ accede ad illũ. Qd̃ em̃ vis
bene videre vt habeas qd̃ loquaris: accedis vt inspi-
cias: ne forte videndo longe fallaris. Sed vt oculis
ista corpora: sic ille mente cõspicit: corde attenditur
Matth. 5. ⁊ videt. Et vbi est cor vnde ille videatur? Beati aũt
mũdicordes: qm̃ ipsi deũ videbũt. Audio: credo: vt
possũ intelligo corde videri deũ: nec posse nisi mun-
Prouer. 20 do corde cõspici: Sz audio aliã scripturã: Quis glo-
riabit castũ se habere cor? Aut qs gloriabit mũdũz
se esse a peccato? Attendi ergo vniuersam creaturã
quantũ potui: corpalem animaduerti in celo ⁊ ĩ ter
ra: spiritualẽ aũt in meipso qui loquor: qui membra
vegeto: qui vocẽ intendo: qui linguã moueo: q̃ ver-
ba pnũcio: sensusq̃ discerno. Et quãdo cõphẽdo
me in me? Unde ergo possũz qd̃ supra me pmittit?
Tamẽ cordi humano visio dei: ⁊ inde dicit quedaz
D opatio mũdandi cordis. Hoc dicit a scriptura: Pa
ra vnde videas qd̃ amas: anteq̃ videas. Audito em̃
deo ⁊ noĩe eius: cui nõ dulce est qd̃ audit: nisi impio
multũ remoto: multũ longe facto? Qm̃ ecce inquit:
Ps. 72 qui longe faciũt se a te: peribunt. Sequit. Perdidisti
oẽm qui fornicat abs te. Nobis aũt quid? Quia illi
longe: ⁊ ideo in tenebris: ⁊ ita sauciatis oculis in te-
nebris: vt lumẽ nõ solũ nõ desiderẽt: sed etiã phorre
Ps. 33 scãt: nobis in longinquo inuẽtis qd dicit? Accedite
ad deũ ⁊ illuminamini. Ut autẽ accedas ⁊ illumine-
ris: displiceãt tibi tenebre tue: Damna qd̃ es: vt me-
rearis esse qd̃ nõ es. Es iniquus: esse debes iustus.
Nũq̃ iusticiã pcepturus es: si adhuc tibi placet ini
quitas. Contere illã in corde tuo ⁊ mũda: expelle il-
lam de corde tuo: vbi vult habitare quẽ vis videre.
Accedit ergo vtcũq̃ aĩa humana interior homo re-
Gen. 1. creatus ad imaginẽ dei: qui creatus est ad imaginez
dei: q̃ tanto erat longe factus: quãto ierat in dissimi-
litudinẽ. Nõ em̃ locorũ interuallis accedit ad deũ:
aut recedit a deo. Dissimilis factus: longe recessisti:
similis factus proxime accedis. Uide quõ nos vult
accedere dñs: faciẽs primo similes vt accedamus.
Estote ait sicut pater vester qui in celis est: q̃ solem
Matth. 5. suũ oriri facit sup bonos ⁊ malos: ⁊ pluit sup iustos
⁊ iniustos. Disce diligere inimicuz: si vis cauere ini-
micũ. Inquantũ autẽ in te charitas crescit: efficiens
te ⁊ reuocãs te ad similitudinẽ dei: ptẽdit vsq̃ ad ini
micos: vt sis ei similis q̃ facit solem suũ oriri nõ sup
bonos tantũ: sed sup bonos ⁊ malos: ⁊ pluit nõ sup
iustos tantũ: sed sup iustos ⁊ iniustos. Quantũ ac-
cedis ad similitudinẽ: tãtũ pficis in charitate: ⁊ tan
E to incipis sentire deũ. Et quẽ sentis? q̃ venit ad te: an
ad quẽ tu redis? Nã ille nũq̃ discessit a te. Recedit
a te de⁹: cũ tu recedis a deo. Presentia sũt cecis oĩa
sicut videntibus. Uno loco stãs cecus ⁊ vidẽs: hisdẽ
formis rerũ vterq̃ circũfundit: Ille ẽ psens rebus:
ille absens. Ex duobus vno loco stãtibus: vn⁹ est p-
sens: alius absens: nõ reb⁹ ipsis ad alterutrũ accedẽ-
tibus: ⁊ ab altero recedentib⁹: sed pter dissimilitu-
dinẽ oculoꝝ suorũ. Ille q̃ cecus dicit: quia extinctũ
est ibi qd̃ cõtemplari solet luci cuncta vestiẽti: frustra
est psens reb⁹ q̃s nõ videt: imo recti⁹ absens q̃ p-
sens dicit. Ubi em̃ nõ est sensus eius: recte dicit ab-
sens. Hoc est em̃ absentẽ esse: sensu abesse. Sic ⁊ de-
us vbiq̃ psens est: vbiq̃ tot⁹ ẽ. Sapiẽtia ei⁹ attin- Sap. 8
git a fine vsq̃ ad finẽ fortiter: ⁊ disponit oĩa suauit.
Qd̃ aũt deus pater: hoc verbũ eius: ⁊ sapiẽtia ei⁹:
Lux de luce: de⁹ de deo. Quid ergo optas videre?
Nõ est a te longe qd̃ vis videre: Apłus dicit eũdez
nõ longe positũ ab vnoquoq̃ nostrũ: In ipso enim Act. 17
viuim⁹ ⁊ mouemur ⁊ sum⁹. Quãta ergo miseria est
longe esse ab eo q̃ vbiq̃ est? Esto ergo similis pieta-
te: ⁊ diligẽs cogitatiõe: qm̃ inuisibilia eius p ea que Ro. 1
facta sũt intellecta cõspiciunt. Ea que facta sũt intu-
ere: mirare: quere auctorẽ. Si dissimilis sis: repelle-
ris: si similis exultabis: Et cũ accedere cepis simil
⁊ psentẽ dicere deũ: quantũ in te charitas crescit: qa
⁊ charitas deus est: senties quiddã qd̃ dicebas ⁊ nõ
dicebas. Ante em̃ q̃ sentires dicere te putas deuz:
incipis sentire: ⁊ ibi sentis dici non posse qd̃ sentis.
Cũ aũt ibi didiceris dici nõ posse qd̃ sentis: tacebis:
nõ laudabis? Ergo mut⁹ eris in laudib⁹ dei: ⁊ grati-
arũ actiões nõ reddes ei q̃ voluit se notũ tibi facere?
Laudabas cũ quereres: silebis cũ inueneris? Nul-
lo pacto nõ eris ingrat⁹. Debet honor: debet reue-
rẽtia: debet magna laudatio. Attẽde te q̃ sis terra et
cinis: vide qs meruerit qd videre. Uide qs: qd: ho-
mo deũ. Agnosco nõ meritũ hoĩs: s misericordiam
dei. Lauda ergo miserantez. Quõ inquis laudabo?
Modicũ ipm qd̃ sentire possũ ex pte in enigmate p 1. Cor. 13.
speculũ: iã explicare nõ possũ. Audi q̃ psalmũ.

Expositio psalmi.

Iubilate deo omnis terra. Intellexisti [illegible]
E iubilationẽ omnis terre? Si iubilas: domino Ps. 65
iubila: noli iubilationẽ tuã in alias atq̃ alia 4
res diuidere. Postremo cetera dici possũt vtcũq̃:
ille solus est ineffabilis q̃ dixit ⁊ facta sunt oĩa. Dixit Ps. 32.
⁊ facti sumus: s nos eũ dicere nõ possum⁹. Uerbuz
eius quo dicti sumus: filius eius ẽ: Ut a nobis vt-
cunq̃ infirmis diceret: infirmus fact⁹ est. Iubilati-
onẽ p verbo possum⁹ dicere: verbũ p verbo nõ pos
sum⁹. Iubilate ergo deo omnis terra: Seruite do- 6
mino in iocunditate. Oĩs seruit⁹ amaritudine Gal. [illegible]
plena ẽ: Oẽs ↄditiõe serui obligati: ⁊ seruiũt ⁊ mur
murãt. Nolite timere illi⁹ dñi seruitutẽ: nõ erit tibi
gemitus: nõ murmur: nõ indignatio. Nemo se pu-
tet inde venalẽ: qr dulce est qd̃ redempti oẽs sum⁹.
Magna felicitas ẽ fratres: esse in ista domo magna
seruũ: ⁊ si cũ cõpedib⁹. Noli timere serue cõpedite:
cõfitere dño. Meritis tuis attribue cõpedes tuas:
ↄfitere in cõpedib⁹ tuis: si vis vt in ornamẽta vertan
tur. Nõ frustra nec sine exauditiõe dictũ ẽ: Intret Ps. 78
in ↄspectu tuo gemitus cõpeditoꝝ. Seruite domino
in iocunditate. Libera seruit⁹ est apud dñm: libera
seruit⁹: vbi nõ necessitas s charitas seruit. Uos in- Gal. 5
quit in libertatẽ vocati estis fratres: tantũ ne liberta
tẽ in occasionẽ carnis detis: s p charitatẽ spũs serui-
te inuicẽ. Seruũ te charitas faciat: qr liberũ te veri
tas fecit. Si manseritis inq̃t in verbo meo: vere disci Jo. 8
puli mei estis: ⁊ cognoscetis veritatez: ⁊ veritas liberabit
vos. Simul es ⁊ seru⁹ ⁊ liber: Seru⁹ qr fact⁹ es: lib qr
amaris a deo a q̃ fact⁹ es: imo etiã inde liber: qr amas
eũ a q̃ fact⁹ es: Noli seruire cũ murmure. Nõ em̃ id
agũt murmura tua vt nõ seruias: s vt mal⁹ seruus
seruias. Seru⁹ es dñi: libert⁹ es dñi: nõ te sic q̃ras

manumitti: vt recedas de domo manumissoris tui. Seruite dño in iocunditate. Plena erit illa et pfecta

Cor.15 iocũditas: cũ corruptibile hoc induerit incorruptionẽ: et mortale hoc induerit imortalitatẽ. Tunc erit pfecta iocũditas: tũc illa pfecta iubilatio: tũc laus sine defectu: tũc amor sine scãdalo: tũc fructus sine timore: tũc vita sine morte. Quid hic? Nullũ ne gaudiũ? Si nullũ gaudiũ: nulla iubilatio. Quõ iubilate deo vniuersa terra? Est plane et hic gaudiũ de spe future vite: Gustat hic vñ ibi satiemur. Sz necesse

Mt ca.13 est vt multa pferãt frumẽta inter zizania. Sunt grana inter paleã. est liliũ inter spinas. Quid enĩ audit

Cant.2 ecclesia? Sicut liliũ ĩ medio spinarũ: ita proxima mea in medio filiarũ. Nõ dictũ est in medio alienarũ: sed in medio filiarũ. O dñe quõ consolaris: quõ cõfortas? Quõ terres? Quid est qd dicis: Sicut liliũ ĩ medio spinarũ: ita proxima mea in medio filiarũ? Quas dicit spinas? Ipsas filias: respõdet. Spine sũt pter mores suos: filie pter sacramẽta mea. Utinã ergo int gemitus alienarũ gemeret: min⁹ gemeret. Ille est ma

Ps.54 ior gemit⁹: Quĩ si inimicus exprobrasset mihi: sustinuissem vtiq: Et si is q oderat me sup me magna locutus fuisset: abscondere me vtiq ab eo. Psalmi voces sũt: Qui litteras nostras nouit seqt: q nõ nouit discat vt sequat. Si is q oderat me sup me magna

p.ideᵐ. locut⁹ fuisset: abscõdere me vtiq ab eo: Tu xo homo vnanimis dux me⁹ et notus me⁹: q simul mecũ dulces capiebas cibos. Quos dulces cibos nobiscũ capiũt: q nobiscũ semp futuri nõ sũt? Quos dul

Ps.33 ces cibos: nisi gustate et videte qm dulcis ẽ dñs? Inter illos necesse ẽ vt gemam⁹. Sz q se sepatur⁹ ẽ christian⁹: vt nõ gemat inter falsos fratres? Quo iturus est? Quid factur⁹? Solitudines petat? Sequũt scãdala. Sepatur⁹ est se q bene pficit: vt nullũ oĩno hominẽ patiat. Quid si et ipm anteq pficeret nẽo vellet pati? Si ergo qr pficit nullũ hoĩem vult pati: eo ipso q nõ vult aliquẽ hoĩem pati cõuincit qd nõ pfecerit. Intẽdat charitas vr̃a: Sustinẽtes inuicẽ (ait Apl's)

Eph.4 in dilectiõe: satagẽtes seruare vnitatẽ spũs in vinculo pacis. Sustinẽtes inuicẽ: Nõ habes qd in te ali⁹ sustineat? Miror si nõ ẽ: Sz ecce nõ sit: Eo robustior es ad ceteros sustinẽdos: q iã non habes qd in te alij sustineãt. Nõ sustinerit: sustine ceteros. Nõ possũ inqs. Ergo habes qd et in te alij sustineãt: Sustinẽtes inuicẽ in dilectiõe. Tu deseris res humanas: et segregas te: vt nemo te videat: Cui pderis? Tu ad hoc puenisses: si nullus tibi pfuisset? An qr veloces pedes tibi videris habuisse ad transeundũ: pcisur⁹ es pontẽ? Et hortor oẽs: vox dei oẽs hortat: sustinẽtes inuicẽ in dilectiõe. Separabo me inqt aliqs a cũ paucis bonis: cũ illis mihi bene erit. Nã nulli prodesse: impiũ et crudele ẽ: Nõne hoc docuit domin⁹ me⁹? Nõ enĩ dãnauit seruũ q interuertit qd acceperat: sed q nõ erogauit. Intelligat pena interuersoris ex pe

Math.25 na pigri. Serue nequã et piger ait dñs dãnãs: Nõ ait: interuertisti pecuniã meã: nõ ait: Dedi tibi et nõ mihi: qd dedi: itegrũ reddidisti: Qr nõ creuit: qr nõ erogasti: inde inqt te puniã. Auar⁹ est de⁹ salutis nostre. Ergo separabo me inqt cũ paucis bonis. Quid mihi ẽ rõne habere cũ turbis? Bene: Pauci ipsi boni: de qbus turbis sũt eliqti? Si tñ iã ipsi pauci homines boni: tñ bona cogitatio humana laudabilis: esse cũ talib⁹ q elegerũt vitã quietã; remoti a strepitu popu

lari: a turbis inquietis: a magnis fluctib⁹ seculi: tanq ĩ portu sũt. Iã ergo ibi gaudiũ illud? Iã ibi iubilatio illa q pmittit? Nondũ: sed adhuc gemit⁹: adhuc sollicitudo tẽptationũ. Habz enĩ aliũde et port⁹ aditũ. Si nulla ex pte haberet: nulla in eũ nauis intraret. Oportet ergo vt ex aliq pte pateat. Aliqñ aũt p eã ptem q patet vẽt⁹ irruit: et vbi scopuli nõ sũt: naues se inuicẽ collise cõfringũt. Ubi ergo securitas: si nec ĩ portu? Et tñ vtcũq feliciores ĩ portu q ĩ pelago: Fatẽdũ est: cõcedendũ ẽ: verũ est: Tñ si naues in portu bene sibi applicent: nõ sibi collidũt. Seruet ibi parilitas eqlitatis: cõstantia charitatis: et qñ forte vẽtus ex illa pte q patz irruerit: sit tibi cauta gubernatio. Nã qd

dictur⁹ est mihi qsqs talibus locis forte preest: imo seruit fratrib⁹ in his q monasteria dicunt? qd dicturus ẽ? Caut⁹ ero: nullũ malũ admittã. Quõ nullum malũ admittes? Nullũ hominẽ malũ: nullũ fratrem malũ intrantẽ admissur⁹ sũ: cũ paucis bonis bñ mihi erit. Ubi cognoscis: quẽ forte vis excludere? Ut cognoscat mal⁹: intus proband⁹ est. Quõ ergo excludis intraturũ: q postea proband⁹ est: et probari nisi intrauerit nõ potest? Repelles oẽs malos? Dicis enĩ et nosti inspicere: Oẽs nudis cordib⁹ ad te veniũt: q intraturi sũt? Ipsi se nõ nouerũt: qto min⁹ tu? Multi enĩ

sibi pmiserũt qd impleturi essent illã vitã sanctã: in Act.2.c.4

cõe habentẽ oĩa: vbi nemo dicit aliqd suũ: qbus est vna aĩa: et cor vnũ in deũ: missi sũt in fornacẽ: et crepuerũt. Quõ ergo cognoscis eũ q sibi adhuc ignot⁹ ẽ? Excludes malos fratres a cõuentu bonorũ? De corde tuo quisqs ista dicit: oẽs malas cogitatiões si potes a te exclude: Nõ intret in cor tuũ vel mala suggestio. Nõ cõsentio inqs: sed intrauit tñ vt suggereretur. Nã oẽs munita corda habere volum⁹: vt nihil intret qd male suggerat. Unde aũt intret qs nouit? Et pugnam⁹ qtidie in vno corde nr̃o: Un⁹ hõ in corde suo cũ turba luctat. Suggerit auaricia: suggerit libido: suggerit voracitas: suggerit leticia ista popularis: oĩa suggerunt: ab oĩbus se cõtinet: oĩb⁹ rñdet: et ab oĩbus auersat: difficile est vt nõ ab aliq feriat. Ubi ergo securitas? Hic nusq: in ista vita nusq: nisi in sola spe pmissorũ dei. Ibi aũt cũ illuc puenerim⁹: pfecta securitas: cũ claudunt porte: et cõfirmant vectes portarũ hierusalẽ: ibi vere plena iubilatio et magnũ gaudiũ. Nõ aũt ne secur⁹ laudes quãlibet vitam:

ante mortẽ ne laudes hoĩem quẽq. Hinc aũt fallũ Eccl.11

tur hoĩes: vt vel nõ suscipiãt meliorẽ vitã: vl' temere aggrediant: qr et cũ laudare volũt: sic laudant vt nõ ibi dicãt mala q mixta sũt: et q vituperare volũt tã liuido aĩo et peruerso vitupant: vt claudãt oculos aduersus bona: et sola mala q ibi vel sũt vel putant exaggerẽt. Inde fit vt vnaqueq pfessio male laudata: id ẽ nõ caute laudata: cũ inuitauerit hoĩes laude sua: inueniãt illi q illuc venerũt aliqs qles ibi esse nõ credebãt: et offensi a malis: resiliãt a bonis. Fr̃es: disciplinã istã ad vitã vestrã cõferte: et sic audite vt viuatis. Laudat: vt generalit dicã: ecclesia dei: magni hoĩes christiani: soli christiani: magna ecclia catholica: diligũt se oẽs: ipendũt sibi qsq qd pñt: oronib⁹: ieiunijs: hymnis vacat p totũ orbẽ terrarũ: vna cõfessiõe pacis laudat de⁹: Audit forte q nescit tacitũ eẽ de cõmixtis malis: venit laude inuitat⁹: inuenit cõmixtos malos: q nõ illi pdicti sũt anteq veniret: offendit a falsis christianis: refugit a veris christianis. Rursus

odiosi maledici: irruũt in vituperationẽ. Quales chri
stiani? Qui christiani? Auari: feneratores. Nõne ipsi
sũt q̃ theatra ⁊ amphitheatra implent p ludos ⁊ p
alia spectacula? Qui iplent ecclesias p dies festos?
Ebriosi: voraces: inuidi: isectatores alterutrũ: Sũt
tales: sed nõ sũt soli tales. Et iste vituperator ceco aĩo
tacet bonos: ⁊ ille laudator icauto aĩo tacet malos.
Si aũt sic laudam⁹ in hoc tp̃e ecclesiã dei: quõ lau
Cant. 2. dant scripture dei: Ecce quõ nũc dicit. Sicut liliũ in
medio spinarũ: sic ꝓxĩa mea in medio filiaꝝ. Audit
homo: ꝯsiderat: placet illi liliũ: intrat: adheret lilio:
tolerat spinas: merebit̃ esse in laude ⁊ in oculis spõ
si: q̃ dicit: Sicut liliũ in medio spinarum: sic ꝓxima
mea in medio filiarũ. Ita ⁊ in clericis. Laudatores
clericoꝝ intẽdũt ibi bonos ministros: fideles dispẽ
satores: oĩa toleratores: viscera sua impẽdẽtes his
Phil. 2. quos volũt ꝑficere: nõ querẽtes que sua sũt: s; que
iesu christi: Laudãt hec: obliuiscũt̃: q: mixta sũt ma
lis. Rursus qui rep̃hẽdũt auariciã clericoꝝ: impro
bitates clericoꝝ: lites clericorũ: appetentes res alie
nas: ebriosos: voraces: iactãtes: ⁊ tu iuide vitupas:
⁊ tu incaute laudas. Tu qui laudas: dic mixtos ma
M los: tu q̃ vitupas: vide ibi ⁊ bonos. Sic ⁊ in illa vita
cõmuni fratrũ que est in monasterio: magni viri san
cti: quotidie in hymnis: in orõnibus: in laudib⁹ dei:
inde viuũt: Cũ lectiõe illis res est. Laborãt manib⁹
suis: inde se trãsigũt: nõ auare aliq̃d petũt: Quicq̃d
eis infert̃ a piis fratribus: cũ sufficiẽtia ⁊ cũ charita
te vtunt̃. Nemo sibi vsurpat aliq̃d qd̃ alter non ha
beat. Oẽs se diligũt: oẽs inuicẽ se sustinent. Lau
dat q̃ nescit q̃d interius agat̃: qui nescit quõ illo ven
to intrante etiã naues in portu collidũt̃: Intrat q̃si
securitatẽ sperãs neminẽ quẽ toleret habitur⁹: inue
nit ibi fratres malos: q̃ mali inueniri nõ possent: nisi
admitterent̃: Et necesse est vt p̃mo tolerent̃: ne forte
corrigant̃: Nec excludi facile possunt: nisi p̃us fue
rint intolerati: ⁊ fit ipe intolerande patientie. Quis
me h̃ querebat? Ego putabã q: charitas eẽt hic. Et
paucoꝝ hoĩm molestia irritatus: dũ nõ ꝑseuerauerit
implere qd̃ vouit: fit desertor tam sancti ꝓpositi:
⁊ reus voti nõ redditi. Iã vero cũ inde exierit: fit et
ipe vituperator ⁊ maledicus: ⁊ dicit ea sola que quasi
se pati nõ potuisse asseuerat: ⁊ aliq̃n vera: S; vera ma
la maloꝝ toleranda sũt ꝓpter societatẽ bonoꝝ. Dicit
Eccl. 2. illi scriptura: Ve his q̃ ꝑdiderũt sustinentiã: Et qd̃
est amplius ructat indignatiões maloꝝ odores: vnde
absterreat intraturos: q: ipe cũ itrasset: ꝑdurare nõ
potuit. Quales illi? Inuidi litigatores neminẽ susti
nẽtes: auari: Ille illud ibi fecit: ⁊ ille illud ibi fec. O ma
le: quare taces bonos? Quos tolerare nõ potuisti:
N iactas: qui te malũ tolerauerũt taces. Merito illud
fratres charissimi magnificum in dñi euangelio ex
Math. 24 ore dñi: Duo in agro. vnus assumet̃: ⁊ vnus relinq̃
tur. Due in molendino: vna assumetur: ⁊ vna relin
quet̃. Duo in lecto: vnus assumet̃: ⁊ vnus relinque
1. Cor. 3. tur. Qui sũt duo in agro? Qd̃ dicit Aplṡ. Ego plã
taui: apollo rigauit: sed deus incrementũ dedit. Dei
agricultura estis: In agro laboram⁹. Duo i agro: cle
rici sũt: Un⁹ assumet̃ ⁊ vnus relinquetur. Assumet̃
Math. 24 bonus: relinquet̃ malus. In molendino duę: ad ple
In expositione bes retulit. Quare i molendino? Quia deuincte i se
ps. 36. tract. i. culo circuitu reꝝ temporaliũ: tanq̃ mola deinent̃:
b. c. Et inde vna assumet̃: ⁊ vna relinq̃t̃. Que inde assu

metur? Faciens opera bona: attendens indigentiã
seruoꝝ dei: indigentiã paupeꝝ: in confessione fide
lis: in leticia spei certa: vigilans ad deum: nulli im
precans mala: diligens quantũ potest: nõ solũ ami
cos sed etiam inimicos: preter vxorẽ suã nõ sciens
aliquã: preter maritũ suum nõ sciens aliquẽ. Assu
metur ⁊ de molendino: Que autẽ aliter fuerit: relin
quetur. Alii autem dicunt: Quietẽ volumus: nemi
nem volumus pati: remouemus nos a turbis: bene
erit nobis in quadam securitate. Si quietẽ queris:
quasi lectum queris: vt sine aliqua sollicitudine re
quiescas: Et inde vn⁹ assumetur: ⁊ vnus relinquet̃. Phil. 2.
Nemo vos fallat fratres: si nõ vultis falli: et vultis
amare. Fratres: scitote omnẽ ꝓfessionẽ in ecclesia O
habere fictos. Nõ dixi omnẽ hominẽ esse fictũ: sed
omnẽ ꝓfessionẽ habere fictas personas. Sunt chri
stiani mali sed sunt ⁊ boni. Quasi plures malos vi Math. 3.
des quia palea sunt: ⁊ te ad grana peruenire nõ per
mittunt. Sunt ibi ⁊ grana: accede: tempta: excute:
adhibe oris iudiciũ. Inuenis sanctimoniales indis
ciplinatas: Nũquid ideo sanctimoniũ rep̃hẽden
dũ est? Multe nõ stant in domibus suis: circũeunt
domos alienas: curiose agentes: loquentes que nõ 1. Timot. 5.
oportet: superbe: linguace: ebriose. Et si virgines sũt:
quid ꝓdest integra caro: mente corrupta? Melius
est humile coniugiũ: q̃ superba virginitas. Si eñ
nuberet: nõ haberet nomen vnde extolleret̃: ⁊ habe
ret frenũ quo regeret̃. Sed nũquid ꝓpter virgines
malas dãnanturi sũt sancte ⁊ corpore et spiri 1. Cor. 7
tu? Aut ꝓpter istas laudabiles etiam illas impro Math. 24
bandas laudare cogemur? Undiq; vnus assumet: ⁊
vnus relinquet̃. Ergo fratres finiamus psalmũ: q̃a
planus est. Seruite domino in iocunditate. Uos al
loquit̃: quicunq; in charitate omnia toleratis: ⁊ spe
gaudetis. Seruite dño: nõ in amaritudine murmu
rationis: sed in iocunditate dilectionis. Intrate
in conspectu eius: in exultatione. Facile ẽ P
exultare foris: in conspectu dei exulta. Nõ valde lin
gua exultet: sed conscientia exultet. Intrate in con
spectu eius in exultatione. Scitote quoniã do
minus ipe est deus. Quis nescit quoniã domi
nus ipe est deus? Sed de dño dicit quẽ nõ putabãt
homines deũ. Scitote quoniã dñs ipe est de⁹. Do Math. 27
minus iste nõ vobis vilescat: quẽ crucifixistis: flagel
lastis: sputis illinistis: spinis coronastis: veste igno
miniosa vestistis: in ligno suspendistis: clauis confi
xistis: lancea ꝑcussistis: custodes ad sepulchrũ posu
istis: Ipe est deus. Scitote quoniã dñs ipe est de⁹.
Ipe fecit nos: ⁊ non ipi nos. Ipe fecit nos:
Oĩa per ipm facta sunt: ⁊ sine ipo factũ est nihil. Ioh. 1
Quid est qd̃ exultatis? Quid est qd̃ superbitis? Ali
us vos fecit: Et q̃ vos fecit: ipe a vobis patit̃. Sed
vos sic vos iactatis ⁊ gloriamini ⁊ extollitis: quasi
a vobisipis facti sitis. Bonũ est vobis vt qui fecit
vos: perficiat vos. Ipe fecit nos: ⁊ nõ ipi nos. Nõ
debemus superbire: Totũ bonũ qd̃ habemus: ab
artifice nostro habem⁹. Quod in nob̃ fecimus inde
dãnamur: qd̃ in nobis ille fecit: inde coronabimur:
Ipe fecit nos ⁊ nõ ipi nos. Nos autem popu
lus eius: ⁊ oues pascue eius. Oues ⁊ ouis.
Ipe oues: vna ouis: Et q̃ amantissimũ nostri pa
storẽ habemus? Dimittit nonagintanouẽ: descendit Luc. 15
querere vnã: reportat in humeris suis redemptam

sanguine suo. Securus mortuus est pastor pro oue: qui resurgens possidet ouem. Nos autem populus eius: et oues pascue eius: **Intrate portas eius in confessione.** In portis initium est: a confessione incipite: Inde psalmum in confessione ibi iubilate. Confitemini vos non factos a vobis: laudate eum a quo facti estis. Ab illo sit bonum tuum: a quo recedens fecisti malum tuum. Intrate in portas eius in confessione. Intret grex in portas: non foris remaneat ad lupos. Et quomodo intret? In confessione. Porta: id

ps. 44 est initium: confessio tibi sit. Unde in alio psalmo dicitur: Incipite domino in confessione. Quod illic dicit: incipite: hoc appellauit hic portas. Intrate portas eius in confessione. Et quid? Cum iam intrauerimus: non confitebimur? Semper confitere: semper habes quod confitearis. Difficile est in hac vita: vt sic homo mutetur: vt nihil inueniatur in eo quod reprehendatur. Opus est vt tu te reprehendas: ne ille reprehendat qui damnaturus est. Ergo et cum intraueris in atria confitere: Quando non erit confessio peccatorum? In illa requie: in illa equalitate angelorum. Sed videte quid dixerim: Non erit confessio peccatorum. Non dixi: non erit confessio: erit enim confessio laudis. Semper confiteberis illum deum: te creaturam: illum protectorem: te protectum. In illo quodammodo

ps. 30 absconditus eris: sicut dictum est: Abscondes eos in abscondito vultus tui. **In atria eius in hymnis confessionum confitemini ei.** In portis confitemini: et in atria cum intraueritis confitemini in hymnis. Hymni laudes sunt. Quando intras te reprehende: cum intraueris illum lauda. Ape-

ps. 117 rite mihi portas iusticie: dicit in alio psalmo ingrediens in eas confitear domino. Nunquid dixit: cum ingressus fuero iam non confitebor? Etiam ingressus confitebitur. Que enim peccata confitebatur do-

Math. 11 minus noster Iesus christus quando ait: Confiteor tibi pater domine celi et terre? Illum laudans confitebatur: non se accusans. **Laudate nomen eius: quoniam suauis est dominus.** Nolite putare quia deficitis in laudando. Laudatio vestra quasi manducatio erit. Quantum laudatis: tantum vires acquiritis: et tantum dulcescit quem laudatis. Laudate nomen eius quoniam suauis est dominus: **In eternum misericordia eius.** Non enim cum te liberauerit desinet esse misericors: Et vt protegat semper in eternam vitam: misericordie eius est. In eternum ergo misericordia eius. **Et vsque in generationem et generationem veritas eius.** Aut omnem generationem accipe quod dictum est in generationem et generationem: aut in duabus generationibus: vnam terrenam: alteram celestem. Hic est generatio vna que parit mortales: altera que parit eternos. Veritas eius et hic est et ibi. Noli putare quia hic non est veritas eius. Si non hic esset veritas eius:

ps. 84 non diceret in alio psalmo: Veritas de terra orta est:

Math. 28 Nec ipsa veritas diceret. Ecce ego vobiscum sum vsque in consummationem seculi.

Explicit Tractatus de psalmo XCIX.
Incipit Tractatus de psalmo C.

Psalmus iste centesimus quod habet in primo versu: hoc in toto corpore eius querere debemus.

C

Misericordiam et iudicium cantabo tibi domine. Nemo sibi ad impunitatem blandiatur de misericordia dei: quia est iudicium: Et nemo in melius commutatus exhorreat iudicium dei: quia precedit misericordia dei. Homines enim quando iudicant aliquando victi misericordia faciunt contra iusticiam: et videtur in eis esse misericordia: et non esse iudicium: aliquando vero rigidum volentes tenere iudicium: perdunt misericordiam. Deus autem nec in bonitate misericordie perdit iudicii seueritatem: nec in iudicando cum seueritate amittit misericordie bonitatem. Ecce si temporibus distinguamus hec duo: misericordiam et iudicium: forte enim non sine causa ipso ordine posita sunt: vt non diceret iudicium et misericordiam: sed misericordiam et iudicium: Si ergo per tempora distinguamus hec duo: forte inuenimus modo tempus esse misericordie: futurum autem tempus iudicii. Quomodo est primo tempus misericordie? Primo in deo considera: vt et tu quantum ipse tibi donauerit imiteris patrem. Neque enim arroganter dicimus patrem nostrum nos debere imitari: quandoquidem dominus ipse verus dei filius ad hoc nos hortatur dicens. Esto- Math. 5
te sicut pater vester celestis: Cum diceret: Diligite inimicos vestros: orate pro eis qui vos persequuntur: vt sitis inquit filii patris vestri qui in celis est: qui solem suum oriri facit super bonos et malos: et pluit super iustos et iniustos. Ecce misericordia. Quando vides iustos et iniquos eundem solem intueri: eandem lucem capere: eosdem fontes bibere: eadem pluuia saginari: iisdem fructibus terre repleri: similiter aerem istum ducere: habere equaliter bona mundi: noli putare iniustum esse deum qui dat ista equaliter iustis et iniustis. Misericordie tempus est: nondum iudicii. Nisi enim primo deus per misericordiam parceret: non inueniret quos per iudicium coronaret. Est ergo misericordie tempus: quando pa- Ro. 2.
tientia dei ad penitentiam adducit peccantes. Audi Apo- B
stolum dicentem vtrumque tempus: et distingue et tu. Existi- Ibidem.
mas autem inquit o homo qui iudicas eos qui faciunt ea et eadem agis: quoniam tu effugies iudicium dei? Intendite: Videbat enim se. Sed cui hoc dicit? Non enim vni homini dicit: sed generi humano talia dicebat se committere multa mala quotidie: et tamen viuere: nihil mali sibi contingere: et putabat aut dormire deum: aut res humanas non attendere: aut amare facta hominum mala: Tollit istam cogitationem de corde: sed bene intelligentibus. Quid ergo ait? Existimas o homo qui iudicas eos qui talia agunt et facis ea: quoniam tu effugies iudicium dei? Et quasi diceret: quare facio tanta mala quotidie: et nihil mali mihi contingit: secutus ostendit illi tempus misericordie. An diuitias benignitatis et patientie et lon- Ro. 2.
ganimitatis eius contemnis? Et vere quia hoc contemnebat: sed fecit illum sollicitum: Ignoras inquit quoniam benignitas dei ad penitentiam te adducit? Ecce tempus misericordie. Ne autem hoc ille semper putaret futurum: quomodo secutus eum terruit? Tu autem iam tempus iudicii audisti: audi tempus misericordie. Propter misericordiam et iudicium cantabo tibi domine. Tu autem inquit Ibidem.
secundum duriciam cordis tui et cor impenitens: thesaurizas tibi iram in die ire et reuelationis iusti iudicii dei: qui reddet vnicuique secundum opera sua. Ecce misericordiam et iudicium cantabo tibi domine. Sed minatur est de iudicio. Numquid iudicium deinde timendum formidandum est et non amandum? Formidandum malis propter penam: amandum bonis propter coronam. Quos ergo terruit C
malos Apostolus in hoc testimonio quod commemorauit: audi vbi spem dat bonis de iudicio: Deinde ponit: et dicit et ostendit

⁊ ipe in se tẽpus misericordię: quia nisi ⁊ ipe inuenires tẽpus misericordię: qualẽ illum inueniret in iudicio? Blasphemũ: ꝑsecutorẽ: iniuriosũ. Sic eñ dicit ⁊ cõmendat tẽpus misericordię in quo modo sum⁹.
1. Timoth. 1 Qui prius fui inquit blasphem⁹ ⁊ ꝑsecutor ⁊ iniuriosus: sed misericordiã ꝯsecutus sum. Sed forte ipe solus cõsecut⁹ est misericordiã? Audi quomodo nos erigat.
Ibidem. Ut in me inquit ostẽderet christus iesus omnẽ longanimitatẽ ad informationẽ eoꝝ qui credituri sũt illi in vitam ęternã. Quid est: vt in me ostenderet oẽm lõganimitatẽ? Ut vnusquisq3 peccator ⁊ sceleratus videret: quia Paulus accepit veniã: ⁊ nõ de se desperaret. Ecce ostendit se: erexit ⁊ alios. Ubi? In tẽpore misericordię. Audi in tempore iudicii qđ dicat de bonis: Iterũ dicens de se ⁊ d alijs: ꝑmo misericordiã consecut⁹ est. Quare? Quia fuit blasphemus ⁊ persecutor ⁊ iniuriosus: Uenit dñs vt donaret Paulo: nõ vt redderet. Nã si reddere vellet: qđ inueniret qđ redderet peccatori: nisi pęnã ⁊ supplicium? Noluit reddere pęnã: sed donauit gratiã. Audi q2 ille cui donauit: tenet dñm etiã debitorem. Inuenit eũ donatorẽ tẽpore misericordię: tenet debitorẽ tẽpore iudicii. Quõ hoc dicit: videte.
2. Timoth. 4 Ego enim iã imolor dixit: ⁊ tẽpus resolutionis meę ꝓximũ ẽ. Bonũ certamẽ certaui: cursũ consũmaui: fidem seruaui. Hoc tẽpore misericordię: Audi d iudicio: De cętero superest mihi corona iusticię quã reddet mihi
Ibidem. dñs in illa die iustus iudex. Nõ dixit donat: sed reddet. Quãdo donabat misericors erat: qñdo reddet: iudex erit: q2 misericordiã ⁊ iudiciũ cãtabo tibi dñe. Sed donãdo delicta fecit se debitorẽ coronę: ibi misericordiã cõsecutus sum. Misericors ergo dñs primo: hic aũt reddet mihi coronã iusticię. Unñ reddet? Quia iustus iudex ẽ. Quare iust⁹ iudex? Quia bonũ certamẽ certaui: cursũ consũmaui: fidẽ seruaui. Ideo iust⁹ nõ potest nisi coronare ista: Inuenit eñ ista quę coronaret. Antea vero quid inuenerat: qui
1. Timoth. 1 prius fuit blasphem⁹ ⁊ ꝑsecutor? Ista donauit: illa coronauit. Donauit hęc tẽpore misericordię: coronauit illa tpe iudicij: quia misericordiã ⁊ iudiciũ cãtabo tibi dñe. Sed nunqđ solus Paulus hoc meruit? Hoc eñ dixerã quomõ in illo testimonio terruit:
2. Timoth. 4 sic in isto erexit. Cũ dixisset: Reddet mihi in illo die iustus iudex: nõ solũ mihi inqt: s3 oĩbus q diligunt
D manifestationẽ ⁊ regnũ eius. Ergo fratres quoniã habem⁹ tps misericordię: nõ nobis blandiamur: nõ nos dimittam⁹: nõ dicamus: semꝑ ꝑcit deus: Ecce feci heri: ⁊ pepercit deus: facio ⁊ hodie: ⁊ parcit de⁹: faciam ⁊ cras: quia parcit deus. Attendis ad misericordiã: ⁊ nõ times iudiciũ. Si vis cantare misericordiã ⁊ iudiciũ: intellige: quia ideo parcit vt corrigaris: nõ vt in malignitate ꝑmaneas.
Ro. 2. Noli tibi thesaurizare irã in die irę ⁊ reuelationis iusti iudicij dei: q2 tẽpus misericordię in alio psalmo dicit. Peccatori aũt dicit de⁹: Ut quid tu enarras iustificationes meas: ⁊ assumis testamentũ meũ ꝑ os tuũ? Tu vero odisti disciplinã meã: ⁊ abiecisti sermões meos post te. Si videbas furẽ: currebas cũ eo: ⁊ cũ męchis portionẽ tuã ponebas. Sedẽs aduersus fratrẽ tuũ detrahebas: ⁊ aduersus filiũ matris tuę ponebas scã
Ps. 49. dalũ: Hęc fecisti ⁊ tacui. Uide tẽpus misericordię. Quid est tacui? Nũquid nõ corripui? Sed nõ iudicaui. Quomodo eñ tacet q quotidie clamat in scripturis. in euangelio in prędicatoribus suis? Tacui Ps. 49.
a supplicio: non a verbo. Hęc fecisti ⁊ tacui. Et q2 tacuit deus: id est nõ vindicauit: quid sibi dixit in corde suo peccator? Audi. Suspicatus es inqt iniqui Ibidem tẽ q ero tibi similis: id est par est quia tu talis eras: ⁊ me talẽ putabas. Et cũ ostendisset illi tpus misericordię: terruit de tpe iudicij. Arguã te ⁊ statuã te añ faciẽ tuã. Tu te ponis post te: ego te ponã ante te. Oĩs eñ q nõ vult videre peccata sua: post dorsũ se ponit: ⁊ alioꝝ peccata acute attẽdit: nõ ꝑ diligentiã: s3 ꝑ inuidentiã: nõ volẽs sanare s3 accusare: se autẽ obliuiscit. Unñ talibus dñs dicit: Stipulã in oculo Mat. 7 fratris tui vides: ⁊ trabẽ in oculo tuo nõ cõsideras?
E Quia ġ misericordia ⁊ iudiciũ cãtat nobis: ⁊ nos facientes misericordiã securi expectemus iudiciũ: ⁊ simus in corpe ipsius: ⁊ nos cantem⁹ eã. Cantat eñ h christ⁹: id est si solũ caput cantat: a dño est cãticũ h: ad nos nõ ꝑtinet. Si aũt totus christ⁹: id ẽ caput et corp⁹ ei⁹: esto in mẽbris ei⁹: adhęre illi ꝑ fidẽ ⁊ per spem ⁊ ꝑ charitatẽ: ⁊ in illo canta: in illo exulta: q2 et ipe in te laborat: in te sitit: in te esurit ⁊ tribulat. Ille in te adhuc morit: ⁊ tu in illo iã resurrexisti. Nã si in te non moreret: nollet in te sibi parci a ꝑsecutore: cũ diceret: Saule saule qđ me ꝑsequeris? Ergo fra Act. 9 tres mei christus cantat. Sed quõ nostis? Christũ assidue cõmẽdauim⁹ vobis: ⁊ scio quia rudia vobis nõ sunt: Dñs christus verbũ ẽ dei per qđ facta sũt oĩa. Ioh. 1 Hoc verbũ vt redimeret nos: caro factũ est: ⁊ habitauit in nobis: Factus ẽ homo deus sup oĩa: filius dei ęqualis patri. Ad h hõ factus ẽ vt de⁹ homo mediator esset inter homĩes ⁊ deũ: ⁊ reconciliaret lõge positos: ⁊ ꝯiungeret sepatos: ⁊ reuocaret alienatos: ⁊ reduceret pegrinos: ad hoc factus est homo. Factus est ergo caput ecclesię: habet corpus ⁊ mẽbra. Quęre mẽbra ipi⁹: Modo gemũt per vniuersum orbẽ terrarũ: tunc lętabunt in fine in corona iusticię: de qua dicit Paulus: Quã reddet mihi domi 2. Timoth. 4 nus in illo die iustus iudex. Et modo ergo cantem⁹ in spe: oĩes in vnũ collecti: Christũ eñ induti christus sumus cũ capite nostro: quia vtiq3 abrahę semẽ Gal. 3 sumus. Apostolus hoc dicit. Quia dixi christus sumus: Apostolus ait: ergo abrahę semẽ estis sm promissionẽ heredes: abrahę semen estis: Uideam⁹ si semẽ abrahę est christus: In semine tuo benedicentur Gen. 22 oĩes gentes. Non dixit in seminibus tanq3 in mul Gal. 3 tis: sed tanq3 in vno: ⁊ semini tuo quod est christus. Et nob dicit: Ergo semen abrahę estis. Manifestũ ẽ quia ad christũ ꝑtinem⁹: Et quia mẽbra eius ⁊ corpus eius sumus: cum capite nostro vnus homo sumus. Cantemus ergo: misericordiã ⁊ iudiciũ cantabo tibi dñe. **Psallam ⁊ intelligam in via immaculata qñ venies ad me.** Nisi in via immaculata: nõ potes psallere nec itelligere. Si vis intelligere in via imaculata: psalle: id ẽ opare i hilaritate deo tuo. Quę est via imaculata? Audi sequẽtia. **Perambulabã in inocẽtia cordis mei: i medio Ps. 25 F domꝰ meę.** Hęc via imaculata: ab inocẽtia cępit: in ipa etiã ꝑuenit. Quid q̃ris multa vba? Innocẽs esto: ⁊ ꝑfecisti iusticiã. Sed qđ est esse innocentem? Duobus eñ modis nocet homo q̃cũq3 in ipso est: aut faciendo miserũ: aut deserendo miserũ: quia ⁊ tu nõ vis ab alio fieri miser: et non vis deseri ab alio si miser fueris. Quis ẽ ille qui facit miseros? Qui infert

violētias vel insidias: rapit res alienas: opprimit pau
peres: furat: cōiugia aliena sollicitat: pōculosus ē: et ca
lūniosus est: vult inferre hominibus vñ doleāt studio
maliuolentie. Quis est qui deserit miseros? Qui vi
det inopē aliquo auxilio egentē: et cū habeat quō p̄
stet contēnit: despicit: alienat cor suū. Et si iam om
nino talis esset: vt nō op⁹ haberet aliqua misericor
dia: supb⁹ esset si desereret miserū. Adhuc in tribula
tione carnis cōstitutus est: nesciens quid sibi possit
cras accidere: et despicit lachrymas miserorū: nō est
innocēs. Sed qs est innocēs? Qui cū alijs nō nocet:
nec sibi nocet. Qui eī et sibi nocet: nō est innocens.
Et alijs: Ecce nō tuli alicui nec pressi aliquē de re
mea: de iusto labore meo bene mihi faciā: Cōuiuiū:
eparatū habere volo: erogare volo quantū me de
lectat: Bibere cū qbus volo quantum me delectat.
Cui aliquid tuli? Quē pressi? Quis de me questus
ē? Innocens videt: Sz si seipm corrūpit: si templū
dei in se euertit: Quid expectas vt in alio faciat mise
ricordiā: et parcat miseris? Qui in seipm crudelis ē:
esse in alio misericors potest? Tota ergo iusticia: ad
Ps. 10. vnū verbū innocentie redigit. Qui aūt diligit iniq
tatē: odit animā suā. Quādo amabat iniquitatē: pu
tabat q alijs nocebat. Sed vide si in alijs nocet: qui
diligit iniquitatē: odit animā suam. Sibi ergo p̄us
E nocet qui vult alijs nocere: nec deambulat: quia nō
ē vbi angustias nō patit: Arta omis malicia: sola i
nocentia lata est. Vbi deambulabat? Deambulabā
in innocētia cordis mei: i medio domus mee. Me
diū domus sue: aut ipam ecclesiā dicit. Christ⁹ eī
i ea deābulabat. aut cor suū: Dom⁹ eī nostra iteri
or: cor nostrū est: vt hoc exposuerit qō supius dixit:
In innocētia cordis mei. Que est innocētia cordis
sui? Mediū domus sue. Hanc domū quisqs habet
malā: pellit ab illa foris. Quisqs eī in corde p̄mit
mala p̄sciētia: quō quisqs ab stillicidio exit d domo
sua: aut a fumo: nō ibi se patit habitare: sic q nō ha
bet quietū cor: habitare in corde suo libēter nō pōt.
Tales foras exeūt a seipis animi intētione: et de his
q foris sūt circa corpus delectant: quietē in nugis:
in spectaculis: in luxurijs: in oibus malis querunt.
Quare foris voluerūt sibi bene esse? Quia nō est il
lis intus bene: vnde gaudeāt in p̄sciētia sua. Ideo
Mat. 9. dñs cū sanasset paralyticū ait: Tolle grabatū tuū et
vade in domū tuā. Faciat illud aīa que quasi para
lysi dissoluta est: in mēbris bone opatiōis: p̄stringa
tur vt bene operetur. Tollat grabatum suū: regat cor
suū: Iam eat in domū suā: intret in cōscientiā suā:
iam latā inueniet vbi deambulet: et psallat et intelli
b gat. Nō p̄ponebā ante oculos meos rem
malā. Quid ē: Nō p̄ponebā añ oculos meos rē
malā? Nō diligebā. Solet eī dici qō nostis de ho
mine q ab aliq diligit: Ante oculos illū habet: Et il
le q cōtēnit sic solet queri: Nō me habet añ oclos.
Quid ergo ē: ante oculos habere? Diligere. Quid
est nō diligere? Nō ibi corde habitare. Dixit ergo:
nō p̄ponebā ante oculos meos rē malā: nō dilige
bā rem malā. Et exponit ipam rem malā. Facien
tes p̄uaricationes odio habui. Intendi
te fratres mei. Si deambuletis cū christo in medio
domus ei⁹: id est si vel in corde vestro bene requies
citis: vel in ipa ecclesia bonū iter carpitis in via im
maculata: nō eos tantū qui foris sūt debetis odisse
p̄uaricatores: sed et quoscunq intus inueneritis.
Qui sūt p̄uaricatores? Qui oderūt legē dei: Qui
audiūt illam et nō faciūt: p̄uaricatores dicuntur.
Facientes p̄uaricationē: odio habe: repelle illos
a te. Sed odire debes p̄uaricatores: nō homies.
Unus homo p̄uaricator: videte quia duo nomia Cōtr. 23. q. 4.
habet. homo et p̄uaricator. Hominē deus fecit: p̄u Duo.
aricatorē ipe homo se fecit. Ama i illo qō de⁹ fecit:
p̄sequere in illo qō ipe sibi fecit. Cū eī persecutus
fueris p̄uaricatorē eius. occidis qō homo fecit: et
liberas qō deus fecit. Facientes p̄uaricationē odio
habui. Nō adhesit mihi cor prauū. Quid est F
cor prauū? Cor tortū. Qō ē cor tortū? Cor nō rectū.
Quod est cor nō rectū? Vide qō est cor rectū: et ibi
inuenis qō est cor nō rectū. Rectū cor dicit homis:
qz oia q̄ vult de⁹ nō ipe nō vult. Intēdite. Orat ali
quis vt nescio quid nō eueniat: orat: et non p̄hibet:
Petat quātū potest: sed contra voluntatē ipius eue
nit aliquid: subiungat se voluntati dei: nō resistat vo
luntati magne: quia et ipe domin⁹ sic illud exponit:
ostendēs infirmitatē nostrā in se quādo passur⁹ erat:
ait: Tristis est anima mea vsq ad mortē. Nō enim Matth. 26.
vere ille timebat mortē: qui i potestate habebat po Ioh. 10.
nendi animā suam: et in potestate habebat iterū su
mendi eam. Et Paulus apostolus miles ipius: ser
uus ipius clamat. Bonū certamē certaui: cursū cō 2. Timoth. 4.
sūmaui: fidem seruaui: decetero reposita est mihi co
rona iusticie: quā reddet mihi dñs in illo die iustus
iudex. Exultat quia moriturus est: et dñs eius et im
perator eius tristis est quia moriturus ē? Ergo me
lior seruus q̄ dñs? Et vbi est quod ait ipe domin⁹:
Sufficit seruo vt sit sicut dominus eius: sufficit di Matth. 10.
scipulo: vt sit sicut magister ei⁹? Ecce fortior ē Pau
lus ventura morte: et dñs tristis est: Optabam inqt Phil. 1.
dissolui: et esse cū christo. Gaudet quia dissoluit: vt
sit cum christo: et ipe christus tristis est cū quo iste
futurū se esse letat? Sed quid erat illa vox: nisi son⁹
infirmitatis nostre? Multi adhuc infirmi cōtristan
tur futura morte: sed habeāt rectū cor: vitent mor
tē quantū possūt: Sed si nō possunt: dicant qō ipse
dominus nō propter se: sed p̄pter nos dixit. Quid
eī dixit? Pater si fieri potest trāseat a me calix iste. Matth. 26.
Ecce habes voluntatē humanā expressam: vide iā
rectū cor: Verū nō quod ego volo: sed quod tu vis
pr̄. Si ergo cor rectū sequit deū: prauū cor resistit
deo. Aliqd illi obijcit aduersū: Clamat: De⁹ qd tibi
feci? Quid cōmisi? Quid peccaui? Se iustū vult vi
deri: deū iniustū: Quid tā prauū? Prauū ē: qz tort⁹
ē: et tortā regulā portat. Corrige te: et inuenies rectū
a quo te deprauasti. Ille iust⁹: tu iniust⁹: Et tō puer
sus es: qz hominē iustū dicis: et deū iniustū. Quē ho
minē iustū dicit? Seipm. Quādo eī dicis: qd tibi fe
ci: iustū te putas. Sz rńdeat tibi de⁹: Vere dicit: Mi
hi nihil fecisti: oia eī tibi fecisti. Si eī mihi aliqd
fecisses: bonū fecisses. Quicquid eī bñ fit: mihi fit:
quia ex precepto meo fit. Quicquid autē mali fit: ti
bi fit: nō mihi fit: quia nō facit malus aliquid nisi si
bi: quia hoc nō ego iubeo. Tales quando videritis
fratres corripite: arguite: corrigite. Et si nō potestis
corripe aut corrigere: nolite p̄sentire: vt possitis dice
re: Nō adhesit mihi cor prauū. Cū declinaret Al. I declinantē
a me malignus nō cognoscebam. Quid est: a me malignum
nō cognoscebam? Nō approbabam: nō laudabam: K

nõ mihi placebat. Cognoscere eñ inuenim⁹ in scri-
pturis aliquando dici pro eo quod ẽ placere nobis.
Quid eñ latet deũ fratres? Nũquid nouit iustos: ⁊
nõ nouit iniustos? Quid cogitas qđ ille nesciat? Nõ
dico qđ facis: ſ qđ cogitas qđ ille nesciat? Nõ dico
qđ cogitas: ſ qđ cogitatur⁹ es qđ ille ante nõ vide-
rit? Oĩa ḡ nouit de⁹: ⁊ tñ in fine: id est in iudicio post
misericordiã de q̄busdã dicit: In illa die multi veñtu-
Math. 7 ri sũt ⁊ dicẽt: Dñe dñe in no[illegible] tuo demonia eieci-
mus: in noĩe tuo ṽtutes multas fecim⁹: in noĩe tuo
mãducauim⁹ ⁊ bibim⁹. [illegible] Discedite a me
operarii iniq̄tatis: nõ no[illegible] nõ noui aliquẽ:
Sz qđ est: nõ noui vo[illegible] nõ vos ag-
nosco. Noui ei regulã [illegible] Nõ illi ↄgruit?
Declinasti ab illa: disto[illegible] eo ⁊ hic dixit: nõ
cognoscebam. Cum declinaret a me malignus: non
agnoscebã. Quid est: nõ c[illegible]scebã? Nũqđ forte
q₂ malignus q̄ñ obuiã fit [illegible] vico angusto dicit
Sap. 2 sibi qđ est scriptũ in Sapiẽ[illegible]lomonis: Grauis ẽ
nobis etiã ad videndũ: ⁊ mutat viã ne videat quem
nõ vult? Sz q̃z multi sũt maligni q̄s videm⁹ ⁊ q̄ nos
vidẽt: ⁊ nõ solũ nõ a nob̄ declinãt: ſ currũt ad nos: ⁊
aliq̄ñ iniq̄tates suas p nos ĩpleri cupiũt: plerũq₃ se no-
bis ↄiũgũt? Plerũq₃ nob̄ ↄtingit. Quõ ḡ declinãt?
Declinat a te: q̄ dissĩlis ẽ tibi. Quid ẽ declinat a te?
Nõ te seq̄t. Quid ẽ: nõ te seq̄t? Nõ te imitat. Ergo
cũ declinaret a me malign⁹: id est cũ mihi dissĩlis es-
set malign⁹: ⁊ vias meas nollet imitari: nollet sic vi-
uere malignus quõ me illi ꝓposui ad imitationẽ: nõ
cognoscebã. Quid est: nõ cognoscebã? Nõ q₂ nesci-
R | ebã: ſ q₂ nõ approbabã. Detrahẽtẽ ꝓximo suo
Al. secreto | *occulte: hũc ꝑsequebar. Ecce ꝑsecutor bon⁹:
nõ hoĩs: ſ peccati. Superbo oculo ⁊ insatia-
Al. *cũ hoc non edebam | bili corde*: huic nõ ↄuescebar. Quid ẽ: nõ
ↄuescebar? Nõ cũ illo mãducabã. Attendat chari-
tas vestra: q₂ mirũ aliq̄đ audituri estis. Si nõ ↄues-
cebat cũ illo: nõ manducabat. Vesci eñ: mãducare
est. Cur ḡ ꝑmo ĩpm dominũ inuenim⁹ manducasse
cũ sup̄bis: ⁊ nõ cũ publicanis illis ⁊ peccatoribus? Nã
ĩpi hũiles erãt oẽs: Cognoscebãt eñ lãguorẽ suũ: ⁊
medicũ req̄rebãt. Cũ ĩpis sup̄bis pharisẹis inueni-
mus illũ mãducasse. Nã sup̄bus quidã inuitauerat
illũ: Ipse est cui displicuit q₂ mulier peccatrix q̄ erat
in ciuitate famosa accessit ad pedes dñi: ⁊ ait in cor-
Luc. 7. de suo: Hic si eẽt ꝓpheta: sciret q̄ mulier illi accessit
ad pedes. Quia talis erat mundicia pharisẹorũ: vt
nemo eos iniqu⁹ tãgeret: Si q̄s eos ĩmũdus vł mo-
dice tetigisset: exhorrebãt: ne q̄si ĩmundos eos face-
ret tactus ĩmũdus. At vbi peccatrix illa q̄ erat in ci-
uitate famosa accessit flere ad pedes dñi: ille cũ vide-
ret eã dixit in corde suo: Hic si esset ꝓpheta sciret q̄
mulier illi accessit ad pedes. Unde sciebat q₂ christ⁹
nesciuit: nisi inde suspicatus est eũ nescisse: q₂ eã nõ
a se repulit? Quia si ĩpe eẽt: repelleret a se. Dñs aũt
nõ solũ mulierẽ illã peccatricẽ nouerat: ſ ⁊ illi⁹ sup-
bi vulnera medicus insanabilia videbat. Ait eñ cũ
audisset cogitantẽ: vt ostẽderet illũ superbũ: Simõ
habeo aliq̄đ tibi dicere: Duo debitores erãt cuidã
feneratori: vnus ei debebat q̄nquaginta denarios:
ali⁹ q̄ngentos: Cũ nõ haberẽt vnde redderẽt: dimi-
sit ambobus. Quis eũ plus dilexit? Et ille cõtra se
dixit sententiã: extorquẽte sibi confessionẽ veritate.
Ibidem. Crẽdo dñe: q₂ cui plus donauit. Et ↄuersus ad mu-
lierem dixit simoni: Uides istã mulierẽ? Intraui in
domũ tuã: aquã mihi ad pedes nõ dedisti: Ista aũt
lachrymis suis rigauit pedes meos: ⁊ cetera q̄ nostis.
Nõ opus est in aliis ꝑpter quẹ ad testimoniũ adhi-
buimus diutius immorari. Iste pharisẹus superbus
erat: cõuescebat cũ illo dñs. Quid est ergo qđ ait:
Superbo oculo ⁊ insatiabili corde huic nõ cõuesce-
bar? Quid est: nõ cõuescebar? Non cũ illo mandu-
cabã. Quomodo nobis ꝓponit hẹc: quãdo ĩpe nõ fe-
cit? Ad imitationẽ suã nos hortat. Uidemus eũ cõ-
uiuatũ esse cũ superbis: quõ nos ꝓhibet ne conui-
uemur cũ eis? Nos quidẽ fratres ꝑpter correptio-
nẽ aliquã tenem⁹ nos etiã a fratrib⁹ nostris: ⁊ nõ cũ
eis ↄuiuamur vt corrigãt. Cũ extraneis pot⁹ ↄuiuam
⁊ cũ paganis: q̃z cũ his q̄ nobiscũ erãt ⁊ nob̄ adhẹ-
rẽt: si viderim⁹ eos male viuere vt erubescãt: ⁊ corri-
gant: sicut dicit Apostol⁹: Si quis nõ obaudit ver-
bo nostro: per epistolã: hunc notate: ⁊ nolite cõmis- 1. Cor. 5
ceri cũ eo: ⁊ nõ vt inimicũ eũ existimetis: ſ corripi-
te vt fratrẽ. Facimus hoc plerũq₃ ꝑpter medicinã:
⁊ tamẽ cũ extraneis multis ⁊ cũ impiis sẹpe vesci-
mur. Quid est hoc qđ ait: Superbo oculo ⁊ insatia-
bili corde: huic nõ cõuescebar? Habet epulas suas
cor piũ: habet epulas suas cor superbũ. Nam pro-
pter cibos ĩpos cordis superbi: ideo dixit: insatiabi-
li corde. Cor superbũ vnde pascit? Si superbus ẽ:
inuid⁹ ẽ: aliter eẽ nõ põt. Superbia mater inuiden-
tiẹ ẽ: Nõ potest nisi generare hãc: ⁊ cũ illa semp eẽ.
Omis ergo superbus: inuidus ẽ: ⁊ si inuidus ẽ: ma-
lis alienis pascit. Unde dicit Apłus: Si mordet ⁊ Gal. 5
comeditis inuicẽ: videte ne abinuicẽ consumamini.
Uidetis ergo comedentes: nolite his ↄuesci: fugite
tale cõuiuiũ. Neq₃ eñ se satiant gaudẽdo de malis
alienis: quia insatiabili corde sũt. Caue ne capiaris
in epulis eorũ laqueo diaboli. Cibis talibus pasce-
bant iudẹi quãdo crucifixerũt dñm: Sed q₂ pasce-
bant tanq̃₃ de pẹna dñi: Nam ⁊ nos de cruce domi-
ni pascimur: quia corpus ĩpius mãducamus: Dice-
bant eñ cũ viderent eũ pendentẽ in cruce insultan-
tes: quia insatiabiles corde erãt: Dicebãt ergo: Si
filius dei est: descendat de cruce: alios saluauit: se sal- Math. 27
uare nõ potest. Pascebant cibo crudelitatis suẹ: ⁊ il-
le pascebat cibo misericordiẹ suẹ. Pater ignosce (?) igno- Luc. 23
sce illis: quia nesciũt quid faciũt. Illi ergo habebãt
alias epulas: ille alias. Sed quid dictũ sit de mensa
superborũ: audite: Fiat mensa eorũ coram ĩpsis in Ps. 68
muscipulã: ⁊ in retributionẽ ⁊ in scandalũ. Pasti sũt:
capti sũt. Quõ eñ aues ad muscipulam: aut pisces
ad hamũ nõ pascũt: sed capiunt: sic ⁊ ĩpi. Hñt ḡ im-
pii epulas suas: hñt ⁊ pii epulas suas. Audi epulas
pioꝝ: Beati q̄ esuriũt ⁊ sitiũt iusticiã. qñ ĩpi saturabũ- Math. 5
tur. Si ḡ pius pascit cibo iusticiẹ: ⁊ impius supbiẹ:
nõ mirũ si ĩsatiabilis corde pascit cibo iniq̄tatis. No-
li pasci cibo iniquitatis: ⁊ non tibi cõuescatur super-
bus oculo ⁊ insatiabilis corde. Et vnde tu pasceba-
ris? Et quid te delectabat: vbi ille tibi nõ cõuesceba- R
tur? Oculi mei* ad fideles terrẹ sequit vt* cõ- [illegible]
siderent* hi mecũ. Dominus dicit: Oculi mei
sup fideles terrẹ: vt ↄsiderent hi mecũ: id est vt me-
cũ sedeãt. Quõ sedebũt? Sedebit inq̄t sup duode- Math. 19
cim thronos: iudicãtes duodecim trib⁹ isrł. Iudicãt
fideles trẹ: de q̄bus dr̃: Nescit q₂ angelos iudicabi- 1. Cor. 6
mus? Oculi mei sup fideles trẹ: vt ↄsiderẽt hi mecũ.

Ambulans in via immaculata: hic mihi ministrabat. Mihi ait: nõ sibi. Multi enĩ ministrãt euangeliũ: sed nõ sibi ministrãt: q͛ sua querũt. nõ q̃ iesu christi. Quid est christo ministrare? Ea q̃ christi sunt querere. Equidẽ quãdo mali annũciãt euangeliũ: alij saluant: illi puniunt. Dictus est enĩ: Que dicũt facite: que autẽ faciũt: facere nolite. Nõ timeas ergo quãdo a malis audis euangeliũ. Ve illi qui sibi ministrat: id ẽ qui sua sibi querit: Tu christi accipe. Ambulans in via immaculata: hic mihi ministrabat. Nõ habitauit in medio domus mee faciens superbiã. Reuertere ad domũ illã: id ẽ ad cor. Nõ habitabit in corde meo faciẽs sup̃biã. Nullus talis habitabat ĩ corde meo: resiliebat enĩ inde. Nemo habitabit in corde meo: nisi mitis et quiet⁹: sup̃bus non illic habitabit. Non enĩ habitat in corde iusti iniustus. Sit a te iustus remotus: nescio q̃t milibus et mansionibus: simul habitatis: si vnũ cor habetis. Nõ habitauit in medio dom⁹ mee faciens superbiã. Loquens iniqua nõ direxit in cõspectu oculorũ meorũ. Hec est via immaculata: vbi intelligim⁹ quãdo ad nos veniat dñs. In matutinis interficiebã omes peccatores terre. Hoc obscurũ est: dignamini aduertere. Iam finis psalmi est. In matutinis interficiebã omes peccatores terre. Quare? Ut disperdã de ciuitate dñi oẽs operantes iniquitatẽ. Sũt enĩ in ciuitate dñi operantes iniquitatem: et q̃si parcit eis mõ. Quare? Q͛ misericordie dñi tp̃s ẽ. sed veniet et iudiciũ: q͛ sic cepit psalmus: Misericordiã et iudiciũ cãtabo tibi dñe. Iam enũerauit sup̃ius: q͛ illi nõ adheserũt nisi boni. Malis nõ adhesit: nec delectabatur epulis iniquitatis eorũ q̃ sibi ministrabãt nõ dño: id est sua querebãt. Et q̃si diceret illi: et vt quid tales ĩ ciuitate tua tãto tp̃e tolerasti? Tẽpus misericordie est ait. Quid ẽ tp̃s misericordie? Adhuc nõdũ reuelatũ ẽ iudiciũ. Nox ẽ: Apparebit dies: apparebit iudiciũ. Audi Ap̃lm. Itaq͛ nolite ante tp̃s q̃cq̃ iudicare. Quid est ante tp̃s? Ante diem. Audi q͛ añ diẽ dixerit: Donec veniat dñs: q̃ et illuminet abscõdita tenebrarũ: et mãifestet cogitatiões cordis: et tũc laus erit vnicuiq͛ a deo. Nã mõ q̃diu nõ vides cor meũ: et nõ video cor tuũ: nox est. Nescio quid ab homine petisti: nõ accepisti: cõtẽni te putas: et forte nõ cõtẽneris. Cor enĩ non vides: et cito blasphemas: in nocte: danda est tibi venia erranti. Diligit te hõ nescio q̃s: et putas q͛ odit te. aut odit te: et putas q͛ diligit te. Sz q̃dlibet sit: nox ẽ: Noli timere: Presume in christo in illo habeto diẽ. Nõ est q̃d mali de illo sentias: q͛ securi sum⁹: et certi sumus: q͛ falli non põt: amat nos: de nob aũt inuicẽ nondũ tã certi sum⁹. De⁹ enĩ nouit dilectionẽ nostrã inuicẽ. Nos aũt et si diligim⁹ nos inuicẽ: q̃s videt q̃ dispẽsatiõe a nobis fiãt ista? Quare nemo videt cor? Quia nox est. In ista nocte tẽptatiões abũdãt: Quasi ð ipa nocte dixit psam⁹: Posuisti tenebras et facta est nox: in ea ptransibunt omes bestie sylue. Catuli leonũ rugiẽtes vt rapiãt: et querãt a deo escã sibi. In nocte querũt escã catuli leonũ. Qui sũt catuli leonũ? Principũ et potestatũ aeris huius demones et angeli diaboli. Quõ sibi querũt escã? Qñ tẽptãt. Sz q͛ nõ accedunt: nisi eis detur dederit ptãtẽ: ideo dictũ ẽ Querẽtes a deo escã sibi. Petijt iob tẽptandũ. Qualẽ escã? Opulentam: pinguẽ: iustũ dei: cui ipse de⁹ testimoniũ phibuit: et ait: Hõ sine q̃rela: ver⁹ dei cultor fuit. Petiuit illũ tẽptandũ: querẽs a deo escã sibi: et accepit tẽptãdũ: sed nõ opprimendũ: purgandũ vo nõ euertendũ: aut forte nec purgandũ: sed p̃bandũ. Tamẽ et q̃ temptant aliq̃ñ traduntur occulto merito suo in man⁹ tẽptatoris: q͛ traditi sũt forte in concupiscẽtias suas. Nã diabolus nulli nocet: nisi acceperit potestatẽ a deo. Sz quãdo? In nocte. Quid ẽ in nocte? In isto tp̃e. Cũ aũt transierit nox: et venerit dies: mittẽtur mali cũ illo in ignẽ eternũ: iusti vero in vitã eternã. Null⁹ illic erit tẽptator: q͛ nõ sũt illic catuli leonũ: q͛ trãsacta ẽ nox. Ideo dñs discipulis suis ait: Hac nocte postulauit sathanas vexare vos sicut triticũ: et ego rogaui p̃ te petre ne deficiat fides tua. Quid est: vexare sicut triticũ? Quõ ab hoĩe triticũ nõ mãducatur: nisi p̃mo attritũ vt panez faciat. sic neminem manducat diabol⁹: nisi p̃mo p tribulationẽ euerterit: cõterit vt mãducet. Tu aũt qñ tribularis: si maneas granũ: nõ cõturberis: nihil tibi cõtingit. Quõ qñ boues triturant: nuunq̃d in soluz triticũ intrãt? Simul mittuntur cũ tribula in area. Sed nũq̃d timendũ est tritico? Absit: Nõ cõcidit: nisi palea a tritico spoliat: sup̃fluit: et veniet vẽtilatio: et inueniet purã massaz. Quã inuenit granũ: mittit in horreũ suũ: et acerũ palee cõburet igni inextinguibili. Unde dixit hic: Quia diem in spe habemus: Dies nobis in christo debet esse: Nã q̃diu inter tẽptatiões sumus: nox ẽ. In ista nocte parcit deus peccatoribus: vt nõ illos tollat. Flagellat illos tẽptatiõibus vt corrigantur: tolerat illos in ciuitate sua. Putam⁹ semp tolerabit? Si semp misericors est: et nõ ẽ iudiciũ? Si aũt misericordiaz et iudiciũ cãtabo tibi dñe: mõ parcit: tunc iudicabit. Sz quando iudicabit? Cũ transierit nox. Ideo dixit: In matutinis interficiebã omes peccatores terre. Quid est: in matutinis? Cũ iã dies venerit: nocte transacta. In matutinis interficiebã omes pctõres terre. Quare eis parcit vsq͛ ad matutinuz? Quia nox erat. Quid est: nox erat? Quia tp̃us erat pcendi. Parcebat cũ corda hoim eẽnt occulta. Uides aliquẽ male viuere: toleras illũ: Nesc enĩ q̃lis erit: q͛ nox est. Utrũ q̃ hodie male viuit: cras bñ viuat: et vtrũ q̃ hodie bene viuit: cras mal⁹ sit? Nox ẽ enĩ: et oẽs tolerat de⁹: q͛ longanimis est. Tolerat vt cõuertantur ad illũ pctõres. Sz q̃ non se correxerint in isto tp̃e misericordie: interficientur. Et quare interficientur? Ut disp̃gantur de ciuitate dñi: de societate hierusalẽ: de societate sanctorũ: de societate ecclesie. Quãdo aũt interficientur? In matutinis. Quid ẽ in matutinis? Cũ nox transacta fuerit. Quare mõ pcit? Q͛ tp̃s misericordie ẽ. Quare nõ sp̃ parcit? Quia misericordiã et iudiciũ cantabo tibi dñe. Fratres: nemo sibi blandiatur: Interficientur oẽs operantes iniq̃tatem. Interficiet eos christ⁹ in matutinis: et disp̃det eos ð ciuitate sua. Sz mõ cũ tp̃us misericordie ẽ: audiant eũ. Ubiq͛ clamat p legẽ p p̃phetas: p psalmos: per ep̃las: p euãgelia. Uidete q͛ nũc tacet: q͛ pcit: q͛ erogat misericordiã: sed cauete: q͛ venturũ est iudicium.

Diui Aurelii Augustini Hipponensis episcopi: de centesimo et vicesimo secunde Quinquagene psalmo Tractatus feliciter explicit.

Aurelij Augustini Ter/
tia Quinquagena

Diui Aurelij Augustini hipponensis episcopi: de psalmo. CI. Tractat' incipit.

Sermo primus: de prima parte psalmi.

A Ecce vnus pauper orat: et nō orat
in silentio. Licet ergo audire eū:
et videre quis nam sit. Ne forte
ille sit: de quo dicit apostol': Qui
2. Cor. 8. propter vos pauper factus est cum
diues esset: vt illius paupertate
vos ditaremini. Si ergo ipse est: quomō paup'? Nā
quomō diues: quis nō videt? Unde enim homines
sunt diuites? Puto auro: argento: familia: terra: sed
omnia per ipsum facta sunt. Quid ergo illo ditius: p
quē facte sunt diuitie: ille etiā q̄ nō sunt vere diuitie?
Per illū eni et ille diuitie: ingeniū: memoria: mores:
vita: ipsi' corporis sanitas: sensus: cōfirmatioq̄ mem-
brorū. Etenim cum hec salua sunt: et pauperes diui-
tes sunt? Per illum et ille maiores diuitie: fides: pie-
tas: iusticia: charitas: castitas: mores boni. Nemo
Roma. 4. eni et has habet: nisi p eum qui iustificat impiū. Ecce
q̄ diues. Quis eni magis diues: qui habet qd vult
alio faciēte: an qui facit qd vult et alio habēte? Puto
quia ditior ille: qui fecit qd habes. Quia qd ille ha-
bet: tu non habes. Ecce q̄ diues. In hoc tam diuite
Ps. 101. vnde agnituri sum' hec verba: Cinerē sicut panem
mādaucaui: et potum meū cum fletu miscebā? Unde
ille: Huccine ille tante diuitie puenerunt? Multum
illud excelsum: multū hoc abiectū? Quid faciemus?
Queādmodum ista ima illis summis cōtemperabi-
mus? Nimis abinuicem longe sunt. Nondū agno-
B sco istū pauperē. Alius est fortasse? Sed adhuc que-
ramus. Unde eni nobis non videt ipse? Mirū si in-
terrogas: et nō expauescis diuitias. In pricipio erat
verbū: et verbū erat apud deum: et deus erat verbū:
Hoc erat in pricipio apud deum: Omnia per ipsum
facta sunt: et sine ipso factum est nihil. Qui ista dixit:
cū diceret: diues erat: quāto magis ille de quo dice-
Joh. 1. bat: In pricipio erat vbū. Et nō qualecūq̄ verbū:
sed verbū deus: Et nō vbicūq̄: sed apud deū: Et nō
vacans: sed omnia p ipsum facta sunt. Cinerem sicut
panem mādaucauit: et potū suū cum fletu cōmiscuit.
Metuendū est ne tantis diuitijs nostra paupertas
faciat iniuriā: Quere adhuc tamē ne ipse sit pauper
Ibidem. iste: quoniā verbū caro factum est. et habitauit in no-
Ps. 115. bis. Respice et illam vocē Ego seruus tuus: et filius
ancille tue. Attende ancillā istam castā: et virginem:
et matrem. Ibi enim accepit paupertatē nostrā: vbi
Phil. 2. serui formā indutus est: semetipsum exinaniens: ne
diuitias eius expauesceres: et ad eū accedere cū tua
mēdicitate non auderes. Ibi accepit inq̄ formā ser-
ui. Ibi nostra indutus est paupertate. Ibi se paupera-
uit. Ibi nos ditauit. Iam ergo appinquamus de illo
C hec intelligere. Uerūtamē adhuc temere nō est pro-
Daniel. 2. nūciandū. Partus virginis est lapis sine manib' de
monte precisus: vbi nullus hominū opatus est: nulla
transfusa cōcupiscentia: sed sola fides accensa: et ver-
Luce. 2. bi caro accepta. Deinde processit ex vtero. Locuti sūt
Matth. 2. celi. Angeli pastoribus nunciauerūt. Stella ad ado-
Luce. 2. randū regē magos traxit. Symeon implet' spiritu
sancto infantē deū in matris manibus agnouit. Ac-
Ibidem. cessit etas: nō diuinitati sed carni. Hoc et miratur q̄
sapientiā dei pueri duodēnis: impleti senes. Sut etiā
si periti senes: quid illoz peritia ad verbū dei? Quid
illorum peritia ad sapientiā dei? Nōne et periti: nisi
illo subueniente: vtiq̄ perituri? Crescit adhuc etate
corporis: venit ad fluuiū baptizandus. Baptizatur: Matth. 3.
deum agnoscit: indignū se soluende calciamēti corri-
gie confitet. Iā inde: Ceci illuminant. Surdi ape- Matth.
riunt audit': Loquunt muti: Mūdant leprosi: Strin-
gunt paralytici: Cōualescunt languidi: Resurgunt
mortui. Iam quidē in verbi illius p quod facta sunt Joh. 1.
omnia cōparatione: diuitiarū agnosco paupertatē:
sed q̄ longe adhuc a cinere et fletu cum potu. Adhuc
timeo dicere ipse est: et tamē volo. Sūt enim hic que
me cogāt velle: et rursus quedā q̄ me cogant timere.
Ipse est: et nō est. Ipse iam in forma serui est: iā mor-
talem fragilēq̄ carnem portat: iam moriturus adue-
nit: et tamē nōdum intelligit in hac egestate. Cinerē
sicut panē manducaui: et potū meū cum fletu misce-
bam. Addat ergo paupertatē pauptati: et transfigu- Phil. 2.
ret in se corp' humilitatis nostre. Sit caput nostrū:
simus membra eius: sint duo in carne vna. Iam eni
vt primitus pauper esset: formā serui accipiens: dimi- Phil. 2.
sit patrē. Quia autē de virgine natus est: dimittat et Luce. 2.
matrē: et adhereat vxori sue: et sint duo in carne vna. Eph. 5.
Ita enim erunt duo et in voce vna: et in illa vna voce
iam nō mirabimur nostrā vocē. Cinerem sicut panē
māducaui: et potum meū cum fletu miscebā. Digna-
tus est eni habere nos membra. Sunt et penitentes
in membris eius. Nō enim exclusi et separati sunt ab
ecclesia eius. Nec oino sibi adiungeret cōiugem: ni-
si illa voce: Agite penitentiā: appropinquabit enim Matth.
regnū celorū. Iam ergo audiamus quid oret caput D
et corpus: sponsus et sponsa: christ' et ecclesia vtrūq̄
vnus. Sed verbū et caro non vtrūq̄ vnum. Pater et Joh. 1.
verbū vtrūq̄ vnum: christus et ecclesia vtrūq̄ vn'.
Unus quidē vir pfectus in forma plenitudinis sue:
donec occurramus omnes in vnitatem fidei: in agni- Eph. 4.
tionem filij dei in virum perfectū: in mensuram eta-
tis plenitudinis christi. Sed donec occurram': agit
hic paupertas nostra: agitur hic adhuc labor et gemi-
tus. Gratias misericordie ipsius. Unde illi labor: vn-
de illi gemitus verbo: p quod facta sunt omnia? Si di- Joh. 1.
gnatus est habere mortē nostrā: nō nobis dabit vitā
suam? In magnā spem erexit: cum magna spe gemi-
mus. Gemitus habet tristiciam. Sed est gemit' qui
habet et gaudiū. Ego puto saram sterilem letam ge-
muisse: cum pareret. Et nos dicamus: A timore tuo Esa. 26.
cōcepimus et parturiuimus spiritū salutis. Audia-
mus ergo christū pauperē in nobis: et nobiscū: et pro
pter nos. Titulus eni ipse iudicat pauperē. Postre-
mo putate me suspicatum: quis nam sit iste pauper.
Orationē audiamus: et psonam agnoscam': nec vbi
erres: quādo audieris aliquid qd coaptari capiti il-
lius non possit. Ideo plocutus sum: vt si quid tale
audieris: ex infirmitate corporis aduertas sonare: et
vocem membroz agnoscas in capite. Oratio in-
opis: hoc habet titulus: cum angeret: et in cō-
spectu domini effudit precem suā. Ipse ille
paup est qui alibi dicit: A finibus terre ad te clama- Ps. 60.
ui: cum angeret cor meū. Iste ipse pauper est: quia
idem ipse christus est: qui se apud prophetam: et spon-
sum dixit: et sponsam. Sicut sponso alligauit mihi mi- Esa. 61.
trā: et sicut sponsam induit me ornamento. Se dixit

sponsum se dixit sponsam. Unde hoc: nisi quia sponsum propter caput: sponsam propter corpus? Vox ergo una: quia caro una. (Ephe.5.) Audiamus et potius in his vocibus nos quoque agnoscamus: Et si nos extra esse viderimus: ibi esse laboremus.

Expositio psalmi.

Exaudi domine orationem meam: et clamor meus ad te perveniat. Hoc est: exaudi domine orationem meam: quod est: clamor meus ad te perveniat. In geminatione: affectus petentis est. Ne avertas faciem tuam a me. Quando deus a filio faciem avertit? Quando pater a christo? Sed propter membrorum paupertatem: ne avertas faciem tuam a me. In quacunque die tribulor inclina aurem tuam ad me. Tribulor enim deorsum: tu autem es sursum. Si enim me extollo: longe fio: si me humilio: inclinas aurem tuam ad me. Sed quid est: in quacunque die tribulor? Nunc enim non tribulatur? Aut ista diceret: nisi tribularetur? Sufficeret ergo: Inclina aurem tuam ad me quoniam tribulor. In quacunque die tribulor inclina aurem tuam ad me. Tanquam unitas corporis: si patitur unum membrum: compatiuntur omnia membra. (1.Cor.12.) Tribularis tu hodie: ego tribulor. Tribulatur alius crastino: ego tribulor. Post istam generationem alii posteri: qui succedunt posteris tribulantur: ego tribulor usque in finem seculi. Quicunque in meo corpore tribulantur: ego tribulor. In quacunque ergo die tribulor inclina aurem tuam ad me. (Ps.33.) In quacunque die invocavero te: cito exaudi me. (Al. velociter.) Hoc idem est. Iam nunc invoco: Sed in quacunque die invocavero te: cito exaudi me. Oravit petrus: oravit paulus: oraverunt et ceteri apostoli: oraverunt fideles temporibus illis: oraverunt fideles consequentibus temporibus: oraverunt fideles martyrum temporibus: orant fideles nostris temporibus: orabunt fideles posterorum temporibus. In quacunque die invocavero te cito exaudi me. Cito exaudi: Iam enim hoc rogo quod dare vis. Non terrena quasi terrenus: sed ex prima captivitate iam redemptus regnum celorum desidero. Cito exaudi me: Non enim nisi tali desiderio dixisti: (Esa.58.) Adhuc te loquente dicam: ecce assum. In quacunque die invocavero te: cito exaudi me. Unde invocas? De qua tribulatione? De qua egestate? O pauper ante ianuam divitis dei: quo desiderio mendicas? Qua inopia requiris? Qua egestate pulsas ut aperiatur tibi? Dic: Audiamus istam ipsam egestatem: in illa: et nos ipsos inveniamus: et tecum rogemus. Audi et agnosce si potes: Quia defecerunt sicut fumus dies mei. O dies: si dies. Ubi enim dies auditur: lux intelligitur. Sed defecerunt sicut fumus dies mei. Dies mei: tempora mea. Unde sicut fumus: nisi propter elationem superbie? Tales dies dignus fuit accipere superbus adam: unde carnem christus accepit. Ergo in adam christus: et adam in christo. Liberavit profecto et a diebus fumi: qui dignatus est habere vocem dierum fumi. Quia defecerunt sicut fumus dies mei. Videte fumum superbie similem: ascendentem: tumescentem: vanescentem. Merito ergo deficientem: non

utique permanentem. Quia defecerunt sicut fumus dies mei. Et ossa mea sicut in frixorio confrixa sunt. (Al. cremium aruerunt.) Et ipsa ossa mea: et ipsa fortitudo mea non sine tribulatione: non sine ustione. (7.q.1. Adversitas.§. Hinc augustinus.) Ossa corporis christi: fortitudo corporis christi: ubi maior quam in sanctis apostolis? Et tamen vide ossa frigi. Quis scandalizatur et ego non uror? (2.Cor.11.) Fortes sunt fideles boni: intellectores et predicatores verbi: viventes ut loquuntur: loquentes ut audiunt. Fortes plane sunt: sed omnes qui scandala patiuntur: frixorium ipsorum sunt. Est enim ibi charitas et magis in ossibus. Interiora sunt ossa omnibus carnibus et portant omnes carnes. Verum si quisquam patiatur aliquod scandalum et in anima periclitetur: tantum os frigitur: quantum amat. Desit amor: nemo frigitur: assit charitas et si membrum compatitur: compatiente uno membro: quomodo frigunt qui portant universa membra? (1.Cor.12.) Ossa mea sicut in frixorio confrixa sunt.

B

Percussum est sicut fenum et aruit cor meum. (Al. Percussus sum ut.) Respice ad adam: unde genus humanum. Unde enim nisi ab illo propagata miseria est? Unde enim nisi ab illo hereditaria ista paupertas? Dicat ergo cum spe iam in corpore christi positus: ille aliquando in suo corpore desperatus: Percussum est sicut fenum et aruit cor meum. Merito quia omnis caro fenum. (Esa.40.) Sed tamen unde tibi hoc contigit? Quoniam oblitus sum manducare panem meum. (Al. Quia. comedere.) Dederat enim deus panem precepti. Nam panis anime quid nisi verbum dei? Suggerente serpente: prevaricante muliere: tetigit vetitum: (Gen.3.) oblitus est preceptum. Merito percussum est sicut fenum et aruit cor eius: quoniam oblitus est manducare panem suum. Oblitus manducare panem: bibit venenum: Percussum est cor eius: et aruit sicut fenum. Ipse est ille percussus in Esaia: de quo dicitur: et cui dicitur: Non in eternum (Esa.57.) tempus irascar vobis: Spiritus enim a me procedit: et omnem flatum ego feci: Propter peccatum modicum quid contristavi illum: et percussi illum: et averti faciem meam ab illo. Merito hic: Ne avertas faciem tuam a me: hoc est a percusso: de quo dixisti: Percussi illum: de quo dixisti: Vias eius vidi: et sanavi eum. Percussum est sicut fenum: et aruit cor meum: quia oblitus sum manducare panem meum. Modo manduca. Oblitus erat: sed venit et ipse panis: in cuius corpore tibi licet recordari vocem oblivionis tue: et clamare ex paupertate ut sumas divitias. Modo manduca: In eius enim corpore es: qui ait: Ego sum panis vivus qui de celo descendi. (Ioh.6.) Oblitus eras manducare panem tuum: sed iam illo cruciato commemorabuntur et convertentur ad dominum universi fines terre. (Ps.21.) Post oblivionem veniat commemoratio: manducetur panis de celo ut vivatur: non manna sed illi manducaverunt et mortui sunt (Ioh.6.) panis de quo dicitur: Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam. (Matth.5.) A voce gemitus mei adheserunt ossa mea carni mee. (Al. adhesit os meum.) A voce quam intelligo: a voce quam novi probabiliter: a voce gemitus mei: non a voce gemitus illorum quibus compatior. Multi enim gemunt: gemo et ego: et hoc gemo: quia male gemunt. Amisit nummum: gemit: amisit fidem non gemit. Ego appendo nummum et fidem: et invenio maiorem gemitum de male gemente: aut non gemente. Facit fraudem et gaudet. Quo lucro? Quo damno? Acquisivit pecuniam: perdidit iustitiam. Nemo hinc qui gemere novit. Qui capiti propinquat: qui recte heret corpori christi: gemit inde. Carnales autem non inde gemunt: et gemendos se faciunt: quia non

inde gemũt? Nec eos possumus: vel non gementes:
vel male gementes cõtemnere. Volumus enim eos
corrigere: volumus emendare: volumus reparare:
et quãdo non possumus gemimus: et cum gemimus
nõ ab ipsis separamur. A voce eñ gemitus mei ad-
heserunt ossa mea carni mee. Adhheserunt fortes in-
ualidis: adheserũt firmi infirmis. Unde adheserũt?
A voce gemit⁹ mei: nõ a voce gemitus illorũ. Qua
Roma.15. lege adheserunt: nisi qua dictũ est: Debemus enim
nos firmi infirmitatẽ infirmorũ portare? Adheserũt
I ossa mea carni mee. Similis factus sum pel-
Al. *solitudi-nis. licano *qui habitat in solitudine: factus sũ
Al. *in domicilio. sicut nycticorax *qui habitat in parietinis.
Vigilaui: et factus sum sicut passer †sin-
Al. solitarius. gularis in tecto. Ecce tres aues: et tria loca: quid
sibi velint: donet dñs vt dicamus: et vt audiatis vti-
liter qđ dicit salubriter. Quid sibi volũt tres aues: et
tria loca? Que tres aues? Pellicanus: nycticorax: et
passer: Et tria loca: Solitudo: parietina: et tectum.
Pellicanus in solitudine: nycticorax in parietinis:
passer in tecto. Primo quid sit pellicanus dicendũ
est. In ea quippe regione nascit: vt nobis ignota hec
auis sit. Nascit in solitudinib⁹: maxime nili fluminis
in egypto. Quelibet hec auis sit qđ de illa psalmus
dicere voluit hoc intueamur. Habitat inquit in soli-
tudine. Quid queris formã eius: membra eius: mo-
res eius: vocem eius? Quãtum tibi psalmus dicit:
auis est in solitudine habitans. Nycticorax: auis est
amans noctẽ. Parietine dicunt quas vulgo dicim⁹
ruinas: vbi parietes stant sine tecto: sine habitãtib⁹:
ibi habitat nycticorax. Iam vero passer et tectũ quid
sit: nostis. Inuenio ergo aliquẽ de corpore christi p-
dicatorẽ verbi: cõpatientẽ infirmis: querentẽ lucra
Math.25. christi: remunerantẽ dñi sui venturi: ne dicat: Serue
nequã et piger: dare debueras pecuniã meã nũmula-
rijs. Ex huius dispẽsatoris officio videam⁹ hec tria.
Venerit inter aliquos vbi christiani nõ sunt: pellica-
nus est in solitudine. Venerit ad eos qui fuerũt et ce-
ciderunt: nycticorax est in parietinis. Nõ enim dese-
rit et in tenebras eorũ qui habitãt in nocte: et ipsos lu-
crari vult. Venerit ad eos qui christiani sunt quidẽ
habitantes in domo: non quasi qui nõ crediderint:
aut quod crediderint dimiserunt: sed in eo qđ cre-
dunt tepide ambulantes: clamat ad eos passer. Nõ
in solitudine: quia christiani sunt: nec in parietinis:
quia non ceciderunt: sed tamẽ in tecto sunt: Sub te-
cto potius: quia sub carne sunt. Ille super carnem
clamat passer qui precepta dei nõ tacet: nec fit carna-
Math.24. lis vt subiaceat tecto. Qui eñ in tecto est: nõ descen-
dat tollere aliqđ de domo: Et qđ in aure auditis: p-
dicate sup tecta. Iste tres aues et tria loca: et vnus hõ
potest habere psonam triũ auiũ: et tres homies pos-
sunt habere psonam triũ auiũ: Et tria genera locorũ:
tria genera sunt hominũ: Tamẽ solitudo: parietine:
K et tectũ: non nisi tria genera sunt hominũ. Sed quid
his plurimũ? Ipsum dominũ videam⁹: ne forte ipse
sit: Et meli⁹ ipse agnoscat: et pelicanus i solitudine:
et nycticorax in parietinis: et passer singularis i tecto.
Dicat nobis paup iste caput nostrũ: Pauper volũ-
tate: loquat pauperibus in necessitate. Quod eñ di-
cit: vel etiã legit de hac aui: id est pellicano: nõ tacea-
mus: Nõ aliquid affirmãtes temere: sed tamẽ nõ ta-
centes: qđ qui scripserũt et legi et dici voluerũt. Vos

sic audite: vt si verũ est cõgruat: si falsum est non te-
neat. Dicunt he aues tanq colaphis rostrorũ occi-
dere paruulos filios suos: eosdẽq i nido occisos a se
lugere p triduũ. Postremo dicunt matrẽ seipsã gra-
uiter vulnerare: et sanguinẽ suũ super filios fundere:
quo illi superfusi reuiuiscũt. Fortasse hoc verũ: for-
tasse falsum sit: tamẽ si verũ est queadmodũ illi con-
gruat qui nos viuificauit sanguine suo: videte. Con-
gruit illi qđ matris caro viuificat sanguine suo filios
suos: satis cõgruit. Nam et ipse gallinã se dicit super
pullos suos. Hierusalẽ hierusalẽ quotiens volui cõ- Math.23.
gregare filios tuos: tanq gallina pullos suos sb alas
suas: et noluisti. Habet eñ paternã auctoritatẽ: ma-
ternũ affectũ: sicut et paulus et pater est et mater est:
nõ p seipsum: sed p euangeliũ. Pater vbi dicit: Etsi 1.Cor.4.
habeatis multos pedagogos in christo: sed nõ mul-
tos patres: In christo eñ iesu per euãgeliũ ego vos
genui. Mater ergo vbi ait: Filioli mei quos iterum Gal.4.
parturio: donec christus formet in vobis. Habet q̃
hec auis (si vere ita est) magnã similitudinẽ carnis
christi: cui⁹ sanguine viuificati sumus. Sed quomõ
cõgruat christo: qđ ipsa occidit filios suos? An et illi
non cõgruit: Ego occidã: et ego viuificabo: ego per- Deut.32.
cutiam: et ego sanabo? An vero saulus psecutor more- Act.9.
ret: nisi de celo pcuteret? Aut p̃dicator excitaret: ni-
si illi⁹ sanguine viuificaret? Sed hoc viderit qui scri-
pserunt: Non in incerto intellectũ nostrũ cõstituere
nos debemus: Hãc aũt potius in solitudine cogno-
scamus. Hoc eñ inde psalmus voluit ponere: pelli-
can⁹ in solitudine. Puto eñ ego hic intelligi christũ Luce.2.
natũ de virgine. Solus eñ sic: ideo solitudo. In so-
litudine natus est: quia solus ita natus. Post natiui-
tatẽ ventũ est ad passionẽ. A quibus crucifigebat?
Nũquid a stantibus? Nũquid a lugentibus? Ergo
tanq in nocte ignorãtie ipsorũ: et tanq in parietinis
ruinis ipsorũ. Ecce nycticorax et in parietinis amat et
noctẽ. Nam nisi amaret: vnde diceret: Pater igno- Luce.23.
sce illis: quia nesciũt quid faciũt? Deinde natus in so
litudine: qr solus ita nat⁹: Passus in tenebris iude-
orũ tanq in nocte: In puaricatione tanq in ruinis.
Quid postea? Vigilaui. Ergo dormieras in parieti-
nis et dixeras: Ego dormiui. Quid est: ego dormiui?
Quia volui dormiui: noctẽ amando dormiui. Sed
ibi sequit: Exurrexi: quia hic vigilaui. Sed postea Ps.3.
q̃ vigilauit quid egit? Ascendit in celum: Fact⁹ est Marc.16.
sicut passer volando: id est ascẽdendo: singularis in
tecto: id est in celo. Ergo pellicanus nascendo: nycti-
corax moriẽdo: passer resurgendo. Ibi in solitudine
velut solus: hic in parietinis velut ab eis occisus qui
stare non potuerũt in edificio: Hic vero iam vigilans
et volans singularis in tecto: ibi interpellat p nobis. Roma.8.
Caput enim nostrũ passer est: corpus illius turtur.
Etenim passer inuenit sibi domũ. Quã domũ? In Ps.83.
celo est. interpellat pro nobis. Et turtur nidum sibi.
Ecce ecclesia dei nidũ de ligno crucis ipsius vbi po-
nat pullos suos: pullos suos. Vigilaui et factus sum
sicut passer singularis in tecto. Tota die expro- L
brabant mihi inimici mei: et qui laudabãt
me: aduersum me iurabant. Ore laudabant:
corde insidias p̃parabant. Audi laudẽ ipsorũ. Ma- Math.22.
gister scimus quia viam dei doces: et psonã non acci-
pis: Licet tributũ dari cesari? Quẽ laudas supplan-
tas. Quare nisi qr qui laudabant me aduersum me

iurabant: Unde autē hoc opprobriū: nisi qz veni fa/
cere membra mea peccatores: vt agendo penitentiā
sint in corpe meo: Inde totū opprobriū: inde psecu/
Luc. 5. tio. Quare magister vester cū peccatorib⁹ et publicanis
manducat: Nō est opus sanis medicus sed egrotā/
tibus. Utinā vos egrotare nossetis vt medicū que/
reretis: non occideretis: et p superbā dementiā falsa
sanitate periretis. Mihi autez vnde tota die expro/
brabant inimici mei: Unde qui laudabāt me: aduer/
sum me iurabant: * Quoniā cinerē * sicut pa/
nem * manducaui: et * potum meū cum fle/
tu miscebam. Quia hec genera hominū habere i
sua membra sananda voluit et liberāda: inde oppro/
brium: Hodieqz paganorū opprobriū: quale in nos
est: Quid putatis fratres: quid eos putatis dicere
nobis: Uos corrūpitis disciplinā: moresqz generis
hūani peruertitis. Quid inueheris: Dic quobrem:
Quid fecimus: Dando inquit hominib⁹ penitentie
locū: pmittēdo impunitatē omniū delictorū: Ideo
homines mala faciunt securi: qz eis cum cōuersi fue/
rint omnia dimittunt. Hinc ergo opprobrium: quo/
niā cinerem sicut panem māducaui: et potū meū cū
fletu miscebā. O qui insultas: inuito te ad istum pa/
nem. Non em̄ audes te dicere non esse peccatorem.
Discute cōscientiam tuam: ascende tribunal mentis
tue: noli tibi parcere: examia te: Loquat tibi medul/
la cordis: vide vtrū audeas innocentiā pfiteri. Hic
plane si se respexerit cōturbabit: si se non palpauerit
confitebit. Et quid agis miser: si non erit portus im/
punitatis: Si sola fuit peccandi licentia: et nulla pec/
catorū est indulgentia: vbi eris: Quo ibis: Certe et
O pro te factum est vt pauper iste cinerem sicut panem
mānducaret: et potum suū cum fletu misceret. Non te
iam delectat tale cōuiuium: Sed tamē inquit augēt
homies peccata spe venie: Imo augerent peccata de/
speratiōe venie. Nōne attendis qz licentiosa crude/
litate viuant gladiatores: Unde hoc: nisi iam tanqz
ad ferrum et victimā destinati: explere volūt libidinē
anteqz fundant sanguinē: Nonne hoc et tu tibi dice/
res: Iam peccator sum: iam iniquus: iam damnan/
dus: nulla venie spes est. Cur iam nō faciam quicqd
libet: etsi non licet: Cur non impleam quātū possum
quecūqz desidero: si post hec nō restant nisi sola tor/
menta: Nōne hoc tibi diceres: et desperatiōe ipsa pe/
ior fieres: Potius ergo te corrigit: qui indulgentiā
Eze. 18. pmittit: et dicit: Redite preuaricatores ad cor. Nolo
Eze. 33. mortē impii: tantū vt reuertat et viuat. Hoc pcul/
dubio portu pposito: deponis vela iniqtatis: cōuer/
tis proram: velificas ad iusticiam: et speras vitam:
P non negligas meditari. Nec in hoc tibi displiceat de⁹:
tanqz p istam indulgentie pmissionem securos fece/
rit peccatores. Eteni ne desperatione homies peius
viuerēt: pmisit indulgentie portū. Rursus ne de spe
venie peius viuerent: fecit diem mortis incertū: p/
uidentissime vtrumqz cōstituens: et reuertentes quo
recipiant: et differentes vnde terreant. Manduca ci/
nerē velut panē: fletū tuū cum potu misce: Per hoc
conuiuiū venies ad mensam dei. Noli desperare: p/
missa est indulgētia tibi. Deo grās inqt qz pmissa ē:
teneo pmissū dei. Ergo iā bn̄ viue. Cras inqs bn̄ vi/
uā. Indulgentiā tibi de⁹ pmisit: crastinū diē tibi ne/
Luc. 12. mo pmisit. Si male viuis: bn̄ viue iā hodie. Stulte
hac nocte auferet a te anima tua. Non dico que pre/
parasti cui⁹ erunt: sed sm qd̄ vixisti: vbi eris: Corri/
ge ergo te vt possis in corpore christi habere vocem
istā: quā (nisi fallor) libēter agnoscis: Quoniā cine/
rem sicut panem māducaui: et potum meū cum fletu
Q miscebam. A facie ire et indignationis tue:
quoniā leuasti: elisisti me. Ipsa est ira tua Al. * qz eleuās allisisti.
de nive in adam: ira cū qua omnes nati sumus. cui
nascēdo cohesimus: ira de ppagine iniqtatis: ira de
massa peccati: sm quā dicit apostolus: Fuimus et Eph. 2.
nos aliquādo natura filij ire: sicut et ceteri. Et vnde
dicit domin⁹: Ira dei manet sup eū: quia non credi/ Joh. 3.
dit in vnigenitū filiū dei. Non em̄ ait: Ira dei veniet
sup eum: sed manet sup eum: quia nō tollit in qua na
tus est. Quare ergo: Et quid sibi vult vox ista: qm̄
leuasti: elisisti me: Non em̄ ait: Qm̄ leuasti et elisisti
me: sed quoniā leuasti: elisisti me. Ideo elisisti: quia
leuasti. Unde hoc: Homo i honore positus: factus Gen. 1.
est ad imaginē dei. Leuatus in hūc honorē: erectus
a puluere: erectus a terra: accepit animā rationalē:
ppositus est ratiōis ipsi⁹ viuacitate omnib⁹ bestijs:
pecoribus: volatilibus: piscibus. Quid em̄ horū ha
bet intelligentie rationē: Quia nullū horū factū est
ad imaginē dei. Quomō nullū horum habet hūc ho
norē: sic nullū horum habet hanc miseriā. Quid em̄
pecus plangit de peccato: Que auis timet gehennā
ignis eterni: Quia nulla ei participatio beate vite:
nulli stimuli miseriarū. Homo autē quia factus est q
sit in beata vita si bene vixerit: ideo erit in misera vi/
ta: quia male vixit: Ergo qz leuasti: elisisti me: Ideo
sequit me pena: quia dedisti mihi liberum arbitriū.
Si em̄ mihi nō dedisses liberum arbitriū: et p hanc
rationem pecoribus me nō faceres meliorē: non me
sequeret damnatio iusta peccantē: Ergo p arbitriū
liberum leuasti me: et per iusticie iudicium elisisti me.
Dies mei sicut vmbra declinauerūt. Po/ R
tuerunt enim esse dies tui non declinantes: si tu a die
vero nō declinasses. Declinasti: et accepisti dies decli
nātes. Quid mirū si dies tui facti sūt siles tui: Ipsi
sunt em̄ dies declinantes quia declinasti: qui sunt dies
fumi: qz tumuisti. Supra em̄ dixerat: Defecerūt si/
cut fumus dies mei: et nūc dicit: Dies mei sicut vm/
bra declinauerūt. In hac vmbra agnoscend⁹ ē dies:
in hac vmbra videnda est lux: ne postea sera et infru/
ctuosa penitentia dicat: Quid nobis pfuit supbia: et Sap. 5.
diuitiarū iactantia quid cōtulit nobis: Transierūt
omnia tanqz vmbra. Modo dicit: Trāsibūt omnia
tanqz vmbra: et tu nō trāseas tanqz vmbra. Dies mei
sicut vmbra declinauerūt. Et ego * velut fenum Al. Mat.
arui. Quia et supra dixerat: Percussum est sicut fe/
nū: et aruit cor meū: sed reuirescet fenū irrigatū san/
guine saluatoris. Ergo sicut fenum arui ego homo
post illā preuaricationē: hoc ego iusto iudicio tuo. Tu S
autē quid: Tu * vero * domine in eternū per/ Al. * autem.
manes. Mei dies sicut vmbra declinauerūt: et tu Al. * non habet
in eternū pmanes. Temporalē saluet eternus. Non
em̄ quia ego cecidi: et tu senuisti viges ad me liberan/
dū: qui viguisti ad me humiliandū. Tu vero domine
in eternū pmanes: Et memoriale tuū in gene/
ratione et generationē. Memoriale tuū: qz non
obliuisceris i generationē: Nō vnā: sed generationē
et generationē. Pro ommē enim habem⁹ vite p/ i Timoth. 4.
sent⁹ et future. Tu exurgēs misereberis Sion: Al. * qz tēpus mi
* qm̄ venit temp⁹ vt misereris ei⁹. De tem/ serēdi eius quia
venit tempus.

Gal.4. pos: Cum autē venit plenitudo temporis misit de⁹
filiū suū factū ex muliere: factū sub lege. Et vbi sont?
1.Cor.15. Ut eos qui sub lege erant redimeret. Primi e⁹ enim
iudei: inde autem apostoli: inde illi plus q̄ qui genti
Act.4. fratres: inde illa deinceps multitudo: cui erat anima
vna ⁊ cor vnū in deū. Ergo tu exurgens misereberis
sion: quoniā venit tēpus vt miserearis eius: quoniā
2.Cor.6. venit tempus. Quod tempus? Ecce nūc tempus acce-
ptabile: ecce nūc dies salutis. Quis hoc dicit? Ser-
uus dei paulus: edificator qui dicebat: Dei edificiū
1.Cor.3. estis: qui dicebat: Sicut sapiens architectus funda-
mentū posui: ⁊ fundamentū aliud nemo pōt ponere:
p̄ter id quod positū est: qd̄ est christus iesus. Ergo ⁊
Al.⁹ placuerūt seruis tuis lapides. hic quid dicat: Quoniā beneplacitū habuerūt
serui tui in lapides eius. In lapides eius: In
T lapides sion. Sed sunt ibi ⁊ nō lapides: Cui⁹ nō lapi
Al. terre. des? Ergo qd̄ sequit̄? Et puluerís ei⁹ misere-
bunt̄. Agnoscam⁹ lapides in sion: agnoscam⁹ pul-
uerē in sion. Nō em̄ dicit: lapidū eius miserebunt̄.
Sed qd̄ ait? Quoniā beneplacitū habuerūt serui tui in
lapides eius: ⁊ puluerís eius miserebunt̄. Benepla-
citū habuerūt in lapides eius: puluerís autē misere-
bunt̄. Intelligo lapides sion omnes p̄phetas: ibi p̄-
missa est vox p̄dicatiōis: inde assumptū est euangeli-
cū officiū: p illud p̄conū cognitus ē christus. Ergo
serui tui beneplacitū habuerūt in lapides sion. Sed
illi p̄uaricatores recedētes a domino: malisq̄ factis
suis offendētes creatorem: in terrā vnde sumpti sunt
redierūt. Puluis facti sūt. impii facti sunt: De quib⁹
Ps.1. dicit̄: Nō sic impii nō sic sed tanq̄ puluis quē proij
cit ventus a facie terre. Sed expecta domine: sustine
dn̄e: patiens esto dn̄e: nō irruat vent⁹: ⁊ auferat hūc
puluerē a facie terre. Veniāt veniāt serui tui: agno-
scant in lapidibus eloquia tua: misereant̄ puluerís
Gen.1. sion: formet̄ hō ad imaginē tuam: dicat puluis ne pe
reat: memēto q2 puluis sumus. Et puluerís eius mi-
serebunt̄. Hoc de sion. Nūquid non erat puluis qui
dominū crucifixit? Quo peius est: puluis de pariet-
nis ruinarū. Puluis erat p̄fus: Verūtamē nō fru-
stra de puluere dictū erat: Pr̄ ignosce illis q2 nesciūt
Act.4. qd̄ faciūt. De illo puluere venit p̄tes tot miliū credē-
tiū: ⁊ p̄cia rerū suar̄ ad pedes aplor̄ ponētiū. Ergo
extitit de illo puluere hūanitas: ⁊ formata: ⁊ formo-
sa. Quis em̄ de gentibus sic? Qui paucos miramur h̄
Act.2.et.4. fecisse ad illor̄ tot milia: Subito p̄mo tria milia: po-
stea quinq̄ milia: Oēs in vnitate viuētes: oēs vēdi-
tarū rerū suar̄ p̄cia ad pedes aplor̄ ponētes: vt di-
stribueret̄ vnicuiq̄ put cuiq̄ opus erat: quib⁹ erat
aīa vna: ⁊ cor vnū in deū. Quis hoc fecit etiā de isto
Gen.2. puluere: nisi qui ⁊ ip̄m adam fecit ex puluere: Hoc ḡ
V de sion: sed nō tm̄ in sion. Quid igit̄ sequit̄? Et ti-
mebūt gentes nomē tuū dn̄e: ⁊ oīs reges
terre gloriā tuā. Iam qm̄ miserit⁹ est sion. iā qm̄
s̄ui tui bn̄placitū habuerūt i lapides eius cognoscē-
do fundamentū aplor̄ ⁊ p̄phar̄: iam qm̄ miserti sūt
puluerís eius: vt formaret̄ vl̄ potius reformaret̄ hō
viuus ex puluere: Hinc p̄dicatio creuit i gentibus.
Timeāt nomē tuū gentes: ⁊ oēs reges terre gloriā
Eph.2. tuā. Veniat ⁊ ali⁹ paries de gentib⁹: agnoscat lapis
Al.⁹ Quia. angularis: Ibi hereāt duo de diuerso venientes: sed
iam nō aduersa sentiētes. Quoniā edificauit dn̄s
sion: Hoc agit̄ nūc. Eāt lapides viui in structurā: n
currat. nō in ruinā. Edificat̄ sion. cauete parietinas.

Edificat̄ turris: cauete diluuiū: edificat̄ arca: obser-
uate diluuiū. Hoc agit̄ nunc: quoniā edificauit do-
minus sion. Sed edificata sion: nunc quid net? Et
videbitur: inquit: in gloria sua. Ut edificaret Al. [illegible]
sion: ⁊ vt esse fundamentū i sion: visus est i sion: sed sua.
nō in gloria sua. Vidimus eum ⁊ nō habebat speciē
neq̄ decorē. Et vo cū venerit iudicare cum angelis Esa. [illegible]
suis: q̄i cōgregabunt̄ ante eum oēs gentes: q̄i oues
ad dexterā. hedi ad sinistrā separabunt̄: nōne tūc vide- Math. [illegible]
bunt in quē pupugerūt? Et cōfundent̄ sero: q̄ p̄ma Zach. [illegible]
penitētia ⁊ salubri cōfundi noluerūt. Edificabit dn̄s
sion: ⁊ videbit̄ in gloria sua: qui in illa p̄mo visus est
in infirmitate sua. Et respexit in orationem X
humiliū: et non despexit deprecationem [illegible]
eorū. In edificatiōe sion hoc agit̄ mō: edificantes
sion orant ⁊ gemūt. Ille vn⁹ paup: q̄t paupes multi:
q2 multa in tot gentib⁹: vn⁹ q2 vnitas pacis ecclesie.
Ipse vn⁹: ipse multi. Un⁹ p̄pter charitatē: multi p̄p̄
latitudinē. Ergo nūc orat̄. nūc currit̄. Nūc si qs ali-
qd̄ alit̄ erat: et alit̄ se habebat: māducet cinerē sic pa-
nē: ⁊ potū suū cū fletu cōmisceat. Nūc tēp⁹ ē cū edi-
ficat̄ sion: nūc intrāt lapides in structurā. Perfecto
edificio ⁊ dedicata domo quid curris sero q̄siturus:
inaniter petiturus: frustra pulsatur⁹: foris remāsur⁹ Math. [illegible]
cū q̄nq̄ virginib⁹ fatuis? Nūc ergo curre: Respexit
em̄ in orationē humiliū: et nō despexit precē eorum.
Scribant̄ hec in generationē alterā. Cū Al.⁹ [illegible]
hec scribebant̄: hec nō ita p̄derant eis inter q̄s scri- [illegible]
bebant̄. Scribebant̄ em̄ ad p̄phetandū nouū testa-
mentū: inter homies q̄ viuebāt ex veteri testamēto.
Sed ⁊ illud vetus testamentū deus dederat: ⁊ in illa
terra p̄missiōis p̄plm̄ suū collocauerat. Sed quoniā
memoriale tuū in generatiōe ⁊ generationē: nō ini-
quor̄ est: sed iustor̄. In vna generatiōe pertinet ad
vetus testamentū: in alia autē generatiōe p̄tinet ad
nouū testamentū. Et q2 hoc qd̄ p̄phetatū est nouum
testamentū p̄nunciat: Scribant̄ hec inquit in gene-
rationē alteram: ⁊ p̄plus q̄ creabit̄ laudabit dominū:
Nō popul⁹ qui creatus est: sed p̄plus qui creabitur.
Quid euidētius fratres mei: q̄ hic p̄dicta est illa cre
atura: de qua dicit aplus: Siqua igit̄ i christo noua 2.Cor. [illegible]
creatura: vetera trāsierūt: Ecce facta sunt oīa noua:
Omnia autē ex deo. Quid est: oīa aūt ex deo? Et ve-
tera ⁊ noua: q2 memoriale tuū in generatiōe ⁊ gene-
rationē. Et populus q̄ creabit̄ laudabit do-
minū: Quoniā p̄spexit ex alto sancto Al.⁹ [illegible]
suo. Prospexit ex alto: vt veniret ad humiles: ⁊ ex [illegible]
alto factus est hūilis: vt exaltaret hūiles.
Sermo secūdus: de secūda parte psalmi.
Hesterno die audiuimus cuiusdā pauperis ge- X
b mitū in oratiōe eumq̄ esse cognouim⁹: qui
p̄pter nos paup factus est cū diues esset: vt 2.Cor. [illegible]
illius paupertate nos ditaremur: eiq̄ membra cohe-
re ⁊ p suum caput loquētia vidimus. Vidimus em̄
ibi ⁊ nosipsos: si tm̄ p eius gratiā aliquid ⁊ nos. Fu-
erunt autē iam erāt verba gemituū: ⁊ ceperāt cōsolatio-
nū. Sed ea finiri hesterno die tractando minime po-
tuerūt: In his que restant audiamus hodie nō iam
gementē pauperē: sed gaudentē. Ideo gaudentē q2
sperantē: Ideo sperantē q2 nō de se p̄sumentē. Pre-
nunciauit fel cātatē rerū hūanar̄ in scripturis dei et
adiecit: Scribant̄ hec in generationē alterā: ⁊ p̄plus
q̄ creabit̄ laudabit dn̄m: Quoniā p̄spexit ex alto sancto

tio. Vnusquisque sermo hesternus productus est. Videte q
sequat. Dominus de celo in terram aspexit:
Ut audiret gemitum compeditorum: vt sol-
ueret filios mortificatorum. Inuenimus in alio
Ps. 78. psalmo dictum: Intret in conspectu tuo gemitus com-
peditorum. et in eo loco dictum. vbi vox martyrum intelli-
gebat. Vñ martyres compediti: Nõne catenati po-
tius q̃ cõpediti: Ductos eñ sanctos dei martyres
post iudices: p prouincias circueuntes: in catenas no-
uimus missos. in cõpedes autẽ nõ nouimus. Cogno-
scant t cõpedes disciplinę dei t timoris eius: de quo
Eccl. 1. dictũ est: Initiũ sapiẽtię timor dñi. Per hunc enim
timorẽ nõ timuerũt serui dei eos qui corp⁹ occidũt:
animã autẽ nõ possunt occidere: q: eum timebãt qui
habet potestatẽ t corpus t animã occidere in gehẽ-
nam ignis. Nisi eñ cõpedibus timoris hui⁹ ligati
essent martyres: qñ illa oĩa dura t molesta sustinerẽt
a persecutorib⁹ suis: cũ eis liberũ fuerit facere qd coge
bant. t euadere qd patiebant: Sed alligauerat eos
dñs istis cõpedibus duris quidẽ t molestis ad tem-
pus: sed tolerãdis, pter pmissa eius cui dicat: Pro-
Ps. 16. pter verba labiorũ tuorũ: ego custodiui vias duras.
Gemendũ quidẽ est in his cõpedibus ad impetran-
dã misericordiã dei: Vñ vox martyrũ est i alio psal-
Ps. 78. mo: Intret in cõspectũ tuũ gemitus cõpeditorũ: Nõ
tamẽ euitandi sunt tales cõpedes vt appetat pnicio-
sa libertas: t temporalis vitę breuisq dulcedo: quã
sequat amaritudo ppetua. Proinde scriptura ne re-
cusemus esse cõpediti sapiẽtię: sic nos alloquit: Au-
Eccl. 6. di fili t excipe sententiã meã: t ne abiicias consiliũ
meũ: et infer pedẽ tuũ in cõpedes illius: t in torquẽ
eius collũ tuũ: Subiice humerũ tuũ t porta illã: et
ne oderis vincula ei⁹: In oĩ aĩa tua accede ad illã:
t in omni virtute tua serua vias eius: Inuestiga t in-
quire t innotescet tibi: et cõtinẽs factus ne derelinqs
eam: In nouissimis eñ inuenies requiẽ eius: t con-
uertet tibi in letitiã: t erũt tibi cõpedes eius in pte-
ctionẽ fortitudinis: t torques illi⁹ i stolã glorię: De-
cus eñ aureũ est in illa: t vincula illi⁹ fila hyacinthi-
na. Stolã glorię indues eã: t coronã exultatiõis su-
pones tibi. Clamẽt g cõpediti q̃dã sunt in vincu-
lis disciplinę dei: in q̃ sunt exercitati martyres: Sol-
uent cõpedes t volabunt: t eadẽ ipsa in ornamentũ
postea puertent. Factũ est hoc de martyrib⁹. Quid
eñ psecutores occidendo fecerũt: nisi vt compedes
soluerent. t in coronas cõuerterent: De celo g pro-
E spexit dñs vt audiret gemitũ compeditorum: vt soluat
filios mortificatorũ. Mortificant illi: hic autẽ mor-
tificatos qui: nisi nos: Quõ autẽ soluimur nos: nisi
Ps. 115. cum dicim⁹ ei: Dirupisti vincula mea: tibi sacrifica-
bo hostiã laudis: Soluat aũt vnusquisq a vinculis
cupiditatũ malarũ vel a nodis peccatorũ suorũ. Re-
Io. 11. missio peccatorũ solutio est. Quid eñ pdesset Laza-
ro: q: pcessit de monumẽto: nisi diceret: Soluite eũ
t sinite abire: Ipse quidẽ voce de sepulchro suscita-
tus: ipse clamando animã reddidit: ipse terrenã molẽ
de illo sepulchro impositã vicit: et pcessit ille vinct⁹.
Non ergo pedibus priis sed virtute pducentis hi
hoc in corde pnitẽtis. Cum audis hominẽ pnitere
peccatorũ suorũ: iam reuixit. Cũ audis hominẽ cõfi-
Math. 16. tendo pferre cõscientiã: iam de sepulchro educt⁹ est:
sed nõdũ solut⁹ est. Vñ soluit: A quib⁹ soluit: Que
solueritis in terra: erũt soluta t in celo. Merito

p ecclesiã dari solutio peccatorũ pot: suscitari aũt ipse Greg. li. 3 mora.
mortu⁹ nõ nisi int⁹ clamãte dño põt. Hoc eñ deus 49.
interius agit. Loquimur ad aures vestras: vñ scim⁹
quid agat in cordib⁹ vestris: Qd aũt intus agit: nõ
a nobis sed ab illo agit. Prospexit g vt soluat filios
mortificatorũ. Quos mortificatorũ audistis: quos
filios audistis. Quid deinde: Quare hoc agit: Au- D
scultat: Ut annũciet in sion nomẽ domini. Ut annũciet
Primo eñ pmebat ecclesia: qñ mortificabant com-
pediti: post illas pssuras annũciat in sion nomẽ do-
mini: cũ magna libertate in ipsa ecclesia. Ipsa enim
sion: nõ ille vnus loc⁹ pmo supbus: postea captiua-
tus: sed sion cui⁹ vmbra erat illa sion quę interptat
speculatio: Propterea q: i carne posita videm⁹ i pos-
ra extendẽtes nos: nõ ad presens qd est. sed ad id qd
futurũ est: ideo speculatio. Oĩs eñ speculator longe
pspicit. Specula dicit vbi ponunt custodes. Fiũt
istę speculę in saxis: in mõtibus: in arborib⁹: ad hoc
vt de loco eminẽtiore longe videat. Sion g specula-
tio: ecclesia speculatio. Vñ speculatio: Longe vide-
re. hoc est speculatio. Labor est enim ante me donec Ps. 72.
introeam in sanctuariũ dei: et intelligã in nouissima.
Qualis speculatio intelligere in nouissima: Trãsire
mare videndo: non nauigando: t habitare in extre-
mis maris: id est ibi ponere spem in eo: qd erit finito
seculo. Ergo si ecclesia speculatio: vbi iam annũciat
nomẽ dñi: Nõ solũ nomẽ dñi in hac sion annũciat:
sed t laus eius inquit i hierusalẽ. Et quõ annũciat:
Audi. In cõueniẽdo populos in vnum: et Et reges.
regna vt seruiat dño. Unde hoc factũ nisi san-
guine mortificatorũ: Vñ hoc factũ: nisi gemitib⁹ cõ-
peditorũ: Exauditi g sunt q̃ erant in pssura t tribula-
te: vt esset nostris tpibus ecclesia in tanta gloria quã
videm⁹: vt iam regna q̃ psequebant, ipsa seruiãt do-
mino. Respõdit ei in via fortitudinis suę. Et virtutis.
Cui rñdit: nisi dño: Quis respondit: Supra videa-
mus: Et laus eius inquit in hierusalẽ: In cõueniẽdo
populos in vnũ t regna: vt seruiãt dño. Respõdit ei
in via fortitudinis suę. Quę ei respõdit. aut quis ei
respõdit in via fortitudinis suę: Quęram⁹ g primo
quis respõdit: et sic qram⁹ q̃ sit via fortitudinis ei⁹.
Superiora verba inducit: rñdisse aut laudẽ eius aut
hierusalẽ. Supra eñ dixerat: Et laus eius in hieru-
salẽ: In cõueniẽdo pplos in vnũ: t regna vt seruiant
dño. Respõdit ei: nõ possumus dicere regna: q: re-
sponderũt dixisset. Rñdit ei: nõ possum⁹ dicere ppli:
quia t hic responderũt dixisset. Quia g respondit ei:
Singularẽ numerũ q̃rimus singularis: t nõ inuenim⁹:
nisi aut laudẽ ei⁹: aut hierusalẽ. Et q: hoc ambiguũ
est vtrũ laus eius an hierusalẽ: in vtrũq tractem⁹.
Quõ et respõdet laus eius: Nã et gratias agũt vo-
cati ab illo. Ille eñ vocat: nos respõdem⁹: non voce
tñ de nõ lingua s vita. Si eñ vocat te de⁹: et [illegible]
t tu male viuis: vocanti ei⁹ nõ rñdes: Nec laus ei⁹
rñdet ei de te: q: sic viuis vt ille nõ laudet sed potius
blasphemet p te. Cũ aũt sic viuim⁹ vt p nos laudet
de⁹. rñdit ei laus ei⁹ de vocatis t sanctis ei⁹. Rñdit ei
hierlm: Vocata ẽ eñ t hierlm. Et prima hierlm noluit
audire: t dictũ ẽ ei. Ecce relinquet vob domus vestra de- Math. 23.
ta. Dñs in hierlm flagellat clamãs: t ñ rñdet. quoties vo-
lui cõgregare filios tuos sicut gallina pullos suos sub
alas suas: t noluisti: nõ rñdet. Plãtat desup et p fru-
ctu spinę pferunt. Et vox illa hierlm de q̃ dictũ est:

Esa.54. Letare sterilis que non paris: erumpe et clama que nō
Gal.4. parturis: quia multi filii deserte magis quam eius que habet
virū: rūdit ei. Quid est: rūdit ei? Nō ptepsit vocan-
tē. Quid est: rūdit ei? Ille pluit: illa fructū dedit. Re-
F spōdit ei. Sed vbi? In via fortitudinis sue. Nunquā
in se: Nā quid esset in se: aut quā vocē haberet in se: de
se: nisi solā vocē peccati: vocē iniquitatis? Excute vocē
Ps.40. ipsi9: quid ā inuenis nisi tumultū? Ego dixi dñe misere-
re mei: sana animā meā: quia peccaui tibi. Porro si
iustificata est: respondit ei: non ex meritis suis: sed ex
manibus ipsius. Ubi? In via fortitudinis sue. Chri-
Jo.14. stus est ipse est. Ego sum inquit via: veritas et vita.
Sed ante resurrectionē non agnoscebatur a populo
2.Cor.13. suo: Et maxime crucifixus ex infirmitate latuit quis
esset: donec fortis resurgēdo appareret. Nō ei ergo
respondit ecclesia in via infirmitatis: sed in via forti-
tudinis sue: quia post resurrectionē vocauit ecclesiā
de toto orbe terrarum: iā nō infirm9 in cruce: sed fortis i
1.sent.d.l.24. Di.4. celo. Non enim laus fidei christianorum est: quia credūt
mortuū christū. F Sed quia credūt resurrexisse christū. Nā
mortuū et pagan9 credit: et hoc tibi pro crimine obijcit:
quia in mortuū credidisti. Que igitur laus tua? Credere
resurrexisse christū: et sperare te resurrecturū esse per chri-
stū: Hec est laus fidei. Si enim credideris in corde tuo:
Roma.10. quia dñs est christ9 iesus: et confessus fueris ore tuo: quia
de9 suscitauit eū a mortuis: saluus eris. Nō ait: si cō-
fessus fueris: quia de9 eū tradidit occidendū: sed quia eū
Roma.8. de9 suscitauit a mortuis: si cōfessus fueris tūc saluus
Roma.10. eris. Corde enim creditur ad iustitiā: ore autē cōfessio fit
ad salutē. Quare autē credim9 et mortuū? Quia cre-
dere eū resurrexisse nō possum9: nisi prius mortuū fu-
isse credam9. Quis enim resurgit: nisi mortuus fuerit?
Quis euigilat: nisi prius dormierit? Sed nunquid qui
Ps.40. dormit nō adiciet vt resurgat? Hec fides est christi-
Esa.54. anorū. In hac quippe fide in qua cōgregata est ecclesia: multi
G filii deserte magis quam eius que habet virū. Rūdit ei:
Dixit ei laudē suam ei9 quam cepta in via fortitudinis ei9:
nō in via infirmitatis eius. Quid ei rūderit: iā supra
audistis: In cōueniēdo ppłos in vnū et regna: vt ser-
uiant dño. In hoc ei quippe rūdit in vnitate: Qui autē nō
est in vnitate non ei rūdet. Ille enim vnus est: ecclesia
vnitas. Nō respōdet vni: nisi vnitas. Sed existūt qui
dicant: Jam hoc factū est: respōdit ei: in omnib9 gen-
Ibidem. tibus ecclesia pariens filios plures quam illa que habebat
virū. Respōdit in via fortitudinis sue: Credidit enim
christū resurrexisse: crediderūt in eū oēs gentes: Sed
illa ecclesia que fuit omniū gentiū: iam non est: periit.
Hoc dicūt qui in illa nō sunt. O impudentē vocē. Illa
nō est: quia tu in illa nō es. Uide ne tu ideo nō sis: Nā
illa erit: et si tu nō sis. Hanc vocē abominabilē et de-
testabilē: presumptionis et falsitatis plenā: nulla verita-
te suffultā: nulla sapientia illuminatā: nullo sale con-
ditā: vanā temerariā precipitē perniciosam. preuidit spi-
ritus dei: et tanquam contra illos eū annūciaret vnitatē:
In cōueniēdo ppłos in vnū et regna: vt seruiāt dño.
Usque subaudi et: rūdit ei: vsque laus eius: vsque hie-
rusalē mater nostra de peregrinatione reuocanda: festosa cū
multis filiis: magis quam ea que habebat virū. Cum qui-
H dā dicturi erāt contra. fuit et nō est. Exiguitatē inqt
Ex.? exiguitatē. inuncia. dierū meorū annūcia mihi. Quid est quod nescio:
qui recedentes a me murmurant contra me? Quid est quod per-
diti me perisse cōtendūt? Certe enim hoc dicūt: quia fui:
et non sū: Annūcia mihi exiguitatē dierū meorū. Nō

a te pro illos dies eternos: Illi sine fine sūt: vel ego
nō ipsos quero: Temporales quero. Temporales dies mihi
annūcia. Exiguitatē dierū meorū: nō eternitatē dierū
meorū annūcia mihi. Quādiu ero in isto seculo: annū-
cia mihi: propter illos qui dicūt: fuit et iā nō est: propter illos
qui dicūt: impletę sunt scripturę: crediderūt oēs gen-
tes: sed apostatauit et periit ecclesia de omnib9 gentib9.
Quid est hoc: exiguitatē dierū meorū annūcia mihi?
Et annūciauit: nec vacua fuit vox ista. Quis annū-
ciauit mihi nisi ipsa via? Quid annūciauit? Ecce ego
vobiscū sum vsque in cōsummationē seculi. Sed hic Math.ult.
exultāt et dicūt: Uobiscū sū inqt vsque in cōsummatio-
seculi: quia nos preuidebat: quia nos donati erit in terra. Nā
quid ipsa est que dicit: Exiguitatē dierū meorū annūcia
mihi: ac nō illa potius que superius loquebatur. In cōueniē-
do ppłos in vnū et regna: vt seruiant dño? Uā nobis
cos volet: Quia et imperatores contra hereticos leges po-
nūt. Vox impletū est: Et regna vt seruiāt dño. Nō enim
vos filii estis illorum mortificatorum: quorum vox cōpedi-
torum exaudita est a dño? Absit. Nō hoc indicat facta
vestra: nō hoc indicat superbia vestra: nō hoc indicat va-
nitas vestra. Nō sapitis et fortis estis. Sal infatuatū Math.5.
estis: ideo et ab homib9 cōculcami. Audite quid dicat I
ecclesia. Que ecclesia? Que cōgregauit ppłos in vnum.
Que ecclesia? Que cōgregauit regna vt seruiāt dño.
Docta vocib9 vris et falsis opinionib9 vestris: petit a
deo vt exiguitatē dierū suorum annūciet sibi: et inuenit
dñm dixisse: Ecce ego vobiscū sū vsque in cōsumma- Math.ult.
tionē seculi. Hic vos dicitis: De nobis dixit: Nos
sum9: nos erim9 vsque i cōsummationē seculi. Inter-
roget ipse christ9 cui dictū est: Exiguitatē dierū me-
orū annūcia mihi. Et predicabitur inqt hoc euāgeliū in Math.24.
vniuerso orbe in testimoniū oib9 gentib9: et tunc ve-
niet finis. Quid est quod dicebas: hoc certe fuit et pūt:
Dñm audi annūciantē exiguitatē dierū meorū. Pre-
dicabitur inqt hoc euāgeliū. Ubi? In toto orbe terrarū.
Quib9? In testimoniū oib9 gentib9. Quid postea?
Et tūc veniet finis. Nō vides adhuc esse gentes in
quib9 nōdū est predicatū euāgeliū? Cum quibus necesse sit
impleri quod dñs dixit? Exiguitatē dierū meorū annū-
ciabis ecclesie: vt predicetur hoc euāgeliū in oib9 gentib9:
et tūc veniet finis. Quid est quod dicis iā perisse ecclesi-
am de omnib9 gentib9: quia ad hoc predicatur euāgeliū:
vt possit esse in oib9 gentib9? Ergo vsque in finē seculi
ecclesia in omnib9 gentib9: et ipsa est exiguitas dierū
quia exiguū est omne quod finitur. vt iā in eternitatē ab ista
exiguitate transeatur. Pereāt heretici: pereāt quod sunt:
et inueniantur vt sint quod nō sunt. Exiguitas dierū vsque
in finem seculi erit. Exiguitas dierum ideo: quia totū
hoc tempus: non dico ab hoc hodierno die vsque in
finem seculi: sed ab adam vsque in finem seculi exigua
gutta est cōparata eternitati. Non quippe blandiantur sibi
contra me heretici: quia dixi: Exiguitatem dierum
meorū: quasi non permansuram vsque in finem seculi. Ex. [illegible]
Quid enim addidit? Ne reuoces me in di-
midio dierum meorū. Uolo quomodo heretici
loquuntur: sic mecum agere. Usque in finem seculi me
perduc: non in dimidiū dierum meorum. Et postea
mihi dies exiguos: vt donec mihi postea dies eter- K
nos. Quare ergo de exiguitate dierū requiris? Qua-
re? Uis audire? In generatione generatio- Ex. [illegible] generat.
nū anni tui. Ideo ergo de dieb9 exiguis qui sunt ec-
licet vsque in finē seculi durēt mecū illi dies: exigui sūt.

in cōparatione dierū tuorū. Anni eni tui in genera-
tione generationū. Quare nō ait: anni tui in secula
seculorū. sic eni magis solet eternitas significari in
sanctis scripturis: sed ait. In generatiōe generatio-
num anni tui: Sed qui anni tui: Qui nisi q nō ve-
niunt vt transeāt: Qui nisi q nō ideo veniūt vt non
sint: Omnis eni dies i hoc tpe ideo venit vt nō sit:
ois hora: ois mensis: ois annus. Nihil horum stat:
antq venit erit: cū venerit nō erit. Illi ergo anni tui
eterni: anni tui q nō mutant: in generatiōe genera-
tionū erūt. Est quedā generatio generationū in illa
erūt anni tui. Que est ista: Est quedā si sit q agno-
scamus in illa erim⁹: et anni dei in nobis erūt. Quō
in nobis erūt: Quō ipse de⁹ in nobis erit. Vn̄ dicitū
est. Ut sit deus oia in oibus. Nō eni aliud anni dei:
et aliud ipse de⁹: Sed anni dei: eternitas dei est. Eter-
nitas ipsa dei substantia est: q nihil habet mutabile:
ibi nihil est p̄teritū quasi iam nō sit: nihil est futurū
quasi nondū sit: sed nō est ibi nisi est: Nō est ibi fuit
et erit: q: et qd fuit iam nō est: et qd erit nondū ē. sed
quicqd ibi est nō nisi est. Merito sic misit de⁹ famu-
lum suū moysen. Quesiuit eni nomē mittētis se re-
quisiuit et audiuit: nec deserta est desideriū cōcupi-
scentie bone. Quesiuit aūt nō quasi curiositate p̄su-
mendi. sed necessitate ministrādi. Quid inqt dicā fi-
liis israel. si dixerint mihi: qs te misit ad nos: Et ille
indicās se creature creatorē: deū homini: immortalē
mortali: eternū tpali: Ego inqt sum q sum. Tu dice
res: ego sum. Quis: Caius: alius lucius: alius mar
cus. Aliud ne diceres: nisi nomē tuū diceres: Hoc
expectabat de deo. Hoc eni erat qsitū. Quid voca-
ris: A quo me missum esse respōdebo querētibus:
Ego sum. Quis: Qui sum: Hoc est nomē tuū. Hoc
est totū qd vocaris. Nō esset tibi nomē ipm esse: nisi
quicqd est aliud tibi cōparatū inueniret nō esse ve-
re. Hoc ē nomē tuū: Exprime hoc idē meli⁹. Vade
inqt: et dic filiis israel. Qui est misit me ad vos: Ego
sum q sum: q est misit me ad vos. Magnū ecce est:
magnū est. Ad hoc homo qd ē: Ad illud tā magnū
est homo quid est quicqd est. Quis apprehendat il-
lud esse: Quis eius particeps fiat: Quis anhelet:
Quis aspiret: Quis ibi se esse posse p̄sumat: Noli
desperare humana fragilitas: Ego sum inquit deus
abraam et deus isaac et deus iacob. Audisti qd sim
apud me audi et qd sim pp̄ter te. Hec igit eternitas
vocauit nos: et erupit et eternitate verbū. Iam eter
nitas: iam verbū. et nondū tēpus. Quare nondum
tps: Quia factū est et tps. Quō factū est et tempus:
Oia per ipm facta sunt: et sine ipo factū est nihil. O
verbū ante tempora p qd facta sunt tpa: natū est in
tempore cū sit vita eterna: vocās tpales faciēs eter-
nos. Hec generatio generationū. Generatio eni va
dit: et generatio venit. Et videtis generatiōes hoīm
sic esse in terra tanq in arbore folia. Sed in arbore
oliue vel lauri vel cuiuscūq alteri⁹ q toto tpe fronde
vestita est: sic tanq folia gen⁹ humanū terra portat:
plena est hoibus: sed cū alios morientib⁹: alii nascen-
do succedūt. Semp eni arbor illa veste viridi orna-
ta est. Sed subter attende q multa calces arida fo-
lia. Ergo fuit generatio sub adam trāsiit. Nam sunt
inde quidā futuri principes eternitatis dei etiam illo
tpe. Inde eni abel: inde seth: inde enoch. Trāsiit il-
la generatio: venit diluuiū. remāsit vna domus. Et
illa generatio deus aliquo ipm noe: et tres filios ei⁹:
et tres nurus ei⁹. In tota eni domo ista octonaria:
solus vn⁹ peccator inuētus est. Accessit numer⁹ su-
periori generationi. Deinde de trib⁹ filiis noe: tāq
de trib⁹ mēsuris farine implet⁹ est orbis. Electus est
abraā: isaac et iacob: sancti viri patriarche placue-
runt deo. Sed et illa generatio sequētes etiā gene-
rante ꝯ: Dederūt ꝓphetas: dederūt p̄conea dei. Ve-
nit etiā postea et ipe dn̄s noster iesus christus: misit
fermentū i tres mēsuras farine quousq fermentet to-
tum. Temporibus in terra carnis illi⁹ fuerūt apli: fuerūt
sancti: ipo⁹ illos alii sancti. Et nūc in noīe christi qc-
cūq sunt sancti: et post nos qcūq erūt et vsq in fi-
nem seculi qcūq sancti. De tot generationib⁹ colli-
gens oēs sanctos ꝓles oim generationū: et faciens vi-
derā generationē. In ista generatiōe generationū
anni tui: id est eternitas illa. in illa generatiōe erit q
de oibus generatiōib⁹ colligit. et in vnā redigit. ipa
particeps erit eternitatis tue. Ceteris generatiōes im-
plendis tpibus generant. et quibus illa i eternū rege
nerat. mutata viuificabit: erit idonea portare te: vi-
res accipiēs a te. In generatione generationū anni
tui. *In *principio terrā tu fundasti dn̄e:
Nouā eternitatē tuā: qr p̄cedis oia q fecisti. Princi
pio tu dn̄e terrā fundasti Et opa manuū tuarū
sunt celi. Ipsi peribunt tu aūt pmanes: et
oēs sicut vestimentū veterascēt. Et sicut
opertoriū mutabis eos: et mutabūt: tu aūt ve-
ro idem ipse es: Tu q es: Idē ipse es. Tu qui dixi
sti: Ego sum q sum: idē ipse es. et ꝯuersa etiā pa nō
essent nisi et terre p tenet i terrā nō qd ipse es. Tu vo
idē ipse es: Et anni tui nō deficiēt. Illi anni tui
nō deficiēt: illi anni tui q erūt in generatiōe genera-
tionū. nō deficiēt. Hec qsiuit: exiguitatē dierū meo
rū ꝯtere a te: nisi scirē oēs dies seculi ab initio vsq i
finē exiguos esse i cōparatiōe eternitatis tue. Nouā
q vn̄ interrogauerim: Non se extollāt heretici: q il
exigui dies fuerint ecclesie toto orbe diffuse: Nā et
vsq in finē cū sint: exigui sunt. Quare exigui sunt:
Qui q finiēdi sunt. Anni illi q erūt i generatiōe
generationū. hi amādi. hi desiderādi. his suspirā-
dū: ppter hos i vnitate pmanendū: ppter hos quic-
qd hereticoꝝ mali ē tolerādū: ppter hos plano fi-
dendū: ppter hos lucrādi q errauerāt: et reuocādi q
perierāt: Illuc debet eē desideriū. Sz tū vt xpoliti vt
male garruli. vt calūniosis susurrātib⁹ detractorib⁹
respōdeā. Nos mihi annūcia exiguitatē dieꝝ meoꝝ:
et ne me reuoces i dimidiū dieꝝ meoꝝ: vt aī me au
feras de tra q tot⁹ orbis euāgelio repleat. Si missionē
p ii mei dicens. Oportet p̄dicari euāgeliū h in toto
orbe terrarū i testimoniū oib⁹ gētib⁹: et tūc veniet fi
nis. Quid ad hec fres: Plana sut manifesta sūt: De⁹
fundauit terrā sam⁹. opa manuū ei⁹ sūt celi. Ne pu
tetis eni q il alio deū facere manu: aliud vbo. Qd fa
cit vbo h facit manu. Nō eni distinct⁹ est corporeis
mēbris q dixit Ego sum q sū. Et forte vbū eius est
man⁹ ei⁹. Certe man⁹ ei⁹ ē vtus ei⁹. Quia eni dictū
est: Fiat firmamētū: et factū est firmamētū. Vbo in-
telligit fecisse. Quia vbo dixit: Faciam⁹ hoiem ad
imaginē et silitudinē nr̄as: q̄si manu videt fecisse. Tu
di ergo. Opera manuū tuarū sunt celi. Ecce qd ver
bo fecit: vsq etiā manibus fecit: qr virtute sua fecit:
qr potestate sua fecit. Attende potius quid fecerit:

et noli querere quod fecerit. Multum est enim te comprehendere quod fecerit: cum teipsum sic fecerit: ut paruus sis seruus obediens: et postea fortasse amicus intelligens.

2. Pet. 3. Ergo opera manuum tuarum sunt celi: Ipsi peribunt: tu autem permanes. Aperte dixit hoc apostolus petrus. Celi erant olim de aqua: et per aquam constituti dei verbo: per quod qui factus est mundus: ab aqua mundatus deperijt. Terra autem et celi qui nunc sunt: eodem verbo repositi sunt igni reseruandi. Iam ergo dixit perisse celos per diluuium: Perisse autem nouimus celos secundum quantitatem et spacia aeris huius. Excreuit enim aqua: et totam istam capacitatem ubi aues volitant occupauit: ac sic utique celi perierunt propinqui terris: Celi secundum quod dicuntur aues celi. Sunt autem et celi celorum superiores in firmamento. sed utrum et ipsi perituri sint igne: an hi soli celi qui etiam diluuio perierunt: disceptatio est aliquanto scrupulosior inter doctos: nec facile: maxime in angustia temporis explicari potest. Dimittamus ergo eam vel differamus: Nouerimus tamen perire ista. deum manere. Et si manent quedam cum deo que facta sunt a deo: si manent in se et in deo: non recedendo a deo. Quid enim? Dicturi sumus fratres quia angeli perituri sunt igne quo incendetur mundus? Absit. Sed quid? Dicemus quia angelos deus non fecerit? Absit. Sed quid dicemus?

Ps. 32. Et vnde essent: si non ab illo facti essent? Ipse dixit et facta sunt: ipse mandauit et creata sunt. Dictum est enim hoc cum operum eius commemoratio fieret: in quibus et angeli nominati sunt. Erunt ergo cum illo angeli etiam mundo igne flagrante: Et erit incendium mundi: non incendens

Dan. 3. sanctos dei. Quod fuit caminus regis tribus pueris: hoc erit ardens mundus iustis in trinitate significatis.

Forte hic celos etiam non importune intelligamus ipsos sanctos dei in quibus manens deus intonuit preceptis: choruscauit miraculis: imbrificauit terram sapientia

Ps. 18. veritatis. Celi enim enarrauerunt gloriam dei. Sed nunquid et ipsi peribunt? An secundum quendam modum peribunt? Secundum quem modum? Secundum vestimentum. Quid est secundum vestimentum? Secundum corpus. Vestimentum enim anime corpus.

Matth. 6. Dominus enim vestimentum nominauit ubi ait: Nonne anima plus est quam esca: et corpus plus quam vestimentum? Quod ergo

2 Cor. 4. perit vestimentum? Et si exterior homo noster corrumpitur: sed interior renouatur de die in diem. Ergo ipsi peribunt: sed secundum corpus: tu autem permanes. Si quod secundum corpus peribunt: ubi resurrectio mortuorum? Ubi exemplum membrorum quod precessit in capite? Ubi? Vis audire? Mutabitur. Non tale erit quale fuit. Audi apostolum

1 Cor. 15. dicentem. Et mortui resurgent incorrupti: et nos immutabimur. Quomodo immutabimur? Seminatur corpus animale: surget corpus spirituale. Ergo seminatur mortale: resurget immortale. Ergo seminatur corruptibile: resurget incorruptibile. Mutationem itaque expectamus: ita peribunt celi et immutabuntur celi. Sed fortasse sanctorum corpora non recte dicuntur celi: Si non portant deum: non sunt celi. Et vnde inquit mihi probas quia portant

1 Cor. 6. deum? Usque adeo ne exciderit tibi: glorificate et portate deum in corpore vestro? Ergo tales celi peribunt: sed non in eternum: peribunt vt mutentur. An non hoc dicit psalmus?

potestates: diuitie: superbi timores: flos feni est.
Floret illa dom⁹: ꝛ magna dom⁹. floret illa familia:
ꝛ qꝫ multis floret: aut qꝫ multis annis viuūt: Multi
anni tibi: breue tempus deo. Deus nō sic numerat
quō numeras. In cōparatione longorū et longe vi-
uentiū seculorū: omnis flos cuiuscūqꝫ domus sic est
quō flos agri. Vt est annua omnis pulchritudo an-
ni. Quicqd ibi viget: quicqd ibi candet: quicquid ibi
pulchrū est nō perennat: imo p totum annū duci nō
potest. Exiguo tempore transeūt flores: ꝛ hoc est
pulchrum in herbis. Hoc qd valde pulchrū est. hoc
cito cadit. Ois caro fenū ꝛ claritas hominis vt flos Esa. 40.
feni: Fenū aruit: ꝛ flos decidit: verbū autē domini

manet in eternū. Quia ergo quō pater cognouit fi-
gmentū nostrū: quia fenū sumus & ad temp⁹ florere
possumus: misit nobis verbū suū: & verbū suum qđ
manet ī eternū: feno qđ nō manet in eternū: fratrem
fecit. Natura vnigenitū: vnicum natū de substantia
sua fratrem adoptatis tot fratrib⁹ fecit. Noli mirari
quia pticeps eris eternitatis illius: factus ipse prior
pticeps feni tui. Qđ excelsum est a te: tibi nō denega-
uit: qui qđ humile erat ex te suscepit. Ergo hō quātū
ad hominē attinet: sicut fenū dies ei⁹: et sic flos agri
ita florebit: Quoniā spirit⁹ ptransibit in eo
& nō erit: & non cognoscet amplius locum
suum. Quasi quedā perditio: quasi interitus qui-
dam. Ecce qui se inflat: ecce qui tumet: ecce qui se ex-
tollit: Spiritus ptransiet in eo: & nō erit: & nō cogno
scet amplius locū suū. Uidete quotidie morientes: et
hoc erit totū: Ipse erit finis. Nō alloquit eni fenū:
sed pter quod & verbū fenum factum est: Tu enim
homo: propter te autem et verbū factum est homo:
Job. j. Tu caro: et pter te verbū caro factum est. Omnis
... a. 40. caro fenum: & verbum caro est factum. Quāta ergo
spes feni: quādo verbū caro factum est? Illud quod
manet in eternū: non dedignatū est suscipere fenum:
ne de se desperaret fenum. Ergo qđ ad te attendis:
humilitatē tuam cogita: puluerem tuū cogita: noli
extolli: Quicquid melius eris: gratia illius eris: mi-
sericordia illius eris. Audi eni qđ sequit: Mise-
ricordia aūt domini in seculo et in seculū
sup timentes eum. Qui nō timent eum fenum:
& in feno: & in tormento cū feno erunt. Resurget eni
caro ad tormentū: Gaudeant illi qui timent eū: quia
sup eos misericordia eius: Et iusticia eius su-
per filios filiorum. Retributionē dicit: super fi-
lios filiorū. Nā multi sunt serui dei nō habētes filios:
quāto minus filios filiorū? Sed filios nostros dicit
opa nostra: Filios filiorū: mercedē operū nostrorum.
Iusticia eius sup filios filiorum: Custodientib⁹
testamentū eius. Uideant ne putent omnes ad
se ptinere quod dictū est: Eligant cum licet. Custo-
dientibus inquit testamentū eius: Et memoria
retinentibus mandata eius: vt faciant ea.
Jam te disponebas extollere et forte reddere mihi
psalteriū: qđ ego nō teneo: aut totā legē memoriter
pnūciare. Plane ī memoria melior me: melior quo-
uis iusto. Iustus ad verbū legem nō tenet. Sed vi-
de vt pcepta teneas. Sed quō teneas? Non memo-
ria: sed vita. Memoria retinētibus mādata eius: nō
vt reddant ea: sed vt faciant ea. Jam forte mō ptur-
bat vniuscuiusqʒ anima. Quis tenet omnia manda-
ta dei? Quis tenet oēs litteras dei? Ecce volo nō so-
lū memoria retinere: sed et opib⁹ meis facere. Sed
quis tenet oīa memoria? Noli timere nō te onerat:
Matth. 22. In duob⁹ pceptis tota lex pendet & pphete. Sed to-
tam legem volo tenere. Tene si potes. Quādo po-
tes: quomō potes? Quācunqʒ paginā interrogaue-
ris hoc tibi respōdebit. Quod tenes: tene Charita-
Roma. 10. tem tene: Finis pcepti est charitas. Noli cogitare
de multitudine ramorū: Radicē tene: & tota arbor in
te est. Et memoria retinētib⁹ mādata eius: vt faciant
ea: Dominus parauit in celo thronū suū.
Quis nisi christus parauit in celo thronū suū? Qui
descendit & ascendit: qui mortuus est & resurrexit: Qui
hominē assumptū in celū leuauit: ipse parauit in ce-
lo thronū suū. Thronus est sedes iudicis. Obserua-
te ergo qui audistis: qz parauit in celo thronū suū.
Faciat qđ vult quisqʒ in terra: nō erit impunitū pec-
catū. nō erit infructuosa iusticia: qz dns q ante thro-
nū iudicis hominis iniustus est: in celo parauit thronū
suū. Dñs in celo parauit thronū suū: Et regnum
eius omnium dominabit. Dominus est regnū et
ipse dñabit gentiū. Et regnum eius omniū dñabit.
Benedicite dominū omnes angeli ei⁹:
potentes fortitudine facientes verbū ei⁹.
Ergo tu verbo dei nōdum iustus es aut fidelis: nisi
cū facis. Potentes fortitudine: facientes verbū eius:
Ad audiendā vocē sermonū eius. Bene-
dicite dominū oēs virtutes eius: ministri
eius facientes voluntatē ipsius. Omnes an-
geli. oēs potētes fortitudine facientes verbū eius:
Omnes virtutes eius: omnes ministri eius facientes
voluntatē ipsius: Uos benedicite dominū. Omnes
eni male viuentes: etsi lingua taceant: vita domino
maledicunt. Quid prodest qz hymnū cantat lingua
tua: si sacrilegiū exhalat vita tua? Male viuēdo mul-
tas linguas misisti ī blasphemiā. Lingua tua vacat
hymno: & cetere te intuētiū vacāt blasphemiā. Ergo si
vis benedicere dominū: fac verbū eius: fac volunta-
tem eius. In petra edifica nō in arena. Audire & nō
facere: in arena edificare est. Audire et facere: ī petra
edificare est. Nec facere: nec audire: nihil edificare
est. Si in arena edificas: ruinā edificas: Si nihil edi-
ficas: exposit⁹ pluuijs: fluminib⁹: ventis: ante rapie-
ris qz steteris. Ergo nō est cessandū: sed edificandū:
nec sic edificandū: vt ruina edificet. Sed i petra edificā-
dū: vt tēptatio nō euertat. Si sic est: benedic domi-
nū: si nō est sic: noli blandiri lingue tue: Uitam tuam
interroga: ipsa tibi respōdeat: Inuenis quid sis ma-
li: geme: cōfitere: Cōfessio tua potest dominū bñdi-
cere sed mutatio tua in benedictiōe pseueret. Be-
nedicite dominū oīa opera eius in omni lo-
co dominatiōis eius. Ergo in omni loco: ibi nō
benedicat: vbi nō dominat. In omni loco domina-
tionis eius. Ne forte aliquis dicat: Nō possum bñ-
dicere dominū in oriente: quia ad occidentē pfectus
est: Aut nō possum in occidente: quia in oriente est:
Nō ab oriente & ab occidēte: nō a desertis montib⁹:
quoniā deus iudex est. Sic vbiqʒ est: vt vbiqʒ bene-
dicat: sic vndiqʒ est vt illi vndiqʒ iubiletur. sic vndiqʒ
benedicat: vt vbiqʒ bene viuat. Benedicite domi-
nū omnia opera eius: quia cum ceperis in bona vi-
ta benedicere dominū omnia opera eius cum bene-
dicunt nō merita tua. Ipse enim p te et in te bonum
operat: dicēte apostolo: Cum timore & tremore ve-
strā ipsorū salutē operamini: Deus eni est qui ope-
ratur in vobis. Ergo ne te extolleres: qz facis verbū
eius: quia facis volūtatē eius: voluit te humiliari re-
spiciēdo gratiā eius vnde hoc cōsecutus es. In omni
loco dominationis eius: Benedic anima mea
dominū. Ipse viuimus verius est. qui primus.
Benedictio a capite: benedictio in fine. A benedicti-
one pfecti sumus: ad benedictionē redeamus: in be-
nedictione regnemus.

Explicit Tractatus de ps. CII.

Incipit Tractatus de ps. CIII.
Sermo primus de prima parte psalmi.
Prefatio.

a Je quidē nudiustertiano quantū meminisse dignamini: abundāter refecti estis. Sed qa nos etiā post longū sermonē auidissime dimisistis: nō putauim⁹ sanctitatē vestrā hodierni diei debito fraudandā: vt hoc sit de debito: illud de lucro. Psalmus q lectus est: pe totus figuris rerū mysteriisq cōtexit: et opus habet non solū nostra: sed etiā vestra nō parua intentiōe: qsq etiā cūcta que dicta sunt possint ad litteram religiose accipi. Enumerant eñ et si nō omnia: multa tñ opa dei: q nota sunt omnibus intuētibus: qui norūt et ex his que facta sunt: et videre illi⁹ inuisibilia intellectu cōspicere. Videm⁹ eñ fabricā mūdi amplā quādā ex celo et terra et omniū q in eis sunt. Et ex hui⁹ fabrice magnitudine ac pulchritudine fabricatoris ipsius inestimabilē magnitudinē et pulchritudinē: et si nōdum videm⁹: iam tamē amam⁹. Nō eñ cessauit qui nōdum pōt nostri cordis puritate cōspici: ante oculos nostros ponere opa sua: vt vidētes q possum⁹: amem⁹ q videre non possum⁹: vt ipsi⁹ amoris merito aliqñ videre possimus. Tamē in omnib⁹ q dicta sunt: querēd⁹ est eni intellect⁹ spiritalis: ad quē pscrutādū: adiuuabūt nos in christi nomie desideria vestra: Quib⁹ qsi manib⁹ inuisibilibus ad inuisibilē ianuā pulsatis: vt inuisibiliter vobis aperiat: et inuisibiliter intretis et inuisibiliter sanemini. Ergo dicamus omnes:

Expositio eiusdem partis.

b Enedic anima mea dominū. Alloqmur omnes animā nostrā: qz omniū nostrū anima: p vnā fidē vna anima est. Et omnes nos quicūq in christū credim⁹: pter vnitatē corporis eius vnus homo sum⁹. Benedic aīa nostra dominū: Pro tantis būficiis eius: p tam multis et magnis munerib⁹ grāru eius: Que munera inuenim⁹ in hoc psalmo intenti: et excussa nebula carnalis cogitationis: quātū possum⁹ erecta mēte: et quātū possumus directa acie: et quātū possum⁹ puro oculo cordis nostri: quātū nō impedit psens vita: quātū non occupant rerū psentiū desideria: quātū non excecat cupiditas seculi. Erecti ergo audituri sum⁹ magna: leta et pulchra: desiderabilia: et plena leticie gaudiorūq munera eius: que iam ille q cōceperat istū psalmū: videbat aīo: Et ipsi⁹ visionis exultatione ructabat dicens: Benedic anima mea dūm. Dñe deus c meus magnificatus es nimis. Vide magnifica que dicturus est. In quib⁹ magnificis: nō vtiq nisi ille laudādus est auctor omniū magnificorum.

Confessionē et decorē induisti. O dñe deus meus q magnificat⁹ es nimis: vnde magnificat⁹ es nimis: Nōne semp magnus: Nōne semp magnificus: Nūquid pfectus nō es vt crescas: Nūquid defictus: vt aliqñ minuaris: Sed qz es qd es: et vere es: vtiq nomē tuū dixisti famulo tuo moysi: Ego sum qui sum: vtiq magn⁹ es: et magnitudo tua sempiterna est: nec cepit: nec desinit: nec ab initio tpis incipit: vsq ad finē tpis excurrit: nec in medio aliqd patit: Incōmutabilis eñ magnitudo est. Quō g magnificat⁹ es nimis: Alius psalm⁹ admonet nos: Ait eñ: Mirificata est sciētia tua ex me: Si recte dicit: Mirificata est sciētia tua ex me: recte dicit: Magnificatus es nimis dñe de⁹ meus ex me. Sed et hoc adhuc est qrendā. Ex me magnificat deus me⁹: Ex me ergo magn⁹ fit. Docet nos aliqd et quotidiana oratio salutis nostre: Sanctificet nomē tuū: Quotidie petimus: quotidie rogam⁹ vt fiat. Si nos quisq interroget quid est qd petitis: vt sanctificet nomē dei: aliqñ eñ sanctū nō est vt mō sanctificet: et tñ nisi vellem⁹ fieri: nō peterem⁹ vt fieret. Alia est eñ gratulatio: alia oratio. Gratulamur ex eo qd est: oramus vt sit qd nondū est. Quid est q: sanctificet nomen tuū: Et intelligam⁹ qd hic dictū est: Dñe de⁹ meus magnificat⁹ es nimis: hoc est: sanctificet nomē tuū: sanctū sit apud homies nomē tuū. Sanctū est eñ semp nomē tuū: sed quibusdā immūdis nōdum est sanctū nomē tuū. Dicit eñ aplus: Oia mūda mūdis: Immūdis aūt et infidelib⁹ nihil est mūdū. Si imundis et infidelib⁹ nihil est mundū: quero causā: Sed quibusdā immūdis nōdū est causa: Polluta sūt inquit eorū et mens et cōscientia. Si nihil est mūdū eis: nec de⁹: Nisi forte putatis mūdū videri deū illis q quotidie blasphemāt eū. Si mūdus est placeat: si placet laudet. Si autē blasphemat displicet: et si displicet: quō tibi pōt mūdus esse q tibi displicet: Quid ergo rogamus: Sanctificet nomē tuū: in illis homib⁹: q p infidelitatē nōdum habet nomē dei sanctū: quibus nondū est ille sanct⁹ q p se et in se et in sanctis suis sanctus est: Rogamus p genere humano: rogam⁹ pro orbe terrarū: p omnib⁹ gentib⁹ quotidie sedētibus et disputātib⁹: qz nō rectus de⁹: et nō recte iudicat de⁹: vt aliqñ ipsi se corrigāt: et rectū cor ad illi⁹ rectitudinē ducāt: et adherētes eidē de recto ad rectū: nō iam vituperēt: sed placeat rectis rectus: qz qbonus de⁹ isrl: sed rectis corde. Ergo cum videret iste q cantat: iste ipse nosipsi: id est corp⁹ christi mēbra christi: cū videret quāta pstiterit deus generi hūano: cui antea aut nullus aut falsus: aut nō tam magn⁹ videbat de⁹ in opibus suis eū vidēs: Dñe de⁹ meus inqt magnificat⁹ es nimis: id est qui nōdū te intelligebā: intelligo te magnū. Magnus semp etiā occultus: sed mihi tūc magn⁹ qñ apparuisti fact⁹ es manifest⁹. Magnificatus es q ex me: quoniā mirificata est sciētia tua ex me. Mira eñ facta est ex me. Ergo illā miror cōuersus ad illā. Illa aūt et si nō cōuertar: et si nō post cōuersionē auertar: integra pmanet. Sed ego iā magnus factus in ea: et ex diminuto fact⁹ integer in ea: Miror q nō nouerā: nō q amō magnū factū est exq vidi: sed qz magn⁹ fact⁹ sum exquo vidi. Audi iā: Et vbi videt magnificat⁹ de⁹ nimis: Semp magn⁹ magnificat⁹ nimis in opibus suis ad nos. Cōfessionem et decorē induisti. Ante decorē cōfessionē posuit: decus i pulchritudine. Queris pulchritudinē: bonā rem qris. Sed qre queris pulchritudinē o aia: Vt amet te spōsus tu⁹: Eteni displices et feda. Ille autē qualis est: Speciosus forma p filiis hoim. Osculari vis feda pulchrū: sed nō attēdis: qz tu iniqtatibus plena es. Diffusa est aūt gratia i labiis tuis. Sic eñ de illo dictū est: Speciosus forma p filiis hominū: diffusa est gratia in labiis tuis: pterea adolescētule dilexerūt te. Est q quidē formosus: est quidē pulcher p filiis hoim: Est filius homis tñ p filiis hoim. Dnūc tu placere vis o aia hūana: o vna in multis. Audiamus ecctiā: qz erat illis aia vna et cor vnū i deū. Hac alloquit psalmus: Vis ei placere: Nō potes qdiu

Marginalia: Matth. 6. · Ad Titū. 1. · D · Ps. 72. · Ps. 138. · E · Ps. 44. · Exod. 3. · Ps. 138.

deformis es. Quid faciã vt pulchra sis? Primo tibi displiceat deformitas tua: et tunc ab illo ipso cui vis placere pulchra mereberis pulchritudinẽ. Ipse em̃ erit reformator tuus q̃ fuit formator tu⁹. Ergo ꝑus attẽde q̃ sis: ne audeas ire fęda in pulchri oscula. Et q̃d intuẽs inquis me videbo? Posuit tibi in speculũ [Math. 5.] scripturã suã. Legit̃ tibi: Beati mũdo corde: q̄niã ipsi deũ videbũt. Speculũ in hac lectiõe ꝓpositũ est: vide si hoc es q̃d dixit: si nõdũ es: geme vt sis. Renũciauit tibi speculũ faciẽ tuã. Sicut speculũ nõ sentiens adulatorẽ: sic nec te palpes. Hoc tibi oñdit nitor ille q̃d es: vide quę es: ⁊ si tibi displicet: quęre vt nõ sis. Si em̃ cũ fęda sis tibimetipsi displices: pulchro iam places. Quid ḡ? Cũ displicet tibi fęditas tua: inci- [Ps. 94.] pis et in ꝯfessiõe. sicut alibi dicit̃: Incipite dño in cõfessiõe. Primo accusa fęditatẽ tuã: Fęditas em̃ aĩe: de peccatis: de iniq̃tatib⁹. Accusando fęditatẽ tuam incipe cõfiteri: a cõfessione incipis decorari. Quo de- [Ps. 44.] corãte nisi speciosi forma p̄ filios hoim? Ut autẽ et [F] decorã faceret: audeo dicere: Amauit ⁊ fędã. Quid ẽ [Roma. 5.] amauit ⁊ fędã? Etenĩ christus ꝓ impiis mortu⁹ est. Quã vitã tibi seruat iustificato: qui suã mortẽ dona- [Ps. 44.] uit ⁊ impio? Ecce pulcher ille ⁊ speciosus forma p̄ę filiis hominũ: q2 iustissim⁹ p̄ filiis hominũ: Cũ veniebat ad fędam: vt faceret pulchrã: dicã ⁊ hoc: q2 in scripturis inuenio: fędus factus est. Non me in hoc audiatis: ne in hoc verbo temere lapsus sim. Sicut em̃ dixerã: Amauit ⁊ fędã: nõ autẽ quasi cõgruẽter dixerã: quibusdã illũ amãtibus: nisi mihi testis ꝓcederet: ⁊ dixi q̃d dixit aplus: Uis nosse q̃d amaret et fędã? Christus ꝓ impiis mortuus est: Sic et modo q̃d dixi vt veniret ad fędam. fędus factus est. deformis fact⁹ est: Quõ ꝓbabo: q̄si iam mihi p̄dixit diuinũ eloquiũ: Speciosus forma p̄ filiis hoim? Sed ĩ [Esa. 53.] ipso diuino eloquio rursus habeo. Uidim⁹ eũ ⁊ non habebat speciẽ neq3 decorẽ. Speciosus forma p̄ filiis hominũ: vidim⁹ eũ ⁊ non habuit speciẽ neq3 decorẽ. Nõ dixit: nõ vidim⁹: ⁊ ideo nesciebam⁹ vtrum haberet speciẽ vel decorẽ: Ecce vidim⁹ ⁊ non habebat speciẽ neq3 decorẽ. Ubi ḡ illũ vidit q̃ dixit Speciosus forma p̄ filiis hominũ? Et vbi illũ vidit qui dixit: Nõ habebat speciẽ neq3 decorẽ? Audi vbi eũ vidit qui dixit: Speciosus forma p̄ę filiis hominũ. [Phil. 2.] Cũ in forma dei esset nõ rapinã arbitratus est esse se ęqualẽ deo. Merito p̄ filiis hominũ: q2 ęqualis deo. Ecce accepi ⁊ agnoui vbi eũ viderit qui dixit: Speciosus forma p̄ filiis hoim. Responderit em̃ nobis. Ubi eum viderim queris? In forma dei. Et vnde vi- [Roma. 1.] disti ĩ forma dei? Quõ vidisti in forma dei? Quia inuisibilia eius ꝑ ea q̃ facta sunt intellecta cõspiciunt̃. Bene optime accepi: agnoui: ⁊ quẽ videris: ⁊ qualẽ videris: ⁊ vbi videris: ⁊ vnde videris. Quẽ vidisti? Sponsum nostrũ. Qualẽ vidisti? Speciosũ forma p̄ filios hominũ. Ubi vidisti? Cũ in forma dei esset. [G] Unde vidisti? Per ea quę facta sunt intellecta cõspiciunt̃. Uideam⁹ ⁊ de isto quid dicat ali⁹ ꝓpheta: sed nõ alius spũs. Nõ em̃ discordãt int̃ se. Exhibuit no- [Ps. 44.] bis ille speciosum forma p̄ filios hominũ exhibeat ⁊ iste q̃d ait: Uidim⁹ eũ et nõ habebat speciẽ neq3 decorẽ. Unus aplus paulus: ꝓphetã vtrũq3 cõiungit: vnũ caplm pauli vtriq3 ꝓphetę ꝓbibet testimoniũ. Ibi habeo speciosũ forma p̄ filiis hoim: Qui cũ in [Phil. 2.] forma dei eet nõ rapinã arbitrat⁹ ẽ esse ęqualis deo.

Ibi dixit q̃d dixit ⁊ ali⁹ nõ habebat speciẽ neq3 decorẽ? [Phil. 2.] Sed semetipsũ exinaniuit formã serui accipiens in similitudinẽ hoim fact⁹ ⁊ habitu inuẽtus vt hõ. humiliauit se fact⁹ obediẽs vsq3 ad mortẽ: mortẽ aũt crucis. Merito viderũt eũ ⁊ non habebat speciẽ neq3 decorẽ. Merito ante crucẽ agitabãt caput: hiccine ẽ tot⁹ filius dei? Si fili⁹ dei est: descẽdat de cruce. Sed nõ ha- [Math. 27.] bebat speciẽ neq3 decorem: etiã sic. O qb⁹ displicet: q2 nõ habebat speciẽ neq3 decorẽ? O agitãtes caput ante crucẽ: ⁊ nõ figẽtes caput in capite q̃d pendebat ĩ cruce. Merito nutat insultãtiũ caput: donec sit eorũ caput ille ipse cui insultabat̃. Ecce resumit decorẽ: ⁊ magnũ decorẽ. Ecce q̃d dicis tu: min⁹ est q̄3 q̃d fecit. Dicis tu: Si filius dei est descẽdat de cruce. Ecce de cruce nõ descẽdit: ꝫ de sepulchro resurrexit. Ergo aĩa decora esse non põt: nisi cõfessa fuerit fędiatẽ et ille semꝑ pulcher: ⁊ ꝓpter te ad tpus nõ pulcher: ⁊ sic ad tpus nõ pulcher in forma serui: vt nunq̄ deficeret a pulchritudine q̃ est in forma dei. Ergo tu ecclia ha- [b] bes decorẽ: Dicit̃ tibi ĩ Cãticis canticorũ: O decora [Cant. 4.] inter mulieres. Dicit̃ de te: Quę est ista q̃ ascẽdit dealbata? Quid ẽ dealbata? Illumiata: Nõ dealbata: sicut fucata: quẽadmodũ se dealbãt feminę q̃ volũt videri q̃d nõ sũt: Nõ dealbata sic̃ paries dealbat⁹. Destruet̃ em̃ sicut dicit aplus paries dealbat⁹: hy- [Act. 23.] pocrisis ⁊ simulatio. Paries dealbatus foris decorũ: int⁹ lutũ. Nõ ergo illa sic dealbata: sed dealbata illuminata: q2 nõ ꝑ se alba. Prius inq̃t fui blasphem⁹. [1 Tim. 1.] Et item: Fuim⁹ em̃ ⁊ nos aliq̃n natura filii irę sicut [Eph. 2.] ⁊ cęteri. Accedit gratia illuminãs ⁊ dealbans: primo nigra fuisti. ꝫ facta es alba ex gratia illi⁹. Fuistis em̃ [Eph. 5.] aliq̃n tenebrę: nũc aũt lux in dño. Dicit̃ ergo ⁊ de te: Quę est ista q̃ ascẽdit dealbata: Iã mirabilis: iã etiã cõtemplabilis. Admirãtis ẽ em̃ dicere: Quę est ista [Cant. 6.] q̃ ascẽdit dealbata: tam pulchra: tã luminosa: tã sine [Eph. 5.] macula ⁊ ruga. Nõne ista est q̃ iacebat in ceno inquinata? Nõne ista est q̃ iacebat in fornicatiõe idolorũ? Nõne ista est q̃ imũda erat in omni cupiditate desiderioq3 carnali? Quę est q̃ ista q̃ ascendit dealbata? Attende q̃s sit ille q̃ ꝓ ea factus est. nõ habẽs speciẽ [Esa. 53.] neq3 decorẽ: ⁊ intelligis huius claritatis honorẽ. Si miraris illi⁹ hũilitatẽ ꝓpter hanc: noli iã mirari hui⁹ celsitudinẽ ꝓpter illã. Quãtę fęlicitatis est ista dealbata: vt ⁊ cũ esset nigra: pulchrũ ad se deponeret qui ꝓ impiis moreret̃? Ergo induit se dñs de⁹ nr̃ cõfessionẽ ⁊ decorẽ induit se ecclesiã. Ipa em̃ ecclesia cõfessio ⁊ decus: Ante cõfessio: postea decus. Cõfessio pctõrũ: dec⁹ recte viuẽtiũ ⁊ recte factorũ. Cõfessionẽ ⁊ [Ps. 103.] decorẽ induisti. ¶ Circũamict⁹ lumẽ sicut vestimẽtũ. Ipsa est vestis eius de q̃ iã dixit: Non habẽs maculã neq3 rugã. Lux vocat̃: ⁊ ego iã ꝫ dixi. Fuistis [Eph. 5.] aliq̃n tenebrę: nũc aũt lux in dño. Nõ ḡ in vobis: nã tenebrę in vobis. lux autẽ in dño. Ergo circũamict⁹ lumẽ velut vestimẽtũ. Extendẽs celum sicut [H] pellẽ. Quõ fecit hoc vt indueret se sicut vestimento lumen ecclesiã? Enumerare vult figuratis quibusdã sacramẽtis: quõ lux facta sit ecclesia: quõ facta sit si- [Ps. 103.] ne macula ⁊ ruga: quõ facta sit candida: dealbata: fulgens ĩ vestitu spõsi sui imbręs illi. Quõ facta sit audiamus: Extẽdẽs celũ sicut pellem: ⁊ ꝫ quidẽ video. Quis em̃ extendit hoc celum quod nostris carnalibus oculis intuemur: nisi deus? Et extẽdit sicut pellem. Ad facultatem redegit si ad litteram accipias.

Etenim cum videris istam fabricā magnā: quia cum
quisqȝ hominū vnā vel paruā cameram extenderit
magno molimīe: magno labore ac difficultate ac di/
uturna operatiōe: id facit ne huiusmodi laborē ī dei
operib⁹ infirmitas suspicaret̄ humana: attulit quā/
dam facilitatē pro tua capacitate: vt sic quodāmodo
incipias credere facile operantē deum: ⁊ non putare
sic eū extendisse celū: sicut te tectū domus tue: sed q̄
tibi facile est extendere vnā pellē: tam facile illi fuisse
extendere tam magnū celū. Mira facilitas: ⁊ tamen
adhuc spūs tibi tardo loquit̄: Tibi inquā adhuc tar
do dicit spūs. Nā nec sic extēdit deus celū: sicut ⁊ tu
pellem. Si eī sic extēdit: Ecce ante te pellis: vel ru/
gosa: vel plicata ponit̄: dic vt extendat̄: dictu tuo ex/
tende pellē. Nō possum inqs. Ergo ⁊ in extenta pel
Ps. 48. le multū longe es a facilitate dei. Ipse eī dixit ⁊ fa
Gen. 1. cta sunt. Dixit: Fiat firmamētū int̄ aquā ⁊ aquā: et
sic factū est. Tamē ꝑpter facilitatē significandā ꝺm
k sensum tuū: accepisti aliquid interim ad litterā. Figu
rate autē si aliquid tectū retegi volum⁹ ⁊ pulsare ad
clausum: inuenim⁹ extendisse deū celū sicut pellē: vt
intelligam⁹ celū sanctā scripturā. Hanc auctoritatē
ꝑmo posuit deus in ecclesia sua: inde cepit exequi ce/
tera. Posuit eī celū deus: ⁊ extēdit sicut pellē: ⁊ nō
frustra sicut pellem. Primo istā famā ꝑdicantiū: ex/
tendit sicut pellē. Pellis mortalitatē significat. Pro
pterea ⁊ illi duo homīes ꝑmi parētes nostri: aucto/
res peccati generis hūani adam et eua: cū in paradiso
cōtempto dei ꝑcepto ad suggestionē suasionēqȝ ser/
pentis transgressi essent qd iusserat deus: facti mor/
tales dimissi sunt de paradiso. Ut autē significaret̄ ipsa
Gen. 3. mortalitas eo ꝑ induti sunt tunicis pelliceis. De pel
libus eī tunicas factas acceperūt. Pelles enim de/
trahi nō solent: nisi de animalib⁹ mortuis. Ergo pel
l liū nomīe mortalitas illa figurata est. Quid ergo h̄s
si diuina scriptura significat̄ pellis nomīe: Quō de
pelle fecit deus celū: ⁊ extēdit celū sicut pellē: Quia
p quos nobis scriptura ꝑdicata ē: mortales fuerūt.
Illud quidē verbū dei q̄d idē: semperqȝ incōmutabile
Jo. 1. atqȝ indeficiens: Ecce in ꝑncipio erat verbū: ⁊ verbū
erat apud deū: ⁊ de⁹ erat verbū. Nūquid erat: ⁊ mō
nō est: Et est ⁊ semp erit. Si ergo est verbū dei deus
apud deū: lege si potes. Sed quid dicis: qȝ sursum
Sap. 8. est: ⁊ ideo legere nō potes: Ubiqȝ ē verbū dei: Per
tendit a fine vsqȝ ad finē fortiter: ⁊ attingit oīa ꝑpter
Jo. 1. suā mūdiciā. In hoc mūdo erat: ⁊ mūdus p ip̄m fa
ctus est: ⁊ cū venit hic erat. Uenit eī in carne: nūqȝ
absens diuinitate. Quare ergo legere non poteras:
1. Cor. 1. Quia in sapientia dei nō cognouit mūdus p sapien/
tiā deū ibi cōstitut⁹ in sapiētia dei. Oīa eī ibi: ⁊ ipsa
nulla subtracta sunt: ibi cōstitut⁹ nō poteras cogno/
scere p sapiētiā deū. Ergo necessariū erat qd sequit̄:
Ibidem. Placuit deo p stulticiā ꝑdicationis saluos facere cre
dentes. Si p stulticiā ꝑdicationis salui futuri erant
credentes: elegit deus quedā mortalia: elegit homi/
nes mortales ⁊ morituros adhibita lingua mortali:
exhibuit sonos mortales: adhibita dispensatiōe mor
taliū: adhibuit instrumēta mortalia: Et in eo tibi fa/
ctum est celū: vt in re mortali cognosceres verbū im
mortale: ⁊ fieres tu quoqȝ eiusdē verbi ꝑticipatione
Deu. 32. immortalis. Uerū moyses ⁊ mortuus est: Dicit enim illi
deus: Ascēde in montē ⁊ morere. Mortu⁹ est hiere/
mias: ⁊ tot ꝑphete mortui sunt: ⁊ mortuorū dicta qȝ
nō eorum sed p eos illius erant qui extendit celum sicut
pellem: manent vsqȝ ad posteritatē nostrā. Ecce apo
stolus solutus de hac vita qui dixit: Cupio dissolui: Phil. 1.
⁊ esse cū christo: multo magis eē optimū: Uiuit nūc
cū christo: sicut illi ꝑphete omnes viuunt cū christo.
Sed p quid nobis dispensauit id qd legimus: Per
id quod moriturū erat: p os: p linguā: dentes: man⁹.
Omnia ista quib⁹ opatus est aplūs: totū qd legim⁹
corporis officia sunt: sed iubente anima cui iubebat
deus: ꝑpterea extensum est celū sicut pellis. Nos sb
celo tanqȝ sub pelle diuina ⁊ scripturarū. legim⁹ mō
eā tendi. Etenim postea celū plicabit̄ vt liber. Nō Esa. 34.
frustra fratres hic vt pellis: ibi vt liber. Figuratum Apoc. 6.
ibi quiddā nobis est qd ad scripturā diuinā attinet: ⁊
tendit̄ sicut pellis: ⁊ tenditur sermo mortuo⁊. Ergo
ideo tendit̄ sicut pellis: et multo magis tendit̄: qȝ illi
mortui sunt. Nā post mortē plus innotuerūt ꝑphete
⁊ apostoli: nō erant tam noti cū viuerent. Prophe/
tas viuos sola iudea habuit: mortuos oēs gentes.
Cum eī viuerēt nōdum erat extensa pellis: nondū
erat extensum celū: vt tegeret orbē terrarū. Et exten
dit ergo celū sicut pellē. Qui protegit in aquis Al' tegit.
superiora eius. Et hoc legimus. ⁊ ad litteram bene L.t. non habet.
intelligat̄. Quādo eī iussa vt fieret firmamentū int̄ Gen. 1.
aquas ⁊ aquas: factū est vt sint aque inferiores que
ꝑfundūt terras: ⁊ sint aque supiores remote ab aspe
ctibus: tamē fidei cōmendate. Et aque inquit q̄ sup Ps. 148.
celos sunt laudent nomē domini: qm̄ ipse dixit et fa
cta sunt: ipse mādauit ⁊ creata sunt. Ergo explicatus
est sensus ad litterā: Protegit eī in aquis superiora
eius. Quid ad figurā: Qm̄ in figura accepim⁹ pellē
scripturā sanctā: ⁊ auctoritatē diuini verbi dispensa/
tā nobis p mortales: quib⁹ mortuis eiusdē dispēsa/
tionis fama extendit̄. Scḋm hoc quō ꝑtegit in aqs
supiora eius: Cuius supiora: Celi. Et quid celum:
Sancta scriptura. Que sūt supiora sancte scripture:
Quid inuenimus in scripturis sanctis supius: Pau/
lū interroga. Supeminentiorē inquit viā vobis de/ 1. Cor. 13.
monstro. Quam dicit supeminentiorē viam: Si lin/
guis hominū loquar et angelo⁊: charitatē autē nō
habeā: factus sum velut eramentū sonans aut cym/
balum tinniens. Si ergo in his nihil supeminentius
in scriptura sancta inueniri potest q̄ charitas: supio/
ra celi quomō aquis ꝑtegunt̄ si superiora scripture
ꝑcepta charitatis sunt: Audi queadmodū. Chari/ Roma. 5.
tas inquit dei diffusa est in cordibus nostris p spiri/
tūsanctū qui datus est nobis. Jam nomīe diffusio/
nis intellige aquas in charitate spūsancti. He sunt
aque de quib⁹ dicit̄ in quadā scriptura: Et in plateis Prouer. 5.
tuis discurrāt aque tue: nemo alienus cōmunicet ti/
bi. Alieni eī sunt omnes a via veritatis: siue paga/
ni: siue iudei: siue heretici: et mali quiqȝ christiani.
Habere multi dona possunt: charitatē non possunt.
Hoc ip̄m quale donū est: vt nō loquamur de donis m
aliis foris: que dona habent omnes homīes: qui fa/
cit solem suū oriri sup bonos ⁊ malos: dona dei sunt: Matth. 5.
⁊ nō tantū bonis ⁊ malis cōmunia: sed etiā bestiis et
pecoribus. Ipsum esse: viuere: videre: sentire: audi/
re: ⁊ ceteris fungi sensuū muneribus: dona dei sunt.
Sed videte cum qualib⁹ ⁊ q̄ multis cōmunia: et cū
eis quos nolis imitari. Ipsum ingeniū acutū habēt
⁊ pessimi homines: sollertē artium industriā habent
⁊ turpissimi sequunt̄: diuitias habent ⁊ latrones: con/

ingia: filios. Multi mali habent pulchra dona dei: omnia: nemo negat: sed vide cū quib⁹ cōmunia. Respice ad munera ipsi⁹ ecclesię. Munus sacramētorū in baptismo: in eucharistia: i ceteris sanctis sacramē-
Act.8. tis: quale mun⁹ est: Hoc mun⁹ adeptus est & simon magus. Prophetia quale munus est: Prophetauit & saul malus rex: & tūc ꝓphetauit cū dauid sanctū persequeret. Intendite: nō dici cū p̄secutus fuisset. Fortassis eñ eo p̄secuto: penitentiā gessit et dignus fuit spiritu ꝓphetandi. Nō p̄secutus neq̄ p̄secutur⁹: sed p̄sequēs ꝓphetauit. Misit ad cōprehendendū dauid ministros suos. Dauid vo eo tempore iter ꝓphetas
J.Reg.19. erat: vbi erat & sanctus samuel. Impleti sunt spiritu ꝓphetię q̄ missi sunt & ꝓphetauerūt. Sed forte bono illi aīo venerāt: vel ob necessitatē officij sui: vel nō facturi qđ iussū est. Misit & p alios hoc et in eis factū est: & eoꝝ hoc modo animū interp̄temur. Cū illi tardarent: venit ipse furēs: anhelans cędē: sanguinē sitiens innocētis sancti: cui etiā ingrat⁹ erat: & ipse im-
Ibidem. pletus est spiritu ꝓphetandi & ꝓphetauit. Non ergo se iactent q̄ forte sine charitate habuerint hoc mun⁹ dei sanctū: sicut sanctū baptismū: sed videant qualē rationē habituri sunt cum deo qui sanctis nō sancte
Math.7. vtunt. Et his erūt q̄ dicturi sunt: In noīe tuo ꝓphe-
Ibidem tauim⁹. Nō illis dicet: mentiemi. sed dicet: Nō noui vos: Recedite a me q̄ opamini iniqtatē: qꝛ si ha-
J.Cor.13. beā omnē ꝓphetiā charitatē autē nō habeā nihil sū.
J.Reg.19. Prophetauit aūt & saul. sed opabat iniqtatē. Quis opabat iniqtatē: nisi qui nō opabat ęquitatē: Quis autē opat iniquitatē: nisi qui nō habuerit charitatē:
Roma.13. Plenitudo eñ legis charitas. Ergo ꝓtegis in aqs
J.Cor.13. supiora eius. Quid dicit: In omnib⁹ scripturis sup-
Eph.3. eminentissimā viam: supeminentissimū locū charitas obtinet. Nō ad eam aspirēt nisi boni. Hanc nobiscū nō cōmunicāt mali. Possūt cōmunicare baptismū: possunt cōmunicare cetera sacramēta: possūt cōmunicare orationē: possunt cōicare istos parietes: & istā
Extra. de regulis iuris. ca. Licet. in fine. cōiunctionē: charitatē nobiscū nō cōmunicāt. Ipse est eñ fons ꝓprius bonoꝝ: ꝓprius sanctoꝝ. De quo dicit: Ne no alien⁹ cōmunicet tibi. Qui sunt alieni:
Prouerb.5. Oēs q̄ audiūt: Nō noui vos. Si eñ nō cognoscūt:
Math.7. vtiq̄ alieni sunt quib⁹ dicit: Nō noui vos. Supeminens eñ via charitatis tenet eos: qui ꝓprie ptinēt ad
J.Cor.13. regnū celoꝝ. Ergo p̄ceptū charitatis sup celos: sup omnes libros. Ei eñ subdunt libri: et militant oēs lingue sanctoꝝ: et oīs motus dispensatoꝝ dei & aīe & corporis. Supeminēs est eñ via: Et merito ꝓtegit in aquis supiora celi: qꝛ nihil inuenis eminētius charitate in diuinis libris. Sed adhuc euidentius audi
O
Roma.5. quid aqua sit. Dicim⁹ eñ q̄ charitas dei diffusa sit in cordibus nostris p spiritūsanctū qui dat⁹ est nobis:
Prouerb.5. Dicim⁹ etiā: In plateis discurrant aquę tuę: Et ait mihi aliquis: nō ibi exp̄sse dictū est vtrū charitatem intelligere debeā: Quid si alius aliud aliquid intelli-
Roma.5. gat: Tū memēto qđ ait aplus: Charitas dei diffusa est in cordib⁹ nostris. Vnde: Per spūsanctū qui datus est nobis. Audiamus dominū magistrū apo-
Joh.7. stoloꝝ. Si q̄s sitit veniat & bibat. Dicat adhuc: Qui credit in me flumia aquę viuę fluent de ventre eius. Quid est hoc: exponit euāgelista: Hoc autē dicebat inquit de spiritu quē accepturi erāt credētes in eum: Spirit⁹ eñ nondū erat datus: qꝛ iesus nōdum erat glorificat⁹. Ergo fratres si ꝓpterea spirit⁹ nōdū erat datus: qꝛ iesus nōdum erat glorificatus: glorificato

iesu & ascendente in celos: missus est spiritussanctus: Act.2.
& charitate impleti sunt apostoli: diffusa est in cordibus eoꝝ per spūsanctū qui datus est eis: qꝛ supiora celi aquis ꝓtegunt. Et bene: qꝛ dñs in celos ascēdit vt supior esset celis: et inde mitteret charitatē. Non eñ sic deus ꝓtegit: vt quasi subleuet ab eo quē ꝓtegit. Subleuat quē ꝓtegit: nō onerat. Ita ergo celos aquis ꝓtegit: vt magis illi diuino spiritu subleuent. Qui subleuat sursum est: qđ subleuat infra est. Illud suspēdit: hoc pendet. Si ergo illud suspēdit hoc pendet: audi qꝛ hoc celum scripturarū ex charitate pendet. Duo sunt nempe illa notissima p̄cepta dilectionis: In his duob⁹ p̄ceptis tota lex pēdet & ꝓphe. Math.22.
Qui ꝓtegis in aquis supiora eius: Qui ponit nubes ascensum eius. Accipit et hoc bene ad litterā. Dñs visibiliter ascēdit in celum. Quo posito sunt nubes ascēsus celi: Hec cū dixisset: nubes suscepit eum. Habes itē de resurrectione nostra p̄dictū: Act.1.
Et mortui inq̄t in christo resurgēt primi: deinde nos J.The.4.
qui viuim⁹ simul cum illis rapiemur in nubibus obuiā christo in aera: atq̄ ita semp cū dño erimus. Habes nubes ascēsum celi: Ostendā & nubes ascēsū celi hui⁹: id est diuinarū scripturaꝝ. Quid est hoc fratres: Utinā me dñs deus me⁹ inter illas qualescūq̄ nubes numerare dignet: viderit q̄ nebulosa nubes sim: Oēs tñ p̄dicatores verbi veritatis nubes accipi possunt. Quicūq̄ ergo infirmi nō possunt ascendere in hoc celū: id est ad intellectū scripturaꝝ: p nubes ascēdāt. Forte eñ & mō satis sit vobis: si aliqd agim⁹: Si labor sudorq̄ noster nō est infructuosus: ascenditis in celū scripturaꝝ diuinarū hoc est intellectū earū p p̄dicationē nostrā. Qꝛ altū erat celū: in psalmo isto: Nemo enim vestrū videbat: quid esset in figura: Extendit celum sicut pellem: qui ꝓtegit in aquis supiora eius. Hocipsum qđ dictū est: Qui ponit nubes ascēsum eius. Ecce iam intellectū est: quātū dñs donauit p̄dicātibus nobis. Non eñ nubes de suo munere pluūt. Vos intelligendo ascēdite: in C
intellectu ipso fructificate: ne sitis quasi illa vinea: de qua dicit apud ꝓphetā: Mādabo nubibus meis ne Esa.5.
pluant sup eam. Accusabat eñ quēdā vinea q̄ pro vuis spinas dederat: nō reddiderat dignā gratiā dulci pluuię. Qui eñ bona audit & mala opat: dulci pluuia cōpluit: & spinas generat. Nō est vt suspicemur fratres de aliqua terrena et ista visibili vinea dominū locutū. Naq̄ ibi ne sub obscuritate sermonis lateret excusatio iniqtatis: ipse dñs p ipm ꝓphetā exposuit cui vineę loqueret: et de qua vinea ista diceret. Vinea inquit dñi sabaoth domus isrl' est. Quid Ibidem.
vagant o iniqui corda vestra p mōtes et colles vinitorū: Noui inq̄ de qua vinea loquar: noui vbi grebā vuā & inueni spinas. Sine causa aliud atq̄ aliud suspicami & opinami: nolētes intelligere vt bñ agatis. Nā & hoc scriptū est: Noluit intelligere vt bene Psal.35.
ageret. Tollite oēs suspicatōes vias de medio: Vinea etenī dñi sabaoth dom⁹ isrl' est: & hō iuda nouellā dilectū. Dilectū cū plantatū est: dānatū cū spinas creauit. Ergo fratres forte vinea fuit domus israel: & nos nō sum⁹ vinea: Cū timore audiam⁹ qđ iudeis dictū videm⁹. Videte quomō aplus terreat ramos Roma.11.
insertos de ramis fractis: et in ramis fractis cōmendet timendam seueritatem: in ramis insertis commendet amandā bonitatem. Noli esse infructuosus

in bonitate: ne sterilis sentias seueritatem. Sed nō
Joā.15. sum vitis dicis mihi. Ubi est dn̄i vox: Ego sum vi-
tis: vos estis sarmenta: pater meus agricola? Ubi
j.Co.9. est vox apl̄i: Quis plātat vineā. et de fructu eius nō
percipit? Uinea ḡ es o ecclesia: et habes agricolā deū.
Nemo ḡ agricola hō cōpluit vineā suā. Frēs ḡ dile
ctissimi: viscera eccl'ie: pignora ecclesie: filij m̄ris ce
lestis: audite cū tēpus est. Minat⁹ est deus illi vinee
Esa.5. atrocissima cōminatione: Mandabo nubibus meis
inq̄t ne pluāt sup eā: et factū est. Uenerūt apl̄i ad iu
Act.13. deos: respuerunt eos: et dixerunt illis: Ad vos missi
eram⁹: sed q̄z repulistis verbū dei: imus ad gentes.
Uidetis quō in eodē spiritu dei illo iubēte intrinsec⁹
q̄ habitat in cordib⁹ suoꝝ mandatū sit nubib⁹ dei ne
Esa.5. cōpluerēt vineā: q̄ cū expectaret vt faceret vuas: fe
cit spinas. Ideo et nubes fecit ascensum ei⁹: et celum
tetēdit sicut pellem. Nō est qō q̄ramini: auctoritas
scripturaꝝ extēta est sup orbē terraꝝ: Nubes nō de-
sunt: p̄dicaꝝ verbū veritatis: exponunꝝ oīa q̄ obscu
ra sunt: vt corda vr̄a p nubes ascendāt. Uidete quō
credatis: videte q̄d suscipiatis. Post p̄dicatorē ve-
niet iudex: et post dispensatorē veniet exactor. Qui
Ps.17. ponit nubē ascensum ei⁹. **Qui ambulat sup pē
nas ventoꝝ.** Hoc iā p̄iculosum est accipe ad litte
ram. Aut q̄ sunt penne ventoꝝ? Aut vero quō ī pi
ctura facturi nobis sum⁹ vētos volātes: et alas ha-
bentes? Uentus nō est frēs nisi quē sentim⁹: mot⁹
quidā et q̄si flat⁹ aeris: impellēs qō pōt p viribus.
Que pēne vētoꝝ sunt? Sed et q̄ ale dei? Et tn̄ dictū
Ps.35. est: Sub vmbra alarū tuarū sperabūt. Conemur ḡ
et hoc accipe ad lr̄am: veluti p̄prie factū in creatura
ista. Uelocitatē verbi fortasse cōmendat scriptura:
De q̄ velocitate iā pridē in alio psalmo locuti sum⁹:
Ps.147. vbi scriptū est: Usq̄ ī velocitatē curret verbū eius:
Quia nihil vētis veloci⁹. Nostis oēs q̄tū illa facili-
tas cōmēdabaꝝ ī pelle. Nihil enī facili⁹ ab hoīe q̄ pel
lis extendiꝝ. Sic et hic insinuās deū p verbū ei⁹ vbi
q̄ p̄ntem: velocitate mot⁹ nihil deserere: q̄z tu nō no
ueras aliq̄d vēto veloci⁹. Ambulat inq̄t sup pēnas
ventoꝝ: id est velocitas ei⁹ supat velocitatē ventoꝝ:
Ut p pennas vētoꝝ intelligas velocitatē ventorū.
Et verbū dei intelligas veloci⁹ oībus vētis: Et sic ī
S prima facie cōsideratiōis pulsem⁹ ad aliq̄d interius:
et figurate aliq̄d nobis indicēt iste lr̄e. Uentos q̄dē
intelligim⁹ ī figura nō absurde aīas: Nō q̄z vēt⁹ est
aīa: sed q̄z inuisibilis est vētus: c̄ūis res corporea
corpa impellēs: tn̄ q̄z hūani oculi aciē fugit. Est aūt
aīa inuisibilis: p̄pterea b̄n intelligim⁹ aīas ventos.
Gen.2. Inde ē q̄z de⁹ insufflasse dicaꝝ spirituā vite formato
hoī: Et fact⁹ hō in aīaz viuentē. Ergo vēti: aīe ī al-
legoria nō absurde accipiūꝝ. Uidete aūt ne putetis
noīata allegoria: pantomimi aliq̄d me dixisse. Naz
quedā vba q̄n verba sunt et de lingua p̄cedūt: cō-
munia nobis sūt etiā cū reb⁹ ludicris et nō honestis.
Tn̄ locū suū h̄nt ista vba in ecclesia: et locū suū in
scena. Nō enī ego dixi qō paul⁹ apl̄s nō dixit: cum
Gal.4. de duob⁹ filijs abrae diceret: Que sunt inq̄t in alle-
goria. Allegoria dicitꝰ: cū aliq̄d aliud videꝝ sonare in
Joā.1. verbis: et aliud in intellectu significari. Quō dicitur
agnus christus: Nūq̄d pec⁹? Leo christus: nunq̄d
1.Co.10. bestia? Petra christus: nūq̄d duricia? Mons chri-
stus: nūq̄d tumor terre? Et sic multa aliud videꝝ so-
nare: aliud significare: et vocaꝝ allegoria. Nā q̄ pu-
tat me de theatro dixisse allegoriā putet et dn̄m de
amphitheatro dixisse parabolā. Uidetis q̄d faciat
ciuitas: vbi abundāt spectacula: In agro securi⁹ lo-
querer. Quid sit enī allegoria: non ibi forte didicis-
sent hoīes: nisi in scripturis dei. Ergo q̄ dicim⁹ alle
goriā figurā esse: Sacramētū figuratū allegoria ē.
Et q̄d hic accipim⁹: Ascēdit sup pennas ventorū?
Diximus b̄n accipi figurate ventos aīas. Pēne vē- T
torum: penne animaꝝ q̄ sunt: nisi a q̄bus sursum at-
tolluntꝝ? Penne ergo animarū virtutes: bona opa:
recta facta: In duob⁹ alis habent oēs pennas. Oīa Matth.22.
enī p̄cepta in duob⁹ p̄ceptis sunt. Quisq̄s dilexerit
deū et p̄ximū: aīam habet pennatā liberis alis: scō
amore volantē ad dn̄m. Quicunq̄ implicaꝝ amore
carnali: viscū habet in pennis. Nā si aīa non habet
alas et pennas: vn̄ ille gemēs in tribulatiōib⁹ dicit:
Quis dabit mihi pēnas sicut columbe? Et sequiꝝ: Ps.54.
Et volabo: et requiescā. Itē alio loco: Quo ibo a spi
ritu tuo: et q̄ a facie tua fugiā? Si ascendero in celū Ps.138.
tu ibi es: si descēdero ad infernū: ades: Si accepero
pennas meas sicut colūba: et volabo ī extrema ma-
ris. Tāq̄ diceret: Sic possuz fugere a facie ire tue:
si accepero pēnas vt colūba: et volauero ī extrema
maris. In extrema maris volare: est spem iam p̄ten
dere in finē seculi: quō ille q̄ ait. Hoc labor est an̄ me Ps.72.
donec introeā in sanctuariū dei: et intelligā in nouis-
sima. Et quō venit in extrema maris: etiā acceptis
pennis? Etenī illuc inq̄t man⁹ tua deducet me: et p- Ps.138.
ducet me dextera tua. Nā et cū pennis meis casura
sum nisi tu deducas. Ergo alas habēt bonas: et libe
ras: et nullo visco obligatas anime: bene operantes
p̄cepta dei: habentes charitatē de cōsciētia pura: j.Timo.j.
et fide nō ficta. Sed q̄ttumula sint p̄grādē virtuti- V
bus charitatis: quid ad illaz dilectionē dei: qua sunt
dilecte: etiam cum visco essent implicate? Maior er
go in nos dilectio dei q̄ nostra in illum. Nostra di-
lectio penne nostre sunt: sed ille ambulat super pen-
nas ventorum. Jam dicebat quibusdā Apostolus:
Flecto genua mea pro vobis ad patrem: vt det vo- Eph.3.
bis s'm interiorē hominē habitare christum per fi-
dem in cordibus vestris: in charitate radicati et fun-
dati. Jam dat illis charitatē deus: iam dat illis alas
et pennas vt possitis inq̄t cōprehendere que sit la- Ibidem
titudo: longitudo: altitudo: et p̄fundum. Fortassis
crucē dn̄i significat. Erat enī latitudo in qua por- Super Johem tractat⁹.118.D.
recte sunt manus: longitudo a terra surgens in qua
erat corpus infixū: altitudo ab illo dirigendo ligno sur
sum quod eminet: p̄fundum vbi fixa erat crux: et ibi
omnis spes vite nostre. Latitudo enim est in bonis
operibus: longitudo in p̄seuerādo vsq̄ in finē: alti-
tudo p̄pter sursum cor: vt oīa sint bona opera nr̄a in
quibus p̄seueramus vsq̄ in finem: habentes latitu-
dinem qua bene operamur: et longitudinē qua p̄se-
ueram⁹ vsq̄ in finē: Nō faciam⁹ aliq̄d nisi spe cele-
stium premiorū. Ipa est enī altitudo: nō hic q̄rere
mercedē: sed sursum: ne dicaꝝ nobis: Amē dico vobis Matth.6.
perceperūt mercedē suam. Profundū aūt qō dixi vbi
fixa erat ps crucis et nō videbaꝝ: inde resurgebant q̄
nō videbanꝝ. Quid est qō occultū est: et nō publicū
in ecclia? Sacramentū baptismi: sacramētū eucha-
ristie. Opa aūt nr̄a bona vidēt et pagani: sacramēta
vero occultanꝝ illis: Sed ab his q̄ nō videt surgūt ad
illa q̄ nō videt. sicut a p̄fundo crucis: q̄ in terra fi-

gitur surgit tota crux q̄ apparet ⁊ cernit. Et quid postea: Cū hoc dixisset: Apostolus adiecit: scire etiā supe-
Ephe. 3. minentē scientie charitatis christi: cū iam dictū fuisset: in charitate radicati et fundati. Amatis eni christum: et ideo in cruce operamini. Sed nūquid amatis christū vos ille amauit: Amādo aūt christum etiā amatis: volatis ad ipm: vt cognoscatis queadmodū ipse vos amauerit: Hoc est: vt sciatis supeminentiā charitatis christi. Amatis eni vos christū potestis: et volatis christū potestis: Sed ille ābulat sup pennas ventorū. Qui ambulat sup pennas ventorū: Qui facit angelos suos spiritus: et ministros suos ignē flagrantē. Et hoc quia nō videamus apparitionē angelorū: abscōdita est eni ab oculis nostris: et est in quadā republica magna imperatoris dei: Tn̄ esse angelos nouim⁹ ex fide: et multis apparuisse scriptū legim⁹ et tenem⁹: Nec inde dubitare fas nobis est. Spiritus aūt angeli sunt: et cū spirit⁹ sunt nō sunt angeli: cū mittunt fiunt angeli. Angelus eni officij nomen est: nō nature. Queris nomen eius nature: spūs est: queris officiū: angel⁹ est. Ex eo qd̄ est: spiritus est: ex eo qd̄ agit: angel⁹ est. Vide illud in hoīe. Nomē nature homo: officij miles. Nomen nature vir: officij preco. Homo eni fit p̄co: id est qa homo erat fit preco: nō qz erat p̄co fit homo. Sic ergo q̄ erāt iam spūs cōditi a creatore deo: facit eos angelos: mittēdo eos nūciare qd̄ iusserit: ⁊ ignē
Exo. 3. flagrantē facit ministros suos. Legimus apparuisse ignē in rubo: legimus etiā missum ignē desup: et impleſſe qd̄ p̄ceptum est. Ministrauit ergo cū impleret: Cū esset ī natura sua: erat: cū egit qd̄ iussum est: ministeriū impleuit. Sic sm̄ lrām videmus in creatura. Quid est aūt in ecclesia figurate: Quō accipimus: q̄ facit angelos suos spiritus: et ministros suos ignē flagrantē: Spūs spirituales dicit. Bene facit angelos suos spūales id ē nūcios verbi sui. Spi-
j. Cor. 2. ritualis eni oīa iudicat: ipse aūt a nemine diiudicat.
i. Cor. 3. Vide spiritualē factū angelū dei: Nō potui inqt vobis loqui quasi spiritualib⁹: sed quasi carnalib⁹. De spirituali quadā affectiōe missus est ad carnales tā̄q̄ angelus de celo ad terrā. Quō dicit: et ministros
Roma. 12. suos ignē flagrantē: nisi quō dicit spiritu feruētes: Sic eni feruens spiritu: ignis ardēs est oīs minister dei. Nōne ardebat stephanus: Quo igne ardebat:
Act. 7. Et q̄ ille ignis erat: q̄n lapidabat: et p̄ eis a quib⁹ lapidabat rogabat: Cū audis: ignis est minister dei: incēsurū illū putas: Incendebat licet: sed fenū tuū: id ē carnalia oīa desideria tua: Curat minister dei:
j. Cor. 4. p̄dicā verbū dei. Audi illū: Sic nos existimet homo: vt ministros christi: et dispēsatores ministerio-
2. Cor. 6. rum dei. Quō autē ardebat cū diceret: Os nostrū patet ad vos o corinthij: cor nostrū dilatatum est: Ardebat ⁊ flagrabat charitate: et ibat ī eos vt incenderet. Hūc ignē se missurū dn̄s in terrā dicebat cum
Luce. 12. ait: Ignē veni mittere ī terrā. Quō gladiū: sic ignē.
Math. 10. Gladius diuidit affectū carnalē: ignis absumit. Totum in verbo dei intellige: totū ī spiritu dei cognosce. Incipe feruere charitate p̄ verbū qd̄ audis: ⁊ vide qd̄ in te fecerit ignis minister dei. Qui facit angelos suos spūs. et ministros suos ignē flagrantem: Fundauit terrā sup firmitatē eius: nō inclinabit in seculū seculi. De terra ista hoc accipere nescio vtrū habeat vllū exitū: vtrū recte dicatur: nō inclinabit in seculū seculi: de q̄ dictū est: Celum et terra transient. Laborat hic si ad lrām q̄ras accipere. Nā q̄ ait: Fundauit terrā sup firmitatem eius: fortasse quedam est firmitas occulta nobis: q̄ cōtinet terrā: et hoc dixit: fundauit. Sup qd̄ firmauit: Sup firmitatē ipsius terre: quā et supposuit: vt cōtineret: q̄ latet forte oculis tuis: Sunt ista occulta ī creatura: Nō de obscuritate creature creator latebit. Que possum⁹ videamus: ex his q̄ videmus illū laudemus et amemus. Cōuertamus nos ad q̄rendum aliqd hic in figura positū. Firmauit terrā: intelligo ecclesiā. Dn̄i est terra et plenitudo ei⁹: Intelligo ecclesiā terrā. Ipsa est terra sitiēs: Ipsa ē que dicit in psalmis: vna eni dicit ex oībus: Aīa mea sicut terra sine aq̄ tibi. Sicut terra sine aqua tibi: qd̄ est: Sitiens sitiuit aīa mea ad te tā̄q̄ terra sine aq̄. Nisi eni sitiat: nō recte irrigabit. Nāq̄ crebra pluuia diluuium est: sitiat oportet: Beati eni q̄ esuriūt ⁊ sitiunt iusticiā: Et dicat aīa mea tan̄q̄ terra sine aqua tibi: qz dicat alibi: Sitiuit aīa mea ad deū viuū. Terram ergo intelligo ecclesiā. Que est firmitas ei⁹ sup quā fundata est: nisi fundamentū eius: An incōgrue intelligimus firmitatē sup quā fundata ē terra: fundamentū vbi cōstituta est ecclesia: Qd̄ est illud fundamentū: Fundamentū inqt nemo pōt ponere p̄ter id qd̄ positū est: qd̄ est christus iesus. Ibi ergo firmati sumus: Merito ibi firmati: nō inclinabimur in seculū seculi. Nihil eni firmi⁹ isto fundamēto. Infirmus tu eras: sed firmū fundamētū te portat. In te firmus esse nō poteras: firmus eris semp si ab illo firmo fundamēto nō recedas. Nō inclinabit ī seculū seculi. Ipsa est p̄destinata colūna: et firmamentū veritatis. Abyssus sicut vestimentū amictus ipsius: sup montes stabūt aque. Ab increpatiōe tua fugiēt: a voce tonitrui tui formidabūt. Ascendūt montes ⁊ descendunt campi: in locū quē fundasti eis. Terminū posuisti eis quē nō trāsgredientur: neq̄ reuertent tegere terrā. Qui emittis fontes in conuallibus: inter mediū montiū p̄transibūt aq̄. Potabūt oēs bestie agri: suscipiēt onagri in sitim suā. Sup illos volatilia celi inhabitabunt: de medio petrarū dabūt vocē suā. Rigās mōtes de superioribus suis: de fructu operū tuorū saciabit terra. Producēs fenū iumentis: ⁊ herbā seruituti hominū: Ut educas panem de terra: ⁊ vinū letificet cor hominis: Ut exhilaret faciē in oleo: et panis cor hois cōfirmet. Saturabuntur oīa ligna campi: et cedri libani quas plantauit: illic passeres nidificabūt. Fulice dom⁹ dux est eorū. Animaduertitis extentū celū: vultis intellectu ascēdere: Et ego video q̄tū altū sit. Puto q̄ mecū cōsideret charitas vestra. Nā ideo multos versus volui p̄nūciare: vt videatis q̄ alta sint posita sacramēta dei: ne fastidiam⁹ oblata: ne p̄mpta p̄pterea vilescāt: vt sp̄ quesita cū difficultate: cū maiori iocunditate inueniantur. Inter cetera tamē fratres que p̄nt accipi ad litterā: nūqd ⁊ hoc qd̄ dictū est: Illic passeres nidificabūt: fulice dom⁹ dux est eorū: Nunquid domus fulice dux est passerū: Aut dom⁹ fulice: dux est cedrorū: Et hoc eni ibi est:

Et cedri libani quas plantauit:illuc passeres nidifi/cabunt:fulice domus dux est eorum. Et quidē latina lo cutione:eorū cedrorū nō possum⁹ intelligere. Cedri enī feminini generis sunt. Fulice itaque domus:quō est dux passerū:Hoc enī in ista creatura que oculis nostris adiacet:intelligi nullo pacto potest. Fulicas enī aues esse marinas vel stagnenses nouimus. Do mus fulice:sit nidus fulice. Quō ergo domus fulice dux est passerū:Quare quedā in rebus visibilibus quasi absurda miscet spiritussanct⁹:nisi vt ex eo qō nō

12 possum⁹ accipe ad lrām:cogat nos ista spiritualiter q̄rere:Ergo si ad celū intellectu vt dixi:ad extentā pellē volvis ascēdere:et nubes fecit ascensionē eius: Nubes ista q̄ vobis loquit:inualida ē hodie ad oīa ista exponēda. Date veniā:et si nō vestre:mee certe infirmitati. Auiditatē qdē vestrā tantā video: vt sp parati sitis audire. Sed due res sunt: quarū rō non cōtemnenda est. Nā et infirmitas corpis nostri cō siderāda est:et ipsarum rez q̄ exponunt:memoria: Interim q̄ audistis cogitate. Quid dixi: Que mā ducastis:ruminate. Sic enī eritis mūda animalia:et apta epulis dei. Fructū aūt vestrū in operib⁹ vrīs aduertite. Valde enī male digerit is q bñ audit:et n bñ operat:qz dñs deus noster nō deest pascere. No tum est omnibus:qz de pane quē accipim⁹ et quē ero/gam⁹:reddituri sum⁹ rationē:Optime nouit chari/tas vestra: Non enī tacet nobis pagina diuina:aut adulat nos deus. De isto loco q̄ liberi sim⁹ ad vos potestis aduertere:et si forte ego minus liber sum: vel oēs q in hoc loco vobis loquunt si minus liberi sumus:certe ipse sermo dei neminē timet. Nos autē siue timeamus:siue liberi simus:eū cogimur annū/ciare q neminē timet:Hoc vobis nō hoīes: sed de⁹ p̄stitit:vt et p timidos liberū audiatis. Excusationē in iudicio dei nō habebitis:nisi vos in bonis opib⁹ exercueritis:et eorū q̄ audistis tāq̄ pluuie fructū cō grūum dederitis. Fruct⁹ cōgruus opa bona: Fru

13 ctus boni⁹ sincera dilectio:nō solū fratris:sed et ini mici. Supplicē nullū spernas:et cui dare non potes qō petierit:nō eū spernas. Si potes dare: da:si nō potes:affabilē te p̄sta. Coronat deus intus boni/tatē:vbi nō inuenit facultatē. Nēo dicat:nō habeo. Charitas n̄ de sacello erogat:qz qcqd dicim⁹ et qc/qd diximus: et qcqd dicere poterim⁹: vel nos:vel post nos. vel q āñ nos:finē nō hñt nisi charitatē:qz

1. Tim. 1. finis p̄cepti charitas est:de corde puro et cōscientia bona:et de fide nō ficta. Interrogate qñ rogat deū corda vestra:videte quō trāsmittatis versum istum:

misericordiã tuã. gratuita gratia cõmemorat. nõ ex
operũ debito. Et sciant q2 manus tua hec: et
tu dñe fecisti eam. De his dixit sciant: ꝓ quibus
ꝑsequẽtibus et orauit: Quia in eis in quib⁹ fact⁹ est op
probriũ mouẽtib⁹ in eius illusionẽ capita sua: erant
etiã hi q̃ in eũ postea crediderũt. Discãt aũt q̃ formã
hũani corporis deo tribuunt: quõ habeat deus manũ.
Si enĩ qđ facit: manu facit: nũquid et ipsã manũ sua
manu fecit? Quõ ergo hic dictũ est: Et sciãt q2 man⁹
tua hec: et tu dñe fecisti eam: Intelligam⁹ itaq̃ ma
nũ dei esse christũ: Vñ alibi dicit: Et brachiũ dñi cui Esa. 53.
reuelatũ est. Hec manus et erat et fecit eam: q2 in prin
cipio erat verbũ: et verbũ caro factũ est. Et erat hoc Joh. 1.
tempore ꝫm diuinitatẽ: et fact⁹ est ei ex semine dauid Roma. 1.

in carne. Maledicent illi et tu benedices. Uana est ergo et falsa maledictio filiorum hominum diligentium vanitatem: et querentium mendacium. Deus autem cum benedicit: facit quod dicit. Qui insurgunt in me confundantur. Ut enim insurgant aliquid se adversus me
Ps.107. proficere arbitrantur: Sed cum exaltatus fuero super celos: et esse ceperit super omnem terram gloria mea: confundentur. Servus autem tuus letabitur: Sive in dextera patris: sive in membris suis letantibus: et inter temptationes in spe: et post temptationes in eternum. Induantur qui detrahunt mihi pudore: Id est pudeat eos detraxisse mihi. Sed hoc potest et in bono accipi: dum corriguntur. Et operiantur sicut diploide confusione sua. Diplois duplex pallium est. Illi quidam etiam sic interpretati sunt istum versum: Et operiantur sicut pallio duplex confusione sua. Intelligitur autem confundantur et intus et foris: id est et coram deo et coram hominibus. Confitebor domino nimis in ore meo. Nimis dici solet in consuetudine sermonis latini: quod plus est quam debet. Cui contrarium est parum: quod minus est quam debet. Sed nimis: grece ἄγαν dicitur. Iste autem versus non habet ἄγαν: sed habet σφόδρα: Quod quidam nostri sic interpretati sunt: ut pro eo ponerent aliqui nimis: aliqui valde. Sed si nimis pro eo quod est valde intelligitur: potest et in laude poni. Ubi et ista confessio laudem significat. Ita enim sequitur: Et in medio multorum laudabo eum.
Ps.21. Dicit enim et in alio psalmo: In medio ecclesie cantabo te. Sed cum ipsa cantat ecclesia que corpus est christi: quomodo in medio ecclesie cantat ecclesia: ita et hic multi cum sint membra christi: sicut ipsi laudant: ille laudat: qui est in medio eius: Quomodo in medio multorum laudat qui ipsis multis laudantibus dicitur ipse laudare? An ideo
Math.28. laudat in medio multorum: quia cum ecclesia sua est hic usque in consummationem seculi: ut quod ait: in medio multorum: hoc accipiamus quod ab eisdem multis honoratur. In medio quippe esse dicitur: cui honor precipuus exhibetur. Sic autem cor est tanquam hominis medium: nihil melius intelli-
Eph.3. gitur dictum quam in cordibus multorum laudabo eum. Habitat enim christus per fidem in cordibus nostris: et ideo ait: in ore meo: id est in ore corporis mei: quod est ecclesia. Corde
Roma 10. enim creditur ad iusticiam: ore autem confessio fit ad salutem.
Luc.22. Qui astitit a dextris pauperis. De iuda dictum erat: Et diabolus stet a dextris eius: quia suas divitias augere voluit christo vendito. Hic autem dominus astitit a dextris pauperis: ut divitie pauperis sint ipse dominus. Astitit quippe a dextris pauperis: non ut ei multiplicaret annos vite quandoque finiende: neque ut eius augeret pecuniam: aut eum faceret corporis viribus fortem: vel ad tempus incolumem: Sed ut salvam faceret: inquit: a persequentibus animam meam. Salva fit autem a persequentibus anima: si non eis consentiatur ad malum. Non eis autem consentitur cum assistit dominus a dextris pauperis: ne ipsa paupertate: id est infirmitate succumbat. Hoc adiutorium prestitum est corpori christi in sanctis martyribus omnibus.

Explicit Tractatus de psalmo CVIII.

Incipit Tractatus de psalmo CIX.

Prefatio.

Tantum dominus donat: qui nos ministros constituit verbi et sacramenti sui servire vobis: in adipe misericordie sue: suscipimus psalmum istum quem modo cantavimus: brevem numero verborum: sed magnum pondere sententiarum: adiuvante illo qui vos fecit intentos: ut et nos faciat idoneos sic ut possimus considerare atque tractare. Vivat anima vestra: et vigilet in deum. Tempus enim constituit deus promissis suis: et tempus eis que promisit implendis. Promissionum tempus erat tempore prophetarum usque ad Iohannem baptistam: Ab illo autem et deinceps usque ad finem: tempus est implendi ea que promissa sunt. Fidelis deus qui se nostrum debitorem fecit: non aliquid a nobis accipiendo: sed tanta nobis promittendo. Parum erat promissio: etiam scripto se tenere voluit: veluti faciens nobiscum chirographum promissorum suorum: ut cum ea que promisit solvere inciperet: in scriptura promissorum consideraremus ordinem solvendorum. Tempus itaque prophetie predictio erat ut sepe iam diximus promissionum. Promisit salutem eternam et beatam vitam cum angelis sine fine: et hereditatem immarcessibilem: gloriam sempiternam: dulcedinem vultus sui: domum sanctificationis sue in celis: et resurrectionem a mortuis: nullum deinceps moriendi metum. Hoc est promissum eius tanquam finale: quo decurrit nostra omnis intentio: quo cum pervenerimus nihil amplius requiramus: nihil amplius exigamus. Sed ad illud quod erit in fine quo ordine veniatur: neque hoc tacuit promittendo et prenunciando. Promisit enim hominibus divinitatem: mortalibus immortalitatem: peccatoribus iustificationem: abiectis glorificationem. Quicquid promisit: indignis promisit: ut non quasi operibus merces promitteretur: sed gratia a nomine suo gratis daretur: quia et hoc ipsum quod iuste vivit in quantum homo potest iuste vivere: non meriti humani sed beneficii est divini. Nemo enim iuste vivit nisi iustificatus: id est iustus effectus. Ab illo autem fit homo iustus qui nunquam potest esse iniustus. Sicut enim lucerna non a seipsa accenditur: ita nec anima humana sibi prestat lucem sed clamat ad deum: Tu illumi- Ps.17
nabis lucernam meam domine. Cum ergo peccatoribus promissum sit regnum celorum: non in peccato permanentibus: sed a peccato liberatis et iusticie servientibus: quod ipsum ut possint: ipsius gratia ut diximus adiuvantur: et ab eo qui semper est iustus iustificantur: incredibile videbatur tantam deum curam gerere pro hominibus: hodieque qui de gratia divina desperant: atque a pessimis moribus nolunt se convertere ad deum ut ab illo iustificentur: et per eius indulgentiam deletis omnibus peccatis suis incipiant in illo vivere iuste qui nunquam vixit iniuste: Hanc habent perniciem cogitationis sue in seipsos: ut dicant deum res humanas non curare: nec inde posse cogitare mundi huius artificem atque rectorem: quemadmodum quisque mortalis in terra vivat: et ita nec computari se homo putat a deo: qui factus est a deo. Talem hominem si alloqui possimus: si admittat nos prius ad aures suas: deinde ad cor suum: si non repellat resistendo querentem se: et patiatur perditus inveniri se: possumus ei dicere: O homo: quomodo te deus factum non computavit: qui ut fieres ante curavit? Cum te in ordine rerum conditarum numerari non putas: noli credere seductori: ca- Math.10.
pilli tui numerati sunt a conditore. Hoc denique et dominus in evangelio discipulis suis ait: ne mortem timerent: ne aliquid suum in morte periturum putarent. Illi in morte de animabus suis pertimescebant: ille ipsis securitatem iam de capillis dabat. Ita ne christo anima perit cuius capillus non perit? Verumtamen fratres quia incredibile videbatur hominibus quod promittebat deus ex hac mortalitate: corruptione: abiectione: infirmitate: pulvere et cinere futuros homines equales angelis dei: non solum scripturam cum hominibus fecit ut crederent: sed etiam fidei sue posuit mediatorem: non quemlibet principem aut quemlibet angelum vel archangelum: sed unicum filium suum: ut qua via nos perdu-

cturus esset ad illũ finẽ quẽ ꝓmisit: ꝑ eum ipm filiũ
suũ ⁊ oñderet ⁊ ꝑberet. Parũ em̃ erat deo vt filiũ suũ
faceret demõstratorẽ vie: cũ ipsum viã fecit: vt ꝑ illũ
ires regentẽ te ambulantẽ ꝑ se. Promisit ergo quia
venturi essem⁹ ad eũ: id est ad illã ineffabilẽ imorta-
E litatẽ: et cum angelis eius equalitatẽ. Quã longe era-
mus: q̃ ille sursum: q̃ nos deorsum: q̃ ille in summo:
q̃ nos in imo desperati iacebam⁹: Sine expectatiõe
salutis egrotabamus: Missus est medicus: quẽ non
j. Cori. 2. cognouit egrotus. Si em̃ cognouissent: nunq̃ dñm
glorie crucifixissent. Sed hoc quoq̃ valuit ad egro-
ti medicamentũ: ꝙ medicum occidit egrotus. Venit
vt visitaret: occisus est vt sanaret. Insinuauit se cre-
dentib⁹ deũ ⁊ hominẽ: Deũ ꝑ quẽ facti sum⁹: homi
nẽ ꝑ quẽ recreati sumus. Aliud in illo apparebat: aliud
latebat. Et qḋ latebat multo erat ꝑstantius q̃ id qḋ
apparebat: sed qḋ erat ꝑstantius videri nõ poterat.
Curabat̃ eger per id qḋ videri poterat: vt postea ca-
pax fieret visiõis eius: que latẽdo differebat̃: nõ ne-
gando auferebat̃. Unicus itaq̃ filius dei venturus
ad homĩes assumpturus hominẽ: ⁊ ꝑ id qḋ sumpsit
futurus homo: moritur⁹: resurrectur⁹: ascensurus in
celũ: sessurus ad dexterã patris: et impletur⁹ in gen-
tibus que ꝓmisit: ⁊ post impletionẽ ꝓmissorũ suoꝝ
in gentibus etiã hoc impletur⁹ vt veniat: et qḋ ꝑro-
Roma. 9. gauit exigat: discernat vasa ire a vasis misericordie:
reddat impijs qḋ minatus est: iustis qḋ pollicit⁹ est:
Hoc ĝ totũ ꝓphetandũ fuit: ꝑnunciandũ fuit: ventu-
rũ cõmendandũ fuit: vt nõ subito veniẽs horreret̃:
sed creditũ expectaret̃. Ex his ꝓmissiõibus est psal-
mus iste: dñm ⁊ saluatorẽ nostrũ iesum christũ certe
apteq̃ ꝓphetans: vt oĩno dubitare nõ possim⁹ chri-
stũ annũciari psalmo hoc. Quãdoquidem christiani
sumus: ⁊ euãgelio iam credimus: absit vt negemus.
Nam cũ ipse dñs noster ⁊ saluator iesus christus q̃-
reret a iudeis: cui⁹ filiũ dicerẽt esse christũ: ⁊ respon-
dissent David: ille cõtinuo retulit respõdẽtib⁹ et ait:
Matth. 22. Quõ ergo dauid in spiritu dicit eum dñm: dicens:
Dixit dñs dño meo sede ad dexterã meã: donec po-
nã inimicos tuos sub pedibus tuis: Si ergo in spũ
inquit vocat eũ dominũ: quõ filius eius est: Ab hoc
ergo versu psalmus iste incipit.

Expositio psalmi.

D Matth. 22. Heb. 10. j. Corī. 15. D Ixit dominus dño meo: sede a dex-
tris meis: Donec ponã inimicos tu-
os scabellũ pedum tuorũ. Hanc ergo
questionẽ iudeis ꝓpositã a dño: in ipso ingressu psal-
mi ꝯtractare debemus. Si em̃ qḋ responderũt iudei
exigat̃ a nobis vtrũ cõfiteamur et nos abnegemus:
absit vt negemus. Si dicat̃ nobis christus filius est
dauid: an nõ est: Si dixerim⁹ nõ: cõtradicim⁹ euan-
gelio. Nãq̃ mattheo scribẽte: sic incipit euangeliũ:
Math. 1. Liber generatiõis iesu christi filij dauid. Euãgelista
dicit librũ se scribere generatiõis iesu christi: filij da-
Math. 22. uid. Recte ergo iudei interrogati a christo: cui⁹ esse
filiũ crederẽt christũ: Respõderũt: Dauid. Respon
sioni eoꝝ cõgruit euãgeliũ. Habet hoc nõ solũ suspi
cio iudeorũ: sed ⁊ fides christianorũ. Adhuc alia fir-
Rom. 1. mamẽta cõspicio. Dicit aplus: Qui fact⁹ est ei ex se-
2. Timoth. 2. mine dauid ſm carnẽ. Dicit etiã ad timotheũ: Me-
mor esto christum iesum resurrexisse a mortuis ex se-
mine dauid ſm euangeliũ meũ. Et de ipso euãgelio
quid dicit: In quo laboro vsq̃ ad vincula tanq̃ ma- 2. Timo. 2.
le faciens: sed sermo dei nõ est alligatus. Laborabat
ergo vsq̃ ad vincula apostol⁹ pro euangelio suo: id
est pro dispensatiõe euangelica quã populis predi-
cabat: quã populis impendebat: ille qui mane rapu-
erat ſ tũc iã escas ad vesperũ diuidebat. Laborabat
ĝ vsq̃ ad vincula aplus ꝓ euãgelio: quo euãgelio ꝑ-
dicabat christũ iesum resurrexisse a mortuis ex semi-
ne dauid. Pro hoc euangelio apostol⁹ laborabat: et
tamẽ de hoc christus interrogabat: ⁊ respondẽtibus
iudeis qḋ ꝑdicabat apostol⁹: retulit vocem cõtradi-
ctionis ⁊ ait: Quomõ ergo dauid in spiritu vocat eũ Matth. 22.
dominũ: Et interposuit testimoniũ de hoc psalmo:
Dixit domin⁹ dño meo. Si ergo in spiritu vocat eũ
dominũ: quomõ filius eius est: Iudei sub hac inter-
rogatione tacuerũt: quid responderẽt deinceps non
inuenerũt: nec eum tamẽ dominũ quesierũt: quia et
ipsum esse illum filium dauid non agnouerũt. Nos
autẽ fratres credamus ⁊ dicamus: Corde em̃ credit̃ Roma. 10.
ad iusticiã: ore autẽ cõfessio fit ad salutem. Credam⁹
inq̃ ⁊ dicamus ⁊ filiũ dauid ⁊ dominũ dauid. Non
erubescamus de filio dauid: ne iratum inueniamus E
dominũ dauid. Hoc em̃ nomine illũ rectissime trã-
seuntẽ appellantes ceci: illuminari meruerũt. Transi-
bat em̃ iesus: Et illi audito sonitu trãseũtis turbe: au-
re iã illũ cognoscẽtes qḋ nõdum poterãt oculis: ac-
clamauerũt voce magna ⁊ dixerũt: Miserere nostri Matth. 20.
fili dauid. Turbe autẽ illos increpabant vt tacerent:
Et illi nihilomin⁹ lucis desiderio turbarũ ꝯdictionẽ
vincentes: in clamãdo ꝑseuerauerũt: trãseuntẽ tenu-
erunt: ⁊ a tangẽte illuminari meruerũt. Dicebãt em̃
trãseunti: Miserere nr̃i fili dauid. Stetit ille: Et vi- Matth. 20.
cto ab eis clamore cõtradicentiũ: quid inquit vultis
vt faciã vobis: Et illi: Domine vt videamus. Teti-
git ⁊ aperuit oculos eorũ: Viderũt ꝑsentẽ: quẽ sen-
serant transeuntẽ. Aliquid ergo transitoriũ domin⁹
fecit: Est aũt aliud qḋ stat. Aliud est inq̃ transitoriũ
domini: aliud stabile domini. Transitoriũ dñi: virgi
nis partus: verbi incarnatio: etatũ gradatio: mira-
culorum exhibitio: passionũ ꝑpessio: mors: resurre-
ctio: ascensio in celũ: Hoc totũ trãsitoriũ fuit. Num
em̃ adhuc christus nascit̃: aut adhuc morit̃: aut ad-
huc resurget: aut adhuc ascẽdet in celũ: Nõne vide-
tis ista facta ꝑ tempora: cucurrisse ꝑ tẽpora: exhibu-
isse viatorib⁹ quiddã trãsitoriũ ne in via remanerẽt:
sed ad patriã ꝑuenirẽt: Deniq̃ ⁊ illi ceci ad viã sede-
bant: ibi trãseuntẽ senserũt: ⁊ clamãdo tenuerũt. In
via ĝ seculi hui⁹ hoc transitoriũ sui domin⁹ operatus
est: et hoc transitoriũ ꝑtinet ad filiũ dauid: Ideo illi
domino transeunti clamauerũt: Miserere nostri fili
dauid. Tanq̃ dicerẽt: Filiũ dauid trãseuntẽ cogno-
scim⁹: filiũ dauid in trãsitu factũ discim⁹. Agnoscam⁹
ergo ⁊ nos: ⁊ filium dauid cõfiteamur: vt illuminari
mereamur. Sentiam⁹ em̃ trãseuntẽ filiũ dauid, et illu-
minamur a dño dauid. Ecce ĝ quia magister noster F
interrogauit iudeos: ⁊ ideo nõ responderũt: qr disci-
puli esse noluerũt. Ecce si nos īterrogaret qd respõ-
derem⁹: Defecerũt in hac interrogatiõe iudei: ꝑficiãt
christiani: Nõ ꝯturbẽt̃ ſ erudiant̃. Nõ em̃ dñs inter-
rogat discere volẽs: ſ tanq̃ doctor interrogat. Dice-
rent miseri iudei: tu dic nobis: Maluerũt insulta ta-
citurnitate dirũpi: q̃ humili cõfessiõe edoceri. Dicat ĝ
nobis magister nr̃: ⁊ videam⁹ qd interrogatũ rñdeam⁹.

Math. 22. Quid vobis videt de christo: Cui⁹ ē fili⁹: Rñdeam⁹
dño qd̄ iudei: sed nō remaneam⁹ vbi iudei. Reco-
Math. 1. lamus euangeliū qd̄ credim⁹: Liber generatiōis ie-
su christi filij dauid. Nō quia interrogamur excidat
nobis christum esse filiū dauid: qd̄ memorie cōmen
2. Timo. 2. dat Apl's. Ea christiane memor esto iesum christū
resurrexisse a mortuis ex semine dauid. Ergo inter-
Math. 22. rogemur et respondeamus. Quid vobis videt de
christo: Cuius filius est: Dicant ora cōcordia chri-
stiana: dauid. Referat et doctor: et reuocet nobis.
Quō ergo dauid in spiritu dicit eū dñm: Dixit dñs
dño meo: sede a dextris meis: donec ponam inimi-
cos tuos sub pedib⁹ tuis: Quō nos diceremus: nisi
a te disceremus: Nūc ergo qz didicimus dicimus:
Joh. 1. In principio erat verbū: et verbū erat apud deū:
et deus erat verbū: Oīa p te facta sunt. Ecce dñs da
uid. Sz nos ꝓpter infirmitatē nostrā: qz caro despe-
Ibidem rata iacebam⁹: verbū caro factus es: vt habitares
Phi. 2. in nobis. Ecce fili⁹ dauid. Certe tu in forma dei cum
esses: nō rapinā arbitratus es esse equalis deo: ideo
dñs dauid: Sz temetipm exinanisti formā serui ac-
Math. 22. cipiens: inde filius dauid. Denique et in ipsa interro-
Luc. 20. gatione tua dicēs: quō filius eius est: nō te filiū ei⁹
negasti: sed modū i quo id fieret inquisisti. Dicit eū
inquis dauid dñm: quō filius eius est: Nō nego: s
dic quō: Illi ergo ex litteris q̄s legebāt et nō intel-
ligebant: si in ista interrogatiōe recolerēt modū: nō-
Esa. 7. ne responderēt quō interrogas: Ecce virgo accipiet
Math. 1. in vtero et pariet filiū: et vocabūt nomen eius ema-
nuel: qd̄ est interpretatū nobiscū deus. Accipiet vir-
go in vtero: virgo et semine dauid pariet filiū: vt sis
Luce. 2. filius dauid. Erant enī ioseph et maria de domo et
patria dauid. Peperit ergo virgo illa: vt esset filius
dauid: Sz ille quē peperit: vocabūt nomen ei⁹ ema
G nuel: nobiscū deus. Ecce habes et dñm dauid. Ali-
quid nobis fortassis ex hac re: quō christus et filius
sit dauid: et dñs sit dauid: etiā psalmus iste intima-
bit. Audiamus ergo et ptractem⁹ eū: Pulsem⁹ pie-
tate: et extorqueam⁹ charitate. Dauid ergo ipse di-
cit: Neqz enī dño cōtradicere licet: Dauid inquit in
spiritu vocat eum dñm. Ille ergo dauid de christo
quid dicit: **Nam ipsi dauid psalmus.** Et iste
est totus titul⁹: simplex sine figura q̄stionis: sine vl-
lo modo difficultatis. Quid ergo dicit dauid: Dixit
dñs dño meo: sede a dextris meis: donec ponā ini-
micos tuos scabellū pedū tuoꝝ. Quid est scabellū
pedū tuoꝝ: Qd̄ est sub pedibus tuis. Scabellū enī
pedū sub pedibus est. Dixit inqt dñs dño meo. Au
diuit hoc dauid: audiuit in spiritu: vbi nos qñ audi-
uit nō audiuimus: sed loquēti qd̄ audiuit: et scribēti
credidimus. Audiuit ergo prorsus: audiuit in quo-
dam secretario veritatis: in q̄dā mysterioꝝ sanctua-
rio: vbi ꝓphete in occulto audiuerūt: qd̄ i apto p̄di-
cauerūt. Ibi audiuit dauid q̄d cū fiducia magna di
cit: Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis: donec
ponā inimicos tuos scabellū pedū tuoꝝ. Nouimus
Mar. 16. christū sedere ad dexterā patris post resurrectionē a
Act. 1. mortuis: et in celis ascensionē. Factū est iam: nec vi
dimus: sed credim⁹: in libris legimus: p̄dicatū audi-
uimus: fide retinemus. Vñ et eo ipso qd̄ erat fili⁹ da
uid: christus factus est dñs dauid. Illud enī qd̄ na-
tum est ex semine dauid: ita honoratū ē vt esset et do
minus dauid. Ita admiraris hoc q̄si et i reb⁹ huma-
nis ista nō fiant. Si enim cōtingat filiū cuiusqz regē
fieri patre priuato: nōne erit dñs patris: Admirabi
lius est qd̄ pōt cōtingere: vt nō solū rex fact⁹ priuati
filius: dñs sit patris sui: sed et episcopus fact⁹ laici fi
lius: sit pater patris sui. Ergo et eo ipso q carnē acce
pit christus: q in carne mortuus est: q in eadem car-
ne resurrexit. q in eadē carne ascēdit in celū et sedet
ad dexterā pr̄is: et in eadē ipa carne sic honorata: sic
clarificata: sic i celestē habitū cōmutata: et fili⁹ ē da-
uid: et dñs ē dauid. Scdm hāc enī dispēsatione trā-
sit⁹ christi: et ī illud ab Apl'o dicit: Propter qd̄ illū Phi. 2.
exaltauit a mortuis: et donauit illi nomē qd̄ est sup
omne nomē: vt in noie iesu omne genu flectat: cele-
stium: terrestriū et infernoꝝ. Donauit inqt ei nomē
qd̄ est super omne nomē: Christo s̄m hominē mor
tuo: christo s̄m carnē resurgenti: ascendenti: dona-
uit nomē qd̄ est sup omne nomē: vt in nomine iesu
omne genu flectat: celestiū: terrestriū et infernorū.
Ubi erit dauid: vt nō ei sit dñs: In celo sit: in terra
sit: in inferno sit: dñs eius erit: q̄ est dñs celestiū: ter
restrium et infernoꝝ. Gaudeat ergo nobiscū et dauid
filij sui natiuitate honoratus: dominatu liberatus:
et gaudens dicat: vt a gaudentib⁹ audiat: Dixit do
minus dño meo: sede a dextris meis: donec ponam
inimicos tuos: scabellū pedū tuoꝝ. Sede: nō solum H
in alto sed et in occulto: excellēs vt domineris: latēs
vt credaris. Que enī esset merces fidei: nisi lateret
qd̄ credim⁹: Merces aūt fidei est videre qd̄ credi-
dim⁹ anteqz viderem⁹. Sicut aūt scriptura ꝓsonat:
Justus ex fide viuit. Non ergo esset iusticia fidei: si Roma. 1.
nō esset absconditū qd̄ p̄dicatum crederemus: et cre
dendo ad videndū perueniremus. Quā enī multa mul- Ps. 30.
titudo dulcedinis tue domine: quam abscondisti ti-
mentibus te. Ergo abscondisti: et remanserūt: Ab-
sit. Perfecisti autem sperantibus in te. Mirabile er
go mysterium christi sedentis in dextera dei. Occul
tatum est vt crederetur: subtractum est vt speraret:
Spe enim salui facti sumus. Spes autem que vide- Roma. 8.
tur: non est spes. Quod enim videt quis: quid spe-
rat: Apostoli verba sunt: Recognoscitis quidē: sed
propter rudes cōmendo. Quid ergo ait Apostol⁹:
Spe inquit salui facti sumus. Spes autem que vi-
detur nō est spes. Quod enim videt quis: quid spe-
rat: Si autem quod nō videmus: speramus: per pa
tientiam expectamus. Quia ergo que videtur non
est spes: abscondisti dulcedinē timentibus te. Quia Ibidem
quod nō videmus speramus: et per patientiā expe-
ctamus: perfecisti sperantibus in te. Denique charis- I
simi intente accipite quod dicturus sum: Quoniam
iusticia nostra ex fide est: et fide mundantur corda
nostra: vt quod credidim⁹ videre possimus. Utrū-
qz enim positum est: et beati mundicordes: quoniā Math. 5.
ipsi deum videbunt: et fide mundans corda eorum. Act. 15.
Que ergo hec est iusticia fidei: Credere quod nō vi
des: et ipso merito fidei ad visionem suo tempore p-
uenire. Dominus in euangelio cum promitteret spi
ritumsanctum: hoc ait: Ipse arguet mundū de pec- Joh. 16.
cato: de iusticia: et de iudicio. De quo peccato: De q̄
iusticia: De q̄ iudicio: Ipse sequit et exponit: et cōie
curas hoim nō admittit. De pctō quidē inqt: quia Ibidem
nō crediderūt in me. Quāta alia peccata iudeoꝝ: et
tamen quasi hoc vnū sit: ita dixit: De peccato qui-
dem qz nō crediderunt in me. Hoc est illud peccatū

Ioh.15. de quo alibi dicit: Si nõ venissem: peccatũ nõ ha-
berent. Quid est hoc: si nõ venissem peccatũ nõ ha-
berẽt? Ergo ad iustos venisti: et eos peccatores fe-
cisti? Sed exceptis aliis peccatis q̃ possent remitti
per fidẽ: hoc vnũ peccatũ notauit: qd̄ si nõ admitte-
retur: oĩa relaxarent. De peccato qdẽ ait: q2 nõ cre-
diderũt in me. Et alibi: Si nõ venissem: peccatum
nõ haberẽt. Eo eñ ipo quo venit ꝛ nõ crediderũt in
eum: inciderũt i peccatũ: Qd̄ si nõ inciderẽt: omnia
cętera peccata dimitti possent ꝑ indulgentiã gratię
impetratã ꝑ fidẽ. Ergo de peccato: q2 nõ crediderũt
Ioh.16. in me. De iusticia: q2 ad patrẽ vado: ꝛ iã nõ videbi-
tis me. Hęc ẽ iusticia: q2 ad patrẽ vadis: ꝛ iã nõ vide-
Romano.1. bũt te: hęc eteñ iusticia ex fide ẽ. Iust⁹ eñ ex fide vi-
uit. Et tũc ex fide viuit: si nõ videat qd̄ credit. Quia
ergo et ad iusticiã ꝑtinet ex fide viuere: et ex fide ne-
mo viuit: nisi nõ videndo qd̄ credidit: vt ipam iusti-
ciam faceret in hoĩbus: id est vt crederẽt qd̄ non vi-
derẽt. De iusticia inqt: q2 ad patrẽ vado: et iam non
videbitis me. Hęc inqt erit iusticia vestra: vt creda-
tis in eũ quẽ nõ videtis: et fide mundati eũ in quem
credidistis in die resurrectiõis postea videatis. Se-
det ergo ad dexterã dei christus: a dextris patris fi-
lius i occulto est: Credam⁹. Eteñ duas res hic di-
k cit: q2 et dixit de⁹: sede a dextris meis: et addidit: do-
nec ponã inimicos tuos scabellũ pedum tuoꝝ: hoc
est: sub pedibus tuis. Non vides christũ sedentẽ ad
dexterã patris: Nec hoc potes videre quõ ponant
inimici ei⁹ scabellũ pedũ eius. Cũ hoc implebit in
apto: crede illud esse in occulto. Qui inimici ponun-
tur scabellũ pedũ eius? Quibus inania meditanti-
Ps.2. bus dicit: Quare fremuerũt gentes: et populi me-
ditati sunt inania? Astiterũt reges terre ꝛ principes
cõuenerũt in vnũ: aduersus dñm et aduersus chri-
Ibidem stum eius. Et dixerũt: Dirumpamus vincula eoꝝ:
et ꝓijciamus a nobis iugum ipoꝝ: Non nobis do-
minent: nõ nos sibi subiugẽt. Qui habitat in cęlis ir-
ridebit eos. Inimic⁹ erat: erit sub pedib⁹ eius: aut
adoptatus: aut victus. Quere ergo quẽ locũ habe-
as sub pedib⁹ dñi dei tui. Nã necesse est vt habeas:
aut gratię aut pęnę. Sedet ergo ad dexterã dei: do-
nec ponant inimici eius sub pedibus eius. Hoc fit:
hoc agit: etsi paulatim peragit: indesinẽter agitur.
Fremuerũt eñ gentes: et populi meditati sunt ina-
nia: Astiterũt reges terre et principes cõuenerũt in
vnũ: aduersus dñm et aduersus christũ eius. Nun-
quid fremẽdo? Nunqd meditãdo inania? Nunqd
in vnũ aduersus christũ cõueniendo: efficiẽt: vt nõ
impleat: Dabo tibi gentes hereditatẽ tuã: ꝛ posses-
sionẽ tuã terminos terrę? Implebit oĩno: et in illis
frementib⁹: et illis inania meditantibus: Dabo tibi
gentes hereditatẽ tuã: et possessionẽ tuã terminos
terrę. Illi eñ inania meditant: Ut aũt impleat: da-
bo tibi gentes hereditatẽ tuã: et possessionẽ tuã ter-
minos terrę: nã nescio qs inanis locutus sit: sed do-
minus dixit ad me. Sic et in hoc psalmo possum⁹
dicere: Dixit: nõ quicũq2: nõ illi qui fremũt ꝛ medi-
tantur inania: sed dixit dñs dño meo: sede a dextris
meis: Donec ponã inimicos tuos: scabellũ pedum
tuoꝝ. Fremãt: meditent inania: perstrepãt: nunqd
nõ implebitur: Perijt memoria eorum cum strepi-
tu: Loquitur certe et alius psalmus: sed nõ ali⁹ spi-
Ps.9. ritus: Perijt memoria eorum cum strepitu: et dñs
in ęternũ permanet. Ille ergo qui memoria eorum
pereunte cum strepitu in ęternum permanet: ipse di-
xit dño meo: sede a dextris meis. Sedet eñ ad dex-
teram patris: donec ponat omnes inimicos ei⁹ sca-
bellum pedũ eius. Et quid sequit? Uirgam vir-
tutis tuę emittet dñs ex sion. Apparet satis: l
euidentissime apparet: nõ de illo regno christi ꝓphe-
tam loqui: quo regnat semꝑ apud patrẽ rerum do-
minum: quę per illũ creatę sunt. Quando enim non Ioh.1.
regnat in principio verbũ deus apud deum? Dicit
eñ: Regi aũt seculoꝝ immortali: inuisibili: incor- 1.Timo.1.
ruptibili: soli deo honor et gloria: in secula seculorum
amen. Regi seculoꝝ: honor et gloria: in secula secu-
loꝝ. Cui regi seculoꝝ? Immortali: inuisibili: incor-
ruptibili. In eo eñ qd̄ et christ⁹ est cũ pr̃e immorta-
lis: inuisibilis et incorruptibilis: q2 verbũ ei⁹ est. et 1.Cor.1.
virtus eius: et sapientia eius: et deus apud deum: ꝑ
quem facta sunt omnia: rex est seculoꝝ. Sed tamen
illud dispensatoriũ ꝛ transitoriũ: quo nos ꝑ medie-
tatẽ carnis suę vocauit in ęternitatẽ: regnũ eius in- Luce.1.
cipit a christianis: sed regni eius non erit finis. Po-
nunt ergo scabellũ pedũ ei⁹ inimici eius: sedẽtis ad
dexterã pr̃is: ponunt vt dictũ est: Id agit: id vsq2 i
finẽ oĩno peragit. Nemo dicat nõ posse impleri qd̄
cęptũ est. Quid finẽ cępti desperas? Omnipotens
cępit: oĩpotens se ꝓmisit impleturũ esse qd̄ cępit.
Unde aũt cępit? Uirgam virtutis tuę emittet dñs ex
sion. Quę sion? Ipa est hierusalẽ. Audi ipm dñm:
Oportebat christũ pati: et resurgere a mortuis ter- Luce.24.
tia die. Hinc sedet ad dexterã dei patris resurgendo
vbi fuit. Deinde illo sedẽte ad dexterã dei patris: qd
agit? Ut ponãt inimici ei⁹ scabellũ pedũ ei⁹? Quid
agit? Audi illũ docentẽ ꝛ exponentẽ. Et p̃dicabit i Ibidem
noĩe eius penitẽtia ꝛ remissio pctoꝝ ꝑ oẽs gẽtes in-
cipientib⁹ ab hierusalẽ: q2 virgã virtutis tuę emittet
dñs ex sion. Uirgã virtutis tuę: hoc est regnũ potẽ-
tię tuę: q2 reges eos in virga ferrea. Emittet dñs ex
sion: q2 incipiẽtib⁹ ab hierusalẽ. Cũ ẽ miserit et sion
virgã virtutis ei⁹: qd fiet? Et dñaberis i medio [illegible]
inimicoꝝ tuoꝝ. Prius dñare in medio inimico-
rũ tuoꝝ inter fremẽtes gẽtes. Nunqd eñ postea cũ
acceperint honorẽ suũ sancti: et suã damnationẽ im-
pij: in medio inimicoꝝ suorũ dñabit? Et qd mirum
si tũc dñabit secũ in ęternũ regnãtib⁹ sanctis: ꝛ ęter-
nis pęnis ardẽtib⁹ impijs? Quid mirũ si tũc? Nõ
in medio inimicoꝝ tuoꝝ: Nũc i isto trãsitu seculoꝝ:
in ista ꝓpagatiõe ꝛ successiõe mortalitatis humanę:
nũc dũ torrẽs tpm pterlabit: ad h̄ directa est virga
virtutis tuę ex sion: vt dñeris in medio inimicorum
tuoꝝ. Dñare in medio paganoꝝ: iudęoꝝ: heretico-
rũ: falsoꝝ fratrum. Dñare dñare fili dauid: dñe da-
uid: dñare in medio paganorũ: iudęorũ: hereticoꝝ:
falsorũ fratrũ. Dñare i medio inimicorũ tuoꝝ. Hũc
versum nõ recte intelligim⁹: si nõ fieri iã videmus.
Sede ergo a dextris dei: occultare vt credaris donec
impleant tpa gentiũ. Sic eñ scriptũ est: Quẽ opor- Ac.3.
tebat cęlũ recipere: donec impleant tpa gentiũ. Ut
eñ resurgeres a mortu⁹ es: vt ascẽderes resurrexisti: [illegible]
vt sederes ad dexterã pr̃is ascẽdisti: Ergo vt ad dex- Act.1.
terã pr̃is sederes mortu⁹ es. De morte eñ resurre-
ctio: de resurrectiõe ascensio: de ascẽsione ad dexterã
sessio. Hoc totũ ergo cępit a morte: Excellẽtia clari-
tatis hui⁹: principiũ habet humilitatis. Te itaq2 se-

dente ad dexterā patris: implent̄ erga gentiū: ponūt̄
inimici oēs scabellum pedū tuorū: Et ad hoc vt sue
niatur: prius dominaberis in medio inimicorū tuo-
rum. Ad hoc eñ virgā virtutis sue emittet dñs ex
sion. Ut aūt moreretis: et p mortē tuā deleret chiro
graphum pctōrū: et p̄dicaret penitētia et remissio pec-
Luc. 24. catorū p oēs gentes incipientib⁹ ab hierusalē: ceci-
tas iudeorū fecit. Alijs illuminandis: aliorū cecitas
Roma. xj. militauit. Cecitas eñ ex pte israel contigit: donec
plenitudo gentiū intraret: et sic oīs israel saluus fie-
ret. Cecitas eñ ex pte israel facta occidit te: occisus
resurrexisti: sanguine tuo peccata gentiū diluisti: ad
dexterā patris sedēs vndiqz patiētes et ad te confu-
gientes collegisti. Facta est ergo cecitas ex parte is-
rael: facta ē vt plenitudo gentiū introiret: et sic oīs is-
rael saluus fieret: et oēs tui inimici essent scabellū pe-
dū tuorū. Sed hoc nūc: Postea qd: Tecū prin
A cipiū in die virtutis tue. Quis iste dies est vir-
tutis eius: Quādo cū illo principiū: vel qđ princi-
Joh. 1. pium: vel quō cū illo principiū: qñquidē et ipse prin
cipiū: Adiuuet dñs vt nec mihi dicere pturbet̄: nec
vobis audire. Video eñ qđ iā factū est: et vobiscū
video oculis fidei: Oculis quoqz carnis video qđ
iam fit: rursusqz oculis fidei vobiscū spero qđ futu-
rum est. Quid ꝑ factū est: Quid fit: Quid futurum
Luce. 24. est: Christus passus est: mortuus est: resurrexit ter-
Act. 1. tia die: ascendit in celū vt nouimus quadragesimo
die: sedet ad dexterā patris: Hoc iam factū est: hoc
nō vidimus ꝭ credimus. Quid nūc fit: Dominat̄ i
medio inimicorū suorū: emissa virga virtutis eius ex
sion. Fit hoc: id agit̄ i forma serui: Et p̄sentē tūc vi-
derūt serui: et absentē nūc credunt serui. Hoc credi-
mus de forma dei serui: qđ possum⁹ cape dū adhuc
sum⁹ serui. Hoc est eñ illud lac puulorū: qđ tempe-
rauit panē traijciens p carnē. Nam panis ille ange-
Joh. 1. lorum in principio erat verbū. vt tñ panē angelorū
Ps. 77. manducaret homo: creator angelorū factus est hō.
Ita nobis verbū incarnatū factū est receptibile: qđ
recipe nō valerem⁹: si fili⁹ eqlis deo nō se exinaniret
Phil. 2. formā serui accipiēs: in similitudinē hoim factus: et
B habitu inuent⁹ vt homo. Ut ergo vtcūqz cape pos-
semus eū q nō posset capi a mortalib⁹: mortalis fa-
ct⁹ ē ad mortales vt pacta sua morte faceret immor
tales: et aliqđ daret inspiciendū: aliqđ credendum.
aliqđ post videndū. Inspiciendā dedit formā serui
p̄sentibus: nō solū oculis videndā: sed etiā manib⁹
Act. 1. pertractandā. Cum eadē forma ascēdit i celū: Crede-
re nobis iussit: qđ illis videre cōcessit: Sed et nos ha
bemus qđ videam⁹. Illi eñ viderūt virgā emissam
ex sion: nos videmus dñari in medio inimicorū suo-
rum. Hoc totū fratres ptinet ad dispensationē for-
me seruilis: q tolerabiliter capit̄ a seruis: et amabit̄
a futuris liberis. Ueritas eñ incōmutabilis qđ est
Joh. j. verbum dei: deus apud deum: per quem facta sunt
Sap. 7. omnia: in se manēs innouat omnia. Hanc vt videa-
mus magna et perfecta cordis mūdicia necessaria
est: q fit p fidem. Demonstrata eñ forma serui: di-
latata est ad demōstrandā formā dei. Idem qppe in
Joh. 14. forma serui loquēs seruis: ait. Qui diligit me: man-
data mea custodit: Et q diligit me: diligetur a patre
meo: et ego diligā eum: et ostendā meipm illi. Uidē-
tibus se: pmisit demonstraturū se. Quid videbāt:
Quid pmittebat: Uidebāt formā serui: pmittebat

forma dei. Ostendā in q: meipm illi. Qualis est clari-
tas ad quā pducit̄ regnū: qđ nō transitu seculi hu-
ius colligit̄: Ducit̄ eñ ad quandā visionē ineffabi-
lem: quā nō merebunt̄ impij. Ceterū forma serui cū
hic esset: visa est ab impijs. Uiderūt eā et q credide-
runt: viderūt et q occiderūt. Ne aliqđ magnū putes
videri formā illā: viderūt amici: viderūt et inimici:
Et qdā vidētes interfecerūt: qdā nō vidētes credi-
derūt. Hanc ergo formā serui: quā hic iam in humili-
tate viderunt et pij et impij: videbunt et in iudicio
pij et impij. Cum enim dominus ante oculos disci-
pulorū suorum ferretur in celum: sonuit vox angeli-
ca intuentib⁹ eū: Uiri galilei: qđ statis intuentes in Act. 1.
celū: Iste iesus sic veniet: quō videtis eū ire in celū.
Sic ergo: sic in eadē forma: qr de impijs dictū est:
Uidebūt in quē pupugerunt. Uidebūt iudicaturū: Zach. 12.
quē irriserūt iudicarū. Ipsa itaqz forma serui in iudi- Joh. 19.
cio cōspicua erit: et iustis et iniustis: et pijs et impijs:
et fidelibus et infidelib⁹. Quid ergo: Impij nō vide-
bunt: Nam de qbus dictū est: Uidebunt in quē pu
pugerūt: de ipsis rursum dictū est. Tollat̄ impius vt Esa. 26.
nō videat claritatē dñi. Quid ē hoc frēs: Discerna-
mus: discutiamus. Excitat̄ impius vt aliqđ videat:
tollit̄ impi⁹ vt aliqđ nō videat. Iam qđ sit visurus:
ostendem⁹: Formā illā de qua dictū est: sic veniet.
Quid ergo nō est visurus: Et ostendā meipsum illi. Joh. 14.
Quid est meipm: Nō formā serui. Quid ē meipm:
Formā dei: in q nō rapinā arbitrat⁹ sum esse equa- Phil. 2.
lis deo. Quid est meipm: Dilectissimi filij dei sum⁹: j. Joh. 3.
et nondū apparuit qđ erimus: Scimus qr cū appa-
ruerit: similes ei erimus: qm videbimus eum sicuti
est. Hec claritas dei est ineffabilis lux: fons lucis si-
ne cōmutabilitate: veritas sine defectu: sapientia in Sap. 7.
seipa manens: innouans omnia: Hec substantia dei
est. Itaqz tolletur impius: vt nō videat hunc hono- Esa. 26.
rem dei. Beati enim mundicorde: qm ipsi deū vi- Math. 5.
debunt. Uidetur ergo mihi fratres qntum nostre ca-
pacitati dñs impertiri dignat̄ de ipso tempore: si tñ C
dicendum est tempus: quodā enim tempore ventu-
ri sumus ad nō tempus: inde mihi videtur dictū:
qđ sine p̄iudicio dicā: si qs intelligere aliqđ meli⁹ et
expeditius: pbabilius possit: inde mihi videtur di-
ctum: Tecum principium in die virtutis tue. Deni-
qz hoc qntum puto: versu ꝯsequente satis explanat.
Quia enim et hic dicta est virtus eius: qua subiecit
gentes iugo suo: qua strauit populos: non ferro sed
ligno: et si in carne: etsi in humilitate: etsi adhuc qn-
tum seruilis forma patitur: capitur: tamē magna vir
tus eius: quia quod infirmum est dei: fortius est ho j. Cor. 1.
minibus: Quia ergo et hic dicta est virtus ei⁹: quā
cōmendauit dicendo. Uirgam virtutis tue emittet Ps. 40.
dñs ex sion: et dñaberis in medio inimicorū tuorū:
Quāta eñ virt⁹ eius dominās in medio inimicorū
suorū pstrepentiū: nihil ptra eū valentiū. et qndie si-
bi dicentiū: Qñ moriet̄ et pibit nomē ei⁹: Cū crescat
gloria ei⁹ p populos: cū ei⁹ noī subijciant̄ gētes: cū
peccator videat et irascat̄. dentib⁹ suis frendeat et ta Ps. 111.
bescat: Quia q est et hec virt⁹ eius: volēs ppheta cō-
mendare aliter virtutē ei⁹ sicut est virtus dei: et sa- 1. Cor. 1.
pientia dei: christus in lumine ppetuo incōmutabi-
lis veritatis: ad quā visionē seruamur: ad quā visio-
nē differimur: ad quā visionē fide mūdamur: a qua Esa. 26.
visione tollitur impius ne videat honorē dñi. Hoc D

ergo volens ondere: tecum inquit principiū in die vir-
Q tutis tue. Quid est tecum principiū? Quodlibet po
ne principiū. Si ipm christū: potius diceretur: tu es
principiū: q̄z tecum principiū. Respondit enim inter-
Jo. 8. rogantibus: tu quis es? et ait: Principiū qui et loquor
vobis. Cū sit principiū et pater: de quo vnigenitus
Jo. 1. filius: in quo principio erat verbū: q̄z verbū erat apud
deum. Quid ergo? Si et pater principium: et filius
Contra. sermo. de. 19. ca. 1. principiū: duo sūt principia? Absit. Sicut enim pater
deus et filius deus: Pater enim et filius nō duo dii: sed
vnus deus: sic pater principiū et filius principium:
pater aūt et filius nō duo: sed vnū principiū. Tecū
principiū. Tunc videberis quō tecum sit principiū.
Nō enim et hic nō tecum principiū: Non enim cū dixi-
Jo. 16. sti: ecce ibis quisq̄ ad sua: et me solū relinquitis: et nō
sum solus: q̄z pater mecū est. Et hic ergo tecū principi-
Jo. 14. um. Dixisti enim et aliud: Pater aūt in me manēs fa-
cit opa sua. Tecū principiū: nec vnq̄ a te separatus
1. Jo. 3. est pater. Sed qn̄ videbitur tecū esse principium: tunc
manifestū erit e iouis si nubibus iā tibi factis: qn̄ vi-
Jo. 14. debūt te sicuti es. Etenim hic philippus te videbat et
patrē q̄rebat. Tūc ergo videbitur qd̄ nunc creditur.
Tunc tecū principiū videntibus sanctis: videntibus
Esa. 26. iustis: sublato de medio impio: ne videat gloriam
dn̄i. Modo ergo credamus frēs: qd̄ tunc videamus.
Nam et philippus obiurgatus est qd̄ q̄reret videre
Jo. 14. patrē: cum in ipso filio nō agnosceret patrē. Tanto
tpe vobiscū sum: et nō cognouistis me: Philippe: qui
videt me videt et patrē. Sed me videt q̄ nō formaz
serui in me videt. Qui ergo me videt: qualē me ab-
scondi timentibus me: qualē me videndū pficio spe-
rantibus in me: videt et patrē. Sed q̄z ista visio post
erit: nūc p illa qd̄ habebimus? Videamus quid di-
cat philippo: cui dixerat: q̄ me videt: videt et patrē.
Quasi ei philippus tacitus rńderet: et quō te vide-
bo: si aliter videris q̄z forma serui: aut quō te vide-
bo et patrē: vt inualidus homo mortalis: puluis et ci-
nis: cōuersus ad eum differēs visionē: imperans fi-
dem: q̄ dixerat: qui me videt: videt et patrē: q̄z mul-
tum erat ad philippū: et longe erat ab eo videre: non
Ibidem credis inquit: q̄z ego in patre: et pater in me est? Qd̄
videre nondū potes: crede vt videre merearis. Cū
ergo ventū fuerit vt videamus: tunc apparebit tecum
principiū in die virtutis tue: Virtus virtutis tue: nō
virtus infirmitatis tue: quia ibi virtus virtutis tue.
Habent nūc boni in fide: in spe: in charitate: in bo-
Ps. 83. nis operibus virtutes suas: sed ibūt a virtutibus in
virtutē. Tecū ergo principiū: Videberis cū patre
in patre: vt pater tecū principiū in die virtutis tue:
Esa. 26. Illius virtutis tue: quā impius nō videbit. Nam et
1. Cor. 1. hoc infirmū tuū fortius est hoībus. Etenim in die virtu-
tis tue tecū principiū. De q̄ virtute dicis? Expone:
q̄z et hic vt dictū est: noīata est virtus eius cū emittitur
R virga virtutis eius ex sion: vt dn̄etur in medio inimi-
Al. i splendoribus corū suorū. De q̄ virtute dicis? In splēdore san
ctorū. In splendore inquit sanctorū. De ipsa virtute
dicit: qn̄ erūt in splendore sancti: nō qn̄ adhuc terre-
nā carnē gestātes et in corpe mortali atq̄ corruptibi
Sap. 9. li degētes et gemētes: qd̄ aggrauat aīaz et deprimit
terrena inhabitatio sensuz multa cogitantē: Cū ipe
cogitatiōes inuicē nō videntur: nō hoc est in splēdore
1. Cor. 4. sanctorū. Sed qd̄ est in splendore sanctorū? Donec
veniat dn̄s et illuminet abscondita tenebrarū: et ma-
nifestabit cogitatiōes cordis: et tūc laus erit vnicui-
q̄ a deo. Hoc erit i splēdore sctōrū: q̄z tūc iusti fulge- Math. 13.
būt in regno sui pr̄is sicut sol. Audite enim qd̄ sit hoc:
in splendore sanctorū: Veniet inquit messis: veniet fi-
nis seculi: Mittet paterfamilias āgelos suos: et col-
ligent de regno eius oīa scādala: et mittēt eos in cami-
no ignis ardentis: Tūc iusti fulgebūt sicut sol in re-
gno patris sui. In q̄ regno? Videte si visio q̄dā ser-
uatur: de q̄ nobis dictū est: tecū principiū. In quo re-
gno? Utiq̄ i vita eterna. Nā ad dexterā positis hoc
dictum est: Venite benedicti patris mei: pcipite re- Math. 25.
gnum qd̄ vobis paratū est ab origine mūdi. Dein-
de damnatis impiis: segregatis iustis atq̄ laudatis:
qd̄ sequitur qd̄ dixerat: pcipite regnū? Tūc ibunt im- Ibidem
pii in cōbustionē eternā: iusti aūt in vitā eternā. Qd̄
dixerat regnū: hoc dixit vitam eternā: q̄ nō ibūt im
pii. Videte si q̄dā visio est vita eterna. Hec est aūt Jo. 17.
vita eterna: vt cognoscāt te solū verū deū: et quē mi-
sisti iesum christuz: q̄z tecū principiū in die virtutis
tue. Ergo tecū principiū in die virtutis tue in splen-
doribus sanctorū: Sz hoc differtur. hoc postea dabitur.
S Quid nūc? Ex vtero ante luciferū genui te.
Quid hic? Si deus filiū habet: nūqd̄ et vterū? Sed
sicut carnis corpora nō habet: q̄z nec sinū: Dictū est
tn̄. Qui est in sinu patris ipse enarrauit. Quid est au- Jo. 1.
tem sinus: ipse est vterus: Et sinus et vterus p secreto
positus est. Quid est ex vtero? Ex secreto: ex occul-
to: de meipso: de substātia mea. Hoc est ex vtero: q̄z gene- Esa. 53.
rationē eius q̄s enarrabit? Accipiamus ḡ patrē dicen-
tem ad filiū: Ex vtero ante luciferū genui te. Quid
est ergo ante luciferū? Lucifer p sideribus positus
est: tāq̄ a pte totū significāte scriptura: et ex eminēti
stella oīa sidera. Sed ista sidera quō facta sunt? Ut
sint in signis: et in tpibus: et in diebus: et in annis. Gen. 1.
Si ergo et in signis et in tpibus posita sunt sidera: et
lucifer noīatus est p sideribus: qd̄ est ante luciferum:
hoc est ante sidera: et qd̄ est ante sidera: hoc est ante
tempora. Si ergo ante tpa: ab eternitate: noli q̄rere
qn̄: Eternitas non habet qn̄. Qn̄ et aliqn̄: aduerbia
sunt tpm. De patre nō est natus in tpe: p quem facta
sunt tpa. Dictum est ḡ vt dici oportuit: figurate et p-
phetice: vt et vterus p secreta substātia: et lucifer pro
tpibus poneretur. An vultis vt ipm dauid respiciamus:
q̄ dn̄m suū dixit filiū suum? Ut enim hoc diceret: au-
diuit a dn̄o suo. Ab illo audiuit a q̄ falli nō potuit: et
dixit iam dn̄m suū: q̄z dixit inquit dn̄s dn̄o meo: sede
a dextris meis: Et ipse loquitur: ipius q̄si sermo cōtextus
est. Si ḡ ipse loquitur: forte ipse potuit dicere: Ex vte-
ro an̄ luciferū genui te: Ex vtero virginali: Ante lu-
ciferū genui te ex vtero. Si enim illa virgo ducēs pro-
ginē de carne dauid: ex illo vtero natus est christus:
tāq̄ ex vtero genitus a dauid: Ex vtero quo mascu-
lus nō accessit: ex vtero prorsus pprie: ex vtero: quia
solus ex solo vtero. Ergo ex vtero inquit ille q̄ cū dn̄m
suū dixerat: ex vtero an̄ luciferū genui te. Et hoc ipm
ante luciferū signate dictū et pprie dictū et sic imple-
tum. Nocte enim natus est dn̄s ex vtero virginis ma- Luce. 2.
rie: indicant testimonia pastorum: qui vigilias exer-
cebāt sup gregē suum. Ex vtero ante luciferū genui
te. O tu dn̄e deus meus sedēs ad dexterā dn̄i mei: tu
et filius meus: nisi q̄z ex vtero ante luciferū genui te?
T Et ad quid natus es? Iurauit dn̄s et nō pe-
nitebit eum: tu es sacerdos in eternū s[e]c[un]d[u]m

ordinē melchisedech. Ad hoc eñ natus ex vte
ro ante luciferū: vt esses sacerdos in eternū fm ordi
Luce.2. nem melchisedech. Si natū ex vtero de virgine in
telligim⁹ añ luciferū noctu: sicut euāgelia ꝓtestant:
procul dubio inde ex vtero añ luciferū: vt esset sacer
dos in eternū fm ordinē melchisedech. Nam fm id
qd natus est de patre deus apud deū: coeternus gi
gnenti: nō sacerdos: sed sacerdos ꝓpter carnē assum
ptā: ꝓpter victimā: quā ꝓ nobis offerret a nobis ac
Heb.5. ceptā. Iurauit ergo dñs. Quid est: iurauit dñs: Er
go dñs iurat: qui ꝓhibet hoīem a iurādo: An forte
ideo magis hoīem ꝓhibet a iurādo ne in piuria ꝓ
labat: et ideo deus magis iurat: qꝛ nō pōt esse piur⁹:
Ps.23. Homo eñ q ꝑ cōsuetudinē iurandi pōt lingua in ꝑ
iuriū ꝓlabi: bñ prohibet iurare. Tanto eñ longius
erit a piurio: qnto erit longe a iurādo. Qui eñ iurat
homo: falsum et verū iurare pōt: Qui autem non iu
rat: falsum iurare non potest: qꝛ omnino non iurat.
Cur ergo nō iuret dñs: qñ dñi iuramentū ꝓmissio
nis est firmamētū: Iurat oīno. Quid ergo tu facis
cū iuras: Testaris deū: Hoc est iurare: deū testari:
Et ido molestū ne ad aliquā falsitatē testē adhibeas
deū. Si ḡ tu iurando testaris deū: cur ergo nō et de⁹
iurādo testet seipm: Viuo ego dicit dñs: iuratio dei
est. Sic iurauit de semine abraē: Viuo ego dicit do
Gen.22. minus: qm audisti vocē meā: et nō pepcisti filio tuo
vnico ꝓpter me: nisi benedicēs benedicam te: et im
plendo implebo semen tuū: sicut stellas celi: et sicut
harenā q est ad labiū maris: Et bñdicent in semine
Gal.3. tuo oēs gentes. Et semē abraē qd est: Christus. Il
le semen abraē accipiens carnē de semine abraē: erit
sacerdos in eternū fm ordinē melchisedech. De sa
I cerdotio ḡ fm ordinē melchisedech: iurauit dñs et
nō penitebit eū. Quid de sacerdotio fm ordinē aa
ron: Nunqd penitet deū sicut hominē: aut nolēs ca
dit ī aliqd vt faciat: aut imprudēs ꝓlabit: vt postea
eū de suo ꝓlapsu peniteat: Sed qd agat: scit quisqꝫ
qd ꝓgrediat: vñ in aliud cōmutet ī potestate recto
ris est: Sꝫ penitētia: mutatio rerū significat. Quō
eñ tu cū aliqd te penitet: doles factū qd fecisti: Sic
qñ aliqd deus ꝑter spem hominū: id est ꝑter qꝫ spe
Iere.18. rant hoīes mutat ī aliud: penitere se dicit: vsqꝫ adeo
vt et de pena nostra peniteat eū: si nos de vita nostra
mala penituerit. Iurauit ergo dñs: Iurauit: firma
uit: nō eum penitebit: nō mutabit. Quid: Tu es sa
cerdos in eternū. Ideo ī eternū: qꝛ nō penitebit eū.
Sed sacerdos fm qd: Nunqd erūt iste hostie victi
me oblate a patriarchis: are sanguinis et tabernacu
lū: et illa ꝑmi testamēti veteris sacramēta: Absit. Iā
illa sublata sūt: Euerso iam tēplo: remoto illo sacer
dotio: pereunte victima eoꝝ et sacrificio: Hec nec iu
dei habent: Vidēt perisse iam sacerdotiū fm ordinē
aaron: et nō agnoscūt sacerdotiū fm ordinē melchi
sedech. Tu es sacerdos in eternū fm ordinem mel
chisedech. Fidelibus loquor: Si qd nō intelligunt
cathecumini: auferāt pigritiā: festinēt ad noticiam.
Nō ergo opus est mysteria promere: scripture vo
K bis intiment: qd est sacerdotiū fm ordinē melchise
dech. Dominus a dextris tuis. Dominus di
xerat: sede a dextris meis: nunc dñs a dextris eius:
quasi mutauerūt sedes. An forte sic pōt⁹: Iurauit
dñs et non penitebit eū: tu es sacerdos in eternum:
Ad christum dictū est: Tu es sacerdos in eternum.

Iurauit dñs. Quis dñs: Qui dixit dño meo: sede
a dextris meis: ipe iurauit: tu es sacerdos in eternū
fm ordinē melchisedech: Et ad ipm dñm q iurauit
sermo directus est: dñs a dextris tuis. O tu dñe qui
iurasti et dixisti: Tu es sacerdos in eternū fm ordi
nem melchisedech: ipe sacerdos in eternū: dñs est
a dextris tuis: ipe inquā sacerdos in eternū: de quo
iurasti: dñs est a dextris tuis: qꝛ eidem dño meo di
xisti: sede a dextris meis: quoadusqꝫ ponā inimicos
tuos scabellū pedum tuoꝝ. Iste ergo dñs qui est a
dextris tuis: de quo iurasti et cui iurasti dicens: Tu
es sacerdos in eternū fm ordinem melchisedech: T
Cōquassauit in die ire sue reges. Ipe vtiqꝫ Tr. Cōfregit
christus dñs a dextris tuis: cui iurasti et non penite
bit te. Quid agit sacerdos in eternū: Quid agit: qui
est ad dexterā dei et interpellat ꝓ nobis tāqꝫ sacer Roma.8.
dos intrās in interiora vel in sanctasanctoꝝ: in secre Heb.9.
ta celoꝝ: ille solus nō habens peccatū: et ideo facile
mundās a peccatis: ille ergo a dextris tuis: cōquas
sauit ī die ire sue reges: Quos reges queris: Excidit
tibi: Astiterūt reges terre et principes cōuenerunt Ps.2.
in vnū: aduersus dñm et aduersus christū ei⁹: Hos
reges conquassauit gloria sua: et pondere noīs suis
infirmos reddidit reges vt nō possent efficere quod
volebant. Conati eñ sunt multū delere nomē chri
stianū de terra: et nō potuerūt: qꝛ q offenderit in la Luce.20.
pidem illū: cōquassabit. Offenderūt ergo in lapidē
offensionis: et ideo cōquassati sunt reges: cū dicūt:
Quis est christus: Nescio qs iudeus: nescio qs ga
lileus: sic occisus ē: sic mortu⁹: Lapis est ante pedes
tuos: q̄si viliter et hūiliter iacens: Ideo cōtemnen
do offendis: offendendo cadis: cadendo quassaris.
Si ergo tanta est ira occulti: quid erit iudiciū mani
festi: Audistis iram occulti: de qua psalm⁹ inscribit
pro occultis filij: Non⁹ psalm⁹: si bene memini in
scribit ꝓ occultis filij: et ibi ostendit iudiciū occultū
ire occulte. Irato deo ruūt q ī lapidē illū offendūt: Luce.20.
cōquassant. Et q valet qꝫ cōquassant: Audi et de iu
dicio futuro: Quia q offenderit in lapidē illum: ait:
cōquassabitur: super quē vero ceciderit lapis ille: cō
teret eum. Cum ergo offendit in eū: quasi humilis
iacet: et tūc cōquassat: Cū aūt cōteret desuꝑ veniet.
Videte quemadmodū his binis verbis cōquassa
bit et cōteret: offendit in eum: et veniet super eum:
distributa sunt duo tempora humilitatis et clarita
tis christi: occulte pene et iudicij futuri: Eum nō cō
teret veniens quem nō cōquassat iacens. Iacēs di
co tamē cōtemptibilis apparens. Nam ille a dextris
dei est. et valide et alte clamauit: Saule saule quid Act.9.
me persequeris: Sed tñ qꝛuis de celo non diceret:
quid me persequeris quē nemo tangebat: nisi ita in
celo ad dexteram patris sederet: vt et in terra in no
bis quasi iaceret. Dominus a dextris tuis: cōquas Z
sabit in die ire sue reges. Iudicabit in gen Tr. in nationib'
tibus: Sed nunc pro occultis. Erit enim et iudici
um manifestum: iudicabit in gentibus. Modo eñ
fit: Perijt memoria eorū cum strepitu. In ipo psal
mo est ꝓ occultis: Perijt memoria eoꝝ cū sonitu et Ps.9.
dñs in eternū ꝑmanet: Parauit ī iudicio thronū se
dē suā: et ipe iudicabit orbē terraꝝ in equitate. Ibi di
ctū est: Increpasti gentes: et perijt impi⁹: nomē eoꝝ Ibidem
delesti ī eternū. hoc occulte agit. In die ergo ire sue
cōquassabit reges: iudicabit in gentib⁹. Quō: Quia

Al. Implebit qd sequit. Replebit ruinas. Nō sic iudicat in gentib⁹ vt repleat ruinas: Nā qñ i finē iudicauerit: damnabit ruinas. Replebit ruinas. Quas ruinas? Quisqs a noīe ei⁹ timuerit: cadet: Cū ceciderit euertet qd erat: vt edificet qd ñ erat. Iudicabit i gētib⁹: replebit ruinas. Quisqs cōtumax es i christū: casurā turrim in altū erexisti. Bonū ē vt teipm deijciens humilis reddaris: sedētis ad dexterā patris pedib⁹ puoluaris: vt fiat in te ruina cōstruenda. Nam si pmanes in mala altitudine: tūc deijcieris qñ nō edificaberis. Etem̄ de talib⁹ dicit in alio loco scriptura:

Ps. 27. Destrue eos et nō edificabis eos. Procuidubio nō diceret de qbusdā: destrue eos et nō edificabis eos: nisi quosdaz ita destrueret vt edificaret. Qd fit hoc tpe: cū christus in gentib⁹ ita iudicat vt repleat ruinas.

Al. in terra multorum. Conquassabit capita sup terrā multa. Hic super terrā: in hac vita. cōquassabit capita i terra multa: de superbis hūiles facit. Et audeo dicere fratres mei: vtile est capite quassato hic hūiliter ambulare: q̄ȝ capite erecto in iudiciū eterne mortis incidere. Multa capita cōquassabit ruinas faciendo: sed replendo edificabit.

telligere debuistis: nolite tamẽ seduci vanitatib ve
stris: quia vos ea que colitis digito potestis osten/
dere. Multo quippe honestius nõ haberetis quod
possetis ostendere: q̃ vt in eo qd in istis oculis a vo
bis ostendit: vestri cordis cecitas ostendat. Quid
enim ostẽditis: nisi aurũ et argentũ? Habent quidẽ I. ps. 41. ps.
⁊ erea ⁊ lignea: ⁊ fictilia simulacra: Nec huiuscemo
di: alterius alteriusq; materie: s p̃ciosũ eoꝝ maluit
cõmemorare spũssanctus: qr cũ in eo quisq; quod il
li charius est erubuerit: multo facili auertitur a ve/
neratione viliorũ. Nam dictũ est alio loco scriptu/
rarum de simulacrorũ cultoribus: dicentes ligno: Hiere. 2.
pater meus es tu: et lapidi: tu me genuisti. Sed ne
sibi sapiẽtior videatur qui hoc nõ ligno ⁊ lapidi dix
erit: sed auro et argento: hũc aspiciat: huc aure cor/
dis intendat: Simulacra gentiũ argentũ ⁊ aurum.
Non abiectũ aliquid et aspernabile nominatũ est:
Et ei quidẽ animo qui terra nõ est: terra ẽ et aurum
et argentũ: sed speciosior atq; fulgẽtior: solidior at/
q; firmior. Noli ergo addere manus hominũ: vt ex
eo metallo quod fecit verus deus velis facere falsũ
deum: immo falsum hominẽ: quẽ pro vero venere/
ris deo: quẽ quisq̃s pro vero homine in amicitiam
reciperet: insaniret. Ducit enim et affectu quodam
infirmo: rapit infirma corda mortaliũ formata simili/
tudo: et membrorũ imitata compago. Sed sicut fa/
bricata singula ostendis: sic ostende officia singulo/
rum: quorum te effigies ⁊ humana vanitas trahit. C
Os enim habent et non loquent: ocu/
los habent ⁊ non videbunt. Aures ha/
bent et non audient: nares habent et non
odorabunt. Manus habent ⁊ non † con/ Al. † palpabũt
trectabunt: pedes habent ⁊ non ambula/
bunt: non clamabunt in † faucibus suis.
Iam ergo artifex melior est eis: quia ea potuit mẽ/
brorum motu atq; officio fabricare: quẽ tamen arti/
ficem te vtiq; puderet adorare. Melior et tu q̃uis

ea non feceris: quoniam quę illa nō possunt facis.
Melior ē etiā bestia: Ad hoc eñ additū est: nō cla/
mabunt in faucibus suis. Nanq₃ cum superius dix
isset: Os habent et non loquentur: quid opus erat
postq̄₃ a capite vsq₃ ad pedes membra decursa sūt:
de faucium clamore repetere: nisi credo quia illa q̄
de cęteris membris cōmemorabat cōmunia esse ho
minibus beluisq₃ sentimus: Nam ꝛ vidēt ꝛ audiūt:
et olfaciunt: et ambulant: et quędā sicut simię mani
bus contrectant. Illud autē quod de ore dixerat:
propriū est hominis: quoniā bestię nō loquuntur.
Ne quis autē ad sola humanorū membrorū opera
referret quę dicta sunt: et dijs gentium solos homi/
nes anteponeret: post omnia subdidit dicens: Non
clamabūt in faucibus suis: quod rursum hominib⁹
pecoribusq₃ cōmune est. Quod si primo dixisset:
cum ab ore cępit mēbra percurrere: Os habent et
non clamabūt: cuncta etiam sic ad naturā hominis
referrentur: nec facile ibi quicq̄₃ de cōmunione fera/
rum sensus audientis aduerteret. Cum vero illud
de ore dixit: quod hominis propriū est: ꝛ post enu/
merationē partiū corporis quā cōmemorans pedi
bus terminasse videbat: adiunxit: Non clamabunt
in faucibus suis: lectorē vel auditorem fecit inten/
tum: vt dum quęrit cur additū sit: admoneri se inue
niat simulacris gentiū: non tantū homines: sed eti/
am beluas se debere ꝑponere: vt si pudeat adorare
bestiā quā fecit deus videntē: audientem: odorantē:
contrectantē: ambulantē: clamantē in faucibus suis:
viderent q̄₃ pudēdū esset adorare mutum: ꝛ carens
vita sensuq₃ simulacrū: cui ad hoc inesset similitudo
membroꝝ: vt anima carnalib⁹ sensibus dedita: qua/
si viuenti atq₃ animatę formę applicaret affectum:
cum ea videret quę in suo corpore viua atq₃ anima/
ta sentiret. Quanto ergo magis vel melius mures
atq₃ serpētes ꝛ id genus animantiū colerēt: Quę de
simulacris gentiū si ita dicendū est quodāmodo iu/
dicant: in quibus quia non sentiunt humanā vitam
non curāt humanā figuram: Itaq₃ in eis plerūq₃ ni
dificant: et nisi humanis motibus deterreant: nul/
la sibi habitacula munitiora conquirūt. Mouet er/
go se homo vt viuentē bestiam a suo deo deterreat:
et illum nō se mouentē quasi potētē colit: a quo me/
liorem deterruit. Deterruit enim videntē a cęco: au
dientem a surdo: clamantē a muto: ambulantem ab
immobili: sentientē ab insensato: viuentem a mor/
tuo: immo deteriore q̄₃ mortuo. Mortuum quippe
sicut manifestū est non viuere: ita manifestū est ali/
quādo vixisse: Quapropter deum qui nec viuit nec
D vixit profecto ꝛ mortuus antecedit. Quid hoc ma/
nifestius fratres mei dilectissimi: Quid euidentius:
Quis puer interrogatus nō hoc certū esse respon/
deat q̄ simulacra gentiū os habent et nō loquētur:
oculos habent et nō videbunt: et cętera quę diuin⁹
sermo contexuit: Cur ergo tantopere spiritussan/
ctus curat scripturarū plurimis locis hęc insinua/
re atq₃ inculcare velut inscientib⁹ quasi non hoībus
aptissima sint atq₃ notissima: nisi qꝛ speciē mēbrorū
significat quā naturalit̄ in animātib⁹ viuētē videre:
atq₃ ī nobismetipsis sentire ꝯsueuim⁹: Q̄z q̄₃ vt illi as
serunt in signo aliquo fabrefacto atq₃ eminēti collo/
cato suggestu: cum adorari atq₃ honorari a multitu
dine cęperit: parit ī vnoquoq₃ sordidissimū erroris
affectum: vt quoniā in illo figmento nō inuenit vi/
talem motū: credat numen occultū: effigiem tamen
viuenti corpori similē: seductus forma ꝛ cōmot⁹ au
ctoritate quasi sapientiū institutorū obsequentiūq₃
turbarū sine viuo aliquo habitatore esse nō putat:
Hinc et mala demonia ad possidenda gentiū simu/
lacra talis hominū affectus inuitat: quorū ꝓsidētiū
varia fallacia mortiferi seminant ꝛ multiplicant er/
rores. Alijs itaq₃ locis etiā ꝯtra ista diuinę litterę vi
gilant: ne quisq̄₃ dicat cum irrisa fuerint simulacra:
nō hoc visibile colo: sed numen qđ illic inuisibiliter
habitat. Ipsa ergo numina in alio psalmo eadē scri/ E
ptura sic damnat: Quoniā dii gentiū inquit demo/ Ps. 95
nia: dn̄s aūt cęlos fecit. Dicit ꝛ Apl's: Non quod 1. Cor. 10
idolū sit aliquid: sed qm̄ quę immolant gentes: de/
monijs īmolāt ꝛ nō deo: et nolo vos socios fieri de/
moniorū. Videtur aūt sibi purgatioris esse religio/
nis qui dicūt: nec simulacrū nec demoniū colo: sed
per effigiē corporalē ei⁹ rei signū intueor: quā colere
debeo. Ita ꝟo interꝑtāt simulacra: vt alio dicāt si/ 4. de Ciu.
gnificari terram: vnde templū solent appellare tellu
ris: alio mare sicut neptuni simulacro: alio aerem si/
cut iunonis: alio ignē sicut vulcani: alio luciferū sic
veneris: alio solem: alio lunā: quorū simulacris ea/
dem nomina sicut telluris imponunt: alio illud: alio
illud sidus: vel illam vel illā creaturam. Neq₃ enim
cuncta enumerare sufficimus. De quibus rursus cū
exagitari cęperint qđ corpora colant: maximeq₃ ter
ram: et mare: et aerem: et ignē: quorū nobis vsus in
promptu est: Nam de cęlestibus quoniā nostro ea
corpore cōtrectare atq₃ contingere: nisi oculorū ra/
dijs nō valem⁹: non ita erubescūt: respōdere audēt:
non se ipsa corpa colere: sed quę illis regendis pręsi/
dent numina. Itaq₃ Apostoli vna sententia pęnam
istorū damnationēq₃ testatur: Qui trāsmutauerūt Ro. 1
inquit veritatē dei in mendaciū: ꝛ coluerūt ꝛ seruie/
runt creaturę potius q̄₃ creatori: qui est benedictus
deus in sęcula. Nam priori parte huius sentētię si/
mulacra dānauit: posteriori aūt interꝑtatiōes simu
lacrorū. Effigies eñ a fabro factas appellando no/
minibus earū rerū quas fabricauit deus: transmu/
tant veritatē dei in mendaciū. res aūt ipsas pro deo
habendo et venerādo seruiūt creaturę pot⁹ q̄₃ crea/
tori qui est benedictus in sęcula. Quis autē adorat
vel orat intuens simulacrū qui nō sic afficitur vt ab
eo se exaudiri putet: ac ab eo sibi ꝓstari qđ desiderat
speret: Itaq₃ homines talibus supstitionibus obli/
gati: plerūq₃ ad ipm solē dorsum ponētes ꝑces fun/
dūt statuę quā solem vocāt: ꝛ cū sonitu maris a ter/
go feriant: neptuni statuā quā ꝓ ipso mari colunt q̄/
si sentientē gemitibus feriūt. Hoc eñ facit ꝛ quodā/
modo extorquet illa figura membrorum vt animus
viuēs ī sensibus corporis mag' arbitret sentire cor/
pus quod suo corpi simillimū videt: q̄₃ rotundū so/
lem vndasq₃ diffusas: ꝛ quicquid nō eisdē liniamen
tis formatū conspicit: quibus illa formata sunt quę
viuentia videre cōsueuit. Contra hunc affectū quo
humana et carnalis infirmitas facile capi potest: cā/
tat scriptura dei res valde notissimas quibus com/
memoret: ꝛ tanq̄₃ excitet mentes hominū in cōsue/
tudine corporū dormientes. Simulacra inquit gē/
tium argentū et aurum: Sed deus fecit argentū et
aurū: Opera inquit manuū hominū. Hoc enim ve/

gerantur quod ipsi ex auro argentoque fecerunt. Sed enim et nos pleraque instrumenta et vasa ex huiuscemodi materia vel metallo habemus in usum celebrandorum sacramentorum: que ipso ministerio consecrata sancta dicuntur: in eius honore cui pro salute nostra inde seruitur. Et sunt profecto etiam ista instrumenta vel vasa: quid aliud quam opera manuum hominum? Verumtamen nunquid os habent et non loquentur? Nunquid oculos habent et non videbunt? Nunquid eis supplicamus: quia per ea supplicamus deo? Illa causa est maxima impietatis insane: quod plus valet in affectibus miserorum similis viuenti forma que sibi efficit supplicari: quam quod eam manifestum est non esse viuentem ut debeat a viuente contemni. Plus enim valent simulacra ad curuandam infelicem animam quod os habent: oculos habent: aures habent: nares habent: manus habent: pedes habent: quam ad corrigendam quod non loquentur: non videbunt: non audient: non odorabunt: non contrectabunt: non ambulabunt. Itaque sequitur: ut illud quoque fiat quod etiam in hoc psalmo sequitur:

ut scilicet Similes illis fiant omnes qui faciunt ea: et omnes qui confidunt in eis. Videant ergo isti apertis et sentientibus oculis: et adorent clausis et mortuis mentibus: nec videntia: nec viuentia simulacra: Domus autem israel sperauit in domino. Spes enim que videtur non est spes. Quod enim videt quis quid sperat? Si autem quod non videmus speramus: per patientiam expectamus. Sed ut perduceret usque in finem ipsa patientia: Adiutor eorum et protector eorum est. An fortasse spirituales a quibus carnales instruuntur in spiritu mansuetudinis: quia ipsi tanquam superiores pro inferioribus supplicant iam vident: et illis iam res est que adhuc inferioribus spes est? Non est ita. Nam et Domus aaron sperauit in domino. Ergo ut etiam ipsi perseueranter extendantur in ea que ante sunt: et perseueranter currant donec apprehendant in quo apprehensi sunt et cognoscant sicut et cogniti sunt: Adiutor et protector eorum est. Timentes enim timent dominum et sperauerunt in dominum: adiutor eorum et protector eorum est. Neque enim nos meritis nostris preuenimus misericordiam dei: Sed Dominus memor fuit nostri: et benedixit nos. Benedixit domum israel: benedixit domum aaron. Utrosque autem benedicens: Benedixit omnes timentes dominum. Quomodo quos utrosque? Respondet: Pusillos cum magnis: Hoc est domus israel cum domo aaron: eos utique qui et ipsa gente crediderunt in saluatorem iesum: Quia non in omnibus illis beneplacuit deo: Sed si quidam illorum non crediderunt: nunquid incredulitas illorum fidem dei euacuauit? Absit. Neque enim omnes qui sunt ex israel: hi sunt israelite: neque quia sunt semen abraam: omnes filii: sed sicut scriptum est: Reliquie salue facte sunt. Ex persona enim eorum qui inde crediderunt dicitur: Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen: sicut sodoma facti essemus: et sicut gomorra similes fuissemus. Sed ideo semen: quia sparsum per terras multiplicatum est. Dixerunt enim magni de domo aaron. Adiiciat dominus super vos: super vos et super filios vestros. Et ita factum est. Accesserunt enim etiam de lapidibus suscitati filii abrahe. Accesserunt oues que non erant de hoc ouili: ut fieret unus grex et unus pastor. Accessit fides omnium gentium: et creuit numerus non solum sapientium antistitum: sed etiam obedientium populorum: adiciente domino non solum super patres: qui ad illum in christo ceteros imitatores preirent: sed etiam super filios eorum: qui patrum pia vestigia sequerentur. Nam sic ait ille his quos per euangelium in christo genuerat. Imitatores mei estote: sicut et ego christi. Adiecit itaque dominus: non solum super montes gestientes sicut arietes: sed etiam super colles gestientes sicut agni ouium. Proinde his utrisque magnis et pusillis: montibus et collibus: arietibus et agnis: dicet propheta quod sequitur: Benedicti vos domino: qui fecit celum et terram. Tanquam diceret: Benedicti vos domino qui vos fecit celum in magnis: terram in pusillis: sed celum non istud visibile plenum luminaribus ad hos oculos pertinentibus. Celum enim celi domino: Qui erexit et sublimauit quorundam sanctorum mentes intantum: ut nulli hominum sed ipsi deo suo docibiles fierent: In cuius celi docibilis comparatione: quicquid carneis oculis cernitur terra dicenda est: quam dedit filiis hominum: ut eius consideratione siue ab ea parte qua superillustrat: sicut est hoc quod dicitur celum: siue ab ea que subter illustratur: cui proprie terra nomen est: cum totum sicut commemorauimus in illius comparatione quod celum celi dicitur: terra sit. Terram ergo istam totam dedit filiis hominum: ut eius consideratione quantum possunt coniiciant creatorem: quem infirmis adhuc cordibus sine isto conjecture adminiculo videre non possunt. Est et alius intellectus a quo dissimulare non debeo verborum istorum quibus dictum est: Celum celi domino: Terram autem dedit filiis hominum: Ut ab eo quod diximus et intelleximus non recedat intentio. Dixeramus enim magnos et pusillos significari etiam eo quod adiectum est: Benedicti vos domino qui fecit celum et terram. Si ergo magnos celi: pusillos autem terre nomine accipimus: quoniam pusilli crescendo futuri sunt celum: et in ipsa spe lacte nutriuntur: sic sunt illi magni celum terre cum paruulos nutriunt: ut etiam celum celi se esse intelligant: dum cogitant in qua spe paruuli nutriantur: Sed tamen quia iam illi non ab homine: neque per hominem: sed per ipsum deum carpunt sinceritatem: vbertatemque sapientie acceperunt: paruulos futuros quidem celum: ut celum celi se esse sciant: adhuc tamen terram cui dicat: Ego plantaui: apollo rigauit: sed deus incrementum dedit. Ipsis enim filiis hominum quos fecit celum: terram dedit in qua operentur: qui nouit terre prouidere per celum. Maneant igitur celum et terra in deo suo qui fecit ea: et viuant ex eo: confitentes ei et laudantes eum. Nam si ex se velint viuere morientur: sicut scriptum est: A mortuo quasi qui non sit: perit confessio: Sed Non mortui laudabunt te domine: neque omnes qui descendunt in infernum. Clamat enim alio loco tua scriptura: Peccator dum venerit in profundum malorum: contemnet. Sed nos qui viuimus benedicimus domino: ex hoc nunc et usque in seculum.

Explicit Tractatus de psalmo CXIII.

Incipit Tractatus de psalmo CXIIII.

Expositio psalmi.

Dilexi: quoniam exaudiet dominus vocem

Al. *orationis. *deprecationis meę. Cātet ħ aīa quę peregrinaꝛ
a dn̄o: cantet hoc ouis illa quę errauerat: cātet ħ fi/
Luce.15. lius ille qui mortuꝰ fuerat ⁊ reuixit: perierat ⁊ inuētus
est. cātet hoc anima nostra fratres ⁊ filij charissimi:
Erudiamur ⁊ pmaneamꝰ: ⁊ cū sanctis ista cantemꝰ:
Dilexi quoniā exaudiet dn̄s vocē depcatiōis meę.
Nūquid ipa diligēdi causa ē: quoniā dn̄s exaudiet
vocem depcationis meę? An nō potius aut ideo di
ligimus quia exaudiuit: aut ideo diligimus vt exau
diat? Quid est ꝙ̄ dilexi: quoniā exaudiet? An qꝛ di/
lectionē spes solet accēdere: dilexisse se dicit: quoniā
sperauit se exauditurū deū vocem depcatiōis suę?
Al. *Quia. Vn̄ aūt hoc sperauit? *Quā iclinauit: inqt: au
Al. *inuocabo. rem suā mihi: et in diebus meis *inuocaui.
B Ergo ideo dilexi quoniā exaudiet: ideo exaudiet: q
niam inclinauit aurē suā mihi. Sed vnde scis o ani/
ma humana ꝙ inclinauit deus suā aurem tibi: nisi
1.Cor.13. dicas credidi? Manent ergo tria hec: fides: spes: et
charitas. Quia credidisti sperasti: quia sperasti iam
dilexisti. Jam si querā vnde credideris anima incli/
nasse sibi aurē deū suū: nōne respōdebit: quia prior
Ro.8. dilexit nos: ⁊ filio ppio nō pepercit: sed p nobis om/
Ro.10. nibꝰ tradidit eū? Quō eīn inuocabūt i quē nō credi/
derūt: aut doctor gētiū? Aut quō credēt quē nō au/
dierunt? Quomō eīn audient sine pdicante? Aut
quō pdicabūt nisi mittāꝛ? Cū ꝙ̄ hec oīa gesta apō
me cernerē: quō nō crederē ꝙ iclinauit dn̄s aurē suā
mihi? Et sic cōmendauit in nobis dilectionē suam:
Ro.5. vt christus p impijs moreretꝛ. Cū igiꝛ hec mihi an/
Esa.52. nunciarent speciosi pedes eorū qui annūciauerunt
Johel.2. pacem. qui annūciauerūt bona: quia omnis ꝗ inuo
Ro.10. cauerit nomē dn̄i saluus erit: credidi aurē eius incli/
natā mihi: ⁊ in diebus meis inuocaui. Et qui sūt di/
es tui: quoniā dixisti: in diebus meis inuocaui? An
Gal.4. forte illi dies quibꝰ venit plenitudo tpis: et misit deꝰ
2.Cor.6. filiū suum qui iam dixerat: Tempe acceptabili ex/
audiui te: et in die salutꝭ adiuui te? Audisti ex ore p/
Esa.52. dicatoris veniētꝭ ad te pedibꝰ speciosis: Ecce nūc tē/
pus acceptabile: ecce nūc dies salutis: ⁊ credidisti: ⁊
in diebus tuis inuocasti ⁊ dixisti: O dn̄e erue aīam
meā. Sunt quidē isti: sed ⁊ dies meos magis inqt
possum dicere dies miserię meę: dies mortalitatis
meę: dies fm adam plenos laboris ⁊ sudoris: dies
Ps.68. fm vetustatē putredinis. Ego eīn tacens infixus in
limo pfūdi: ⁊ in alio psalmo exclamaui: Ecce vete/
res posuisti dies meos: in his diebꝰ meis inuocaui.
Distant quippe dies mei a diebꝰ dn̄i mei. Dies me/
os dico: quos ipe mihi feci priuata audacia: qua de/
serui eum. Et quoniā vbiqꝫ ipe regnat: ⁊ est omīpo/
tens atqꝫ omnitenēs: merui carcerē: id est ignoran/
tię tenebras: ⁊ cōpedes mortalitatis accepi. In his
Ps.141. diebꝰ meis inuocaui: quia ⁊ ego alibi clamo: Educ
de carcere animā meā: Et qm̄ in die salutꝭ quē mihi
pstituit adiuuit me: intrat in conspectu eius gemitus
C compeditorū. In his eīn diebus meis Circū/
Al. tet. dederunt me dolores mortis: †picula in/
Ps.17. ferni inuenerūt me: Quę nisi aberrantē abs te
nō inuenirēt me. Nūc aūt illa me inuenerunt: Ego
vero ea nō inueniebā: qui gaudebā psperis seculi:
in quibus plus fallunt picula inferni. Sed posteaꝗ̄
et ego Tribulationē et dolorē inueni: et
nomen dn̄i inuocaui. Latebat eīn me tribula/
tio et dolor vtilis: tribulatio de qua dat auxilium:

cui dictum est Da nobis auxiliū de tribulatione: et Ps.59.
vana salus hominis. Ego enim de vana salute ho/
minis gaudendū ⁊ exultandū arbitrabar: sed cū au/
dissem a dn̄o meo: Beati lugentes: quoniā ipi con/ Math.5.
solabuntur: nō expectaui vt prius amitterē bona
tempalia quibus male vtebar: et tūc lugerē: sed at/
tēdi i eadē tpalia bōa ipam miseriā meā ꝗ̄ talibꝰ ob/
lectabar: quę et amittere formidarē ⁊ tenere nō pos
sem: attendi in eam vehementer et fortiter: ⁊ me nō
solū excruciari aduersitatibus huius sęculi: sed etiā
obligari psperitatibus vidi: atqꝫ ita tribulationem
et dolorē qui me latebat inueni: et nomen dn̄i inuo/ D
caui. O domine *erue animā meam. Mi/ Al. *[illegible] Ro.7.
ser enim ego homo: quis me liberabit de corpe mor
tis huius: nisi gratia dei p iesum christum dn̄m no/
strum? Dicat igiꝛ sanctus populus dei: Tribulati/
onē et dolorē inueni: et nomen dn̄i inuocaui: et au/
dient reliquię gentiū quę nōdum inuocant nomen
dn̄i: Audiāt ⁊ quęrāt vt inueniant tribulationem et
dolorē: et inuocent nomē dn̄i: et salui fiāt. Nō hoc
eis dicimus vt quęrant miseriā quā nō habent: sed
vt inueniant eā quā nesciētes habent: Neqꝫ hoc eis
optamus: vt terrena necessaria desint eis quibꝰ in/
digent dū mortaliter viuunt: sed vt hoc plangāt qd
amissa sacietate cęlesti: terrenis nōdum ad fruendū
stabilibus bonis: sed ad sustentandū necessarijs in/
digere meruerūt. Agnoscant et lugeant istā miseri/
am: faciat eos beatos lugētes miscdia: ꝙ̄ eos esse p
miseros noluit. Misericors dn̄s et iustus:
et deus noster miseretur. Misericors et iustus:
et miseretꝛ. Misericors primū: quia inclinauit aurē
suam mihi: ⁊ nesciebā ppinquasse aurem dei mei ori
meo: nisi p illos speciosos pedes excitarer vt inuo/
carem. Quis eīn eū inuocauit: nisi quē ipe prior vo
cauit? Hinc ergo pmū misericors. Justus aūt quia
flagellat: et iterū miseretur: quia recipit. Flagellat Heb.12.
aūt omnē filiū quē recipit. Nec tam mihi amarum
debet esse qd flagellat: ꝗ̄ dulce qd recipit. Quomō
eīn nos flagellat? Custodiens paruulos do/
minus: Quos grandes quęrit heredes. Quis eīn Prouer.
est filius cui nō det disciplinā pater eius? Humi
liatus sum et *saluū me fecit. Saluū me fecit: Al. *liberauit me.
quia humiliatus sum. Non eīn pęnalis sed salutarꝭ
dolor est: quē secādo medicus fecit. Cōuertere
inquit: anima mea in requiē tuam: quia do/ E
minus bn̄fecit tibi: Nō meritis aut viribꝰ tuis:
sed quoniā dn̄s benefecit tibi. Quoniā †eri/ Ps.55. Al. [illegible]
puit: inqt: animā meam *a morte. Mira res ē
charissimi qd cum dixisset in requiē conuertendam
animā suā: qm̄ benefecit ei dn̄s: subiecit: Quoniam
exemit animā meā de morte. Ideo ne in requiē con
uerteretꝛ: quia exempta est a morte? Nonne magis
in morte requies dici solet? Quę tandē eius actio ē:
cuius vita requies: et mors inquietudo est? Talis
ergo actio debet esse animę quę tendit ad quietē se/
curitatēqꝫ: nō quę augeat inquietū laborē. Quoniā
exemit animā meā de morte: qui misertꝰ eius dixit:
Venite ad me omēs qui laboratꝭ. ⁊ ego reficiā vos Math.11.
tollite iugū meū super vos: ⁊ discite a me: quia mitꝭ
sum ⁊ humilis corde: et inuenietis requiē animabꝰ
vestris: Jugū eīn meū suaue est: ⁊ sarcina mea leuis
est. Mitis itaqꝫ ⁊ humilis corde tanꝗ̄ viā christū sequēs
debet esse animę actio tendētis ad requiē: nō tamen

pigra et desidiosa: vt cursum consumet: sicut scriptũ
Ecci.3. est: In mansuetudine opera tua perfice. Etenim ne
mansuetudo ad segniciẽ duceret: adiunctũ est: ope-
ra tua pfice. Neq3 enĩ sicut in ista vita somni requi-
es nos reparat ad actionẽ: sed actio bona perducit
ad semp vigilantẽ quietẽ. Ille aũt hec cuncta pstat:
cuncta exhibet deus: de quo hic dicit: Quoniã do-
min⁹ benefecit mihi: quoniã exemit animã meam a
5 morte: Oculos meos a lachrymis: pedes
meos a lapsu. Hec enĩ in spe cõpleta erga se can
tat: quisquis hui⁹ carnis vinculum intelligit. Vere
Ps.114. quippe dictũ est: Humiliat⁹ sum: et saluũ me fecit.
Ro.8. Sed et quia illud apostol⁹ verũ dicit: Quoniã spe sal
ui facti sum⁹: Et de morte quidẽ qd̃ exempti sum⁹:
recte dicit iam esse completũ: vt mortẽ intelligam⁹
Math.8. nõ credentiũ: de qualibus ait: Dimitte mortuos se-
Ps.113. pelire mortuos suos: et illud in superiori psalmo: Nõ
mortui laudabũt te dñe: neq3 omes qui descendũt
in infernũ: sed nos qui viuimus benedicimus dñm.
Ex hac ergo morte potest recte intelligere homo fi-
delis: iam exemptam esse animã suam: eoipso q ex
Jo.5. infideli fidelis effecta est. Unde ipse saluator: Qui
credit in me inquit: transitũ facit a morte ad vitam.
Cetera vero spe cõpleta sunt in eis: qui nondum ex
hac vita emigrauerũt. Nunc enĩ cũ lapsus nostros
periculosissimos cogitamus: nõ cessant a lachrymis
oculi. Tũc aũt exmit oculos nostros a lachrymis:
quãdo et pedes a lapsu: quia tũc nullus erit lapsus
ambulantiũ pedũ: quãdo infirme carnis nullũ erit
lubricũ. Nunc vero q̃uis firma sit nostra vita que
christus est: tamẽ quia carnem nobis quã iubemur
edomare substernim⁹: in ipo prorsus opere quo eã
subditã castigamus: nõ in eã cadere magnũ est: Nõ
autẽ in ea labi quis potest? Quapropter quia et in
carne sumus: et in carne nõ sumus: In carne enĩ su-
Phil.1. mus eo vinculo quod nondũ solutũ est: qd̃ dissolui
et esse cum christo multo magis optimũ: Non aũt
sumus in carne ex eo qd̃ spiritus primitias dedimus
Phil.3. deo: si tamen possumus dicere: quia conuersatio no
stra in celis est: tanq3 capite placeamus deo: pedib⁹
autẽ tanq3 extremis anime partibus adhuc lubricũ
sentiamus. Audi queadmodũ ad spem ptineat: qd̃
ita canit velut iam sit effectũ: Exemit inquit oculos
6 meos a lachrymis: pedes meos a lapsu: Et tñ non
[illegible] ait placeo: Sed: Placebo in cõspectu do
[illegible] mini: in regione viuorũ: Satis ostendens ab
ea parte nondũ se placere in conspectu dñi que ẽ in
Ro.8. regione mortuorũ: id est in carne mortali. Qui enĩ
in carne sunt: deo placere nõ possunt. Unde qd̃ se-
Ibidem. quitur et dicit idem aplus: Vos aũt nõ estis in car
ne: sm id dicit qd̃ corpus quidẽ mortuũ est ppter
peccatũ: spiritus aũt vita est ppter iusticiã: sm quẽ
placebant dño: quia sm ipm i carne nõ erãt. Quis
aũt placeat deo viuo in corpe mortuo? Sed quid
Ibid. ait: Si autẽ spiritus eius qui suscitauit iesum chri-
stum a mortuis habitat in vobis: qui suscitauit iesũ
christũ a mortuis viuificabit et mortalia corpa vr̃a
ppter spiritũ qui habitat in vobis. Tunc erimus in
regione viuorũ: et omni parte placentes in conspe-
2.Cor.5. ctu dñi: et nulla ab eo parte peregrini. Qñdiu enim su
mus in corpe peregrinamur a dño: et inquãtũ inde pe
regrinamur a dño: intantũ nõ sumus in regione vi-
uorũ. Confidim⁹ aũt et bene arbitramur magis pe-
regrinari a corpe: et immanere ad dñm: Et ideo am- Ibidem.
bimus: siue immanẽtes: siue pegrinantes placentes
illi esse. Ambimus quidẽ nunc: quia expectam⁹ ad- Ro.8.
huc redemptionẽ corpis nostri: Sed cum absorpta 1.Cor.15.
fuerit mors in victoria: et corruptibile hoc induerit
incorruptionẽ: et mortale hoc induerit immortalita
tem: tũc nullus erit fletus/ quia nullus lapsus: et nul
lus lapsus: quia nulla corruptio. Et ideo iã nõ am-
biemus placere: sed omino placebimus in conspe-
ctu dñi in regione viuorum.

Explicit Tractatus de ps̃. CXIIII.

Incipit Tractatus de ps̃. CXV.

Prefatio.

a Notissimũ arbitror esse sanctitati vestre qd̃ A
ait aplus: Non enĩ est omnium fides: et q 2.Thessal.3.
maior esse soleat infidelium multitudo: nõ ignoratis:
Propter quos dicitur: Domine quis credidit audi- Ro.10.
tui nostro: inter quos etiã illi numerant: de quibus
dicit idem aplus: Omnes sua querũt: non que iesu Phil.2.
christi: Quos alio loco dicit: non ex veritate: sed ex Phil.1.
occasione pdicare verbum dei: nõ caste: id est nõ ex
animo pure et sincere charitatis. Aliud enĩ sentiebãt
qd̃ in eorũ morib⁹ apparebat: et aliud pdicabãt: vt sã
cto nomine placerent hominib⁹. Nam de his iterũ
dicit: Neq3 enĩ isti deo seruiũt: sed suo ventri: quos Ro.16.
tamẽ christũ annũciare pmittit. Quis enĩ ea poti⁹
crederẽt que ipi faciebãt vt morerent: ea tamẽ pdi-
cabant que si alij credentes facerent: saluarent. Nõ
enĩ aliud annũciabãt pter regulã fidei. Eos quippe
excludit aplus dicens: Si quis vobis annũciauerit Gal.1.
pter id qd̃ accepistis: anathema sit. Illi nõ christũ
annũciant qui annũciant falsitatẽ: quia christus ve-
ritas est. De istis aũt dicit q christũ annũciẽt: sed Phil.1.
nõ caste: id est nõ animo simplici et puro ex fide sin-
cera que p dilectionẽ opatur. Terrenis quippe cu- Gal.5.
piditatib⁹ consulẽtes: regnũ celorũ annũciabãt: ha
bentes in pectore falsitatẽ in lingua veritatẽ. Sci- Math.10.
ens itaq3 aplus etiã p iudã euangelizãtẽ credentes
esse liberatos: istos quoq3 ita pmittit: Siue inquit Phil.1.
occasione: siue veritate christus annũciet. Veritatẽ
quippe annũciabant: etiã si nõ veritate: id est nõ ve
ro animo. Isti loquunt qd̃ nõ credũt: et ideo repro-
bati sunt: q̃uis sint vtiles eis: Quos instruit domi-
nus dicens: Que dicũt facite: que aũt faciũt facere Math.23.
nolite: Dicũt enĩ et nõ faciũt. Unde: nisi quia vtilia
nõ credunt esse que dicũt: Sũt aũt alij qui credũt et B
nõ loquũt qd̃ credũt vel pigricia vel timore. Nã et
ille seruus q̃uis talẽtũ habuerit: tamẽ quia eroga-
re noluit: audit a dño iudice: Serue nequã et piger: Math.25.
Et alio euãgelij loco dictũ est: q multi et principib⁹
iudeorũ crediderunt in eũ: sed nõ eũ cõfitebant: ne Joh.12.
expellerent de synagoga: Sz et etiã ipi reprobati atq3
reprobati sũt. Sequit enim euãgelista dicẽs: Ama- Ibidem.
uerũt enim gloriã hominũ magis q̃ dei. Si ergo et
illi qui verũ qd̃ loquunt nõ credũt: et illi qui verum
qd̃ credũt nõ loquunt: merito reprobant: quis erit
seruus vere dicẽdus fidelis: nisi ille cui dicitur: Eu- Math.25.
ge serue bone: quoniã in modico fuisti fidelis: supra
multa te cõstituã: intra in gaudiũ dñi tui? Talis ita
q3 seruus nec anteq3 credat loquitur: nec cũ credi-
derit tacet: Vel sic eroget vt ipe non habeat: vel qd̃
habet non erogando non habeat. Sicut enim di-
ctum est: Cui habet dabit ei: sic qui autẽ nõ habet Math.13.

et quod habet auferet ab eo. Dicat ergo iste bonus seruus cantans Alleluia: Id est sacrificans dño sacrificiũ laudis: ei a quo auditur⁹ est: Intra in gaudium dñi tui: exultet ⁊ dicat:

Expositio psalmi.

C
2. Cor. 4. C Credidi propter qđ locutus sum: Hoc est pfecte credidi. Non em̃ pfecte credunt: qui qđ credũt loqui nolunt. Ad ipsam em̃ fidē
Math. 10. ptinet etiā illud credere quod dictū est. Qui me confessus fuerit coram hominib⁹: cõfitebor eũ corā an
Math. 25. gelis dei. Et hoc em̃ est appellatus fidelis ille suus: nō tantū quia accepit: sed qꝫ impendit atqꝫ lucrat⁹ est. Ita ⁊ hoc loco nō ait: credidi ⁊ locut⁹ sum: ſ ꝑpter hoc dicat se locutum esse quia credidit. Simul em̃ credidit: et qđ ꝑmiū loquēdo speraret: et quā pꝫnam tacendo timere deberet. Credidi inquit ꝓpter qđ locutus sum: Ego aũt humiliat⁹ sum nimis. Passus em̃ est multas tribulationes propter verbũ quod fideliter tenebat: fideliter impēdebat: ⁊
Joh. 12. humiliat⁹ est nimis. Quod illi timuerũt: qui amauerunt gloriā hominũ magis ꝙ̄ dei. Sed quid est: ego autē: Diceret potius: credidi ꝓpter qđ et locutus sum: ⁊ humiliatus sum nimis. Cur addidit: ego aũt: nisi quia homo humiliari pōt ab eis qui veritati contradicũt: nō ipa veritas quā credit ⁊ loquitur: Unde ⁊ Apostolus cũ de catena sua diceret: sed ser
2. Timot. 2. mo inquit dei nō est alligatus. Sic et iste: quia ipsa est vna psona sanctorũ testiũ: hoc est martyrũ dei: credidi inquit ꝓpter quod locutus sum: Ego autem
D
Et. non ha. nō illud qđ credidi nō sermo quē ꝓtuli: sed ego hu
Et. excessu meo miliatus sum nimis. Ego⁺ aũt dixi in ⁺ extasi
Ro. 3. mea: omnis homo mendax. Extasin pauorē dicit: quē cōminātibus psecutoribus ⁊ impendentibus passionib⁹ cruciatus aut mortis: humana infirmitas patitur. Hoc em̃ intelligim⁹: quia in isto psalmo vox martyrũ apparet. Nam et alio modo dicit extasis: cum mens nō pauore alienatur: sed aliqua inspiratione reuelationis assumit. Ego autē dixi in extasi mea: om̃is homo mendax. Cōterritus enim respexit infirmitatē suā: et vidit nō de se sibi esse ꝑsumendũ. Quantũ em̃ ad ipm̃ hominē ptinet mēdax est: sed gratia dei verax effectus est: ne pressuris inimicoꝝ cedens nō loquerek qđ crediderat: sed nega
Math. 26. ret: sicut petro accidit quoniā de se ꝑsūpserat: ⁊ docendus erat de homine nō esse ꝑsumendũ. Et si de homine nō debet quisqꝫ ꝑsumere: vtiqꝫ nec de seipso: qꝫ homo est. Bene ergo iste vidit in pauore suo omnē hominē esse mendacē: quia ⁊ illi qui nullo pauore vanescũt: ne psequētibus cedendo mentiātur: muneribus dei tales sunt: nō virib⁹ suis. Proinde verissime dictū est: Omnis homo mēdax: sed deus
Ps. 81. verax qui ait: Ego dixi dii estis. ⁊ filii altissimi omnes. Uos aũt sicut homines moriemini: ⁊ sicut vn⁹ ex principibus cadetis. Cōsolak humiles: ⁊ implet eos: nō solū fide credenda: sed etiā fiducia ꝑdicādꝫ veritatis: si pseuerantes subdank deo: nec imitētur
Joh. 8. vnū ex principibus diabolū: qui in veritate non stetit ⁊ cecidit. Si em̃ om̃is homo mendax: intantum non erũt mendaces: inquantū non erunt homines: qm̃ dii erunt et filii altissimi oēs. Hoc itaqꝫ considerans deuotissimus populus fideliũ testium: quō infirmitatē humanā dei misericordia nō relinquat: in cuius infirmitatis pauore dictū est: Omnis homo mendax: quomō cōsolek ⁊ humiles: ⁊ impleat spiritu fiducię trepidantes: vt pene mortuo corde reuiuiscāt: nec in ienere pso fideles sint: sed in eo qui la
1. Cor. 4. se fet mortuo ⁊ linguas infantiū facit disertas. qui
Math. ait: Cum autē tradent vos: nolite cogitare quomō aut quid loquamini: dabitur em̃ vobis in illa hora quid loquamini: Non em̃ vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri qui loquik in vobis. Hęc ergo om̃ia considerans ille qui dixerat: Ego dixi in pauore meo: om̃is homo mendax: et videns gratia dñi se factum veracē: Quid retribuā: inquit:
E
Et. retribuam dño pro omnibus quę ⁺ retribuit mihi: Non ait ꝓ omnibus quę tribuit mihi: sed ꝓ omnibus quę retribuit mihi. Quę igik ꝑcesserāt hominis: vt omnium donorū dei nō attributio: sed retributio vocari possit: Quę ꝑcesserant hominis nisi peccata: Retribuit ergo deus bona ꝓ malis: cui homines retribuũt mala ꝓ bonis. Hęc em̃ retribuerũt qui dix
Math. erunt: Hic est heres: venite occidamus eum. Sed quęrit iste quid retribuat dño ⁊ non inuenit: nisi ex eis quę ipse dñs retribuit. Calicē: inquit: salutaris accipiam: ⁊ nomen dñi inuocabo. O homo peccato tuo mēdax: dono dei verax: Et ideo iam nō homo: quis tibi dedit calicē salutaris: quem accipiens et inuocans nomen dñi retribues ei pro
Math. omnibus quę retribuit tibi: Quis nisi ille q̄ ait: Potestis bibere calicē quē ego bibiturus sum: Quis tibi dedit imitari passiones suas: nisi q̄ ꝓpter te passus est prior: Ideoqꝫ ⁺ Preciosa in cōspectu
Et. Grata in cōspectu dñi mors sanctorū eius. Emit em̃ eam sanguine suo quē prior fudit pro salute seruorū: ne pro dñi nomine serui fundere dubitarent: quod tamē eorū non dñi vtilitate pficeret. Confiteak itaqꝫ cōditionem suā mancipiũ tanto ꝑcio comparatū: et dicat:
F
Et. O dñe ⁺ ego seruus tuus: ego seruus tuus ⁊ filius ancillę tuę. Ergo ⁊ emptus est ⁊ vernaculus est. An cum matre simul est empt⁹: An quia vernaculus est ꝓpter peccata fugę suę deprędatus: et ideo emptus: quia redemptus est: Filius em̃ est ancillę ſm qđ om̃is creatura subdita creatori est: et verissimo dño verissimū debet famulatū: Quē cū exhibet libera est: hanc accipiens a dño gratiā: vt et nō necessitate: sed voluntate deseruiat. Ergo iste
Gal. 4. filius est hierusalē cęlest: quę sursum est: mater omniũ nostrũ libera. Et libera quidē a peccato: sed ancilla iusticię: Cuius filiis adhuc pegrinātibus dici
Gal. 5. tur: Uos in libertatē vocati estis. Sed rursus eos seruos facit: dicēs: sed in charitate seruite inuicem.
Ro. 6. Quibus etiā dicitur: Cum serui eratis peccato. liberi eratis a iusticia: nunc vero liberati a peccato facti aũt serui deo: habetis fructū vestrũ in sanctificationem: finē vero vitam ęternā. Dicat ergo deo seruus iste: Multi se martyres dicũt: multi seruos tuos: quia nomen tuū habent in variis heresibus ⁊ erroribus: sed quia pręter ecclesiā tuam sunt: nō sunt filii ancillę tuę: ego autē seruus tuus ⁊ filius ancillę tuę: Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo ⁺ sacrificiū laudis ⁺. Nequ em̃ inuenio vlla merita mea: quando tu dirupisti vincula mea: ideo sacrificiū laudis tibi debeo: Quia et si gloriabor ꝙ seruus tuus sim: et filius ancillę tuę: non in me: sed in te dño meo gloriabor: qui dirupisti vincula mea: vt a fuga rediens religarer tibi. Uota mea
G

domino reddam. Que vota redditurus es? Quas vouisti victimas? Que incensa? Que holocausta? An ad illud respicit quod paulo ante dixisti: Calicem salutaris accipiam: et nomen domini inuocabo: et tibi sacrificabo sacrificium laudis? Et reuera quisquis bene cogitat quid voueat domino: et que vota reddat: seipsum voueat: seipsum reddat. Hoc exigitur: hoc debetur. Math.22. Inspecto nummo dominus dicit: Reddite cesari que cesaris sunt: et deo que dei sunt. Imago sua reddatur cesari: imago sua reddatur deo. Sed qui meminit non solum seruum se esse dei: sed et filium ancille dei: videt vbi reddat vota sua: conformatus christo per calicem salutaris. In atrijs: inquit: domus domini. Que domus dei est: hec ancilla dei est. Et que domus dei: nisi omnis populus eius? Ideo sequitur: In conspectu omnis populi eius. Et apertius iam nominat ipsam matrem. Quid est enim aliud populus eius: nisi quod sequitur: In medio tui hierusalem? Tunc est enim quod redditur gratum: si de pace atque in pace reddatur. Qui autem filij huius ancille non sunt: bellum potius quam pacem amauerunt. Ne quis autem existimet atria domus domini: et omnem populum eius iudeos significari: quia ita clausit iste psalmus vt diceret: In medio tui hierusalem: cuius nomine carnales israelite gloriantur: audiute sequentem psalmum: qui quattuor versiculis continetur.

Explicit Tractatus de psalmo CXV.
Incipit Tractatus de psalmo CXVI.

B

Expositio psalmi.

Laudate dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi. Hec sunt atria domus domini: ille omnis populus eius: hec vera hierusalem. Audiant magis illi iudei qui huius ciuitatis filij esse noluerunt: cum se ab omnium gentium communione preciderunt. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: et veritas domini manet in eternum. Hec sunt duo illa: misericordia et veritas: que in centesimotertiodecimo psalmo memorie commendanda commonui. Confirmata est autem super nos misericordia domini: cum eius nomini per quod liberati sumus inimicarum gentium rabida ora cesserunt: et veritas domini manet in eternum: siue in eis que promisit iustis: siue in eis que minatus est impijs.

Explicit Tractatus de psalmo CXVI.
Incipit Tractatus de psalmo CXVII.

Prefatio.

A Audiuimus fratres admonentem nos atque hortantem spiritumsanctum: vt sacrificium confessionis offeramus deo. Confessio autem: vel laudis eius est: vel peccatorum nostrorum. Et illa quidem confessio qua peccata nostra deo confitemur: omnibus nota est: ita vt hanc solam dici confessionem in scripturis sanctis minus erudita estimet multitudo. Nam vbi hoc verbum lectoris ore sonuerit: continuo strepitus pius pectora tundentium consequitur. Sed debent aduertere quomodo dictum sit in alio psalmo: Quoniam ingrediar Ps.41. in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum dei: In voce exultationis et confessionis: soni festiuitatem celebrantis. Hic enim certe manifestum est: vocem confessionis et sonum: non ad merorem penitentie: sed ad leticiam festiuitatis celeberrime pertinere. Aut si de tam manifesto testimonio quisque adhuc dubitat: quid dicturus est ad illud quod in Ecclesiastico scriptum est: Benedicite dominum omnia opera ipsius: date nomini ipsius magnificentiam: et confitemini in laude ipsius in canticis labiorum et in cytharis: Eccl.39. et sic dicetis in confessione: quoniam omnia opera domini bona nimis? Hic certe nullus vel tardissimus ambigit confessionem in dei laudibus poni: nisi forte tanta est in cuiusquam mente peruersitas: vt dicere audeat etiam ipsum dominum iesum christum peccata sua patri esse confessum. Quod si aliquis impius propter nomen confessionis temptaret obijcere: facillime refelleretur ipsa contextione verborum. Sic enim loquitur: Confiteor: inquit tibi pater domine celi et Math.11. terre: qui abscondisti hec a sapientibus et prudentibus: et reuelasti ea paruulis: Ita pater: quoniam sic placitum fuit coram te. Quis non eum intelligat in laude patris hec dicere? Quis non videat istam confessionem non ad dolorem cordis: sed ad gaudium pertinere: cum etiam precesserit euangelista dicens: In ipsa hora exultauit Luc.10. in spiritusancto et dixit: confiteor tibi pater? Quapropter charissimi quoniam nullo modo est omnino dubitandum: tot congruentibus testimonijs: quorum similia in scripturis per vosipsos potestis aduertere: non tantum in peccatis: sed et in laudibus dei: confessionem diuinis litteris solere nominari: quid congruentius in hoc psalmo quando Alleluia cantamus: quod est: laudate dominum: nos admoneri intelligimus cum audimus:

Expositio psalmi.

B

C Confitemini domino: quam id ipsum scilicet Ps.105.et.106 vt laudemus deum? Non potuit laus dei breuius Iudith.13. explicari: quam vt diceretur: Quoniam bonus est. Quid sit grandius ista breuitate non video: cum ita sit proprium deo quod bonus est: vt a quodam compellatus ipse filius dei cum audiret: magister bone: ab eo scilicet qui carnem eius intuens: et diuinitatis plenitudinem non intelligens: solum hominem arbitrabatur: responderet: quid me interrogas de bono? Nemo bonus: Marci.10. nisi vnus deus. Quid est aliud dicere: quam si me bonum vis appellare: intellige et deum? Sed quoniam populo dicitur in pronunciatione futurorum liberato ab omni labore et captiuitate peregrinationis: et ab omni permixtione iniquorum quod ei per gratiam dei prestitum est: non solum non retribuentis mala pro malis: sed etiam retribuentis bona pro malis: conuenientissime adiunctum est: Quoniam in seculum misericordia eius. Al.nunc. Dicat autem domus israel quoniam bonus: quoniam in seculum Al.non hz. misericordia eius. Al.nunc. Dicat autem domus aaron quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. C Al.non hz. Dicant nunc omnes qui timent dominum: quoniam in seculum misericordia eius. Recognoscatis credo charissimi que sit domus israel: que sit domus aaron: Et quoniam vtrique sunt timentes dominum: Ps.113. Ipsi enim sunt pusilli cum magnis: iam in alio psalmo bene insinuati cordibus vestris: Quorum numero nos omnes in eius gratia qui bonus est: et in seculum misericordia eius: sociatos esse gaudeamus: quoniam exauditi sunt qui dixerunt: Adijciat Ibidem dominus super vos et super filios vestros: vt israelitis in christum credentibus: ex quorum numero sunt apostoli patres nostri: et ad eminentiam perfectorum: et ad obedientiam paruulorum adiungeretur numerus gentium: vt dicamus: omnes facti vnum in christo: facti vnus grex sub pastore vno: et corpus illius capitis tamquam

manus homo dicamus: In tribulatione invocaui dñm: et exaudiuit me i latitudine. Angustia nostrę tribulatiõis finitur: Latitudo aũt quo trãsimus: nõ habet terminũ. Quis eñi accusabit aduersus electos dei? Dñs mihi adiutor est: non timebo quid faciat mihi homo. Sed nunquid solos homines habet inimicos ecclesia? Quid est homo carni et sanguini deditus: nisi caro et sanguis? Sed ait apostolus: Nõ est nobis colluctatio aduersus carnem et sanguinẽ: sed aduersus principes et rectores mũdi tenebrarũ harũ: id est rectores iniquorũ mundũ istũ diligentium: et propterea tenebrarũ: quia et nos fuim⁹ aliquãdo tenebrę: nũc autẽ lux in dño: Aduersus spiritualia inquit nequitię in cęlestibus: id est diabolũ et angelos eius: Quẽ diabolũ alio loco dicit pricipẽ potestatis aeris huius. Audi ergo quod sequit: Dominus mihi adiutor ẽ: et ego despiciã inimicos meos. Ex q̃libet genere inimici exurgãt: siue ex numero malorum hominũ: siue ex numero malorũ angelorũ: in dñi adiutorio despicient: cui confitemur laudẽ: cui cantamus alleluia. Despectis autẽ inimicis: non sic mihi tanq̃ bonus homo se amicus opponat: vt in se spem meã iubeat collocari. Bonũ est: enim: confidere in domino: q̃ cõfidere in homine. Nec quisquis sm quendã modũ dici potest angelus bonus: sic a me cogitetur aut: vt in eo cõfidere debeam. Nemo eñi bonus: nisi solus deus. Et cum videtur adiuuare homo vel angelus: cũ hoc vera dilectione faciũt: ille per eos facit qui eos pro modo eorũ bonos fecit. Bonũ est: ergo: sperare in dño: q̃ sperare in principibus. Nã et angeli dicti sunt principes: sicut in Daniele legimus: Michael princeps vester. Omnes gẽtes circundederũt me: et in nomine dñi vltus sũ eos. Circundantes circũdederunt me: et in nomine dñi vltus sum eos. Quod ait: Oẽs gentes circũdederunt me: et in nomine dñi vltus sum eos: significat ecclesię labores atq̃ victoriam. Sed quasi causa quereret: vnde tãta mala superare potuerit: respectũ est ad exemplũ: et dixit quid primo passa sit in capite suo: addẽdo quod sequitur: Circũdantes circũdederunt me. Et bene ibi non repetitum est: oẽs gẽtes: quod a iudeis solis factũ est. Et in nomine dñi vltus sum in eos: quia et illic ipse pius populus quod est corpus christi persecutores sensit: de cuius genere caro illa suscepta et suspẽsa ẽ pro q̃ factũ ẽ q̃cq̃d ab illa interiore diuinitate per exteriorẽ carnẽ virtute immortaliter factum est. Circũdederunt me sicut apes fauum: et exarserũt sicut ignis in spinis: et in nomine dñi vltus sum in eos. Hic iam ex ordine gestarum rerũ: etiã verborũ ordo contexitur. Nam ipm dñm caput ecclesię: recte accipimus circũdatũ a persecutorib⁹: sicut circũdant apes fauũ. Quid eñi ab ignorantibus gestũ sit: mystica subtilitate spiritussanctus loquit. Mel quippe apes operantur in fauis. Nescientes autẽ psecutores dñi: fecerunt eũ nobis in passione dulciorẽ: vt gustemus et videamus q̃ suauis est dñs: qui mortuus est propter delicta nostra: et resurrexit propter iustificationẽ nostram. Jam vero quod sequitur: Et exarserũt velut ignis in spinis: in eius corpore: hoc est in populo vbiq̃ diffuso melius intelligit: quẽ circũdederũt omnes gentes: cũ sit collectus de oĩbus gentib⁹. Exarserunt quippe velut ignis i spinis: quãdo peccatricem carnẽ: atq̃ huius mortalis vite molestissimas compũctiones: psecutiõis incendio cremauerunt. Et in nomine inquit dñi vltus sum in eos. Siue quia et ipi malicia quę in eis iustos psequebatur extincta: christiano populo sociati sunt: Siue quia cęteri eorũ qui contẽpserunt hoc tempe vocãtis misericordiam: veritatẽ iudicantis in fine sensuri sunt. Tanq̃ cumulus harenę impulsus sum vt caderẽ: et dñs suscepit me. Quis eñi esset tam magna multitudo credentiũ quasi arenę innumerabili cõparanda: et in vnam societatẽ tanq̃ in cumulũ ducta: tamen quid est homo nisi q̃ memores eius? Non dixit abundantiam numeri mei: numerus gentiũ superare nõ valuit: sed dñs inquit suscepit me. Multitudinẽ ergo fideliũ in vnitate fidei simul habitantẽ: psecutio gentiũ quo impelleret vt deiiceret nõ habebat: quãdo in eũ creditũ est: qui et singulos et oẽs vbiq̃ susciperet: quia eis inuocãtibus nusq̃ deesse potuisset. Fortitudo mea et laudatio mea dñs: et factus est mihi in salutem. Qui ergo cadunt cum impellũtur: nisi qui sua sibi fortitudo et sua sibi volunt esse laudatio? Nullus quippe in certamine cadit: nisi cuius fortitudo et laudatio cadit. Quapropter cui⁹ fortitudo et laudatio est dñs: tam nõ cadit q̃ nõ cadit dominus: Et ideo eis fact⁹ est in salutẽ: Nõ quia ipse aliquid factus est quod ante nõ erat: sed quia ipi cũ in eum crederẽt: quod nõ erant facti sunt: et iam ipse nõ sibi sed illis: qđ auersis a se non erat: salus eorũ esse conuersis. Vox leticię et salutis in tabernaculis iustorũ: Ubi vocem meroris et eius putabant esse qui in eorũ corpora seuiebãt. Nõ eñi sentiebant interiora gaudia sanctorũ de spe futura. Unde et apostolus dicit: Quasi tristes: semp autem gaudentes. Et iterũ: Non solũ aũt: sed etiã gloriamur inquit in tribulatiõibus. Dextera domini fecit virtutẽ. Quã virtutẽ dicit? Dextera inquit dñi exaltauit me. Magna virtus exaltare humilẽ: deificare mortalem: pbere de infirmitate perfectionẽ: de subiectione gloriã: de passione victoriam: dare auxiliũ de tribulatione: vt afflictis vera salus dei patesceret: affligentib⁹ autẽ vana salus hominis remaneret. Magna hec: Sed quid miraris si aliquid repetat? Audi quid repetat: Non homo se exaltauit: nõ homo se perfecit: non sibi homo gloriam dedit: non homo vicit: nõ homo sibi saluti fuit: Dextera domini fecit virtutẽ. Nõ moriar sed viuam: et enarrabo opera domini. Et illi stragem funerũ vbiq̃ facientes: ecclesiam christi mori arbitrabãt. Ecce nũc enarrat opera dñi. Ubiq̃ christus beatorũ martyrũ gloria est: Uicit vapulando ferientes: patiendo impatientes: diligendo seuientes. Tamẽ cur tanta indigna pertulit corpus christi: sancta ecclesia: populus in adoptionem: indicet nobis. Emendans emendauit me dñs: et morti non tradidit me. Non ergo quicq̃ viribus suis licuisse arbitret fremitus impiorũ: Nõ haberet istam potestatẽ: nisi sibi data esset desuper. Sepe filios paterfamilias per nequissimos seruos emendari iubet: cũ illis he-

radicatē. Illis compedes ꝑparet. Que est ista hereditas? Auri est: an argēti: an gemmarū: aut fundorum: amenorūq̧ prediorum? Vide qua intret: et cognosce quid sit. Aperite: inquit: mihi portas iustitie. Ecce audiuimus portas: Quid est intus?

Ingressus: inquit: in eas confitebor domino. Illa cōfessio laudis est admirabilis vsq̧ ad
Ps. 41. domū dei: in voce exultationis et confessiōis: soni festiuitatē celebrātis. Hec est eterna beatitudo iusto-
Ps. 83. rum: quia beati sunt qui inhabitant in domo dei: in secula seculorū laudantes eū. Sed vide quēadmo-
per portas dum intretur in portas iustitie. Hec porte do-
S. iusti mini: inquit: iusti intrabūt in eas. Nā salutē nemo intrat iniustus: in illā hierusalē que nō recipit
Apoc. 22. incircūcisū carne: vbi dr: Canes foris: Satis sit qḋ i
Ps. 119. longinqua peregrinatiōe mea inhabitaui cū tabernaculis cedar: et cū his qui oderunt pacē eram pacificus: Pertuli vsq̧ in finē ꝑmixtionē malorū: sed hec porte dñi: iusti intrabunt in eas. Confitebor tibi dñe quoniā exaudisti me: et factus es mihi in salutē. Sepe ostendit laudis esse ista confessio: nō vulnera medico ostēdens: sed de percepta sanitate gratias agens. Ipse aūt medicus salus est: Actū 4. Bonū quem dicimus: Lapidē quē reproba
1. Pet. 2. uerunt edificantes. Nam: Hic factus est in caput anguli: Ut duos conderet in se in vnū nouum hominē faciens pacem: et cōmutaret vtrosq̧ i vno corpore deo: circūcisionē scz et ꝑputiū. A domino factū est istud: Id est capiti anguli a domino
Mat. 21. factus est. Quis em̄ hoc nō esset factus: nisi passus esset: nō tamē hoc ab eis a quibus passus est: factus est. Nā illi q̄ edificabāt reprobauerūt: sed in eo qḋ dñs occulte edificabat. fecit in caput anguli quod il li reprobauerunt. Et est mirabile in oculis nostris. In oculis interioris hominis: in ocul' credentiū: sperantiū: diligentiū: nō in oculis carnalib' eorū qui quasi hominē contēnendo reprobauerunt.

Hic est dies quē fecit dñs. Meminit iste
Ps. 114. homo se dixisse in superioribus psalmis: Quoniā inclinauit aurē suam mihi: et i diebus meis inuocaui: dies suos cōmemorans veteres: Unde modo dic: Hic est dies quē fecit dñs: id est quo mihi salutem
Esa. 49. dedit. Hic est dies de quo dicit dñs: Tempe acce-
2. Cor. 6. ptabili exaudiui te. et in die salutis adiuui te: id ē dies de quo ille mediator factus est in caput anguli. Exultemus: ergo: et iocundemur in eo. O dñe saluum me fac: o dñe bene prosperare. Iterū vero quia dies salutis ē: saluū me fac: quia de longinqua peregrinatione reuertētes seiungi
Ps. 119. mur ab eis qui oderant pacē cum quibus eram' pacifici: et cum loqueremur eis: debellabāt nos gratis: Bene ꝓspera iter redeūtibus: quia tu nobis fact'
Mat. 21. es via. Benedictus: enim qui venit in nomine dñi. Maledictus ergo ille qui venit in noīe
Jo. 5. suo sicut in euangelio dicit: Ego veni in nomine patris mei et nō accepistis me: si alius venerit in noīe suo illū accipietis. Benediximus vos de domo domini. Credo q̄ ista vox magnorū est ad pu
Jo. 1. sillos: eorū scz magnorū qui verbū deum apud deum: sicut in hac vita possunt mente cōtingunt: et tamen sermonē suū ꝓpter paruulos temperāt: vt pos
2. Cor. 5. sint sinceriter dicere qḋ ait Apostolus: Siue enim mente excessimus deo: siue temperātes sumus vobis: Charitas enim christi cōpellit nos. Ipsi em̄ paruulos benedicūt de interiore domo dñi: vbi laus illa in secula seculorum non deficit: Et ideo videte qḋ inde annūciant. Deus dñs et illuxit nobis. Dominus ille qui venit in nomine domini: quē reprobauerunt edificantes: et factus est i caput angu-
li: Mediator ille dei et hominū homo christus ie- 1. Thimoth. 2.
sus deus est: equalis est patri et illuxit nobis: vt qḋ credidimus intelligeremus: et vobis nondū intelligentibus sed iam credētibus enūciaremus. Ut autem et vos intelligatis: Constituite diem festum in confrequentationibus: vsq̧ ad cornu altaris: Id est vsq̧ ad interiorem domū dei: de qua vos benediximus: vbi sunt altaria excelsa. Constituite diem festum non tepide ac segniter: sed in cōfrequentationibus. Ipsa est enim vox exul- Ps. 41.
tationis soni festiuitatem celebrātis: ambulantium in locū tabernaculi admirabilis vsq̧ ad domū dei. Si enim est ibi spirituale sacrificiū sempiternum sacrificium laudis: et sacerdos sempiternus est: et altare sempiternum pacata mens ipsa iustorum. Hoc apertius dicimus fratres: quicūq̧ deum verbum intelligere volunt: non eis sufficiat caro q̄ pro-
pter eos verbū factum est: vt lacte nutrirentur: nec Joh. 1.
in terra sufficiat iste dies festus quo agnus occisus est: sed constituatur in cōfrequentationibus: quousq̧ perueniatur: exaltatis a domino mentibus nostris: vsq̧ ad eius diuinitatē interiorē: qui nobis exteriorē humanitatē lacte nutriēdis prebere dignatus est. Et quid ibi aliud: nisi laudes eius cantabimus? Quid ibi aliud dicemus: nisi Deus meus es tu et confitebor tibi: deus meus es tu et exaltabo te: Confitebor tibi domine quoniam exaudisti me: et factus es mihi in salutem. Non strepitu verborū ista dicimus: sed dilectio inherens illi per semetipsam clamat istam vocem: et dilectio ipsa vox est. Itaq̧ sicut cepit laudē: ita terminat. Confitemini domino quoniam bonus: quoniā in seculum misericordia eius. Hinc cepit psalmus: huc desinit: quoniam sicut ab initio quod deseruimus: ita in finē quo redim' nō est aliquid quod salubri' delectet: q̄ laus dei et semper alleluia.

Explicit Tractatus de ps̄. CXVII.
Incipit Tractatus de ps̄. CXVIII.

Proemiū in psalmū octonarium: vel alphabeticū: aut alleluiaticum.

Psalmos omēs ceteros quos codicem psalmorum nouimus continere: quod ecclesie ꝯsuetudie psalteriū nūcupatur: partim sermocinando in populis: partim dictando exposui (donāte domino) sicut potui: Psalmū vero cētesimū octauumdecimū: nō tam propter ei' notissimā longitudinē: q̄ propter altitudinē paucis cognoscibilem differebam. Et cum molestissime ferrent fratres mei: eius solius expositionē quantū ad eiusdē corpus psalmi pertinet deesse opusculis nostris: meq̧ ad hoc soluendū debitum vehementer vrgerent: diu petentibus iubētibusq̧ nō cessi: Quia quotiens cunq̧ inde cogitare temptaui: semp vires nostre intentionis excessit. Quanto em̄ videtur apertior: tanto mihi ꝓfundior videri solet: ita vt etiam q̄ sit ꝓfundus demonstrare nō possim. Aliorum quippe qui

difficile intelligunt: etiam si in obscuritate sensus latet: ipsa tamē apparet obscuritas: huius aūt nec ipsa: quoniā talē prebet superficiē: vt lectorem atq̄ auditorem: nō expositorē necessariū habere credat. Et nunc q̄ tandē ad ptractationē eius accedo: quid in eo possim prorsus ignoro: Spero tamen vt aliqd possim affuturū atq̄ adiuturū deum. Sic enim feci de omibus quecunq̄ sufficienter cū prius mihi ad intelligendū vel explicandum difficilia ac pene impossibilia viderētur exposui. Statui aūt per sermones id agere qui pferuntur in populis: quas greci ὁμιλίας vocāt. [illegible] arbitror: vt conuentus ecclesiastici nō fraudētur etiam psalmi huius intelligentia [illegible] ctari assolēt cantilena. Sed sit hec [illegible] de ipso ē loquendū: de quo [illegible] loquendū.

Explicit prolog[illegible] Incipit sermo primus de eodem p[illegible]

B

Hexordio suo magn⁹ psalm⁹ iste charissimi: exhortat nos vt [illegible] b[illegible]titudinē. qu[illegible] nemo est qui non expetat. Quis enī vnq̄ vel potest. vel potuit: vel poterit inueniri: q̄ esse nolit beatus? Quid igitur ea exhortatiōe opus est ad eam rem quā sua sponte appetit animus? Nam pfecto qui exhortat id agit vt excitetur volūtas eius cum quo agit ad illud pter quod exhortationis adhibetur alloquiū. Ut quid ergo nobiscū agitur vt velimus quod nolle nō possumus: nisi quia omnes quidem beatitudinē concupiscūt: sed quomō ad eā perueniat plurimi nesciunt? Ideoq̄ hoc docet iste qui dicit:

Cōcor. 4. sent. di. 49. [illegible]

Expositio principij istius psalmi.

C Aleph.

Beati immaculati in via: qui ambulant in lege dñi. Tanq̄ diceret: Scio quid velis: beatitudinem queris? Si ergo vis esse beatus: esto immaculat⁹. Illud enī omnes: hoc aūt pauci volunt: sine quo nō peruenit ad illud quod omes volūt. Sed vbi erit quisq̄ immaculatus: nisi in via? In qua via: nisi in lege dñi? Ac per hoc: beati immaculati in via: qui ambulant in lege dñi: non supfluo vobis dicitur: sed exhortatio necessaria vestris mētibus adhibetur. Quid enim boni sit ad quod multi pigri sunt: id est immaculatos ambulare in via que lex est dñi sic ostendit: cum beatos esse qui hoc faciūt indicatur: vt pter illud qd omes volunt: etiam hoc fiat quod plurimi nolunt. Beatū quippe esse tam magnū est bonū: vt hoc et boni velint et mali. Nec mirū est q̄ boni pterea sūt boni: sed illud est mirū q̄ etiam mali pterea sūt mali vt sint beati. Nam quisquis libidinib⁹ deditus: vt luxuria stupris q̄ corrūpatur: in hoc malo beatitudinē querit: et se miserū putat cum ad sue concupiscentie voluptatē leticiāq̄ nō puenit: beatū vero nō dubitat iactare cum puenit. Et quisquis auaricie facibus inardescit: ad hoc cōgregat q̄cūq̄ mō diuitias vt beat⁹ sit. Quicūq̄ molit inimicor sāguinē fūdere: q̄cūq̄ desiderat dominationē: quisquis affectat crudelitatē suā explere: q̄sq̄s alienis cladib⁹ pascit: in omibus sceleribus beatitudinē querit. Hos igitur errantes: et vera miseria falsam beatitudinem requirentes: reuocat ad viam: si audiat vox ista diuina: Beati immaculati in via qui ambulant in lege dñi: Tanq̄ dicens: Quo itis? Peritis et nescitis:

De libero arbi. li. j. ca. 14.

Non illac itur qua pgitis: quo puenire desideratis. Nam vtiq̄ beati esse cupitis: sed misera sunt: et ad maiorem miseriā ducūt itinera ista que curritis. Tā magnū bonū querere p mala nolite. Si ad illud puenire vultis: huc venite: hac ite: Uie puerse relinque malignitatē: qui nō potestis relinquere beatitudinis voluntatē. Frustra tendēdo fatigamini: quo pueniendo inquinamini. Non aūt beati inquinati in errore qui ambulāt in puersitate seculi: sed beati immaculati in via: qui ambulāt in lege dñi. Quid porro adiungat attendite. Beati qui scrutantur testimonia eius: i toto corde exquirūt eū. D

Non mihi videt aliud his verbis cōmemoratū beatorū genus: q̄ illud quod ante dictū est. Nā scrutari testimonia dñi: et eum in toto corde exquirere: hoc ē immaculatū in via et in lege dñi ābulare. Deniq̄ sequitur et dicit: Non enī qui operātur iniquitatē in vijs eius ambulauerūt. Si ergo ambulantes in via: id est in lege dñi: ipsi sunt scrutantes testimonia eius: et in toto corde exquirentes eum: Profecto qui operātur iniquitatē: nō scrutantur testimonia eius. Et tamē nouim⁹ operarios iniquitatis ad hoc scrutari testimonia dñi: quia malūt docti esse q̄ iusti. Nouimus et alios ad hoc scrutari testimonia dñi: nō q̄ iam recte viuant: sed vt sciant quēadmodū viuere debeant. Tales ergo nondum immaculati ambulāt in lege dñi: ac per hoc nōdum beati. Quomō ergo intelligendū est: Beati q̄ scrutant testimonia eius: cum videamus homines eius scrutari testimonia nō beatos: quia non immaculatos? Nam scribe et pharisei sup cathedrā moysi sedentes de quibus dñs ait: Que dicūt facite: que autem faciūt: facere nolite: Dicūt enī et nō faciūt: vtiq̄ scrutabant testimonia dñi: vt haberēt que dicerent bona: q̄uis facerent mala. Sed hos omittamus. Recte quippe respondebit nobis: q̄ isti non scrutātur testimonia dñi. Non enī querūt ipsa: s aliud querūt per ipsa: id est vt glorificētur ab hominibus: vel ditētur. Nō est hoc scrutari testimonia dei: nō diligere quod ostendūt: et nolle puenire quo ducunt: id est ad deū. Nam aut si et ipsi scrutant testimonia dei: q̄uis nō vt ipm sed vt aliud ex his inueniant et acquirāt: certe non in toto corde exquirunt eum: Nō nō vtiq̄ frustra hic additū cernimus. Sciens enī spiritus qui hec dicit: multos pter aliud nō pter quod constitutū est scrutari testimōia ei⁹: nō tantū dixit: Beati qui scrutant testimonia eius: sed addidit: in toto corde exquirūt eū: tanq̄ docens quēadmodū: vel pter quid scrutanda sunt testimonia dñi. Deniq̄ in libro Sapiētie loquēs ipsa sapiētia: Querūt inquit me mali et nō inuenient: oderūt enim sapiētiā. Quod quid est aliud: q̄ oderūt me: Querūt ergo me aut et nō me inueniūt qui oderunt me. Quomō igit dicunt querere qd oderūt: nisi q̄ nō hoc sed aliud per eā querūt. Non enī volūt esse sapientes in dei gloriā: sed volūt videri sapientes pter humanū gloriam. Quomō enī sapiētiā nō oderunt: que iubet et docet contēnendū esse quod diligunt? Proinde: beati immaculati in via qui ambulant in lege dñi: Beati qui scrutātur testimonia ei⁹: in toto corde exquirunt eū. Si enī scrutando testimonia eius: aut in toto corde exquirūt eum: immaculati ambulant in lege dñi. Nunquid tamē ille nō

Math. 23.

Math. 6.

Prouer. 1.

Infra in [illegible]

5

scrutabaī testimonia eius: nec querebat eum q̄ dice
Math.19. bat. Magister bone: quid boni faciā. vt vitam eter/
nam cōsequar? Sed quomō eū in toto corde quesi/
uit: cuius consilio diuitias suas pretulit: quo audi/
Esa.55. to tristis abscessit? Nā et ꝓpheta Esaias dicit: Que/
rite dn̄m: et cum inueneritis eū derelinquat impius
vias suas: et vir iniquus cogitatiōes suas. Querūt
itaq; deum et impij et iniqui: vt eo inuento nō sint
impij nec iniqui. Quomō ergo iam beati cū adhuc
testimonia eius scrutātur et exquirūt eum: cū hoc
facere possint et impij et iniqui? Beatos autē esse
impios et iniquos: quis vel impius dixerit aut ini/
Math.5. quus? Ergo spe beati: sicut beati qui psecutionē pa
tiūtur ꝓpter iusticiā: non ꝓpter qḋ adest q̄diu mala
patiūtur: sed ꝓpter qḋ aderit: quoniā ipsorū est re/
Ibidem. gnum celorū. Et beati qui esuriūt et sitiunt iusticiā:
nō quia esuriūt et sitiunt: sed ꝓpter qḋ sequitur: quo/
Math.5. niam ipsi saturabūtur. Et beati qui plorant: nō quia
plorant: sed ꝓpter quod sequit: quia ridebūt. Pro/
inde beati qui scrutātur testimonia eius: in toto cor/
de exquirunt eū: nō quia scrutant et exquirunt: sed
quia inuēturi sunt quod exquirūt. In toto eni cor/
de: nō negligenter exqrunt. Si ergo spe beati: for/
tassis etiā spe immaculati. Nam pfecto in hac vita
licet in lege dn̄i ambulem⁹: licet scrutemur testimo/
1.Joh.1. nia eius: et in toto corde reqramus eū: Et si dixeri/
mus quia peccatū nō habem⁹: nosipsos seducim⁹:
et veritas in nobis nō est. Sed hoc diligētius inqui
B rendū est. Sequit quippe: Non eni qui operantur
iniquitatē: in vijs eius ambulauerūt. Ex quo vide/
ri potest: qui ambulant in via dn̄i: id est in lege dn̄i
scrutando testimonia eius: et in toto corde exquiren
do eū: iam esse posse immaculatos: hoc est sine pec/
cato ꝓpter verba sequētia: Non eni qui operantur
1.Joh.3. iniquitatē in vijs eius ambulauerūt. Qui autē pec/
catum facit: et iniquitatē facit: ait beatus Johānes.
Et addidit: Peccatū iniquitas ē. Sed iam sermo
iste claudendus est: nec in angustū tanta questio co/
artanda.

Explicit sermo p̄mus. Incipit sermo secūdus.

A Criptū est et legitur et verū est in hoc psal
S mo: Non eni qui operātur iniquitatem in
vijs eius ambulauerūt: Sed elaborandū
Sap.7. est opitulante deo: in cui⁹ manu sunt et nos et sermo/
nes nostri: ne recte dictū: nō recte intellectū: lecto/
rem auditorēve pturbet. Hucusq; cauendū est: plus
vero hꝰ ptra pelagianistas. Cauendū est eni ne om
1.Joh.1. nes sancti quorū illa vox est. Si dixerim⁹ quia pec/
catum nō habemus: nosipsos seducimus: et veritas
in nob nō ē: Aut nō putent nec posse ābulare ī vijs
1.Joh.3. dn̄i: quoniā peccatū iniquitas est: et qui operantur
iniquitatē: nō vtiq; in vijs eius ambulauerūt: Aut
quia dubiū nō est eos ambulare in vijs dn̄i: nō cre/
dantur habere peccatum: qḋ ꝓculdubio falsum est.
Neq; eni ꝓpter arrogantiā superbiāq; vitandā scri/
ptum est: Si dixerim⁹ quia peccatū nō habemus:
nosipsos seducimus: alioquin nō adderet: et veri/
tas in nobis nō est: sed diceret: humilitas in nobis
nō est: psertim quia sequitur vnde iste sensus clarius il
lustretur: omnesq; auferat dubitationis ambages.
1.Joh.1. Cum eni hoc beatus iohānes dixisset: adiunxit: Si
autē confessi fuerimus peccata nostra: fidelis est et
iustus qui nobis peccata nostra dimittat: et mūdet
nos ab om̄i iniqtate. Quid hic dicit? Quid contra/
dicit damnabilis impietatis elatio? Si eni propter
arrogantiā deuitādā: nō propter veritatē fatendā:
nō dicūt sancti se nō habere peccatū: quid est qḋ cō
fitentur vt remissionē mundationēq; mereant? An
et hoc fit: vt arrogantia deuitet? Quomō ergo im/
petrabitur peccatorū vera mūdatio: quorū est fal/
sa confessio? Conticescat igit et arescat elatio ignea
superborū seipsam seducēs: que ī auribus hominū
simulata humilitate dicit se habere peccatū: in cor/
de aūt suo impia elatione dicit se non habere pecca/
tum. Qui eni hoc dicūt: seipsos seducūt: et veritas ī
eis nō est. Sed quādo in auribus hominū hoc di/ Ibid.
cunt: nō tantū seipsos sed et alios quosq; doctrine
insane puersitate seducūt. Cum vero id in corde suo
dicūt: illic seipsos seducūt: illic veritas in eis nō est:
ac per hoc in corde seipsos seducūt: et in suo corde ve
ritatis lumen amittūt. Exclamet aūt sancta familia
christi fructificans et crescēs in vniuerso mūdo fi/ D
militer verax et veraciter humilis: exclamet inquā:
Si dixerimus quia peccatū nō habemus: nosipsos 1.Joh.1.
seducimus: et veritas in nobis nō est: Qḋ si confessi
fuerimus delicta nostra: fidelis est et iustus vt dimit Ibidem.
tat nobis peccata nostra: et mūdet nos ab om̄i iniq/
tate. Hec vt dicūtur: ita sentiātur. Tūc eni erit hu/
militas vera: si nō solū ore sed in lingua: vt sitius
(sm̄ Apostolū) nō alta sapientes: sed humilib⁹ con Ro.12.
sentientes. Non ait colloquētes: sed consentientes:
Qḋ nō fit ore sed corde. Hypocrita: si dicis te ha
bere cum credas te nō habere peccatū: foris fingis
humilitatē: int⁹ amplecteris vanitatē. Ergo et ī ore
et ī corde nō habes veritatē. Quid tibi ꝓdest videri
hominibus humile esse qḋ dicis: si deus videt altū
esse qḋ sapis? Certe si aurib⁹ diuinū insonaret ora/
culū: Noli altū dicere: nec sic immerito damnare/
ris: si humile in ore coram hominib⁹: et altū in cor
de coram dn̄o loquereris. Cum vero audias: noli Ro.11.
altū sapere: sed time: Non eni ait dicere sed sapere:
cur non etiam intus es humilis vbi sapis? An ideo
mens altitudine inflatur: vt humilitatē lingua men/
tiatur? Legis vel audis: noli altū sapere sed time:
et tu intantū sapis altū vt te peccatū existimes non
habere? Ac per hoc quia nō vis timere: nihil tibi ali E
ud remanet q̄ timere. Et vnde inquis scriptum est:
Non eni q̄ operātur iniqtatem in vijs eius ambu/
lauerunt? An vero sancti dn̄i nō ambulāt in vijs do
mini? Et si ambulant in vijs dn̄i: nō operātur iniq/
tatem. Si nō operant iniqtatem: nō habent pecca/ 1.Joh.3.
tum: quoniā peccatū iniqtas est. Exurge in adiuto/
rium mihi dn̄e iesu: et contra hereticū superbientē
opitulare mihi per Apostolū confitentē: Ecce vbi ē
hō tuus exinaniens se vt impleat teipso? Ipm audi/
amus fratres charissimi: ipm de hac q̄stione si pla/
cet: immo quia placet interrogem⁹. Dic nobis pau
le beatissime vtrū ambulaueris in vijs dn̄i cū in car
ne adhuc viueres? Respondet: Et vnde dicebam:
Verūtamē in quod peruenim⁹ in eo ambulem⁹. Vn/ Phil.3.
de dicebam: Nunqd circūuenit vos titus? Nonne 2.Cor.12.
eodem spiritu ambulauimus? Nonne iisdem vesti/
gijs? Unde aūt dicebam: Qḋ diu sumus in corpore 2.Cor.5.
pegrinamur a dn̄o? Per fidem eni ambulam⁹ non
per speciē. Que certior via dn̄i q̄ fides et qua iust⁹ Ro.1.
viuit? In cuius alterius vie itinere ad superna ten/

Phi.3. debam quãdo dicebam: omnium autẽ que retro oblitus in ea que ante sunt extentus: sm intentionẽ sequor ad palmã superne vocationis dei in christo iesu? Postremo in qua alia via cucurrerã quãdo dicebat.
2.Timo.4.c. Bonũ certamẽ certaui: cursum cõsummaui: fidem seruaui? Satis sint ista responsa quibus apostolũ Paulũ in viis dñi ambulasse discimus: Sed ab illo et aliud inquiram⁹: Dic obsecro o paule: qñ adhuc in carne viuens in viis dñi ambulabas: habebas peccatũ: an sine peccato eras? Audiam⁹ vtrum
1.Ioh.1. se ipse seducat: an vero qd beat⁹ iohãnes et⁹ coapostolus sapiat: qm veritas erat in eis? Hic ipso respon
Ro.7. dens: Mõne legisti vbi confiteor: dicẽs: Non enim qd volo facio bonũ: sed qd nolo malũ hoc ago? Et hoc audiuimus. Iam itaqz illud interrogem⁹: Quõ in viis dñi ambulabas: si malũ quod nolebas hoc agebas: cũ psalmus sanctus intonet dicens: Non enim qui operãtur iniquitatẽ in viis eius ambulauerunt? Audi continuo respondentẽ per sententiã con
Ibidem. sequentẽ: Si quod nolo inquit ego hoc facio: iam ego nõ operor illud: sed qd habitat i me peccatum. Ecce quemadmodũ qui ambulant in viis dñi non operanẽ peccatũ: et tamẽ nõ sunt sine peccato: quia iã nõ ipsi operãẽ iniqtatẽ: sed qd habitat in eis peccatum.
D Hic dicat aliquis: Quomõ agebat quod nolebat malũ: et quomodo nõ id agebat: sed quod habitabat in illo peccatum? Interim iam ista questio soluta est: quãtũ apparuit scripture auctoritate canonice certi posse: vt ambulantes in viis dñi: cũuis nõ sint sine peccato: nõ tamẽ id operenẽ ipsi. Non enim
1.Ioh.3. qui operãtur iniquitatẽ hoc est peccatũ: quia peccatũ iniquitas est: in viis eius ambulauerũt. Iam vero qua ratione possit intelligi et agens illud propter corpus mortis huius in quo lex peccati habitat:
Ro.7. et nõ ipse agens illud ppter vias dñi in quibus ambulat: alius sermo necessarius est: quia iste claudendus est.

Explicit sermo secũdus. Incipit sermo terti⁹.

A P Ropter id quod in psalmo isto scriptũ est: Non enim qui operãtur iniquitatẽ i viis ei⁹ ambulauerũt: quoniã peccatũ iniquitas ẽ:
1.Ioh.3. sicut Iohãnes apostolus dicit: exorta difficilis questio: quomõ possunt sancti in hac vita et non esse si
1.Ioh.1. ne peccato: quia et illud verũ est: si dixerimus quia peccatũ nõ habemus: nosipsos seducim⁹: et veritas in nobis nõ est: et tamẽ ambularent vias dñi: quas nõ ambulãt qui operanẽ iniquitatẽ: soluta est dicen
Ro.7. te apostolo Paulo: Iam nõ ego operor illud. sed id quod in me habitat peccatũ. Quomõ enĩ ẽ sine peccato in quo habitat peccatũ? Ambulat tamen vias dñi quas nõ ambulãt qui operãtur iniquitatẽ: quia iam nõ ipse operaẽ illud sed quod in eo habitat pec
B catum. Verũtamẽ ita soluta est questio ista vt difficilior altera nasceretẽ: quomõ agat homo qd ipse nõ
Ibidem. agit. Vtrũqz enim dixit: et nõ quod volo ago: et qd nõ ego operor illud: sed quod habitat in me peccatum. Vnde intelligere debemus quãdo peccatum quod habitat in nobis operaẽ in nobis: tunc nos id nõ operari quãdo nequaqz ei volũtas nostra cõsentit: et tenet etiã corporis membra vt nõ obediãt desideriis eius. Quid enim operaẽ peccatũ nolentib⁹ nobis: nisi sola illicita desideria? Quibus si volũtatis nõ adhibeatur assensus: mouetẽ quidem nõnull⁹ affectus: sed nullus ei relaxaẽ effectus. Hoc precipit idem Apostolus vbi dicit: Nõ ergo regnet pec Ro.6.
catum in vestro mortali corpore ad obediendũ desideriis ei⁹: ne exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato. Sunt itaqz desideria peccati quibus nos phibuit obedire. Operãtur ergo peccatũ Ro.7.
hec desideria: quibus si obedim⁹ et nos operamur. Si autẽ obtemperãtes Apostolo nõ obedimus eis: nõ illud nos operamur: sed quod in nobis habitat peccatum. Si autẽ desideria nulla haberemus illicita: nec nos nec peccatũ mali aliquid operaretur i nobis. Motũ porro illiciti desiderii cui nõ obediendo nõ eum nos operamur: ideo et nos agere dicimur: quoniã non est nature vigor aliene: sed lãguor est nostre. A quo languore omnimodo salui erimus cũ et animo et corpore immortales facti fuerimus. Quapropter et quia in viis dñi ambulam⁹: nõ obedimus desideriis peccati: et quia nõ sumus sine peccato: habemus desideria peccati: ac per hoc iã nos ea nõ operamur: nõ eis obediendo: sed quod in nobis habitat peccatum eadẽ cõmouendo. Non enim qui operãtur iniquitatẽ: id est q obediũt desideriis peccati: i viis dñi ambulauerunt. Sed adhuc que C
rendum est que petamus dimitti nobis quãdo dicimus deo. Dimitte nobis debita nostra: vtrum que Matt.6.
nos operamur quãdo peccati desideriis obedim⁹: an ipsa desideria nobis dimitti volumus que nos Ro.7.
nõ operamur: sed quod habitat i nobis peccatum? Quantũ quidem ego sapere possum: languoris illius et infirmitatis vnde illicita desideria cõmouẽtur: quod peccatũ appellat Apostolus: vniuersus reatus sacramento baptismatis est solutus: cum omnibus que illi obediẽtes fecimus: diximus: cogitauimus: nec deinceps nobis languor iste obesset cũuis inesset: si desideriis eius illicitis nullis vnqz obedientiam pberemus: siue operatiõe: siue locutione: siue tacita assensiõe: donec etiam ipse sanaretur: cum id quod poscimus esset impletũ: siue dicentes: veniat regnũ tuum: siue dicentes: Libera nos a malo. Matt.6.
Sed quoniã temptatio est vita humana super ter Iob.7.
ram: etiam si a criminibus longe simus: nõ tamen D
deest vbi desideriis peccati: vel facto: vel dicto: vel cogitatu obediamus: quãdo aduersus maiora vigilantibus quedam incautis minuta surrepunt: Que si aduersus nos colligãẽ: etsi nõ singula suis motibus conterũt: omnia tamen aceruo nos obruunt. Et ppter hoc etiã mihi videẽ hi q ãbulant in viis dñi di
cunt: Dimitte nobis debita nostra: quoniã ad vias Matt.6.
dñi et ipsa oratio pertinet et ipsa confessio: cũuis non ad ea peccata pertineãt. Itaqz in viis dñi quas omnes fides vna cõplectitur: qua in eum crediẽ qui iu Ro.4.
stificat impiũ: qui etiam dixit. Ego sum via: nemo Ioh.14.
peccatũ operatur: sed cõfitetur. Deuiat ergo cum peccat: et ideo peccatũ vie nõ tribuitur quod a deuiante cõmittitur: sed in via fidei pro nõ peccantibus habentur quibus peccata nõ imputantur. De quibus apostolus Paulus iustitiã fidei cõmẽdãs: in psalmo scriptum esse mõstrauit: Beati quorũ re Psal.31.
misse sunt iniquitates: et quorũ tecta sunt peccata. Ro.4.
Beatus vir cui nõ imputauit dñs peccatum. Hoc prestant vie dñi: ac per hoc quoniã iustus ex fide vi Ro.1.
uit: Ab ista via domini illa alienat iniquitas: que est infidelitas. In hac autẽ via domini id est in fide pia

quisquis ambulat: aut peccatũ nõ operatur. aut si qđ
a demante cõmittitur: propter viam nõ imputatur:
et tãq̃ nõ fuerit operatus accipitur. Et ideo bene etiã
E sic intelligitur: Nõ eñ q operantur iniquitatẽ in vijs eius
ambulauerũt: vt hanc iniquitatẽ significauerit: que
recedit a fide: aut nõ accedit ad fidem. Quẽadmo-
Jo. 15. dum eñ ait dñs de iudeis: Si nõ venissem peccatũ
nõ haberent: Nec vtiq̃ sine vllo peccato erãt ante-
q̃ christus veniret in carne: et ex quo venit cepertũt
habere peccatũ: sed quoddam peccatũ certũ: id est
infidelitatis intelligi voluit: quoniã nõ crediderunt
in eũ: ita qui operantur iniquitatẽ: nõ qualibet: sed hãc
ipsam infidelitatẽ nõ in vijs eius ambulauerunt: quia
Ps. 24. vniuerse vie dñi misericordia et veritas: Vtrũq̃ aũt
Ro. 15. in christo est: et p̃ter christũ nusq̃ est. Dico eñ chri-
stum (ait Apostolus) ministrũ fuisse circũcisionis
ꝑpter veritatẽ dei: ad confirmandas ꝓmissiones pa-
trum: gentes autẽ super misericordiã glorificare de-
um. In hoc igitur mĩa: quia nos redemit: in h
veritas: quia id qđ ꝓmisit impleuit: et impleturus
est quod ꝓmittit. Qui ergo operãtur iniquitatẽ: id
est infidelitatẽ: nõ in vijs eius ambulauerũt: quia in
Ro. 4. christo nõ crediderũt. Ergo conuertantur et in eũ qui
iustificat impiũ pie credant: atq̃ in illo misericordi-
am peccatis dimissis: et veritatẽ cõpletis ꝓmissis:
hoc est vniuersas vias dñi inueniãt: in quibus am-
bulantes nõ operabuntur iniquitatẽ: quia nõ tenebũt
Gal. 5. infidelitatẽ sed fidem que p dilectionẽ operatur: et cui
peccatum nõ imputatur.

Explicit sermo tertius. Incipit quartus.

A Uis est fratres charissimi q domino dicit:
mandasti. q Tu precepisti mandata tua cu-
stodiri nimis: Utinam dirigãtur
vie mee ad custodiẽdas iustificationes tu-
as: Tunc nõ confundar: dum inspicio
in omnia mãdata tua: Quis est qui hoc dicit: ni-
si vnũquodq̃ membrũ christi: vel potius vniuersũ
corpus christi: Et quid est: tu p̃cepisti mãdata tua
custodiri nimis: Utrũ nimis p̃cepisti: an nimis cu-
stodiri: Quodlibet horũ intelligamus: cõtra illam
memorabilẽ nobilẽq̃ sententiã hoc dictũ videtur: quã
greci laudant in sapientib⁹ suis: et latini laudãdo cõ-
sentiũt: Ne quid nimis. Si eñ hoc verũ ẽ: vt ne qđ
nimis fiat: quomõ verũ est qđ hic dicitur: Tu p̃cepi-
sti mãdata tua custodiri nimis: Quõ et qñ de⁹ aliqđ
vel nimis p̃ciperet: vel custodiri nimis vellet: si omne
nimiũ reprehẽsione dignũ esset: Diceremus ergo
nos nulla grecorũ sapientiũ auctoritate terreri: in-
1. Cor. 1. tuentes quod scriptũ est: Nõne stultam fecit deus
sapientiã huius mũdi: et potius istã sententiã falsam
esse crederem⁹ qua dictũ est: Ne quid nimis: q̃ di-
uinũ eloquiũ vbi legim⁹ atq̃ cantamus: Tu p̃cepi-
sti mandata tua custodiri nimis: nisi nos non greca
clatio sed vera ratio reuocaret: Nimis quippe dici-
tur: quicquid plus fuerit q̃ oportet. Nam par et ni-
mium duo sunt inter se cõtraria. Parũ est qđ min⁹
est q̃ oportet: et nimiũ ẽ qđ pl⁹ ẽ q̃ oportet. Hoc in
medio modus est: quod dicitur sana est. Cum vtiq̃
vtile sit in vita et morib⁹ vt amplius q̃ oportet ni-
B hil omnino faciamus: ꝑfecto verã esse sententiam: ne
quid nimis: fateri potius q̃ negare debemus. Sed
aliquãdo latina lingua hoc verbo sic abutitur: vt ni-
mis p eo qđ est valde: et positũ inueniamus in litte-
ris sacris: et ponam⁹ in sermonibus nostris. Nam
et hic: tu p̃cepisti mandata tua custodiri nimis: non
nisi valde intelligimus si recte itelligim⁹: Et nimis
te diligo: si alicui charissimo dicimus: nõ vtiq̃ plus
q̃ oportet: sed valde nos diligere intelligi volum⁹.
Deniq̃ illa greca sentẽtia non habet hoc verbũ qđ
hic legitur. Ibi eñ est αγάν: quod est nimis: Hic est
aũt σφοδρα: qđ est valde: Sed aliquãdo vt dixi-
mus: nimis p eo quod est valde: et dictũ inuenim⁹
et dicimus. Unde nõnulli etiã latini codices nõ ha-
bent: Tu p̃cepisti mandata tua custodiri nimis: sed
valde. Ualde vtiq̃ p̃cepit hoc deus: et valde opor-
tet dei custodire mandata. Sed humilis pietas vel
pia humilitas et fides nõ immemor gratie: quid adiũ-
gat attẽdite: Utinã inquit dirigãtur vie mee: ad cu- C
stodiendas iustificationes tuas. Precepisti quidẽ
tu: sed vtinã quod p̃cepisti fiat mihi. Ubi audis vti-
nam: vocẽ optantis agnosce: et agnita voce optãtis:
depone superbiã p̃sumẽtis. Quis eñ se dicat opta-
re qđ sic habet in arbitrij potestate: vt nullo indigeat
adiumẽto id possit efficere: Ergo si optat homo qđ
p̃cepit deus: vt det ipse quod p̃cipit rogãdus est de-
us. A quo eñ optandũ est nisi ab illo a quo patre lu- Jacobi. 1.
minũ omne datũ optimũ et omne donũ perfectũ (san-
cta scriptura teste) descendit: Propter eos aũt qui
putant hoc solo nos ad faciendã iusticiã diuinitus
adiuuari qđ dei p̃cepta nobis in notitiã ꝓferuntur:
vt ea cognita iã sine vlla dei gratia solis nostre vo-
luntatis viribus impleantur: non optat h dirigi vias
suas ad custodiendas iustificatiões dei: nisi iã eius
acceptis ipso p̃cipiente mandatis. Ad hoc eñ perti-
net quod ꝓmisit: tu p̃cepisti mandata tua custodiri
nimis: Tãq̃ diceret: Jam legem accepi: iam noui.
Tu eñ p̃cepisti mãdata tua custodiri nimis: et man-
data tua sancta. et iusta et bona: sed peccatũ meum Ro. 7.
per bonũ mihi operabitur mortẽ: nisi adiuuet gratia.
Utinam ergo dirigantur vie mee ad custodiendas iu-
stificationes tuas: tũc non cõfundar dum inspicio i
omnia mandata tua. Mandata dei siue cum leguntur D
siue cum memoria recoluntur: tanq̃ speculũ intuẽdũ
est s'm apostolũ Jacobũ dicentẽ. Si quis auditor Jacobi. 1.
est verbi et nõ factor: hic cõparabitur viro conside-
ranti vultũ natiuitatis sue in speculo: Considerauit
eñ se et abijt: et statim oblitus ẽ qualis fuerit: Qui
autẽ pspexerit in legẽ perfectã libertatis: et ꝑmanse-
rit: nõ auditor obliuiosus factus: sed factor operis:
hic beatus in facto suo erit. Talem se iste vult esse:
vt inspiciat tanq̃ in speculũ mandata dei et nõ con-
fundatur: quia nõ auditor eorũ tantũ vult esse: sed
factor: Propterea optat dirigi vias suas ad custodi- Ibidem p3.
endas iustificationes dei. Uñ dirigi nisi gratia dei:
Alioquin legem dei habebit: nõ vbi gratuletur: sed
vbi cõfundatur: si voluerit mandata inspicere que E
nõ facit. Confitebor inquit tibi dñe in di-
rectione cordis mei: in eo qđ didicerim iu-
dicia iusticie tue. Non est peccatorũ confessio
ista: sed laudis: sicut ait etiam ipse in quo peccatum
nullũ erat. Confiteor tibi pater dñe celi et terre. Et Mat. 11.
sicut scriptũ est in libro Ecclesiastico: Hec dicite in Eccl. 39.
confessiõe: opa dñi vniuersa quoniam bona valde.
Confitebor inqt tibi in directione cordis mei. Uti-
q̃ si dirigãtur vie mee: confitebor tibi quoniã tu fe-
cisti: et tua laus est ista nõ mea. Tunc eñ cõfitebor

in eo q didicerim iudicia iusticie tue: si directū cor
habebo: directis videlicet viis meis ad custodien-
das iustificationes tuas. Nam quid mihi pderit q
ea didicerim: si corde pverso vias abibo pravas?
Non enī letabor in eis: sed accusabor ab eis. Dein-
de adiungit: Iustificationes tuas custodi-
am. Que oīa ex illo vtiqz conectunt qd ait: Uti-
nam dirigant vie mee ad custodiendas iustificatio-
nes tuas: tūc nō confundar dum inspicio in omnia
mandata tua: et confitebor tibi in directione cordis:
et iustificationes tuas custodiā. Sed quid est quod
Al. non. sequitur: Ne derelinquas me vsqz val-
Al. vsqzquaqz. de: Uel sicut nōnulli codices habēt: vsqz nimis:
F pro eo qd est valde: Nam hoc verbū grecū est: et h
est σφοδρα: quasi reliqui se a domo velit: sed non
vsqz valde: Absit. Sed quia reliquerat deus mūdū
merito peccatorū: vsqz valde illū reliquisset: si ei nec
tanta medicina pfuisset: hoc est gratia dei p iesum
christū dnm nostrū. Nunc vero ſm istā orationem
corpis christi non eū reliquit vsqz valde: quia deus
2. Cor. 5. erat in christo: mundū reconcilians sibi. Potest hoc
etiā sic intelligi: vt eius ista sit vox qui cum dixisset:
Ps. 29. in abundantia sua nō movebor in eternū: velut sua
virtute cōfidens vt ostēderet ei deus qd nō merito
Ibidem. eius: sed in voluntate sua pstiterat decori eius vir-
tutem: avertit ab eo faciem suā: et factus est cōturba-
tus. Inveniens ergo se nec iam psumens de se: cla-
mat: ne derelinquas me vsqz valde. Si enim dereli-
quisti vt sine adiutorio tuo infirmus appaream: no-
li vsqz valde: ne pereā. Tu ergo pcepisti mandata
tua custodiri nimis: Iam de ignorantia me excusa-
re nō possum. Sed quoniā infirmus sum: vtinā di-
rigant vie mee ad custodiēdas iustificatiōes tuas:
Tunc nō confundar dum respicio in oīa manda-
ta tua: tunc cōfitebor tibi in directione cordis: in eo
q didicerim iudicia iusticie tue: tunc iustificationes
tuas custodiā. Et si dereliqsti me ne gloriarer i me:
noli vsqz valde: et iustificatus abs te glorificabor
A in te.
Beth. Explicit sermo quartus. Incipit ſmo qntus.

ב b Os versus charissimi isto consideremus in
psalmo: Et sicut dñs donat eius sacras lit-
teras pscrutemur. In quo corrigit iu-
Al. adolescen-tior. nior viam suam: i custodiēdo verba tua.
Al. Nomē eo tu-os. Interrogat se: et respōdet sibi. In quo corrigit iuni-
or viam suā: hucusqz iterrogatio est: Deinde respō-
sio: in custodiendo verba tua. Sed hoc loco custo-
ditio verborū dei: intelligēda est opatio pceptorū.
Frustra enī custodiunt memoria: si nō custodiātur
et vita. Nam quidā verba dei tenēdo agunt ne obli-
viscātur: nec agunt vivēdo vt corrigant. Non autē
ait iste: in quo exercet iunior memoriā suā: sed i quo
corrigit viam suā: Atqz ad hoc respōdet: in custodi-
endo verba tua. Neqz vllo mō dicēda est via corre-
cta: qdiu est vita pversa. Sed quid sibi vult iste iu-
nior? Potuit enī dicere: in quo corrigit homo viam
suā: aut in quo corrigit vir viam suā: qd plerūqz in
scripturis ita ponit: vt a sexu honoratiore homo in-
telligatur: modo locutiōis quo significat a parte to-
Ps. 1. tum. Neqz enī et femina nō beata que nō abiit i cō-
silio impiorū: vbi tamen dictū est: beatus vir. Hic
vero nec homo ait: nec vir: ſ iunior. Nā qd? De-
sperādus est senior? Aut in alio corrigit etiā senior

viam suā q in custodiendo verba dei? An forte ad-
monitio est qua etate potissimū fieri debeat: scdm
illud quod alibi scriptū est: Fili a iuventute tua exci- Eccle. 6.
pe doctrinā: et vsqz ad canos invenies sapientiā? Est B
et alius intellectus: vt ille hic agnoscat iunior evāge- Luce. 15.
licus iunior: qui pfectus a patre in regionē longin-
quam: effudit substantiā suā vivens cum meretrici-
bus pdige: et posteaqz porcos pavit egestatē famē
qz ppessus, reversus est ad semetipm: et dixit: Sur- Ibidem.
gam et ibo ad patrē meū. In quo enī correxit viam
suā: nisi in custodiēdo verba dei: que tanqz panē pa-
ternū esuriens cōcupivit? Neqz enī corrigit viam
suam frater eius senior: qui patri suo dixit: Ecce tot Ibid.
annis servio tibi: et nunqz mandatū tuū pterij. Iu-
nior ergo ille correxit viam suā: quā se ita depravas-
se pversamqz habuisse cōfessus est vt patri diceret:
Iam nō sum dignus vocari filius tu⁹. Tertius qz C
intellectus mihi occurrit: quē quidē ego quantū p
modulo meo sapio: duobus supioribus antepono:
Ut senior agnoscat vetus homo: et novus iunior.
Senior qui portat imaginē terreni hominis: iunior: 1. Cor. 15.
qui celestis. Quia nō prius qd spirituale est: sed qd Ibidem.
animale: postea spirituale. Sic ergo licet quilibet
quantū ad etatē pertinet corporis: annosa vetusta-
te decrepitus: iunior erit apud deū percepta gratie
novitate cōversus. Et in hoc corrigit iunior viā suā
in custodiēdo verba eius: Hoc est verbū fidei quod
pdicamus: et ipsa est fides que per dilectionē opat. Gal. 5.
Sed iste iunior populus: gratie filius: homo nov⁹:
cantator novi cātici: heres testamenti novi: iste iuni-
or nō cain sed abel: nō ismael sed isaac: nō esau sed Gen. 4.
israel: nō manasses sed ephraim: nō heli sed samuel:
nō saul sed david: Quid adiungat attēdite: In D
toto corde meo exquisivi te: ne repel-
las me a mandatis tuis. Ecce orat vt adiuve-
tur ad custodienda verba dei: in quo dixerat viam
suam corrigere iuniorē. Nam vtiqz hoc ē ne repel-
las me a mandatis tuis. Quid est enī a deo repelli:
nisi nō adiuvari? Mandatis quippe eius rectis at-
qz arduis humana nō contēperatur infirmitas: nisi
pveniens eius adiuvet charitas. Quos autem nō
adiuvat: hos merito phibetur repellere: et tanqz flā-
mea framea phibeant indigni ne manū extendant Gen. 3.
ad arborē vite. Quis est autē dignus: ex quo p vnū
hominē peccatū intravit in mundū: et per peccatū Ro. 5.
mors: et ita in oēs homines ptransijt: in quo om-
nes peccaverūt? Sed indebita dei misericordia sa-
natur debita nostra miseria. Nam iste qui loquit et
dicit: In toto corde meo exquisivi te: Et hoc vnde
posset: nisi eū aversum ad se ipse cōverteret cui dici-
tur: Deus tu cōvertens vivificabis nos: et ille pdi- Ps. 84.
tum quereret et errantē ille revocaret qui dicit: Qd Luce 15.
perierat requirā: et quod erraverat revocabo? In-
de est qd et corrigit viam suam in custodiēdo verba
dei: illo regēte: illo faciente: Neqz enī per se ipse pos-
set cum Hieremias ppheta fateat et dicat: Scio do- Hiere. 10.
mine quoniā nō est hominis via eius: neqz vir ibit
et corriget viam suā. A dño quippe hoc etiā iste supi-
us optavit vbi ait: Utinā dirigant vie mee: Et hic
vbi addidit: In corde meo abscondi elo- E
quia tua: vt nō peccem tibi: Continuo dem-
nam gratie auxiliū: Nā in corde eius dei eloquia
sine fructu abscōderent: nisi opera iusticie seqrētur.

Cum eñ hoc dixisset: adiunxit: Benedict⁹ es
dñe: doce me iustificatiões tuas. Doce dix
it: quomõ eas discunt qui faciũt: nõ quomõ hi qui
vt habeant quod loquant tantũmodo meminerũt.
Nam vtiq3 iam dixerat: In corde meo abscõdi elo
quia tua: vt nõ peccem tibi. Quid ergo adhuc ea q̃
rit discere: que abscondita iam custodit in corde?
Quod vtiq3 nõ fecisset: nisi ea didicisset. Ut quid er
go addit et dicit: Doce me iustificationes tuas: ni
si quia eas vult faciẽdo discere: nõ loquẽdo vel me
moria retinẽdo? Quoniã ergo sicut in alio psalmo
Ps.83. legitur: Benedictionẽ dabit qui legem dedit: ideo
benedictus es dñe: doce me inquit iustificatiões tu
as: Quia eñ in corde meo abscondi eloquia tua: vt
nõ peccem tibi: legẽ dedisti: da etiã benedictionem
gratie: vt faciendo discam quod iniungendo iussisti.
Hec satis sint vt vestre mẽtes sine fastidio nutrian
tur: aliũ sermonẽ hec desiderant que sequunt.

Explicit sermo quintus. Incipit sermo sext⁹.

Initiũ sermõis est in psalmo huius nobis
A de quo disputamus hic versus. In la
biis meis pronunciaui oĩa iudicia
oris tui. Quid est hoc dilectissimi: quid est hoc?
Quis oĩa iudicia dei enunciare possit cum inuesti
gare nõ possit? An vero cũ Apostolo exclamare du
Ro.11. bitamus: O altitudo diuitiarum sapiẽtie et sciẽtie dei:
q̃ inscrutabilia sunt iudicia eius: et inuestigabiles
Joh.16. vie eius? Dñs dicit: Adhuc multa habeo vobis di
cere: sed nõ potestis portare modo. Et q̃uis conti
nuo promiserit eis omnẽ veritatẽ per spiritũsanctũ: cla
1.Cor.13. mat tamẽ beatus Paul⁹: Ex parte scim⁹: vt intelli
gamus spiritu quidẽ sãcto: vnde pignus accepim⁹:
perduci nos ad omnẽ veritatẽ: sed cum in alia vita
Ibidem. post hui⁹ vite speculũ et enigmata facie ad faciẽ ve
nerim⁹ et viderim⁹: Quõ q̃ iste dicit: In labiis meis
pronũciaui oĩa iudicia oris tui? Et ille hoc dicit qui
pauloante superiore versu proximo dixerat: Doce me
iustificatiões tuas. Quo pacto igitur enũciauit om
nia iudicia oris eius: qui vult adhuc discere iustifi
cationes eius? An iudicia quidẽ cuncta iam noue
rat: iustificatiões autem adhuc discere cupiebat?
Hoc vero esset mirabilius: si iam sciebat inscrutabi
lia dei: et ea que hominibus precepit facienda nescie
bat. Iustificatiões eñ sunt: nõ dicta sed facta iusti
cie: opera scz iustorũ que imperat deus. Ideo autẽ
dei dicũtur q̃uis a nobis fiant: quia nisi ipso donã
te nõ fiunt. Iudicia porro dei sũt: quibus ab eo mũ
dus: et nunc et in fine seculi iudicat. Sed cũ eloqui
is dei oĩa contineantur: et iustificationes videlicet et
iudicia: cur querit iustificationes discere qui eloquia
dei se abscõdisse in corde dicit? Ait enim: In corde
meo abscondi eloquia tua: vt nõ peccem tibi. Tunc
secutus adiunxit: Benedict⁹ es dñe: doce me iustifi
cationes tuas. Ac deinde: in labiis meis inquit pro
nunciaui oĩa iudicia oris tui. Uidẽtur quidẽ duo
ista inter se esse contraria: immo esse potius amica
atq3 coniuncta: vt quoniã in corde suo abscõdit elo
Roma.10. quia dei: in labiis suis iudicia eius enunciet. Cor
de enim credit ad iusticiã: ore aũt confessio fit ad sa
lutem. Sed quod inter hec duo mediũ posuit: bñdi
ctus es dñe: doce me iustificationes tuas: quomõ
conueniat homini cuius in corde iam sunt eloquia
dei: et qui labiis suis enunciauit oĩa iudicia dei:
vt adhuc velit discere iustificationes dei: nõ inueni
tur: nisi vt eas discere velle intelligat faciendo: non
memoria retinendo et loquẽdo: et id a dño demon
strauit debere nos petere: sine quo nihil possumus
facere. Sed hoc ante istũ alio iam sermone tracta
uimus: Nunc vero quomõ se dixerit oĩa iudicia B
oris dei in labiis suis enũciasse cum dicta sint inscru
tabilia: et de quorũ profunditate alibi scriptũ est: Iu Ps.35.
dicia tua abyssus multa: quãtũ deus donat tracta
re suscepimus. Quid ergo hic intelligamus atten
dite. Nunquid iudicia dei nescit ecclesia? Scit pla
ne. Nam scit vtiq3 qualib⁹ dicturus sit iudex viuo
rum et mortuorũ: Uenite benedicti patris mei per Math.25.
cipite regnum: et qualibus dicturus sit: Ite in ignẽ
eternũ. Scit inquã: neq3 fornicatores: neq3 idolis 1.Cor.6.
seruientes: neq3 illos atq3 illos quos ibi apostolus Gal.5.
Paulus enumerat: regnum dei nõ possessuros esse:
Scit iram et indignationẽ: tribulationẽ et angustias Ro.2.
in omnẽ animã hominis operãtis malum: iudei pri
mum et greci: Gloriã vero et honorẽ et pacem omi
operanti bonũ: iudeo primũ et greco. Hec atq3 hu
iusmodi iudicia dei euidẽter expressa nouit ecclesia:
Sed nõ ipsa sũt oĩa: cum sint quedã inscrutabilia:
et sicut abyssus multa: profunda et occulta. An et ipsa
nota sunt quibusdã excellẽtioribus membris homi
nis huius qui cum suo capite saluatore tot⁹ est chri
stus? Inscrutabilia eñ fortasse dicta sunt homini:
quia viribus suis ea non potest perscrutari. Sed cur
nõ possit dono spiritussancti: cuicũq3 hoc dñs con
ferre dignatur? Sic eñ illud dictũ est: Deus habi 1.Timoth.6.
tat lucem inaccessibilẽ: et audiuimus tamẽ: Acced Ps.33.
te ad eum et illuminamini. Que vtiq3 sic soluit que
stio: vt inaccessibilis sit viribus nostris: accedat au
tem ad deũ munerib⁹ suis: Uerũ q̃ et si nemini omni
no sanctorũ q̃diu corpus quod corrũpitur aggra Sap.9.
uat animã: oĩa iudicia dei scire cõceditur: quia re
uera multum est ad hominẽ: cum profecto vt aliquid
exempli gratia dicam: vnde iudiciorũ dei conuicia
tur immẽsitas: cũ nemo sine iudicio dei sit tard⁹ in
animo: vel claudus in corpore: habet tamen vn
de dicat ecclesia: hoc est populus acquisitionis: et
veraciter dicat: In labiis meis enũciaui omnia iu
dicia oris tui: id est nihil iudiciorũ tuorũ tacui que
mihi per eloquia tua innotescere voluisti: sed oĩa
prorsus i labiis meis enũciaui. Hoc eñ mihi videt
significare voluisse qd nõ ait: oĩa iudicia tua: sed oĩa
iudicia oris tui: id ẽ q̃ mihi dixisti: vt per os ei⁹ eloq
um ei⁹ intelligam⁹: quod fecit ad nos i reuelatiõibus
sanctorum pluribus: et testamẽtis duobus: que om
nia iudicia vsq3quaq3 in labiis suis enunciare non
cessat ecclesia. Deinde subiungit et dicit: In via
testimoniorum tuorũ iocũdatus sum: sicut Al' delectatus
in omnibus diuitiis. Uia testimoniorum dei al' dicit. C
nihil citius: nihil certius: nihil breuius: nihilq3 grã
dius intelligamus esse q̃ christũ: in quo sunt omnes Col.2.
thesauri sapiẽtie et sciẽtie abscõditi. Inde et iste ait
se iocundatũ vel delectatũ in hac via quasi in oĩ
bus diuitiis. Testimonia quippe dei sunt: quibus
quantũ nos diligat: nobis probare dignatur. Com Ro.5.
mendat aũt suã charitatẽ deus in nobis: quoniam
cũ adhuc peccatores essem⁹: christus pro nobis mor
tuus est. Cum ergo ipse dicat: Ego sum via: et humi Joh.14.
litas eius carnalis natiuitatis atq3 passionis: euidẽ

ria sint testimonia diuine erga nos dilectionis: pro-
culdubio via testimoniorum dei christus est. Per hec
quippe testimonia que in illo videmus impleta: eti-
am futura erga nos que sempiterna promissa sunt ex-
Ro. 8. pectamus: et speramus implenda. Qui enim proprio fi-
lio non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit eum:
D quomodo non et cum illo omnia nobis donauit? Sequitur.
Al. exercebor In mandatis tuis garriam: et considera-
bo vias tuas. Quod grece habet αδολεσχησω:
Latini interpretes quidam garriam: quidam exercebor
interpretati sunt: que duo inter se videntur esse diuer-
sa. Sed si exercitatio intelligatur ingenii cum qua-
dam delectatione disputationis vtrunque coniungit:
et quasi ex vtroque vnum aliquid temperat: vt non sit
aliena ab huiusmodi exercitatione garrulitas. Solent
enim garruli vocari loquaces. Si autem se in dei man-
datis exercet ecclesia aduersus omnes inimicos fidei
christiane atque catholice: copiosis doctorum disputa-
tionibus est garrula: que tunc fructuose sunt disputan-
Ps. 24. tibus, si non ibi considerentur nisi vie domini. Uniuerse au-
tem vie domini (sicut scriptum est) misericordia et veritas:
quorum duorum plenitudo inuenitur in christo. Per
hanc suauem exercitationem fit etiam hoc quod adiungit:
In iustificationibus tuis meditabor: non
Al. sermones tu- obliuiscar verborum tuorum. Ideo vtique me-
os. ditabor: vt non obliuiscar. Unde beatus ille in primo
E psalmo: in lege domini meditabitur die ac nocte. In his
omnibus que pro ut potuimus disputauimus: memineri-
mus charissimi eum qui abscondit in corde suo eloqa
domini: et enunciat in labiis suis omnia iudicia oris eius:
et in via testimoniorum eius delectatur sicut in omni-
bus diuitiis: et garriens vel sese exercens in mandatis
eius considerat vias eius: et meditatur in iustificationi-
bus eius: ne obliuiscatur verborum eius: pro quo omnia vtique ver-
ba dei atque doctrinam in lege dei instructus apparet ora-
re tamen et dicere: Benedictus es domine: doce me iu-
stificationes tuas: vbi nihil aliud intelligitur poscere:
nisi adiutorium gratie: vt quod iam nouit sermone: dis-
cat et opere.

Explicit sermo sextus. Incipit sermo septimus
de eodem psalmo.

A S I huius psalmi superiora meministis charis-
simi: adiuuare nos debent ad intelligenda
sequentia. Etenim que tanquam ex vnius hominis perso-
na loquuntur: membra sunt christi: et ad vnum caput
Simel. tanquam ad vnum pertinent corpus. Nempe superius dixe-
rat: In quo corrigit iunior viam suam: in custodiendo
verba tua: Ecce nunc aptius vt id faciat: poscit auxi-
Al. viuifica me lium. Retribue: inquit: seruo tuo: viuam
Al. sermones tu- et custodiam verba tua. Si bona pro bonis sibi
os. postulauit retribui: iam custodierat verba dei. Non
autem dixit: Retribue seruo tuo: quia custodiui ver-
ba tua: tanquam mercedem bonam pro bono obedientie fla-
gitaret: sed dixit: Retribue seruo tuo: viuam et custo-
diam verba tua. Quid est aliud quam dicere mortuos
ea custodire non posse: infideles videlicet: de quibus
Matth. 8. dicitur: Sine mortuos sepelire mortuos suos: verba
dei custodire non possunt. Quapropter mortuos intelligi-
Roma. 1. mus infideles: viuos autem fideles: quia iustus ex fide vi-
Gal. 5. uit: Non possunt custodiri verba dei nisi per fidem: que per dilectio-
nem operatur. Hanc sibi poscit qui dicit: Retribue seruo
tuo: viuam et custodiam verba tua. Et quoniam ante fi-
dem non hominibus debentur nisi mala pro malis: retribuit
autem deus per indebitam gratiam bona pro malis. Hanc
retributionem rogat qui dicit: Ecce nunc retribue ser-
uo tuo: viuam et custodiam verba tua. Quattuor enim
retributiones sunt. Aut enim mala pro malis retribuun- B
tur: sicut deus ignem eternum retributurus est impiis:
Aut bona pro bonis: sicut regnum eternum retributurus
est iustis: Aut bona pro malis: sicut christus per gratiam Ro. 4.
iustificat impios: Aut mala pro bonis: sicut iudas et iudei per
maliciam persecuti sunt christum. Harum quattuor retribu-
tionum due priores pertinent ad iusticiam: vt retribuantur
mala pro malis: bona pro bonis: tertia pertinet ad miseri-
cordiam: vt retribuantur bona pro malis: quartam deus
nescit: Nulli enim malum pro bono retribuit. Hec autem C
quam tertio loco posui: primitus necessaria est. Nisi
enim deus retribueret bona pro malis: nullo modo es-
sent quibus retribueret bona pro bonis. Unde illum
saulum postea paulum: Non ex operibus inquit iusticie Ad Tit. 3.
que nos fecimus: sed secundum suam misericordiam saluos nos
fecit per lauacrum regenerationis. Et iterum: Qui prius 1. Timo. 1.
fui blasphemus et persecutor et iniuriosus: sed miseri-
cordiam consecutus sum: quia ignorans feci in incredu-
litate. Et iterum: Consilium autem do tanquam misericordiam con- 1. Cor. 7.
secutus a domino: vt fidelis essem: hoc est vt viuerem:
Quia iustus ex fide viuit. Mortuus ergo erat prius Ro. 1.
per suam iniusticiam: antequam viueret per dei gratiam. Ip-
sam porro suam mortem sic confitetur. Adueniente autem
inquit mandato peccatum reuixit: ego autem mortuus Ro. 7.
sum: et inuentum est mihi mandatum quod erat in vitam:
hoc esse in mortem. Retribuit ergo illi deus bonum
pro malo: hoc est vitam pro morte: talem scilicet retributionem
qualis hic poscitur vbi dicitur: Retribue seruo tuo:
viuam et custodiam verba tua: et vixit et custodiuit
verba eius: et pertinere cepit ad aliam retributionem: in qua
retribuuntur bona pro bonis: Propter quam dicit: Bo-
num certamen certaui: cursum consummaui: fidem ser- 2. Timo. 4.
uaui: de cetero reposita est mihi corona iusticie: quam
reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Utique iustus
retribuendo bona pro bonis: quia prius misericors re-
tribuendo bona pro malis: quanquam et ipsa iusticia qua re-
tribuuntur bona pro bonis: non est sine misericordia: quia et
hoc scriptum est: Qui coronat te in miseratione et mise- Ps. 102.
ricordia. Qui enim dixit: Bonum certamen certaui: quando 2. Timo. 4.
vinceret: nisi illo donante de quo ait: Gratias ago deo 1. Cor. 15.
qui dat nobis victoriam per dominum nostrum iesum chri-
stum? Et qui cursum consummauit quando curreret:
quando perueniret: nisi illo adiuuante de quo ait: Igi- Ro. 9.
tur non volentis neque currentis: sed miserentis est dei:
Et qui fidem seruauit quando id faceret: nisi vt ipse
ait: Misericordiam consecutus vt fidelis esset? Nul- 1. Cor. 7.
lus ergo se extollat humana superbia: donis suis deus
retribuit bona premia. Sed iste qui iam orat et dicit: D
Retribue seruo tuo viuam: si penitus iam non esset: mortu-
us non oraret: sed ab illo accepit initium bone concupiscen-
tie et conscientie: a quo vitam poscit obedientie. Habebant enim
aliquam fidem qui dicebant: Domine auge nobis fidem. Luc. 17.
Ille vero et incredulitatem suam confitebatur: nec fidem
diffitebatur. qui cum esset interrogatus vtrum crede-
ret: ait: Credo domine: adiuua incredulitatem meam. Iam Marc. 9.
vtique viuere incipiens postulat vitam: qui credens ora-
bat obedientiam: non pro ea futura premium: sed vt seruet
auxilium. Uita quippe crescente viuitur et innouatur per 2. Cor. 4.
omnem diem: qui renouatur de die in diem. Sciens au-
tem verba dei non posse custodiri per obedientiam

alii videant per intelligentiam: hoc quod orationi addidit et dicit: Reuela oculos meos: et considerabo mirabilia de lege tua. Ad hoc etiam illud pertinet quod adiungit: †Inquilinus ego sum in terra: Siue vt nonnulli codices habent: Incola ego sum apud te in terra: †ne abscondas a me mandata tua. Quod enim ait superius: reuela oculos meos: hoc postea dixit: ne abscondas a me: et quod ibi dixerat: mirabilia de lege tua: hoc alio loco repetens ait: mandata tua. Nihil est autem mirabilius in mandatis dei quam diligite inimicos vestros: hoc est retribuite bona pro malis. Sed de isto inquilinatu vel incolatu non est sermo coartandus: et ideo non iste de hac re: sed alius expectandus et domino adiuuante reddendus est sermo.

Explicit sermo septimus. Incipit sermo octauus de versu psalmi qui dicit: Incola ego sum in terra: non abscondas a me mandata tua: Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore.

Expectationi charitatis vestre de sequentibus huius magnissimi psalmi sermo reddendus est: ab illo versu scilicet vbi ait: Incola ego sum in terra: non abscondas a me mandata tua: Siue vt nonnulli codices habent: Inquilinus ego sum in terra. Quod enim est in greco πάροίκοσ: aliqui nostri inquilinus: aliqui incola: nonnulli etiam aduenam interpretati sunt. Inquilini non habentes propriam domum: habitant in aliena. Incole autem vel aduene: vtique aduenticii perhibentur. Ubi magna de anima exoritur questio. Neque enim secundum corpus dictum videri potest: incola vel aduena vel inquilinus sum in terra: cum de terra corpus originem ducat. Sed de hac profundissima questione nihil audeo definire. Siue enim propter animam que absit vt putetur ex terra: merito dici potuerit inquilinus vel incola vel aduena ego sum in terra: Siue secundum totum hominem: quia paradisi aliquando ciuis fuit: vbi vtique non erat qui ista dicebat: Siue quod est ab omni controuersia liberius: non omnis homo possit hoc dicere: sed cui patria promissa est eterna in celis: Hoc ideo quia temptatio est vita humana super terram: et iugum graue est super filios adam. Uerum me plus delectat secundum istam disputare sententiam: vt ideo nos in terra inquilinos vel incolas esse dicamus: quia supernam patriam vnde pignus accepimus: et quo peruenientes nunquam inde migremus: inuenimus. Nam et ille qui in alio psalmo dicit: Inquilinus ego sum apud te et peregrinus: sicut omnes patres mei: non ait: sicut omnes homines: sed dicendo: sicut omnes patres mei: iustos procul dubio vult intelligi qui eum tempore precesserunt: et in hac peregrinatione gemitu pio superne patrie suspirarunt. De quibus scriptum est ad Hebreos: Secundum fidem mortui sunt hi omnes: cum non accepissent promissiones: sed longe eas videntes et salutantes: et confitentes: quia hospites et peregrini sunt super terram. Qui enim talia dicunt: ostendunt quia patriam querunt. Et si quidem eius memores essent a qua discesserant: habuissent tempus reuertendi. Nunc autem meliorem appetunt: id est celestem: Ideo non confunditur de his deus vocari deus eorum: Preparauit enim eis ciuitatem. Et illud quod legimus. quamdiu sumus in corpore peregrinamur a domino: potest intelligi hoc non esse omnium: sed fidelium. Non enim omnium est fides. Et videmus quid his verbis Apostolus insinuat. Cum enim dixisset: quamdiu sumus in corpore peregrinamur a domino: Per fidem enim ambulamus inquit et non per speciem: vt intelligeremus eorum esse istam peregrinationem qui ambulant per fidem. Infideles autem quos deus non presciuit nec predestinauit conformes fieri imaginis filii sui: non possunt veraciter dicere se in terra peregrinos: quando ibi sunt vbi secundum carnem nati sunt. Non enim habent alibi ciuitatem: Ac per hoc non sunt in terra alienigene: sed terrigene. Unde ait alia scriptura de quodam: Posuit enim apud mortem domum suam: et apud inferos cum terrigenis axes suos. Sunt autem et ipsi peregrini et inquilini: non huic terre: sed populo dei a quo sunt alienigene. Unde credentibus et sanctam ciuitatem que non est de hoc mundo habere incipientibus Apostolus dicit: Igitur iam non estis peregrini et inquilini: sed estis ciues sanctorum et domestici dei. Ipsi ergo sunt ciues terreni: qui sunt in dei populo peregrini. Qui vero ciues sunt in populo dei: ipsi sunt in terra peregrini: quia totus idem populus quamdiu est in corpore peregrinatur a domino. Dicat itaque: Incola ego sum in terra: ne abscondas a me mandata tua. Sed qui tandem sunt a quibus deus abscondit mandata sua? Nonne illa vbique deus voluit predicari? Utinam quam multis clara sunt: tam multis chara sint. Nam quid est clarius quam diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: et ex tota anima tua: et ex tota mente tua: et diliges proximum tuum tanquam teipsum? In quibus duobus mandatis: tota lex pendet et prophete. Et quis est quem lateant ista mandata? Nempe et in omnibus fidelibus: et plurimis infidelibus nota sunt. Cur ergo poscit fidelis ne abscondatur sibi: quod nec infideli cernit abscondi? An quia deum nosse difficile est? Consequens est vtique vt diligas dominum deum tuum: difficile intelligatur: interrogatur ne aliud pro alio diligatur: Nam proximi facilior esse videtur cognitio. Omnis quippe homo est omni homini proximus: Nec vlla cogitanda est longinquitas generis: vbi est natura communis: Quamquam nec proximum nouerat qui domino ait: Et quis est mihi proximus? Quando illi est propositus homo quidam: qui descendens ab hierusalem in hiericho: et incidit in latrones: cui proximum non fuisse nisi qui cum illo fecit misericordiam: ipse qui interrogauerat iudicauit: Patuitque in faciendo misericordia neminem alienum esse putandum ab eo qui diligit proximum. Sed multi nec seipsos nouerunt: quia et seipsum nosse quemadmodum homo sibi debet innotescere: non omnium hominum est. Quomodo ergo diligit proximum tanquam seipsum: qui nescit et seipsum? Non enim frustra ille filius iunior qui profectus est in regionem longinquam: vbi ita dissipauit substantiam suam viuens prodige vt diceret: Surgam et ibo ad patrem meum: prius reuersus est in semetipsum: nisi quia tam longe peregrinatus est: vt relinqueret etiam semetipsum: Nec tamen reuerteretur ad se si omnimodo nesciret se nec diceret. surgam et ibo ad patrem meum: si penitus ignoraret deum. Quocirca et aliquatenus ista sciuntur: et vt magis magisque sciantur: non immerito scienda poscuntur. Quapropter vt sciamus diligere deum: sciendus est deus: Et vt sciat homo diligere proximum

Marginalia (left column): Ps. 38. — E — 5. Deu. — Math. 5. — 2 — e — Ge. 3. — Iob. 7. — Ec. 40. — B — Ps. 38. — Heb. 11. — 2. Cor. 5.

Marginalia (right column): 2. Thessal. 3. — 2. Cor. 5. — C — Esa. 28. — Eph. 2. — 2. Cor. 5. — D — Math. 22. — 3. sen. dis. 27. cum sequenti. — Luc. 10. — E — Math. 22. — Luc. 15.

tanq̃ seipm: prius debet diligendo deum diligere
seipsum. Qd' vnde poterit scire si nesciat deum: si ne-
scit et seipsum? Recte itaq; dicitur deo: Incola
ego sum in terra: ne abscondas a me mandata tua.
Merito nanq; abscõdunt eis: qui nõ sunt incole in
terra. Hec eñ mandata etsi audiũt nõ sapiũt: quia
Phil.3. terrena sapiũt. Quorũ aũt conuersatio in celis est:
inq̃ntũ hic cõuersant ꝓfecto ꝑegrinãtur. Petãt ita-
q; ne abscondant ab eis mandata dei: per que ab h'
incolatu liberẽtur diligẽdo deũ: cum quo in eternũ
erunt: et diligendo ꝓximũ: vt illic sit vbi et ipi erũt.
Quid autẽ diligẽdũ diligit: si ipa dilectio nõ diligi-
tur? Unde cõsequẽter iste incola in terra cũ dei mã-
data ne sibi abscõderent orasset: in quibus dilectio
5 ꝑcipitur vel sola vel maxima: et ipius dilectiõis di-
lectionẽ se velle habere ꝓclamat dicens: Cõcu-
piuit anima mea desiderare iustificatiões
tuas: in omni tempe. Laudabilis est ista concu-
Exo.20. piscentia: nõ dãnabilis. Non de hac dictũ est: Nõ
Ro.7. concupisces: sed de illa qua caro concupiscit aduer-
Gal.5. sus spiritũ. De hac autẽ bona concupiscẽtia qua cõ-
cupiscit spirit' aduersus carnẽ: quere vbi scriptum
Sap.6. sit et inuenies: Cõcupiscentia itaq; sapientie dedu-
cit ad regnũ. Et multa alia reperiũtur bone cõcupi-
scentie testimonia. Sed hoc sane interest: q' nõ tace-
tur quid cõcupiscat quãdo bona cõmemorat cõcu-
piscentia: cũ autẽ nõ addit quid cõcupiscat: sed sola
ponit: nõ nisi mala intelligit: sicut in hoc qd' cõme-
Ibidem. morat: Cõcupiscẽtia itaq; sapientie deducit ad re-
gnũ: Si nõ adderet sapiẽtie: nullo modo diceret: cõ-
cupiscẽtia ꝑducit ad regnũ. At vero Apostolus qd'
Ro.7. posuit: Concupiscentiã nesciebam: nisi lex diceret:
Non cõcupisces: Nõ vtiq; addidit cuius rei concu-
piscentiã: vel qd nõ cõcupisces. Certũ est eñ nõ in-
6 telligi cum ita dicit nisi malã concupiscentiã. Quid
ergo huius anima cõcupiuit? Desiderare inquit iu-
stificationes tuas in omni tempe. Credo nondũ eas
desiderabat quãdo cõcupiuit desiderare. Iustifica-
tiones aũt facta sunt iusta: id est opera iusticie. Cũ
itaq; nondũ habeat et qui iam desiderat: q̃ longe
ab his erat qui adhuc eas desiderare cõcupiscebat?
Et q̃ longius ab eis sunt: qui neq; hoc adhuc cõcu-
piscunt? Mirũ est aũt quomõ ꝯcupiscat desideriũ:
nec sit in nobis cui' cõcupiscentia iam sit in nobis.
Neq; eñ pulchrũ aliquod corp' est sicut aurũ: vel
caro aliqua speciosa: quã potest homo cõcupiscere
nec habere: quia extra posita nõ est i homie. Quis
nesciat in homine esse cõcupiscentiã: in homine esse
desideriũ? Cur ergo concupiscit vt habeat: quasi
forinsecus inferat? Aut quõ habert ei' concupiscen-
tia sine ipo põt: cũ nõ sit et ipm desideriũ qd aliud q̃
ꝯcupiscẽtia? Nã et desiderare ꝓculdubio ꝯcupisce-
re est. Quis ẽ eñ iste mirabilis atq; iexplicabilis lã-
guor? Et tamẽ est. Nã et egrotus qui fastidio labo-
rat: et vult euadere hoc malũ: cõcupiscet vtiq; desi-
derare cibũ dum ꝯcupiscit nõ habere fastidiũ: Sed
hoc fastidiũ morbus est corpis. Concupiscẽtia vero
qua ꝯcupiscit desiderare cibũ: hoc est carere fasti-
dio: in animo est nõ in corpe: et habet eam nõ guttu-
ris aut fauciũ delectatio que fastidio restringit: sed
recuperande ratio sanitatis que ad pellendũ esce fa-
stidiũ ꝓuidetur. Et ideo nõ est mirũ si appetit ani-
mus vt appetat corpus: quãdo appetit animus: nec

appetit corpus. Cum aũt vtrũq; animi est: et vtrũ-
q; ꝯcupiscentia est: cur nõ concupisco desideriũ iu-
stificationũ dei? Quomõ i vno eodẽq; animo meo
habeo concupiscentiã desiderii hui': et ipm non ha- b
beo desideriũ? Aut quomõ ista duo sũt: et nõ vnũ?
Ut quid eñ concupisco desiderare iustificationes
tuas: ac nõ ipas iustificationes potius q̃ earũ desi-
deriũ concupisco? Aut quo pacto possum iustifica-
tionũ desideriũ cõcupiscere: et ipas iustificationes
nõ ꝯcupiscere: cum ideo earũ desideriũ cõcupiscã:
quia ipas habere ꝯcupisco? Qd' si ita est iam ipsas
vtiq; ꝯcupisco. Quid igit opus est vt earũ desideri-
um concupiscã: cum iam id habeã: et habere me sen-
tiam? Non eñ possum cõcupiscere desideriũ iusti- i
cie: nisi ꝯcupiscendo iusticiam. An hoc est qd' supe-
rius dixi q' diligenda sit etiã ipa dilectio qua diligi-
tur quod diligi oportet: sicut odio habenda est dile-
ctio qua diligit quod diligi nõ oportet? Odio quip-
pe habuimus ꝯcupiscentiam nostrã: qua caro con- Gal.5.
cupiscit aduersus spiritũ. Et quid est ista ꝯcupiscen-
tia: nisi mala dilectio? Et diligimus ꝯcupiscentiam
nostrã qua spiritus ꝯcupiscit aduersus carnem. Et
quid est ista ꝯcupiscentia: nisi bona dilectio? Cum
autẽ dicit diligenda est: quid aliud dicit q̃ ꝯcupiscẽ-
da est? Quocirca quoniã recte ꝯcupiscunt iustifica-
tiones dei: recte concupiscit ꝯcupiscentia iustifica-
tionum dei. Hoc eñ alio modo sic potest dici: Si
recte diligũtur iustificationes dei: recte diligitur di-
lectio iustificationũ dei. An aliud est concupiscere: k
aliud desiderare? Non q' nõ sit ꝯcupiscentia deside-
rium: sed quia nõ omnis ꝯcupiscentia desideriũ est.
Concupiscũtur eñ et que habent: et que nõ haben-
tur. Nam ꝯcupiscendo fruit homo rebus quas ha-
bet: desiderando autẽ absentia cõcupiscit. Desideri-
um ergo quid est: nisi rerũ absentiũ concupiscentia?
Sed dei iustificationes absentes esse quomõ pos-
sunt: nisi quãdo nesciũtur? An et quãdo sciũtur et nõ
fiunt: absentes habende sunt? Nam quid sunt iusti-
ficationes: nisi opera iusta: nõ verba? Ac per h' pos-
sũt ifirmitate aie nõ desiderari: et ratiõe mẽtis vtiq;
Uidet q̃pe q̃ sint vtiles atq; salubres: et nõ põt earũ
desideriũ concupisci. Sepe eñ quid agendũ sit vi-
demus: nec agimus: quia nõ delectat vt agam': et
ꝯcupimus vt delectet. Peruolat intellectus: et tar-
de sequitur: et aliquãdo nõ sequit human' atq; in-
firmus affectus. Ideo ergo desiderare concupisce-
bat: que bona esse cernebat: cupiẽs eorũ habere de-
lectationẽ: quorũ potuit videre rationẽ. Nõ autem
ait: concupiscit: sed ꝯcupiuit anima mea desiderare
iustificationes tuas. Fortasse quippe talis erat iste l
incola in terra: qui iam ꝑuenerat ad id qd' concupi-
uerat: iamq; desiderabat eas: quarum se desideriũ
aliquãdo ꝯcupisse cõmemorat. Si aũt desiderabat:
cur nõ habebat? Non eñ aliquid impedit quo mi-
nus habeant iustificationes dei: nisi quia nõ deside-
rant: dum non in eas charitas feruet: quãtũ claritas
lucet. An habebat eas atq; faciebat? Nã paulopost
dicit: Seruus aũt tuus exercebatur in iustificationi-
bus tuis. Sed quib' quasi gradib' ad eas ꝑueniat:
ostendit. Prius est eñ vt videat q̃ sint vtiles et ho-
neste: deinde vt earũ desideriũ cõcupiscatur: postre-
mo vt ꝓficiente lumine atq; sanitate delectet earũ
operatio: quarũ sola ratio delectabat. Sed ea que

sequatur: quoniā iam iste plurius est: alio sermone
adiuuante dño cōmodius different.

Explicit sermo octauus. Incipit sermo non⁹
de eo qḋ dicit: Increpasti superbos: maledicti qui
declinant a mandatis tuis: vsq; ad id. Nam et testi
monia tua meditatio mea est: ꝛ cōsolatio mea iusti
ficationes tue.

S Psalmi huius que tractanda subsequitur
P admonēt nos causam nostre miserie recor
dari. Etenim cū dixisset: Cōcupiuit anima
mea desiderare iustificatiões tuas in omi tempore:
siue scz in rebus pspēris: siue in aduersis: Quia ꝛ in
laboribus ꝛ doloribus debet delectari iusticia: nec
ita est tempe diligenda tranquillo: vt turbulēto tem
pore deseraꝫ: sed amplectenda est in omi tempore:
continuo subiecit: Increpasti supbos: ma
ledicti qui declināt a mandatis tuis. Sup
bi enim declinant a mandatis dei. Aliud est quippe
mandata dei per infirmitatē vel per ignorantiā non
implere: aliud ab eis per superbiā declinare: sicut fe
cerunt qui nos mortaliter in hec mala genuerunt.
Gen. 3. Delectauit eñ eos: Eritis sicut dii: ac sic a mādato
dei qḋ sibi eū mandasse sciebant: ꝛ qḋ facillime nul
la infirmitate reuocāte: impediente: tardāte: imple
re poterant: per hanc superbiā declinarunt. Et ecce
ista tota dura ꝛ infelix erumna mortaliū: quodāmo
do hereditaria est increpatio superborum. Quādo
Ibidem. eñ dixit deus: Adam vbi es: nō vbi esset deus igno
rabat: sed superbū increpabat: et vbi tūc esset: id est
ad quā miseriā puenisset: nō scire cupiebat: sed īter
rogando increpans admonebat. Vide aūt quēad
modum cū dixisset: Increpasti superbos: nō ait ma
ledicti qui declinauerūt a mādatis tuis: vt illud tan
tum primorū hominū peccatū veniret in mentē: sed
ait: maledicti qui declinant. Oportebat eñ vt om
nes illo terrerētur exemplo a diuinis non declinare
mandatis: et diligendo iusticiam in omi tempe: ī hu
ius mundi etiā labore recipe qḋ in paradiso amisi
B mus voluptate. Sed quoniam superbi nec in tanta
deponūt īcrepatiōe ceruicē: et cū sint deiecti labor
morteq; supplicio: extollūꝫ supbie typo: imitātes ela
tionē cadentiū: irridentes humilitatē surgentiū: p
eis orat corpus christi cum dicit: Aufer a me
opprobriū et contemptū: quia testimonia
tua exquisiui. Testimonia grece martyria nūcu
panꝫ: q verbo iā vtimur pro latino eloquio. Unde il
los qui pter testimoniū christi diuersis passiōibus
humiliati sunt: et vsq; ad mortē pro veritate certa
runt: non testes qḋ latine vtiq; possemus: sed grece
vtiq; martyres appellamus. Qm hoc ḡ familiarius
auditis: ꝛ dulcius sic accipiam⁹ hec verba tanq̄ di
ctum sit: Aufer a me opprobriū et contemptū: quo
C niam martyria tua exquisiui. Christi corpus ista cū
dicit: nūquid ab impijs et supbis audire opprobriū
atq; contemptū vllā deputat penam: cū potius in
de perueniat ad coronā? Cur ergo quasi graue ali
quid ꝛ intolerabile a se poscit auferri: nisi qz vt dixi
orat p ipsis inimicis suis quib⁹ esse pspicit noxium
obijcere sanctū nomē christi tanq̄ opprobriū chri
stianis: et eius a iudeis irrisam crucē tanq̄ humili
tatis christiane medicinā: qua sola tumor ille sanaꝫ
quo inflati cecidimus: ꝛ iacentes amplius intumui
mus eadem superbia pmanente et crescente cōtem
nere? Dicat itaq; corpus christi. iam eñ diligere di Matth. 5.
dicit inimicos suos: dicat dño deo suo: Aufer a me
opprobriū et contemptū: quia martyria tua exqui
siui: id est opprobriū quod ideo audio: et contem
ptum q̄ ideo contemnor: quia martyria tua exquisi
ui: aufer a me. Inimici eñ mei quos a me p̄cipis di
ligi: qui magis magisq; moriūtur ꝛ pereunt cū mar
tyria tua ptēnant et criminātur me: ī me pfecto reui
uiscūt et inueniūtur: si martyria tua venerētur ī me.
Ita factū est: hoc videm⁹: Ecce martyriū christi et
apud homines et in hoc mūdo non solū nō est op
probriū: sed magnū est ornamentū. Ecce nō solum
in cōspectu dñi. verūetiā in cōspectu hominū iā p̄ Ps. 115.
ciosa est mors sanctorū eius. Ecce non solū nō con
temnūtur: verūetiam magnis honoribus p̄ferūtur Luc. 15.
martyres eius. Ecce filius ille iunior qui pro porcis
quos pascebat: id est p immūdis demonib⁹ quos
colebat: particulā suam ī paucissimis christianis p̄
cedentē persequebaꝫ: iam nūc in tam multis et ma
gnis populis gētiū martyres ī quib⁹ ingerebat op
probriū religiosissime p̄dicans: et maximis laudib⁹
quos contēnebat exaltans: mortuus erat ꝛ resurrex Ibidem.
it: perierat ꝛ inuēt⁹ est. Hoc tam magno lucro cor
rectionis: cōuersionis ꝛ redemptiōis inimicorū su
orum corpus christi deo dixit: Aufer a me oppro
brium ꝛ contemptū. Et quasi quereretur de qua re
opprobriū: de qua re contemptū: subiungit: Quoni
am martyria tua exquisiui. Ubi est nūc illud oppro
brium? vbi ē ille cōtemptus? Abierunt atq; transie
runt: et quia inuēti sunt qui pierāt: illa perierūt. Sz
qñ ecclesia illa p̄dicabat: peccabaꝫ. illa patiebaꝫ. Ete D
nim sederunt principes: inquit: et aduersū Ps. non hȝ.
me loquebantur. Inde psecutio grauis erat: qz
eam sedentes: hoc est iudiciarijs sedibus eminētes:
pncipes decernebant. Refer hoc ad ipm caput: in
uenies sedisse principes iudeorū: consiliū querētes Matth. 26.
quomō christū pderent. Refer hoc ad corpus eius:
id est ad ecclesiam: inuenies reges terre excogitasse
atq; iussisse quomō christiani nusq̄ essent. Etenim
sederūt principes: ꝛ aduersum me loq̄banꝫ. Ser
uus autē tuus exercebaꝫ in tuis iustificati
onibus. Qualis exercitatio hec fuerit qui nosse Ps. ead.
desideras: qḋ adiunxit intellige: Nam et testi
monia tua meditatio mea est: ꝛ consilium
meū iustificatiōes tue. Recole qḋ superius com
mendaui testimonia esse martyria. Recole in iustifi
cationibus dñi nulla esse difficiliora ꝛ mirabiliora:
q̄ vt suos quisq; diligat inimicos. Sic ergo exerci Matth. 5.
tabaꝫ corpus christi: vt et martyria: id est testimōia
eius meditareꝫ: et vt diligeret eos a quibus oppro
brātibus ꝛ ptēnētibus pter ipsa martyria psecutio
nes patiebaꝫ: Nō eñ p se sicut iam cōmēdauim⁹:
sed p ipsis potius orabat dicens: Aufer a me oppro
briū ꝛ cōtemptū: Sederūt ergo principes et aduer
sum me loquebanꝫ: seruus aūt tuus exercebaꝫ in iu
stificationib⁹ tuis: Quo nam mō? Nā et testimōia
tua meditatio mea est: ꝛ consiliū meū iustificatiōes
tue. Cōsiliū cōtra psiliū. Consiliū sedentiū pncipū
fuit inuictos martyres pdere: cōsiliū patientiū mar
tyrum fuit inimicos pditos inuenire. Reddebāt illi
mala p bonis: isti bona p malis. Quid ergo mirū
si illi occidendo defecerūt: isti moriendo vicerunt?
Quid inquā mirū si martyres spiritalibus gentibus

temporalē mortē patientissime ptulerunt: et gentes
martyribus orātibus ad ęternā vitam puenire po/
tuerunt: dum corpus christi sic exerceret: vt τ mar/
tyria meditaret: et malis martyrū persecutorib⁹ bo
na pcaretur.

Explicit sermo nonus. Incipit sermo decim⁹
de versu psalmi: Adhęsit pauimēto anima mea: vi/
uifica me sm verbum tuum.

A Equitur in isto psalmo maiore qd conside/
rare et sicut dn̄s dederit pertractare debe/
Daleth. mus: Adhęsit pauimento anima
mea: viuifica me sm verbum tuū. Quid est:
adhęsit pauimento anima mea? Nam cū adiungat
et dicit: Viuifica me sm verbū tuum: quare se viui/
ficari poscat: vtiq̧ causam pmisit dicendo: Adhęsit
pauimēto anima mea. Ergo quia ꝓpterea se viuifi/
cari petit: quia pauimēto adhęsit anima eius: mirū
si boni aliquid hinc vult intelligi. Ita quippe se ha/
bet tota ista sentētia: tanq̄ diceret: mortu⁹ sum: vi/
uifica me. Quid est enim pauimētū? Si tanq̄ vnā
quandā domū magnā vniuersum mundū velimus
accipere: videm⁹ velut eius camerā celū: pauimētū
terrā. Erit igit pauimētū terreis eruit i tra esse: τ cū
Phil. 3. apostolo dicere: Cōuersatio nostra i cęlis est. Pro/
inde terrenis adherere mors animę ē: Cui malo cō/
B traria poscitur vita: cum dicit: viuifica me. Sed vi/
dendum est: vtrū congruāt huic verba ista qui supe
rius talia dixerat: quibus magis deo videat adhę/
sisse q̄ pauimēto: vt cōuersatio eius nō in terrenis
sed in cęlestibus haberet. Quomō enim potest intel
Supra eodem. ligi terrenis adhęsisse qui dicit: Seruus autē tuus
exercebat in tuis iustificatiōibus: nam τ testimonia
tua meditatio mea est: τ consiliū meū iustificatiōes
tuę? Hęc sūt eī verba eius antecedentia: quoꝝ an/
tecedentiū ista sunt consequētia: Adhęsit pauimen
to anima mea. An ex hoc intelligere debemus: q̄n/
tūlibet quisq̧ pficiat in iustificatiōibus dn̄i: habe/
re eum mortalis carnis affectū circa ista terrena: in
Job. 7. quibus vita humana temptatio est super terrā: τ ab
hac morte si pseuerāter pficit: quotidie reuiuiscere:
2. Cor. 4. viuificāte illo cuius gratia homo noster interior re/
nouatur de die in diē? Nam et illud Apostolus cū
2. Cor. 5. dicebat: Qm̄ diu sum⁹ i hoc corpe peregrinamur a do/
Phil. 1. mino: Et cōcupiscebat dissolui: et esse cum christo:
adhęserat pauimēto anima eius. Unde τ corp⁹ ip/
sum quia ex terra est nō absurde intelligit pauimen
Sap. 9. tum: qd adhuc quia corruptibile est τ aggrauat ani
mam: recte in illo ingemiscitur τ dicit deo: Adhęsit
pauimento anima mea: viuifica me sm verbū tuū.
1. Cor. 15. Neq̧ enim nō cū corporibus nostris sic cum dn̄o eri/
mus: sed tūc quia nō erūt corruptibilia: nec animas
aggrauabunt: si diligēter cōsideremus: nō eis nos:
sed ipa nobis potius adherebūt: nos aūt deo. Un/
Ps. 72. de alterius psalmi verba illa sunt: Mihi aūt adhę/
rere deo bonū est: vt viuāt corpora ex nobis adhe/
rendo nobis: nos autē viuamus ex deo: quia nobis
C adherere deo bonū est. Adhęsio quippe ista de qua
dictū est: adhęsit pauimēto anima mea: nō coniun/
ctionē carnis τ animę: q̄uis et ipam quidam intel/
lexerint: sed carnalē magis animę affectū quo caro
Gal. 5. cōcupiscit aduersus spiritū: significare mihi videt.
Qd si recte accipit: pfecto qui dicit: Adhęsit pau/
mento anima mea: viuifica me sm verbū tuum: nō
id orat vt de corpore mortis huius: morte q̄ua cor/
poris interueniēte soluat: qd dies vltimus vitę hu/
ius: qui ꝓpter eius breuitatē nō potest esse diuturn⁹
quādoq̧ futur⁹ est: sed vt cōcupiscentia qua concu/
piscitur aduersus spiritū magis magisq̧ minuatur:
et concupiscētia qua concupiscit aduersus carnem
magis ac magis augeatur: donec ista cōsumatur in
nobis: et illa cōsummet per spiritūsanctū qui datus
est nobis. Bene aūt non ait: viuifica me sm meritū
meum: sed ait: sm verbum tuū. Qd quid est aliud:
nisi sm pmissum tuū? Filius pmissionis vult esse τ
nō filius elatiōis: vt sm gratiā firma sit promissio
oīni semini. Hoc ē eīn verbū pmissiōis: In isaac vo/ [illegible]
cabitur tibi semē: Hoc est nō qui filij carnis hi filij
dei: sed filij pmissionis deputant in semine. Nam
quid erat ipe per seipm: in eo quod sequit: confitet:
D Uias meas enunciaui: et exaudisti me.
Nōnulli quidē codices habent: vias tuas: sed plu/
res et maxime greci vias meas: hoc est malas. Nā
hoc mihi videt dicere: Peccata mea cōfessus sum:
et exaudisti me: hoc est vt dimitteres ea. Doce
me iustificatiōes tuas. Cōfessus sum vias me/
as: delesti eas: doce me tuas. Sic doce me vt agā:
nō vt tantūmodo sciam quid agere debeam. Sicut 2. Cor. 5.
enim dictū est de dn̄o q nō nouerat peccatū: τ intel
ligitur nō fecerat: sic et iusticiā ille vere dicēdus est
nosse qui facit. Proficientis hęc oratio est. Nā vti/
q̧ si omino nō faceret: pfecto illa supiora non dice/
ret: Seruus aūt tuus exercebat in tuis iustificatio/
nib⁹. Non ergo in quibus exercebat has vult a do/ [illegible]
mino discere: sed ab istis ad alias pficiendo: velut
crescendo desiderat puenire. Denique adiungit et di/
cit: Uiam iustificationū tuarum insinua
mihi. Uel vt nōnulli codices habēt: instrue me:
quod expressius de greco dicit: fac me intelligere.
Et exercebor in mirabilibus tuis. Ipsas
iustificationes ampliores: quas pficiendo cupit ap
prehendere: mirabilia dei vocat. Sunt ergo quędā
dei iustificatiōes ita mirabiles: vt humana infirmi/
tas ab eis qui experti nō sunt: nō ad eas posse pueni/
re credatur. Unde laborans iste τ earū difficultate
E quodāmodo fatigatus: adiungit: Dormitauit
anima mea: inquit: pre tędio: confirma me
in verbis tuis. Quid ē: dormitauit: nisi a spe re/
friguit: que se apprehensurā esse crediderat? Sz cō/
firma me inquit in verbis tuis: ne ab eis quoq̧ ad
que peruenisse me iam sentio: decidam dormitando.
Confirma itaq̧ me in eis verbis tuis que iā teneo:
que iam facio: vt ex eis ad alia possim pficiendo p/
uenire. Et quid impedit in via iustificationū dei sic
ambulare: vt homo facile possit ad illa etiā mirabi/
lia puenire? Quid putamus nisi quod a se amoueri
in consequētibus rogat dicens: Uiam iniqui/
tatis amoue a me? Et quia lex factorū subintra/ [illegible]
uit vt abundaret delictū: sequit et dicit: Et i le/ [illegible]
ge tua miserere mei. Qua lege: nisi lege fidei?
Audi Apostolū. Ubi est gloriatio tua? Exclusa est. Roma. [illegible]
Per quā legē? Factorum? Non: sed p legem fidei.
Hęc est lex fidei qua credimus et oramus per gra/
tiam nobis donari: vt faciamus quod p nosmetip/
sos implere non possumus: ne ignorantes dei iusti/ Roma. [illegible]
ciam τ nostrā volentes constituere: iusticię dei non
simus subiecti. In lege itaq̧ factorū est dei iuben/

ta iusticia: in lege aūt fidei subuenientis misericor/
dia. Cum aūt dixisset: Et in lege tua miserere mei:
de beneficijs eius q̄ iam consecut⁹ est quodāmodo
si dici potest p̄scribit: vt impetret cetera q̄ nondum
est consecutus. Ait enī: Viam veritatis ele/
gi: iudicia tua non sum oblitus. Adhesi
testimonijs tuis dn̄e: noli me confundere.
Viam veritatis elegi vbi currerē: iudicia tua nō sū
oblitus vt currerē. Adhesi testimonijs tuis: cū cur/
rerem: dn̄e noli me cōfundere: Quo curro ꝑtendā:
Ro.9. quo tendo ꝑueniam. Nō enim volentis neqȝ currē/
tis: sed miserentis est dei. Deniqȝ sequitur: Viam
mandatorū tuorū cucurri: cū dilatasti cor
meum. Non currerem: nisi dilatasses cor meum.
Prorsus isto versu exponitur quēadmodū dictum
sit: Viam ꝟitatis elegi: iudicia tua nō sum oblitus:
Adhesi testimonijs tuis. Cursus est quippe iste vie
mandatorū dei: Et qr potius ei⁹ bñficia q̄ȝ sua me/
rita dn̄o allegat: tanq̄ȝ diceretur ei: Quomō istā vi/
am cucurristi diligēdo: τ dei iudicia nō obliuiscēdo:
et eius testimonijs adherēdo: An per teipsū ista po
tuisti: Non: ait. Quid ergo: Viam mandatorū tu/
orum inq̄t cucurri: cum dilatasti cor meū. Non er/
go per ꝓpriū: et quasi nullius tue opis indiguū ar/
bitrium meū: sed cū dilatasti cor meū. Cordis dila/
tatio: iusticie est delectatio. Hoc munus est dei: vt
in p̄ceptis eius nō timore pene angustemur: sed di/
lectiōe dilatemur: τ delectatiōe iusticie delectemur.
1.Cor.6. Hāc enī nob ꝓmittit latitudinē dicēs: Habitabo in
eis τ deambulabo. Q̄ȝ enī latū ē vbi deābulat de⁹:
In hanc latitudinē diffundit charitas in cordibus
Ro.5. nostris per spiritūsanctū qui dat⁹ est nobis. Unde
Prouer.5. etiam dictū est: Et in plateis tuis discurrāt aq̄ tue.
Platea quippe de verbo greco a latitudine nomen
accepit: quoniā grece πλατυ dicitur latum. He
Ioh.7. sunt enim aque de q̄bus dn̄s clamat dicens: Si q̄s
sitit veniat ad me: qui credit in me: flumina aque vi/
ue fluent de ventre eius. Et exponēs euāgelista q̄d
dixerit: Hoc aūt inquit dicebat de spiritu quē acce/
pturi erant credentes in eū. Multa dici possent de
ista cordis latitudine: sed hui⁹ sermonis iam cōtra/
dicit longitudine.

Explicit sermo decim⁹. Incipit sermo vndeci/
mus de versu psalmi: Legem pone mihi dn̄e viam
iustificationū tuarū.

A In psalmo isto magno sequit quod nobis
He. adiuuante dn̄o considerandū atqȝ tractā/
dū est. Legem pone mihi dn̄e viā
iustificationū tuarū: et exquiram eā semp.
1.Timoth.1. Apostolus dicit: Iusto nō est lex posita: iniustis au/
tem et nō subditis: τ cetera que ibi concludens ait:
Ibidem. Et si quid aliud sane doctrine aduersat: que est ꝯm
euangeliū glorie beati dei: quod creditū est mihi.
Nunquid ergo talis erat iste qui dicit: Legem po/
ne mihi dn̄e: qualib⁹ beatus paulus dicit positā le/
gem: Absit. Si enī talis esset: nō superius dixisset:
Viam mandatorū tuorū cucurri: cum dilatares cor
B meū. Quid est ergo q̄ orat vt sibi lex a dn̄o ponat:
si non ponit iusto: An eo mō non ponit iusto quo/
Exo.31. modo posita est populo contumaci in tabulis lapi/
2.Cor.3. deis: nō in tabulis cordis carnalibus ꝯm testamen/
Gal.4. tum vetus ex mōte sina quod in seruitute generat:
sed ꝯm testamentū nouū: De quo scriptū est p̄ Hie/

remiam ꝓphetā: Ecce dies veniūt dicit dn̄s: τ con/ Hiere.31.
summabo domui israel τ domui iuda testamentum Heb.8.
nouū: nō ꝯm testamentū quod disposui patrib⁹ eo/
rum in die qua apprehēdi manū eorum: cū educe/
rem eos de terra egypti: quoniā ipsi nō permāserūt
in testamento meo: τ ego neglexi eos dicit dn̄s: q̄a
hoc est testamentū qd̄ constituā domui israel: Post
dies illos dicit dn̄s dabo leges meas in mentib⁹ eo
rum. et in cordibus eorū scribā eas: Ecce quō volu
it istam legē sibi poni a dn̄o: nō sicut iniustis et non 1.Timoth.1.
subditis ad vetus testamentū ꝑtinentib⁹ posita ē in
tabulis lapideis: sed sicut sanctis filijs libere: hoc ē
superne hierusalē. filijs ꝓmissionis: filijs hereditatis
eterne: sancto spiritu tanq̄ȝ digito dei in mente dat τ
in cordibus scribitur: nō quā memoria teneant τ vi/
ta negligant: sed quā sciant intelligendo: faciant dili
gendo in latitudine amoris: nō ī timoris angustijs.
C Nam qui timore pene: non amore iusticie opus le/
gis facit: pfecto inuitus facit. Qd̄ autē inuitus fa/
cit: si posset fieri mallet vtiqȝ nō iuberi: Ac p̄ hoc le/
gis quā vellet nō esse nō est amicus: sed potius ini/
micus: nec mūdat ope: q̄ īmūd⁹ est cogitatiōe τ vo
lūtate: Talis nō potest dicere qd̄ iste dixit in supio/
ribus versibus: Viam mandatorū tuorꝫ cucurri: cū
dilatasti cor meū: qr illa dilatatio charitatē signifi/
cat: que ꝯm apostolū legis ē plenitudo. Cur ergo Ro.13.
iste adhuc poscit sibi legē poni: que vtiqȝ si nō ei po
sita fuisset: nō viam mandatorū dei in cordis latitu/
dine cucurrisset: Sed quia ꝓficiens loquitur: τ dei
donū nouit esse q̄ proficit: quid aliud petit cū sibi
legem poni petit: nisi vt in ea magis magisqȝ ꝓfici/
at: Quemadmodū si poculū plenū teneas: τ sitien/
ti dare incipias: et haurit bibendo: et poscit deside/
rando: Quibus autē iniustis τ nō subditis lex in la/ 1.Timoth.1.
pideis tabulis ponitur: p̄uaricatiōis reos nō ꝓmis
sionis efficit filios. Sed τ ille qui eius meminit: nec
eam diligit eo modo reus est: quia memoria eius la
pis illi est quodāmodo scriptus: nō quo adornetur:
sed quo premat: pondus oneris: nō titulus hono/
ris. Hanc autē legem iste viā iustificationū dei vo/
cauit: nec alia via est mandatorū eius quā se cucur/
risse iam dixerat cum dilatatū est cor eius. Ergo et
cucurrit: et currit donec ꝑueniat ad palmā superne
vocationis dei. Deniqȝ cum dixisset: Legem pone D
mihi dn̄e viam iustificationū tuarū: addidit: et exq
ram eā semper. Quid enī exquirit qd̄ habet: nisi q̄a
et habet agēdo: et exquirit ꝓficiēdo: Sed quid est
semper: Utrū exquirendi nō erit finis: sicut dictum
est: Semp laus eius in ore meo: quoniā laudādi nō Ps.33.
erit finis: Neqȝ enim deū nō laudabimus cū ad ei⁹
regnū ꝑuenerimus eternū: cū legamus. Beati qui Ps.83.
habitant in domo tua: in secula seculorum lauda/
bunt te. An semp dictū est: q̄ȝdiu hic viuimus: quia tā
diu ꝓficit: Post hāc aūt vitā q̄ hīc ꝓficiebat: ibi
nō ꝓficit s̄ perficit: Sicut de quibusdā feminis di/
ctum est. semp discētes: Sȝ illę male: quia secut⁹ ad/ 2.Timoth.3.
iunxit: τ ad veritatis scientiā nunq̄ȝ ꝑuenientes. Qui
vero in melius semp hic ꝓficit: quo ꝓficiēdo nitit:
ꝑuenit vbi iam nō ꝓficiat: qr iā pfectus sine fine cō
sistit. Nec de illis tamen ita dictū est: semp discētes:
vt et post mortē discere ꝑseuerent vana τ infructuo/
sa. cum talibus doctrinis successerunt: nō studia: sed
supplicia sempiterna. Hic ergo exquiritur dei lex q̄

diu in ea proficitur: et sciēdo et diligendo: ibi autē plenitudo eius manet ad fruendū: nō remanet ad querendū. Sic etiā illud dictū est: Querite faciem eius
Ps. 104. semp. Ubi semp: nisi hic? Non enī et ibi semp que-
1. Cor. 13. remus dei faciē: vbi videbimus facie ad faciē. Aut si recte dicit exquiri qd sine fastidio diligit: et id agitur ne amittatur: semp omnino sine fine querem' legem dei: hoc est veritatē dei. In hoc quippe ipso psalmo dicit: Et lex tua veritas. Querit nūc vt teneat: tunc tenet ne derelinquatur: sicut de spiritu dei di-
1. Cor. 2. ctum est q omnia scrutet: etiā altitudines dei: nō vtiq vt qd nescit inueniat: sed quia nihil relinquet om-
E nino qd nesciat. Gratia itaq dei nobis precipue commendat: quādo sibi legē poni poscit a domino: qui
2. Cor. 3. vtiq iam legē sm litterā nouerat. Sed quia littera occidit: spirit' aūt viuificat: orat vt per spiritū sanctū faciat qd per litterā sciebat: ne per scientiā mandati nō obseruati etiam preuaricationis ei crimē accedat. Orat etiā vt sciat lex quomō scienda est: id est vt intelligatur quid sibi velit: quare sit eis posita qui eā non erant seruaturi: quidq habeat vtilitatis: etiam
Ro. 5. hoc ipsum qd lex subintrauit vt abundaret delictū: nemo comprehendit: nisi a dño accepit intellectum. Unde iste adiungit et dicit: Da mihi intelle-
F ctum et scrutabor legem tuā: et custodiam illā in toto corde meo. Cum enī quisq legem scrutatus fuerit: et ad eius alta peruenerit: in quib' tota lex pendet: pfecto debet deū diligere ex toto corde: et ex tota anima: et ex tota mente: et proximū suū
Matth. 22. tanq seipsum. In his enī duobus mādatis tota lex pendet et prophete. Hoc videt premisisse cū dixit: Et custodiā illam in toto corde meo. Sed quia et hoc nō valet viribus proprijs: nisi adiuuet ab illo qui iubet vt faciat qd iubet: Deduc me: inquit: in semita mandatorū tuorū: quia ipsam volui. Parum est mihi voluntas mea: nisi in eo qd volui me
i. eod. ps. ipse deducas. Et certe ipsa est semita: hoc est via mādator dei: quā se dilatato ab illo corde suo cucurrisse iā dixerat: Quā propterea etiam semitā vocat: qa
Matth. 7. angusta est via que ducit ad vitam. Et cū sit angusta: nisi dilatato corde nō curritur: Sed quoniā adhuc proficit: adhuc currit: et ideo diuinū auxiliū quo
Ro. 9. deducatur inquirit: quia neq volētis neq currentis: sed miserentis est dei. Deniq quia et ipm velle
Phil. 2. de' operat in eis' nobis: preparatur enī volūtas a domino: Sequit et dicit: Inclina cor meum in
G testimonia tua: et nō in auariciā. Quid ē inclinatū cor ad aliquid habere: nisi hoc velle: Et voluit ergo et orat vt velit. Uoluit cū dicit: Deduc me in semita mandatorū tuorū: quia ipsam volui: Orat aūt vt velit cum dicit: Inclina cor meū in testimōia tua: et nō in auariciā. Hoc itaq orat: vt ipsa volūtate pficiat. Que sunt autē dei testimonia: nisi quib' sibi ipse attestat? Testimonijs enī aliquid probatur: ac p hoc iustificatiōes dei et mandata dei testimonijs dei probant: Et quicquid nobis psuadere vult deus: suis testimonijs persuadet: In que iste petit inclinari cor suū: et nō in auariciā. Testimonijs quippe suis agit nobiscū deus: vt eū gratis colamus: qd
H impedit auaricia radix omniū malorū. Tali verbo greco hic appellat a quo possit intelligi generalis auaricia: quia plus appetit quisq: q sat est. πλέον enim latine plus est: ἔξις habitus est: ab eo qd est habere. Ergo a pl' hndo appellata ē πλεονεξία: quā latini interptes in hoc loco nōnulli interpretati sunt emolimentū: quidā vero vtilitatē: sed meli' qui
auariciā. Dicit aūt Apostolus: Radix omniū malorum auaricia est. Sed in greco: vnde in nostram linguam verba ipsa translata sunt: nō legit apd Aplm πλεονεξία: quod in loco isto psalmi huius: sed φιλαργυρία: quo vbo significat amor pecunie. 1 Timo. 6.
Uerū Apostol' intelligendus est isto nomine gen' significasse p speciē: id ē p amorē pecunie vniuersalem generalēq auariciā: que vere radix est malorū omniū. Nam ipsi primi homines p serpentē decepti et deiecti nō fuissent: nisi plus q acceperant habere et pl' q facti fuerāt esse voluissēt. Hoc quippe ille promiserat dicens: Eritis sicut dij. Ergo ista πλεονεξία Gen. 3.
subuersi sunt. Plus enī volentes habere q acceperant: et qd acceperant: amiserūt. Cuius vestigiū veritatis legibus que vbiq disperse sunt: et in forensi iure deprehēsum est qd institutū est: vt plus petendo: causa cadat: id est vt qui plus petierit q ei debet: et qd ei debebatur amittat. Omnis aūt a nobis arceat
auaricia: si gratis colat deus. Ad quod sanctū iob I agone temptatiōis ipse prouocat inimicus: cū de illo I
dicit: Nunquid grat' colit iob deum? Putabat enī Job. 1.
diabolus q in deo colendo vir iustus cor inclinatū haberet in auariciā: et causa emolumēti vel vtilitatis rerū tempaliū quibus eū ditauerat dñs: velut mercēnarius ei pro tali mercede seruiret. Sed q gratis deū coleret: tēptat' apparuit et apparuit. Si ergo cor nō habeamus inclinatū in auariciā: deū nō colamus nisi propter deū: vt sui cultus ipse sit merces. Ipm diligamus et in seipso: ipm diligam' et in nobis: ipm in proximis nostris quos diligimus sicut nosmetipsos: siue Matth. 22.
habeāt eū: siue nō vel vt habeant eū: qd nobis qn ipso donante confert. Ideo illi dicitur: Inclina cor meū in testimonia tua: et nō in auariciā: Sed que sequuntur alio sermone tractanda sunt.

Explicit Sermo vndecimus. Incipit Sermo duodecimus de eo qd dicit: Auerte oculos meos ne videant vanitatē: vsq ad Ecce cōcupiui mandata tua: in iusticia tua viuifica me.

Sequitur in psalmo quem suscepimus disse- K
rendū: Auerte oculos meos ne videant vanitatē: in via tua viuifica me. E contrario differūt inter se vanitas et veritas. Huius aūt mūdi cupiditas: vanitas: sed christ' qui ex hoc mūdo liberat veritas. Ipse ē et via: in qua se vult iste viuificari: quia ipse est et vita. Ipse quippe ait: Ego sum via: veritas et vita. Sed quid ē: Auerte oculos meos ne videāt vanitatē? Nūquid qdiu Joh. 14.
sumus in hoc mūdo: possum' nō videre vanitatē? Omnis enī creatura vanitati subiecta est: que intelligitur esse in homine: et omnia vanitas. Que abundan- Ro. 8.
tia hominis in omni labore suo quo ipse laborat sb sole? An iste fortassis hoc orat: vt nō sit eius vita sub sole vbi omnia vanitas: sed in illo sit in quo se viuificari petit? Ille quippe ascēdit nō sup solē tantū: sed Eccle. 1.
sup oēs celos: vt adimpleret omnia: Et in illo magis Eph. 4.
q sub sole viuūt: qui nō inaniter audiunt qd dixit Apls: Que sursum sunt querite: vbi christ' ē in dex- Col. 3.
tera dei sedens: q sursum sunt sapite: non q sunt sup terrā: Mortui enī estis: et vita vestra abscōdita ē cū christo in deo. Ac p hoc si vita nostra ibi est vbi ē christus:

ge est vita nostra sub sole vbi est vanitas. Sed hoc
tam magnū bonū magis habem⁹ in spe: nōdū i tene-
mus in re. Et fm spem nostrā beat⁹ Apostolus ista
Ro. 8. locutus est: quia et illud cum dixisset: Vanitati cre-
atura subiecta est: adiecit atq; ait: nō sponte: sed ꝑ-
pter eum qui subiecit eam in spe. Ergo in spe q2 spe-
ramus nos adhesuros contēplande veritati: subie-
cti sumus interim vanitati. Creatura quippe ista spi-
ritualis: animalis: corporalisq; oīs in homie est: im-
mo homo est: Sponte peccauit: & inimica facta est
veritati: Sz vt merito puniret̄: nō sponte subiecta ē
Ibidē. vanitati. Denicq; post pauca: Nō solū autē inquit:
sed et nosipsi ꝑmitias spirit⁹ habentes: id est q nō-
dum quidē ex toto quod sumus: sed ex ea parte qua
pecoribus meliores sumus: deo nō vanitati subditi
sumus: hoc est ꝑ ꝑmitias spirit⁹: et ipi in nobismet-
ipsis ingemiscimus adoptionē: expectātes redem-
Ibi. 8. ptionē corporis nostri. Spe eñ salui facti sumus.
Spes aūt que videt̄ nō est spes. Quod enim videt
quis quid sperat? Si aūt quod nō videmus spera-
mus: ꝑ patientiā expectamus. Q̄ diu itaq; hic fm
carnē sumus: cuius adoptionē & redemptionē ꝑ pa-
tiētiā spei adhuc expectam⁹: tamdiu fm id ꝑ quod
sub sole sumus: vanitati subiecti sumus. Q̄ diu igi-
tur ita sumus: vnde possum⁹ nō videre vanitatem:
cui etiam subiecti sum⁹ in spe? Quid est ergo q dic
C dicit: Auerte oculos meos ne videant vanitatem?
An hoc petit: vt non quidē in hac vita qd in spe ge-
rimus impleat̄: sed vt in ea forte sit que in illo quan-
Ro. 8. doq; possit impleri cum liberabitur a seruitute cor-
ruptionis & spiritu & anima & corpore in libertatem
glorię filiorū dei: vbi iam nō videat vanitatē? Pos-
sunt quidem verba ista sic intelligi: nō preter regulā
fidei: Sz est hic alius sensus: quē mihi fateor plus
Math. 6. placere. Dñs in euangelio dicit: Si fuerit ocul⁹ tu-
us simplex: totū corp⁹ tuū lucidū erit: Si autē ocu-
lus tuus fuerit nequā: totū corpus tuū tenebrosum
erit. Si ergo lumen quod in te est tenebrę sunt: ipsę
tenebrę quantę erūt? Proinde magni interest cū ali-
quid boni facimus: cuius rei contēplatiōe faciam⁹.
Officium quippe nostrū: non initio sed fine pensan-
dum est: vt scz non tantū si bonū est quod facimus:
sed ꝑcipue si bonū est ꝑpter quod facimus: cogite-
mus. Hos oculos quibus contēplamur quare faci-
amus qd facimus auerti poscit ne videant vanita-
tem: id est ne hanc attēdat ꝑpter quā faciat cum bo-
ni aliquid facit. In qua vanitate ꝑcipuū locum ob-
tinet amor laudis humanę: ꝑpter quā multa magna
fecerunt qui magni in hoc seculo nominati sunt: mul-
Math. 6. tūq; laudati in ciuitatibus gentium: querentes non
apud deū sed apud homines gloriā: et propter hāc
velut prudētes fortiter: temperanter: iusteq; viuen-
tes: ad quā peruenientes perceperūt mercedē suā: vani
vanam. Ab hac vanitate volens dñs auertere ocu-
Math. 6. los suorū: Attendite inquit ne iusticiā vestram faci-
atis corā hominibus vt videamini ab eis: alioquin
mercedem nō habebitis apud patrē vestrū qui ī ce-
lis est. Deinde cum ipsius iusticię quasdā partes exe-
queretur: ꝑcipiens de elemosynis: de orationibus:
Ibidem. de ieiuniis: ne quid ad noscitur ne aliquid corā pro-
pter gloriā hominū fiat: et vbiq; dicit eos qui ꝑpte-
rea faciūt percepisse mercedē suam: id est nō ęternā
que sanctis reposita est apud patrē: sed tempalem

quā querūt qui contēplantur in suis operib⁹ vani-
tatē. Nō quia ipa laus humana culpāda sit. Nam D
quid tam optandū est hominib⁹ q̄ vt eis placeant
que debeāt imitari? sed ꝑpter ipam laudē bene ope-
rari: hoc est vanitatem in suis operib⁹ intueri: quā-
doquidē et ipa ab hominib⁹ laus homini iusto quā-
tacūq; puenerit: nō ibi esse debet eius finis boni: s
etiam ipa referenda est ad laudē dei: propter quem
bona faciunt vere boni: quoniā nec a seipis sed ab il-
lo fiunt boni. Denicq; in eodem sermōe dñs iam dix-
erat eis: Luceat lumē vestrum coram hominibus: Math. 5.
vt videant vestra opera bona: & glorificent patrem
vestrū qui in celis est: Vbi finē posuit hoc ē in glo-
riā dei. Hoc debemus quādo aliquid boni facim⁹
intueri: si auertūtur a vanitate oculi nostri. Non er-
go sit finis nostri boni operis in laudibus hominū:
sed ipas laudes hominū corrigamus: & ad dei lau-
des oīa referamus: a quo nobis datur quicquid ī
nobis sine laudātis errore laudat̄. Porro si vanum
est ꝑpter hominū laudes bona facere: quāto vanius
ꝑpter adipiscendā pecuniā vel augendā siue retinen-
dam: et si quid huiusmodi est cōmodi tempalis qd
nobis accedit extrinsecus: quia oīa vanitas? Que Eccle. 1.
abundātia hominis in oīi labore suo quo ipe labo- E
rat sub sole? Propter ipam denicq; tempalem salu-
tem nō debemus facere bona opa nostra: sed poti⁹
ꝑpter illā quā speramus ęternā: vbi bono immuta-
bili pfruamur: qd nobis erit ex deo: immo qd nobis
est ipe deus. Si eñ sancti dei propter hanc tempa-
lem salutē bona opera facerēt: nunq̄ martyres chri-
sti bonū opus cōfessionis in eiusdē salutis amissiōe
pficerent: sed accepērūt auxiliū de tribulatione: non
intuentes vanitatē. Quia vana salus hominis: & dic Ps. 59.
hominū nō concupierūt quia homo vanitati simi- Hiere. 17.
lis factus est: dies eius velut vmbra ꝑtereunt. Cum autē Ps. 143.
deus rogatur vt ea que videt̄ esse in nostra potesta-
te: id est oculorū auersio a videnda vanitate: ab illo
nobis cōcedatur: quid nisi eius gratia cōmēdatur?
Nōnulli eñ ab ea vanitate nō auerterūt oculos su-
os: quia putauerūt a seipis se fieri iustos et bonos:
et dilexerunt gloriā hominū magis q̄ dei quia & ip- Ioh. 12.
si homies sunt qui sibi nimiū placuerūt: et de sui ar-
bitrij viribus ꝑsumpserūt. Sed etiam hec vanitas Eccle. 6.
et ꝑsumptio spiritus est. Cum vero dixisset: Auerte
oculos meos ne videant vanitatē: in via tua viuifi-
ca me: que via nō vanitas sed veritas ē: deinde sub-
iunxit: Statue seruo tuo eloquiū tuū in F
timore tuo. Qd qd ē aliud: q̄ da mihi vt faciam
quod eloqueris? Neq; eñ statutū est eloquium dei
his qui in se mouent illud cōtra faciēdo: eis aūt sta-
tutū est in quibus immobile est. Statuit itaq; deus
eloquiū suum in timore suo eis quibus dat spiritū
timoris sui: Timoris autē nō illi⁹ de quo dicit Apo-
stolus: Non eñ accepistis spiritū seruitutis iterum Ro. 8.
in timore. Hunc eñ cōsummata charitas foras mit- 1. Ioh. 4.
tit timorē: sed illius timoris quē dicit ꝑpheta spiri- Esa. 11.
tum timoris dei. timoris vtiq; casti ꝑmanentis in se- Ps. 18.
culū seculi: timoris quo timet̄ offendi qui amatur.
Aliter quippe timet adultera virū suū: aliter casta: Cō conf. 8 sentē.
Adultera ne veniat: casta ne deserat. Amputa dd. 34. nō pecc.
opprobriū meū qd suspicatus sum: quia G
iudicia tua iucunda. Quis est qui suum oppro- Ti. iocunda.
brium suspicatur: et non magis nouit suum quisq;

opprobriū q̄ cuiuslibet alienum: Suspicari enim
potius alienū potest homo: nō suum: quoniā quod
suspicatur: ignorat: In suo autē opprobrio nō ē cuius
q̄ suspitio: sed sciētia: vbi loquitur ɔsciencia. Quid
est ergo q̄ ait: Opprobriū meū quod suspicatus sum:
b Nimirū de superiore sensu etiam iste ducendus est: q̄
niam q̄diu nō auertit homo oculos suos ne videat
vanitatē: quod in seipso agitur: h̄ de aliis suspicatur:
vt propter quod ipse colit deum: vel propter quod bona
opera facit: propter hoc credat et alterū facere. Pos-
sunt quippe homines videre qd̄ agimus: cuius au-
tem rei contēplatione agimus occultū est: Et ideo da-
tur suspitionibus locus: vt audeat homo iudicare de
occultis hominū: & falsa plerūq;: etsi vera: tamen et
incognita temere suspicari. Propterea dn̄s cum de
ipso fine loqueretur propter quem iusticiam facere debe-
mus: vt oculos nostros a contēplatione auerteret
vanitatis: monuit: ne propter laudes hominū bo-
Math.6. na opa faciamus dicēs: Attendite ne faciatis iustici
am vestrā coram hominibus: vt videamini ab eis.
Ibidem. Monuit ne propter pecuniam dicens: Nolite vobis
thesaurizare in terra. Et: Nō potestis deo seruire et mā-
mone. Monuit ne propter ipm necessariū victū atq;
Ibid.6. vestitū dicens: Ne solliciti sitis anime vestre quid mā-
ducetis: neq; corpori vestro quid induamini. Et cum
hec oīa monuisset quia possumus suspicari eos q̄s
iuste viuere videmus: et quo fine faciant nō videmus:
propter aliquid huiusmodi benefacere: continuo sub-
Math.7. iecit: Nolite iudicare: vt nō iudicemini. Unde et hic
cum dixisset: Amputa opprobriū meū quod suspica
tus sum: addidit: Quia iudicia tua suauia: id est iu-
dicia tua vera. Ueritatis enim amator suaue clamat
esse quod verū est. Hominū aūt iudicia de occultis
hominū nō suauia: quia temeraria: Et ideo suū di-
xit opprobriū quod de aliis suspicatū est: q: et h̄ qd̄
2.Cor.10 Apostolus ait: Cōparantes semet: ipos sibimetip-
sis: nō intelligūt. Hoc enim pdiuus homo suspicatur
in alio: quod sentit in seipo. Hoc itaq; opprobriū su-
um petebat auferri quod in se senserat: et in aliis fue
rat suspicatus: vt nō esset diabolo similis qui de oc-
Iob.1. cultis sancti iob suspicatus est q̄ nō gratis deū cole
ret: quē poposcit temptandū: vt crimē quod obiece
rat inueniret. Sed cum libēter alterius opprobriū
nō nisi emulatio suspicetur: dū bonū opus reprehen-
di nō potest: quia se exerit quod apertū est: & quo si
ne fiat reprehēditur: quia nō se exerit quod occultū
i est: atq; ita male suspicari nō debet quilibet non vi-
dēdo qd̄ latet: et nō inuidēdo qd̄ eminet: Profecto
contra hoc malū quo quisq; libenter de homīe ma-
lum quod nō ɔspicit suspicatur: charitas habenda ē
1.Cor.13. que nō emulatur. quā dn̄s precipue cōmendat: dicens:
Io.13. Mandatū nouū do vobis: vt vos inuicē diligatis:
et in hoc scient oēs quia discipuli mei estis: si dile
ctionē habueritis in inuicē. Et de dilectione dei et
Math.22. proximi loquēs: In his inquit duobus mādatis tota
lex pendet et prophete. Unde et iste ɔtra sue suspitio-
nis opprobriū quod desiderat amputari: Ecce
inquit: cōcupiui mandata tua: in tua iusti-
In equitate tua cia viuifica me. Ecce cōcupiui ex toto corde: et
Ibid.5. ex tota anima: et ex tota mente diligere te: et proxi-
mū sicut me: Nō in mea: sed in tua iusticia viuifica
me: hoc est ista charitate quā concupiui imple me:
Adiuua me vt faciā quod cōmendas: dona ipse qd̄
mandas. In tua iusticia viuifica me: quia in me vn
de morerer habui: vnde aūt viuam nō inuenio nisi
in te. Iusticia tua christus est: qui factus est nobis 1.Cor.1.
sapientia a deo: et iusticia et sanctificatio et redem-
ptio: Ut quemadmodū scriptū est Qui gloriatur: in Ibidem.
dn̄o glorietur. Et in illo inuenio mandata tua que cō-
cupiui: vt in tua iusticia: hoc est in illo viuifices me.
Ipse est enim verbū deus: et verbū caro factū est: vt Io.1.
esset et proximus meus.

Explicit Sermo duodecimus.

Incipit Sermo tertiusdecimus.

Ermoni pristino quē de psalmo qui ē om- a
s niū prolixissimus nuper habuimus: de verbis Uau
eius que sequuntur iste iungendus est. Hec
verba sunt: Et veniat sup me misericordia tua
dn̄e: Que sentētia superiori videtur annexa. Non enim
ait: veniat sup me: sed ait: et veniat. Est aūt ille supe
rior: Ecce cōcupiui mandata tua: in tua iusticia vi-
uifica me: Deinde sequitur: Et veniat sup me mise-
ricordia tua dn̄e. Quid hic ergo poscit: nisi vt man-
data q̄ cōcupiuit per eius misericordiam faciat qui ea man
dauit: Exponit enim quodāmodo quid dixerit: in tua
iusticia viuifica me: cum subiungit: Et veniat super
me misericordia tua dn̄e: Salutare tuū sm̄ eloqui-
um tuū: Hoc est sm̄ promissionē tuā. Unde nos
vult Apostolus filios promissionis intelligi ne arbitre Ro.9.
mur nostrū esse q̄ sumus: sed totum dei gratie re-
tribuamus. Factus est enim nobis christus sapiētia 1.Cor.1.
a deo: et iusticia: et sanctificatio: et redēptio: vt quē-
admodū scriptū est: Qui gloriatur: in dn̄o glorietur.
Quid ergo est q̄ ait: in tua iusticia viuifica me: In
christo vtiq; viuificari cupit: et ipsa est misericordia quā
super se poscit venire. Ipse christus est et salutare dei:
Quo verbo exposuit quā misericordiam diceret: vbi ait:
Et veniat sup me misericordia tua dn̄e: Si ergo q̄rimus
que sit ista misericordia tua: audiamus qd̄ sequitur: Salu-
tare tuū sm̄ eloquiū tuū. Ab eo quippe hoc promissū
est: qui vocat ea que nō sunt tanq̄ sint. Nondū enim Ro.4.
erant quibus promitteretur: ne quisq̄ de meritis gloria-
retur: et q̄bus promissum est: etiā ipsi promissi sunt: vt
totū corpus christi dicat: Gratia dei sum id qd̄ sum. 1.Cor.15.
Et respōdebo exprobrātibus mihi ver- b
bum. Utrū verbū: exprobrātibus: an verbū: respō-
debo: ambiguū est. Sed quodlibet eorū christū so-
nat. Ipsi enim nobis exprobrant a quibus est crucifix 1.Cor.1.
us: vel scandalū vel stulticiā: ignorantes quia verbū Io.1.
caro factū est: et habitauit in nobis: qd̄ verbū in prin
cipio erat: et apud deū erat: et deus erat. Sed etsi
nō ipi verbū exprobrent qd̄ eos latet: quia diuini-
tas eius ab eis nō cognoscitur a quibus eius infirmi-
tas in cruce contēnitur: nos tamē verbū responde-
mus: nec exprobratiōe terreamur aut ɔfundamur.
Uerbū enim si cognouissent: nunq̄ dn̄m glorie cruci- 1.Cor.2.
fixissent. Ille aūt respondet verbū exprobrantibus
sup quē venit misericordia dei: hoc est ipm salutare eius.
Uenit vt pregat: nō vt conterat. Nam super quos-
dam conterendos venturus est: qui nunc in eum
dum spernunt eius humilitatē offendendo quassan
tur. Sic enim dicit in euangelio Qui ceciderit sup la- Luc.20.
pidem istū cōquassabitur: sup quē vero ceciderit con-
teret eū. Qui ergo nobis exprobrāt: offendūt: & ca-
dunt in eū: Nos autē ne offendamus & cadamus: op
probria eorum ne timeamus: sed respondeamus

eis verbuz: hoc ẽ verbũ fidei qđ p̄dicamus: quia si crediderit inq̄t in corde tuo quia dñs est iesus: & cõfessus fueris in ore tuo: quia deus illum suscitauit a mortuis: saluus eris: Corde enĩ credit ad iusticiam: ore aũt cõfessio fit ad salutẽ. Parũ est ergo in corde habere christũ: & nolle cõfiteri dũ timet opprobriũ: sed exprobrantib⁹ respõdendũ est verbũ. Ut autem hoc martyres possent: p̄missũ est eis & dictũ: Non enĩ vos estis q̄ loquimini: s̄ spiritus patris vestri q̄ loquit in vobis. Ideo & iste cũ dixisset: Respõdebo exprobrantib⁹ mihi verbũ: p̄tinuo sequit: Quoniã speraui in verbis tuis: Qđ est vtiq̄ in p̄missis tuis. Sȝ qm̄ q̄plurimi q̄uis ad ipm̄ corpus cuius hec verba sũt pertinẽtes: graui põdere psecutiõis surgente nõ valuerũt sustinere exprobrationẽ: & christũ tacẽdo negauerũt: Ideo sequit: Et ne auferas de ore meo verbũ veritatis vsq̄ valde. Et ore suo q̄ppe dicit: quia vnitas corporis loquit: in cui⁹ mẽbris etiã illi deputant: q̄ defecerũt ad horaȝ negando: sed p̄nitendo postea reuixerũt: vel etiã martyrij palmã quã p̄diderãt reparatã p̄fessiõe sumpserũt. Nõ igit vsq̄ valde: vel sicut quidã codices habẽt: nõ vsq̄quaq̄: hoc est nõ omnino ex ore petri: in quo erat typus ecclesie verbũ veritatis ablatũ est: q̄ & si ad horã negauit timore turbatus: tamẽ flendo est repatus: & p̄fitendo ẽ postea coronatus. Totũ itaq̄ corpus christi loquit: id ẽ ecclesie sancte vniuersitas. In quo toto corpe: siue q̄ negantib⁹ plurimis remãserũt fortes q̄ vsq̄ ad mortẽ p̄ veritate certarent: siue q̄ & ex his q̄ negauerũt multi repati sũt: nõ est ablatũ ex eius ore verbũ veritatis vsq̄ valde. Qđ aũt ait: ne auferas: intelligendũ ẽ ne auferri sinas: Propt qđ orãdo dicim⁹: Ne nos inferas in tẽptationẽ. Et ait ipse dñs ad petrũ: Rogaui inq̄t p̄ te ne deficiat fides tua. h ẽ ne auferatur de ore tuo verbũ veritatis vsq̄ valde. Sequit.

D Quia in iudicijs tuis speraui: Uel sicut de greco quidã diligenti⁹ expresserũt: supsperaui. Qđ verbũ & si minus vsitate cõpositũ est: tamẽ implet veritatis interp̄tandę necessitatẽ. Attẽtius ergo nobis loci hui⁹ rimãdus est sensus: vt intelligamus q̄ntũ deus adiuuat quid sibi velit in verbis tuis speraui: in iudicijs tuis supsperaui. Respõdebo inq̄t exprobrãtibus mihi verbũ: quoniã speraui in verbis tuis: id est quoniã mihi hoc ipse p̄misisti. Et ne auferas ex ore meo verbũ veritatis vsq̄ valde: q̄m in iudicijs tuis supsperaui: id est q̄m iudicia tua q̄b⁹ me corripis & flagellas: nõ solũ mihi nõ auferũt spem: verũetiã augent: quoniã quẽ diligit dñs corripit: flagellat autem oẽm filiũ quẽ recipit. Ecce enĩ sancti et humiles corde de te p̄sumendo in p̄secutionibus nõ defecerũt: ecce etiã q̄ de se p̄sumendo defecerũt: & tamẽ ad ipm̄ corpus ptinuerũt: sibi innotescendo fleuerũt: & tuã gratiã solidius inuenerũt: q̄ suã superbiã p̄diderũt. Ergo ne auferas ex ore meo verbũ veritatis vsq̄ valde: q̄ in iudicijs tuis speraui. Et custodiã legem tuã semp: Id est si nõ abstuleris ex ore meo verbũ veritatis: custodiã legẽ tuã semper: In seculũ & in seculũ seculi. Quidã q̄d dixerit semp. Aliquãdo etenĩ semp intelligit q̄ndiu h̄ viuitur: s̄ hoc nõ est in seculũ & in seculũ seculi. Meli⁹ ergo ita interp̄tatũ est: q̄ sicut quidã codices habẽt in eternũ & in seculũ seculi: q̄ nõ potuerũt dicere: et in eternũ eterni. Lex itaq̄ ista intelligenda est: de q̄ dicit Aplus: Plenitudo legis charitas. Hec enĩ a sanctis quorũ ex ore nõ aufert verbuȝ veritatis: hoc est ab ipa christi ecclesia custodiet: nõ solũ in hoc seculo: id est donec finiat hoc seculũ: s̄ etiã in alterum qđ appellat seculũ seculi. Neq̄ enĩ p̄cepta legis sicut hic etiaȝ ibi accepturi sumus que custodiamus: sed ipam legis (vt dixi) plenitudinẽ sine vllo peccãdi timore seruabimus: quia & deũ plenius cũ viderimus amabimus & p̄ximũ: quia deus erit oĩa in oĩbus: nec false cuiq̄ de p̄ximo suspicationi erit locus: vbi nullus vlli erit occultus.

Explicit sermo tertiusdecimus.

Incipit sermo quartusdecimus de versu psalmi vbi ait: Et īgrediebar ī latitudine: vsq̄ ad Exercebor ī iustificatiõib⁹ tuis.

A Upiores versus p̄ori psalmi huius oronẽs habent: hi aũt qui sequũtur de q̄bus nũc disputandũ ẽ narrationẽ. Petebat enĩ homo dei supi⁹ adiutoriũ gratię dei: cũ dicebat: In tua iusticia viuifica me: et veniat sup me misericordia tua dñe: & alia similia vel supra vel infra: nũc autẽ dicit. Et ambulabam in latitudine: q̄ mandata tua exquisiui: Et loquebar in testimonijs tuis in conspectu regũ: & nõ cõfundebar: Et meditabar in mandatis tuis: quę dilexi: Et leuaui manus meas ad mãdata tua quę dilexi: & exercebor ī iustificationibus tuis. Ubi narrantis verba sũt: nõ petẽtis: velut impetratis quę petiuerat cõfitebat in dei laudib⁹: q̄ leȝ illũ fecerat misericordia dñi: quã sup se venire popo scerat. Neq̄ enĩ hec ita supiorib⁹ cõiũxerat vt diceret: Et ne auferas ex ore meo v̄bũ veritatis vsq̄ valde: quia in iudicijs tuis speraui. Et custodiaȝ legem tuã semp in seculũ & in seculũ seculi: Et ambulabam in latitudine: q̄ mãdata tua exq̄siui: Et loquebar in testimonijs tuis in cõspectu regũ & nõ cõfundebar: & cetera isto mõ: Sic enĩ videt sequẽtia p̄cedẽtibus debuisse cõnectere: sed ait: Et ambulabã in latitudine: Ubi copulatiua cõiũctio: id ẽ &: velut ī p̄sequẽs posita est: q̄ nõ ait: & ambulabo: quõ dicebat: & custodiã legẽ tuam semp: Aut certe si optatiuo mõ dictũ est: custodiã legẽ tuã: nõ ait: & ambuleȝ in latitudine: quasi vtrũq̄ optauerit & poposcerit: s̄ ait: Et ambulabã in latitudine: Ubi si cõiũctio ista nõ eẽt: sed a superiorũ cõnectiõe libera inferret: & soluta sẽtentia ambulabã in latitudine: nihil de inusitato loquẽdi modo hic deberet mouere lectorẽ: vt occulti⁹ sensus querẽdus hic aliq̄s putaretur. Nimiȝ ergo qđ nõ dixit intelligi voluit: id est exauditũ se fuisse: ac deinde subiunxit qualis factus fuerit: tanq̄ diceret: Et cũ orarẽ exaudisti me: & ambulabã in latitudine: & cetera que isto mõ dicta cõtexuit. Quid est igitur: & ambulabã in latitudine: nisi ambulabã in charitate: que diffusa est in cordib⁹ nostris p̄ spiritũsanctũ q̄ datus ẽ nobis: In hac latitudine ambulabat ille q̄ dicebat: Os nostrum patet ad vos o corinthij: cor nostrũ dilatatũ est. Hec aũt charitas duobus illis mãdatis tota atq̄ integra ptinet: dilectione scilicet dei & dilectiõe p̄ximi in q̄bus tota lex pendet et p̄phete. Uñ & hic cũ dixisset: Et ambulabã in latitudine: causã subiũxit atq̄ ait: Quia mãdata tua exq̄siui. Nõnulli aũt codices nõ habẽt mãdata tua: sed

testimonia: Sz mãdata in plurib⁹ inuenimus: t ma
rime i grecis: Cui lingue tãq̃ p̃cedẽti vnde ad nos
ista translata sũt magis credendũ esse q̃s ambigat?
Si ergo scire volumus quõ hec mandata quesierit vel
querẽda sint: illud intueamur qđ dicit magister bo
Math.7 nus t doctor t dator: Petite t accipietis querite et
Luc.11. inuenietis: pulsate t aperiet vobis. Et paulo post: Si
ergo vos inqt cũ sitis mali nostis bona data dare fi
liis vestris: quanto magis pater vester q̃ in celis est
dabit bona petẽtib⁹ se? Ubi euidẽter ostẽdit qđ di
xerat: Petite: querite: pulsate nõ nisi ad poscẽdi: h
est ad orãdi instantiã ptinere. Ali⁹ porro euãgelista
nõ ait: Dabit bona petẽtib⁹ se: q̃ multipliciter pos
sũt intelligi: vel corpalia vel sp̃ualia: s circumcidit
inde alia: satisq; diligẽter expssit qđ nos vehement
atq; instãter voluerit poscere dñs: t ait: Quãto ma
gis pater vester de celo dabit spiritũ bonũ petẽtib⁹
Ro.5. se. Hic est ille sp̃us p quẽ diffundit charitas in cor
C dibus nostris: vt deũ pximũq; diligẽdo diuina man
data faciamus: Hic est ille sp̃us in quo clamamus:
Ro.8. Abba pater: Ac p hoc ipse nos facit petere quod
desideram⁹ accipe: ipse nos facit q̃rere quẽ cupimus
inuenire: ipse nos facit pulsare ad quẽ nitimur pueni
re. Hoc docet Aplus. Qui cũ dicat in sp̃ũsãcto nos
Gal.4 clamare abba pater: rursus alio loco dic: Dedit de⁹
spiritũ filii sui clamantẽ in corda nostra: Abba pat.
Quõ nos clamam⁹ si ipse clamat in nobis: nisi quia
ipse clamare nos fecit dũ habitare cepit i nob? Etiã
hoc itaq; agit acceptus: vt largius accipiẽdus petẽ
Math.7 do: querẽdo: pulsando poscat. Siue em̃ vt vita bo
Ro.8. na petat: siue vt bene viuat: q̃tquot sp̃u dei agũtur:
hi filii dei sunt. Ergo ambulabam inqt in latitudine:
quoniã mandata tua exquisiui. Exq̃siuerat t inuene
rat: quẽ petierat: t accepat spiritũ bonũ: quo factus
ẽ bonus: bene faceret bona ex fide que p dilectionẽ
D opatur. Et loquebar inqt de testimoniis tuis in con
spectu regũ t nõ ɔfũdebar: tanq̃ ille q̃ petierat t ac
cepat: vt respõderet exprobrãtib⁹ sibi verbũ: t non
auferret ex ore eius verbũ veritatis. Itaq; p illa vs
q; ad mortẽ certans: nec in cõspectu regũ ɔfũdeba
tur eã loqui. Testimonia q̃ppe in q̃bus dicit qđ loq
bat: grece martyria nũcupant: quo verbo iam vti
mur p latino: Unde dictũ est etiã vocabulũ marty
Math.10 rũ: q̃bus p̃dixit iesus q̃ t ante reges eũ fuerit cõfes
suri. Et meditabar inqt in mandatis tuis que dilexi:
Et leuaui manus meas ad mãdata tua que dilexi:
Siue qđ nõnulli codices habẽt in vtroq; versu dile
xi valde: aut nimis aut vehemẽter: sicut interpretari
placuit: qđ grece σφοδρα dr. Mãdata ergo dei di
lexit p hoc q; ãbulabat i latitudie: p spiritũ scz sctm:
Ro.5 p quẽ dilectio ipsa diffundit t dilatat corda fideliũ.
Dilexit aũt t dilatat t cogitando t opando. Nam
qđ ad cogitationẽ ptinet ait: Et meditabar in man
datis tuis: Qđ aũt ad opationẽ: Et leuaui man⁹ me
as ad mãdata tua: Utriq; ãt sentẽtie addidit: q̃ dile
1. Timot.1 xi. Finis em̃ p̃cepti est charitas de corde puro. Cũ
isto fine: id est hui⁹ rei cõtẽplatiõe fit mandatũ dei:
tũc fit vere opus bonũ: t tũc leuant man⁹: qz supnũ
est quo leuant. Propterea de ipsa charitate loquit
1.Cor.13 Apls t dicit: Supeminentẽ viã vob demõstro. Et
Eph.3 alio loco: Cognoscere vos inqt volo et supeminẽtẽ scie
charitatẽ christi. Nã si de ope mãdatoz dei mercis
terrene fcelicitatis expetit: deponũtur manus pon⁹
q̃ leuant: quia terrena emolimẽta que nõ sursũ sed
deorsũ sũt, illo opere requirunt. Ad vtrũq; aũt per
tinet qđ sequit: Et exercebar in iustificatiõib⁹ tuis:
Quod plures interptes dicere maluerũt: q̃ loquebar
aut garriebã: qđ aliqui interptati sũt ex eo qđ grec⁹
habet αδολεσχον. Exercet quippe in iustificati
onibus dei iustus: t quodãmodo garrulus: qui man
data eius que diligit: t cogitandi t operandi dele
ctatiõe custodit.

Explicit sermo decimusquartus.

Incipit sermo quintusdecimus.

Consideremus quantũ donet dñs: t pertra Esa. A
C ctemus hos versus magni psalmi huius.
† Memẽto verbi tui seruo tuo: in q̃
spem dedisti mihi: hec me consolata est in
humilitate mea: quoniã verbũ tuũ viui
ficauit me. Nũquid obliuio sicut in hominẽ ca
dit in deum? Cur ergo ei dicit: memento? Quis in
aliis sanctis scripture locis ipm verbũ oĩno ponat:
vt est: Quare mei oblitus es? t obliuisceris inopiaz Ps.43
nostrã: t ipse deus per pphetã. Omnes inquit iniqui
tates eius obliuiscar: Et alibi atq; alibi sepius hoc
legit: Sed nõ vt hominibus ista contingũt: ita intelli
gunt in deo. Nã sicut deũ penitere dicit: quãdo pre
ter hominũ spem res mutat: ɔsilio nõ mutato: quia Ps.32
ɔsiliũ dñi manet in eternũ: ita dicit obliuisci qñ tar
dare videt adiutoriũ: vel pmissũ: vel nõ retribuere
digna peccantibus: vel si quid huiusmodi: tanq̃ ei⁹
memoria sit elapsũ qđ speratur siue timet: t nõ fit.
Dicũtur ista locutione morali qua humanus moue
tur affectus: q̃uis em̃ deus faciat certa dispositiõe:
nõ deficiente memoria: nec obscurata intelligentia:
nec volũtate mutata. Cum itaq; dicit ei: memento:
orantis desideriũ (quia pmissũ poscit) ostendit: t h
extendit: nõ de⁹ q̃si ei de mẽte id exciderit admone
tur. Memẽto inqt verbi tui seruo tuo: hoc est ipse
pmissũ seruo tuo: In quo spem dedisti mihi: hoc ẽ
in quo verbo quoniã pmisisti mihi: me sperare feci
sti. Hec me consolata est in humilitate mea. hec scili D
cet spes que data est humilibus: dicente scriptura:
Deus superbis resistit: humilibus autẽ dat gratiã. Jac.4 1.Pet.4
Unde ore pprio etiã ipse dñs ait: Quoniã qui se exal Luc.14
tat humiliabit: t qui se humiliat exaltabit. Bene h
intelligimus etiã illam humilitatẽ: nõ qua se quisq;
hũiliat ɔfitẽdo peccata: nec sibi arrogando iustitiã:
sed qua quisq; humiliat aliqua tribulatione vel deie
ctiõe quã meruit eius superbia: aut exercet proba
turq; eius patiẽtia. Unde paulo post dicit hic psal
mus: Priusq̃ humiliarer ego deliqui. Et illud in li
bro Sapiẽtie: In dolore sustine: t i humilitate tua Eccle.
patientiã habe: qm̃ in igne pbat aurũ t argentum:
homies vero acceptabiles in camino humiliationis.
Qđ ait acceptabiles: ibi spem dedit que consolaret
in humilitate. Et dñs iesus hãc hũilitatẽ cũ discipu
lis predicaret a persecutoribus esse venturã: nõ eos
sine spe reliquit: sed hanc etiã qua cõsolarent dedit
dicens: In vestra patiẽtia possidebitis animas ve Luc.21
stras. De ipso quoq; corpe qđ ab inimicis posset oc
cidi: t quasi penitus interire: capillus inquit capitis Ibidem
vestri non peribit. Hec spes data est corpori christi
qđ est ecclesia: qua cõsolaret in hũilitate sua. Prop
ter quã spem dicit t aplus Paulus: Si aũt quod
nõ videmus speramus: p patientiã expectam⁹: Sz

memoria est spes ista priorum. Est et alia spes que in
b acerbitate tribulationis plurimum consolatur que sanctis da
ta est in verbo dei adiutorium gratie pollicentis ne defi
1.Co.10 ciant. De qua re dicit Apostolus: Fidelis deus qui
non permittet vos temptari super id quod potestis: sed faci
et cum temptatione etiam exitum vt possitis sustinere. Hanc
Lu.22 spem dedit etiam saluator ore suo quando ait: Hac no
cte postulauit sathanas vexare vos sicut triticum: et ego
rogaui pro te petre ne deficiat fides tua. Hanc spem
dedit et in oratione quam docuit: vbi monuit vt dicamus:
Mt.6 Ne nos inferas in temptationem. Quodammodo enim
promisit se daturum suis predicantibus quod dici voluit
ab orantibus. Et nimirum de hac spe magis iste psal
mus intelligendus est dicere: Hec me consolata est in
humilitate mea: quoniam verbum tuum viuificauit me.
Quod et plures codices habent: quod non verbum sed eloquium
posuerit. Grecus enim λόγιον habet: quod est eloquium:
non λόγος: quod est verbum. Sequitur autem: Superbi
D
Al. iniquos inique agebant vsque valde: a lege autem tua
non declinaui. Superbos intelligi voluit persecu
tores piorum. Et ideo subiecit: A lege autem tua non decli
naui. quia hoc eum facere illorum persecutio compellebat.
Quos vsque valde inique dicit egisse: quia non solum
erant impii: verumetiam pios impios esse cogebant. In
hac humilitate: hoc est in hac tribulatione spes conso
lata est que data est in verbo dei pollicentis adiutorium:
ne deficiat fides martyrum: et presentia spiritus sui vires im
pertientis laborantibus: vt euaderes de muscipula ve
Ps.123 nantium dicentes: Nisi quia dominus erat in nobis forsitan
viuos absorbuissent nos. An forte quod ait: Hec me
consolata est in humilitate mea: illam dicit humilitatem
qua homo est deiectus et proiectus in mortem ex pecca
Gen.3 to illo quod valde infeliciter in paradisi felicitate com
missum est. In hac quippe humilitate in qua homo va
Ps.143 nitati similis factus est: et dies eius sicut vmbra preter
Job.14 eunt: omnes filii eius sunt nisi per mediatorem reconcilientur
deo: qui predestinati sunt in eternam salutem ante mundi con
stitutionem: in quo mediatore et antiqui iusti spem ha
bebant: quando eum in carne venturum per propheticum spiritum
preuidebant. Quod ergo verbum ad eos fiebat de illo:
etiam hoc bene hic intelligitur verbum: si et ipsorum accipi
mus istam vocem: De quo verbo dictum est: Memento
verbi tui seruo tuo in quo mihi spem dedisti: Hec me
consolata est in humilitate mea: hoc est in ista morta
litate mea: Quia eloquium tuum viuificauit me: vt spem
vite haberem proiectus in mortem. Superbi inique age
bant vsque valde: quandoquidem eorum superbiam nec hu
militas mortalitatis edomuit. A lege autem tua non de
c clinaui: quod me facere cogebant superbi. Memor
fui iudiciorum tuorum a seculo domine: et consola
tus sum: Vel sicut alii codices habent et exhorta
tus sum: id est exhortationem accepi. Vtrumque enim
potuit interpretari de verbo greco quod est παρακλή
θην. A seculo ergo ex quo genus humanum sumpsit
exordium: memor fui iudiciorum tuorum super vasa ire que
Ro.9 parata sunt in perditionem: et consolatus sum: quia per
hec quoque ostendisti diuitias gratie et glorie tue in vasa mi
Al. Mero sericordie tue. Tedium tenuit me a peccatori
bus derelinquentibus legem tuam. Cantabi
les mihi erant iustificationes tue in loco in
colatus mei: Vel sicut alii codices habent in lo
co peregrinationis mee. Ipsa est illa humilitas
in loco mortalitatis et peregrinationis hominis de

paradiso: et de illa superna hierusalem electi vnde quidam Gen.3
descendens in hiericho incidit in latrones: sed propter Luc.10
misericordiam que per illum samaritanum cum illo facta
est. cantabiles illi erant iustificationes dei in loco pe
regrinationis sue: quamuis eum tedium teneret a peccato
ribus relinquentibus legem dei: quia cum eis conuersa
ri in hac vita vel ad tempus cogitur: donec area ven
tiletur. Possunt enim isti duo versus ad singulas preo
uinus superiores aptari: vt quod ait: Memor fui iudi
ciorum tuorum a seculo domine: ad hoc referatur. Tedium te
nuit me a peccatoribus derelinquentibus legem tuam:
Quod vero ibi ait: Et consolatus sum: ad hoc referatur:
Cantabiles mihi erant iustificationes tue in loco pe
regrinationis mee. Memor inquit fui in nocte Al. non habe(t)
nominis tui domine: et custodiui legem tuam. f
Nox est illa humilitas vbi est mortalitatis erumna:
nox est in superbis inique agentibus vsque valde: nox
in tedio a peccatoribus relinquentibus legem dei: nox
est postremo in loco peregrinationis huius: donec ve
niat dominus et illuminet abscondita tenebrarum: et manife 1.Cor.4
stabit cogitationes cordis: et tunc laus erit vnicuique a
deo. In hac ergo nocte memor homo esse debet no
minis dei: vt qui gloriatur in domino glorietur. Propter quod 1.Cor.1
et illud scriptum est: Non nobis domine non nobis: sed no Ps.113
mini tuo da gloriam. Sic enim quisque non in sua sed in dei
gloria: quia nec in sua sed in dei iusticia: id est a deo sibi
donata custodit legem dei: sicut iste ait: Memor fui in
nocte nominis tui domine: et custodiui legem tuam: Quam non
custodisset si in sua virtute confidens: nominis dei me
mor non fuisset. Adiutorium enim nostrum in nomine domini. Ps.123
Propter quod sequitur adiungit. Hec facta est mihi: g
quoniam iusticias tuas exquisiui. Iusticias Al. tuas
vtique tuas quibus iustificas impium non meas que nun iustificationes
quam me pium faciunt sed superbum. Non enim erat iste aliquis Ro.4
eorum qui ignorantes dei iusticiam: et suam volentes con Ro.10
stituere: iusticie dei non sunt subiecti. Has ergo iusti
cias quibus iustificantur gratis per gratiam dei qui per se
ipsos iusti esse non possunt: melius alii interpretati sunt iu
stificationes: quia reuera δικαιοσύνας: id est iu
sticias: sed δικαιώματα grecus habet: que sunt iu
stificationes. Sed quid sibi vult quod ait. Hec facta est
mihi: Hec quid: An forte lex: quia dixerat: Et cu
stodiui legem tuam: quibus verbis subiunxit: Hec facta
est mihi: tanquam diceret: hec lex facta est mihi: Sed
non est rememorandum in exponendo: quod sit ei facta
lex dei. Greca enim locutio vnde ista translata est: satis
indicat non de lege dictum esse: hec facta est mihi: quia
lex in eadem lingua generis masculini est: et feminino
pronomine etiam ibi scriptum est: Hec facta est mihi.
Querendum est prius que illa facta sit: deinde quid illi fa
cta sit. Quecunque illa sit: Hec inquit facta est mihi: Non h
vtique hec lex: quia hunc sensum sicut dixi grecus expel
lit. Forte ergo hec nox est: quia tota superior senten
tia sic se habet: Memor fui in nocte nominis tui do
mine: et custodiui legem tuam: et sequitur. Hec facta est mi
hi. Quia vtique non lex: profecto nox est que facta est il
li. Quid est igitur nox mihi facta est: quia iustificatio
nes tuas exquisiui: Lux quippe potius est ei facta
non nox: quia iustificationes exquisiuit dei: Ac sic re
cte intelligitur: facta est mihi: ac si diceretur: facta est pro
me: id est factum est vt prodesset mihi. Si enim humilitas
illa mortalitatis non absurde intelligitur nox: vbi inuicem
latent corda mortalium: vt de talibus tenebris innu

Ps. 103 merabiles et graues tēptationes oriant̄. ita vt in eadem nocte ptranseant omēs bestie sylue: catuli leonum rugientes querētes a deo escam sibi: Unde etiam de
1. Pet. 5 illo leone rugiente et querente quem deuoret: dñs au
Luc. 22 qd iam supra cōmemoraui. Hac nocte postulauit sathanas vexare vos sicut triticum: id est hac nocte in qua ptranseunt bestie sylue: vos leo ille magn⁹ quesiuit a deo escam sibi: profecto hec ipsa humilitas in loco peregrinationis huius que nox recte intelligit̄ pdest eis qui salubriter exercent̄ in ea vt discāt non superbire: ppter qd malū in istā noctē pulsus est ho
Eccl. 10 mo: Initiū em̄ superbie hominis ē apostatare a deo: Sed gratis iustificatus: atqz vt in ista humilitate pficiat varijs tēptationibus huius noctis oppositus: iam intelligens dicat quod in hoc psalmo aliquāto post dicit: Bonū est mihi qz humiliasti me: vt discā iustificatiões tuas. Nam qd est aliud: bonū est mihi quia humiliasti me: nisi hec humilitas q̄ nox vocat̄ facta est mihi: id est factū est vt prodesset mihi?
I Sed quare hoc? Quia scilicet iustificationes tuas nō meas exquisiui. Possumus etiā quod dictū est: Hec facta est mihi: sic intelligere: vt nec lex nec nox subaudiat̄: sed hoc pnomē qd est hec: nō accipitur aliter: qz se habet ille in alio psalmo locus vbi legit̄:
Ps. 26. Unā petij a dño: hanc requirā. Nec dicit quid vnā vel quā vnā de qua dixerit hanc requirā: sed femininū genus quasi pro neutro positū est. Inusitate qppe dictū est: Unā petij: hanc requirā: vbi nō subaudit̄ que illa vna sit: qd vsitatius diceret̄: Unū petij a dño: hoc requirā: vt inhabitem in domo dñi. In his em̄ neutris nō solet exigi neutrū qd subaudiendū sit: vtputa vnū bonū: aut vnū donū: vel si quid huiusmodi: sed quicqd illud est: etiam si masculino vel feminino genere nuncupet̄: vel sine vllo nomine vllius generis quibuslibet verbis insinuetur: soluta omnino locutione sub genere neutro intelligit̄. Ita q̄ et hic eo modo dici potest: Hec facta est mihi: tanqz dictū esset: hoc factū est mihi. Si aūt queram⁹ quid illud sit: occurrit quod supra dixerat: Memor fui in nocte nominis tui dñe: et custodiui legem tuā. Hoc factū est mihi: id est hoc quod custodiui legem tuā: nō per meipm feci: sed factū est mihi vtiqz abs te: qz iustificationes nō meas sed tuas exquisiui. Deus ē
Phil. 2 em̄ inquit apostolus qui operat̄ in vobis: et velle et operari pro bona voluntate. Hoc etiā per pphetam deus dicit: Et faciam vt in iustificationib⁹ meis ambuletis: et iudicia mea obseruetis et faciat̄. Quapropter deo dicente: Ego faciā vt iudicia mea obseruetis et faciatis: rectissime iste dicit hoc factū est mihi: vt cū quesieris quid illud sit: respōdeat quod supra dixerat: vt custodirem legem dei. Sz qz iste in longū sermo pcessit: ea que sequūtur dño donante ab alio melius tractabūtur exordio.

Explicit sermo quintusdecimus.

Incipit sermo decimussext⁹ de eodem psalmi: Pars mea dñs: vsqz ad Misericordia tua dñe plena est terra.

A Heth. b Os versus psalmi huius magni nūc aggredimur in dei voluntate tractandos: Pars mea dominus: Quod habent quidam: Portio mea domine. Nō vtrum ideo dicatur: quia particeps eius est quisqz ei adheret: sicut scri-
Ps. 72 ptū est. Mihi autē adherere deo bonū est: Nō em̄ efficiendo sunt homines dij: sed fiūt participando illius vnius qui verus est deus: An qz sicut ptes sibi eligunt homines in hoc mūdo: siue sortiūtur: alius hoc alius illud vnde quisqz viuat: quodāmodo portio piorum deus est vnde semp viuāt. Uterqz sensus nō est absurdus. Sed quod sequit̄ hic audiamus.

Dixi custodire legem tuam. Quid est portio mea dñe dixi custodire legem tuā: nisi quia ita erit portio cuiusqz dñs cū legem eius custodierit: Sed quomodo custodit nisi hoc donet atqz ad hoc adiuuet spiritus viuificans: ne littera occidat: et peccatū 2. Cor. 3
occasione accepta per mandatum operet̄ in homine Ro. 7
omnē concupiscentiā: Inuocandus est igitur. Sic em̄ ab eo fides impetrat qd lex imperat: Quoniam qui inuocauerit nomen dñi saluus erit. Et ideo vide Ro. 10
quid subiungat. Precatus sum faciē tuam Al. deprecatus
in toto corde meo. Et dicens quō sit precatus: Miserere mei inquit sm̄ eloquiū tuum. Et tanqz exauditus atqz adiutus ab eo quē pcatus est: Quia cogitaui inquit vias meas: et auerti Al. [illegible]
pedes meos in testimonia tua. Auerti scz a B
vijs meis que displicuerūt mihi: vt irent in testimonia tua: atqz ibi haberent viam. Plures em̄ codices nō habent quia cogitaui: sicut in quibusdā legitur: sed tātūmō: cogitaui. Qz aūt h̄ positū ē: Et auerti pedes meos: nōnulli hñt: quia cogitaui et auertisti pedes meos: vt hoc dei potius gratie tribuat̄: sm̄ illō quod Apls ait: Deus est em̄ qui operat̄ in vobis: Phi. 2
cui etiam dicit̄: Auerte oculos meos ne videant vanitatē. Si oculos ne videant vanitatē: cur non et pedes ne sectētur errorem? Propter quod et illud scriptū est: Oculi mei semper ad dominū: quia ipse euellet de laqueo pedes meos. Ps. 24
Sed siue auertisti pedes meos: siue auerti pedes meos legat̄: ab illo fit vt faciamus cuius faciem pcatus est in corde suo: et cui dicit: Miserere mei sm̄ eloquiū tuū: hoc ē sm̄ verbus promissionis tue. Filij quippe pmissiōis: in se- Ro. 9
mine deputent̄ abrae. Deniqz hoc impetrato gratie beneficio: Paratus sum inquit et non sū tur- C
batus: vt custodiā mandata tua. Quod aliqui interpretati sunt ad custodiendū mandata tua: aliqui vt custodirē: aliqui custodire: quod grec⁹ posuit τοῦ φυλάξασθαι. Qz vero parat⁹ fact⁹ sit ad custodienda diuina mandata: subdidit dicens: Funes peccatorum circumplexi sunt me: et le- Al. [illegible]
gis tue nō sum oblitus. Funes peccatorū impedimenta sunt inimicorū: siue spiritualiū sicut diaboli et angelorū eius: siue carnalium in quibus filijs infidelitatis diabolus operat̄. Nō em̄ hoc nomen quod dictum est peccatorū ab eo qz sunt peccata declinatū est: sed ab eo qz sunt peccatores: quod in greco euidenter apparet. Cū itaqz minant̄ mala quib⁹ terreant iustos: ne pro lege dei patiant̄: quodāmodo funibus implicant: velut valida et robusta reste sua. Trahunt em̄ peccata sicut restē longam: et hinc Esa. 5
sanctos iplicare conātur: et aliqñ pmittunt̄ et pualēt. Sed si implicant corpus: nō implicant animū: vbi non est iste dei legis oblitus: quia sermo dei non est 2. Timo. 2
alligatus. Media nocte inquit surgebā ad D
confitendū tibi super iudicia iustificationis tue: Al. [illegible]
Quia et hoc ipm qz funes peccatorū circumplectuntur iustum iudicia sunt iusticie dei. Propter qd dicit apostolus petrus tempus esse vt iudiciū incipi- 1. Pet. 4

1. Pet. 4 & a domo domini. Et si initium inquit a nobis: qua-
lis finis erit eis qui non credunt domini euangelio? Et si
iustus quidem vix saluus erit: peccator et impius vbi pare-
bunt? Hoc enim ait de persecutionibus quas patiebatur
ecclesia: cum funes peccatorum circumplecterentur eam.
Proinde mediam noctem grauioris tribulationis intel
ligendam existimo: in qua dixit: Surgebam: quia non
eam sic affligebat vt deijceret sed exercebat vt surge-
ret: id est vt ex ipsa tribulatione ad fortius confitendum
proficeret. Iam vero quia ista fiunt gratia dei per iesum
christum dominum nostrum: vocem persone sue per hanc pro-
phetiam suo corpori adiungit ipse saluator. Ad ipsum
caput enim pertinere quod sequitur arbitror. Parti-
E ceps ego sum omnium timentium te: et custodi-
entium mandata tua: Sicut est in epistola quam ad
Heb. 2 hebreos scribit: Qui enim sanctificat et qui sanctifican-
tur: ex vno omnes. Propter quam causam non confunditur
Ibidem fratres eos vocare. Et paulopost: Propterea ergo
inquit: quia pueri communicauerunt sanguini et carni: et ipse
proximo modo participauit eisdem. Quod quid est aliud
quam eorum particeps factus est? Neque enim efficeremur
participes diuinitatis eius: nisi ipse mortalitatis no-
stre particeps fieret. Nam et in euangelio quo nos diui
Ioh. 1 nitatis eius participes facti sumus: ita dicitur. Dedit
eis potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius:
Qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis: ne-
que ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. Vt autem hoc
fieret: quia et ipse factus est particeps mortalitatis no-
Ibidem stre: ita ibi sequitur: Et verbum caro factum est. et habita-
uit in nobis. Per hanc eius participationem nobis gra-
tia subministratur: vt caste timeamus deum: et custodia-
mus mandata eius. Proinde ipse dominus iesus loquitur in
ista prophetia: sed quedam in membris suis et vnitate cor-
poris sui: tanquam in vno quodam homine diffuso toto
orbe terrarum: et succrescente per volumina seculorum:
quedam vero in seipso capite nostro. Vnde et hoc est quod
ait: Particeps ego sum omnium timentium te: et custodi-
entium mandata tua. Et quia propter hoc quod particeps fa-
ctus est fratrum suorum: deus omnium: immortalis morta-
Ioh. 12 lium: ideo granum cecidit in terram: vt mortificatum multum
Psal. 32 fructum faceret. Et de ipso fructu sequitur adiungit. Mi-
sericordia tua domine plena est terra. Et
vnde hoc: nisi cum iustificatur impius? In cuius gratie
scientia vt proficiatur adiungit: Et iustificationes
tuas doce me.

Explicit sermo decimussextus. Incipit sermo
decimusseptimus de versu psalmi: Suauitatem fecisti
cum seruo tuo domine: vsque ad: Bonum mihi lex oris tui
super milia auri et argenti.

A IN versus psalmi huius de quibus nunc in vo-
b luntate dei disputaturi sumus ab hoc inci-
piunt. Suauitatem fecisti cum seruo
tuo domine secundum verbum tuum: Vel potius:
secundum eloquium tuum. Sed quod ait grecus χρηστότη-
τα: aliquando suauitatem: aliquando bonitatem no-
stri interpretes transtulerunt. Verum quia suauitas po-
test esse et in malo: quando illicita queque et immunda
delectant: potest etiam esse et in ea que procedit voluptate
carnali: sic debemus intelligere suauitatem: quam
χρηστότητα greci vocant: vt in bonis spiritua
libus deputetur. Propter hoc enim eam et bonitatem nostri
appellare maluerunt. Nihil hic aliud dictum existimo: Su-
auitatem fecisti cum seruo tuo: nisi fecisti vt me delecta-
ret et bonum. Quando enim delectat et bonum: magnum dei donum
est. Quando autem bonum opus quod lex imperat fit timore pene non
amore iusticie: cum deus metuitur non amatur: seruiliter fit
non liberaliter. Seruus autem non manet in domo in eter- Ioh. 8.
num: filius manet in eternum: quia consummata charitas 1. Ioh. 4.
foras mittit timorem. Suauitatem itaque fecisti cum seruo
tuo domine faciendo filium qui seruus fuit: secundum eloquium tuum:
hoc est secundum promissum tuum: vt secundum fidem firma sit promis- Ro. 4.
sio omni semini. Suauitatem et eruditionem et sci- Al. bonitatem
entiam doce me inquit: quoniam mandatis disciplinam
tuis credidi. Augeri sibi ista poscit et perfici. Nam quia
vtique quia iam dixerat: Suauitatem fecisti cum seruo tuo: B
quid dicit suauitatem doce me: nisi vt ei gratia dei ma-
gis magisque abundet: vel innotescat dulcedine boni-
tatis? Habebant enim fidem qui dixerunt: Domine au- Luc. 17
ge nobis fidem. Et quamdiu viuitur in hoc mundo: profi-
cientium est hec cantatio. Addidit autem et eruditionem vel
sicut plures codices habent disciplinam. Sed discipli-
nam quam greci appellant παιδείαν: vbi scripture no-
stre ponere consueuerunt: ibi intelligenda est per molestias
eruditio. secundum illud: Quem enim diligit dominus corripit: Prouer. 3
flagellat autem omnem filium quem recipit. Hec autem apud Heb. 12
ecclesiasticas litteras dici assolet disciplina: interpre-
tata de greco vbi legitur φιλ... Hoc enim verbum
in greco positum est in epistola ad hebreos: vbi latinus
interpres ait: Omnis enim disciplina ad presens non gau- Ibidem.
dij videtur esse sed tristicie: postea autem fructum pacificum
his qui per eam certarunt reddet iusticie. Cui quo ergo C
facit deus suauitatem: id est cui propitius inspirat boni delecta-
tionem: atque vt apertius id explicem: cui donatur a deo chari-
tas dei. et proximi propter deum charitas primitus profecto istantur ora- Math. 22.
re debet: quam tamen sibi augeatur hoc donum: vt non solum pro illo
contemnat delectationes ceteras: sed etiam pro illo quasli-
bet perferat passiones: Ita suauitati salubriter additur
disciplina: Non enim quantulacunque suauitati vel boni-
tati: hoc est charitati sancte poscenda est et obtinen-
da: sed tam magne vt sub eius pressura non possit ex-
tingui: sed sicut ingens flamma sub impetu venti quan-
to magis reprimitur: tanto ardentius excitari. Ideo pa-
rum fuit dicere: suauitatem fecisti cum seruo tuo: nisi rursus
repeteret vt eum doceat suauitatem: tantam vtique vt dis-
ciplinam possit patientissime sustinere. Tertia ponitur
scientia: quoniam si magnitudinem sua precedat scientia 1. Cor. 8
magnitudinem charitatis: non edificat sed inflat. Cum
ergo tanta fuerit charitas in bonitate suaui: vt tribu-
lationibus non possit extingui quas adhibet discipli-
na: quia tunc vtilis erit scientia: qua innotescat etiam sibi ho- 1. Cor. 2
mo quid ipse meruerit et que a deo donata sint ei: per
que posse se sciat que se posse nesciebat: et per seipsum
omnino non poterat. Quod autem non ait da mihi: sed doce D
me: quomodo suauitas docetur si non detur? Quando-
quidem multi quod eos non delectat sciunt: et quarum rerum
habent cognitionem: non habent suauitatem? Suauitas
enim disci non potest: nisi delectet. Item disciplina que
significat emendatoriam tribulationem: accipiendo dis-
citur: id est non audiendo vel legendo vel cogitando:
sed experiendo. At vero scientiam quam terno loco posuit in
his que ait: doce me: docendo datur. Nam quid est
aliud docere: quam scientiam dare? Et hec duo ita sibi con-
nexa sunt: vt alterum sine altero esse non possit. Nemo
enim docetur nisi discat: et nemo discit nisi doceatur. Et ideo
si discipulus capax non sit eorum que a doctore dicun-
tur: non potest doctor dicere: ego eum docui: sed non

didicit: dicere autē potest: ego ei dixi qd̓ dicendum fuit: sed ille nō didicit: quia nō percepit: nō comprehendit: nō intellexit. Nam profecto et ille didicisset si
E iste docuisset. Et ideo deus quādo vult docere: prius dat intellectū: sine quo ea que ad diuinā doctrinam pertinent homo nō potest discere. Unde et iste paulo post dicit: Da mihi intellectū vt discam mādata tua. Potest itaqꝫ homo cū docere aliquē cupit dicere illa que dixit dn̄s discipulis suis posteaqꝫ resurrexit a mortuis: sed facere qd̓ ille fecit nō potest: Ait
Luc. 24 enī euangeliū: Tūc aperuit eis sensū vt intelligerēt scripturas: et dixit illis. Quid aūt illis dixerit: ibi legitur: Sed iō ceperunt qd̓ dixit: quia vnde caperent aperuit. Docet ergo deus suauitatē inspirando delectationē: docet disciplinā: temperādo tribulationē: docet scientiā insinuando cognitionē. Cū itaqꝫ alia sint que ideo discimus vt tantūmodo sciamus: alia vero vt etiā faciamus: quādo deus ea docet: sic docet vt ea scienda sciamus aperiendo veritatē: sic docet vt faciendo faciamus inspirādo suauitatē. Neqꝫ
Ps. 142 enī frustra ei dicit: Doce me vt faciā voluntatē tuā. Sic inquit doce vt faciam: nō tantūmodo vt sciam. Ipsa quippe recte facta: fructus est noster quē reddi-
Ps. 84 mus agricole nostro. Sed scriptura dicit: Dominus dabit suauitatē: et terra nostra dabit fructū suū. Que aūt ista terra est: nisi de qua dicit eidē ipsi q̄ dat sua-
Ps. 142 uitatem: Anima mea velut terra sine aqua tibi: Qd̓ vero cū dixisset: suauitatē et disciplinā et scientiā doce me: adiūxit atqꝫ ait: Quoniā mandatis tuis credidi: Nō immerito queri potest cur nō dixerit: obedi-
F ui: sed credidi. Alia enī sūt mandata: alia sūt promissa. Mandata facienda suscipimus: vt accipere promissa mereamur. Promissis ergo credimus: mandatis obtēperamus. Quid est ergo: mādatis tuis credidi: nisi credidi qd̓ tu illa mādaueris nō aliqs hō: q̄uis per hoīes hoībus ministrata et mōstrata sint: Quia itaqꝫ credidi tua esse mandata: ipsa fides mea qua id credidi impetret abs te gratiā: qua faciā qd̓ mandasti. Si enī hō mihi hec iuberet forinsecus: nūqd vt etiam facerē qd̓ iubebat adiuuaret intrinsecus: Doce ergo me suauitatē inspirando charitatē: doce me disciplinā donādo patientiā: doce me scientiā: illuminādo intelligentiam: quoniā mandatis tuis credidi. Te illa credidi mandasse qui deus es: et homini do-
G nas vnde facias eū facere quod mandas. Priusq̄ humiliarer inquit ego deliqui: propter verbum tuū: Vel sicut alii expressius hn̄t: propterea eloquiū tuū custodiui: Utiqꝫ ne rursū humiliarer. Quod ad illam humiliationē melius refert que facta est in
Gen. 3 adam: in quo oīs creatura humana tanq̄ in radice vitiata: quoniā veritati subiecta esse nō voluit: sub-
Ro. 9. iecta est vanitati. Qd̓ vasis misericordie profuit ergo ri: vt deiecta et deleta superbia: diligat obediētia: et pereat si reditura miseria. Suauis es dn̄e: Vel sic plures habent: suauis es tu domine: Aliq etiā suauis es tu: Vel bonus es tu: Sicut de hoc
Al. bonitate verbo superius tractauimus: Et in tua suauitate doce me iustificationes tuas. Uere vult facere iustificationes dei: quādo eas in eius suauitate vult discere ab eo cui dixit: Suauis es tu dn̄e. Deniqꝫ sequit: Multiplicata est sup me iniqtas superborū: Eorū scilicet quibus nō profuit q̄ postea q̄ deliquit: humiliata ē humana natura. Ego autem in toto corde meo scrutabor manda- Al. [illegible]
ta tua. Quantalibet inquit abundet iniquitas nō in me refrigescet charitas. Tanq̄ ille hoc dicat: qui i- Mat. 24
eius suauitate iustificationes dei discit. Quāto magis enī suauia sunt que iubet qui iuuat: tanto magis ea scrutatur amans vt cognita faciat: et faciendo cognoscat: quia perfectius cognoscuntur cū fiunt. Coagu- b
latū est vt lac cor eorum. Quorū nisi super- Al. [illegible]
borū: quorū super se multiplicatā dixit iniquitatē: Obduruisse autē cor eorū vult intelligi hoc verbo et hoc loco. Nā dicit et in bono: sicut in psalmo sexagesimoseptimo dicit: Mons incaseatus: mōs vber: et intelligitur gratia plenus. Nam et illic quidā coagulatus interpretati sunt. Sed vide quid ad se opponebat duricie cordis illorū. Ego vero inquit legē tuā meditatus sū. Quā legē: Utiqꝫ iustissimā et misericordissimā: vn̄ illi dī: Et lege tua miserere mei.
Superbis resistit vt obdurent: humilibus aūt dat grām: Iac. 4
vt diligāt obediētiā: et ne recipiāt excellētiā. Meditatione quippe legis huius voluntaria seruat mihi humilitas: vt penalis euadat humilitas: De q̄ mox dicit. Bonū mihi quoniā humiliasti me: Al. [illegible]
vt discam iustificationes tuas. Quāuis aliq I
et superius iam dixerat: Prius q̄ humiliarer ego deliqui: propterea eloquiū tuū custodiui. Ipso quippe fructu ostendit q̄ bonū illi fuerit humiliari: Sed illic dixit et causam q̄ humilitatē penalem delinquendo precesserit. Qd̓ vero ibi ait: Propterea eloquiū tuum custodiui: hic autem: vt discam iustificatiōes tuas: satis significasse mihi videt hoc esse ista nosse quod custodire: hoc ē custodire qd̓ nosse. Neqꝫ enī christus non nouerat qd̓ arguebat: et tamen argue-
bat peccatū: cū dictum de illo sit q̄ nō nouerat pec- 2. Cor. 5
catum. Nouerat ergo quadā noticia: et rursus quadam ignorantia nō nouerat. Sic et iustificatiōes dei multi discūt et nō discunt. Nouerant enī eas quadā noticia: et rursus quadā ignorātia: quoniā nō faciūt qd̓ nouerūt: nō nouerūt. Eo mō hic ergo itelligēdus est dixisse: vt discam iustificationes tuas: ea noticia qua fiunt. Hec autē quia nō fiūt nisi per dilectionē: vbi q̄ facit habet delectationē: propter qd̓ dictū ē: In tua suauitate doce me iustificationes tuas: sequens
versus ostēdit vbi ait: Bona mihi lex oris tui: Al. [illegible]
sup milia auri et argēti: Ut āplius diligat charitas legē dei: q̄ diligit cupiditas milia auri et argēti. Ioh.
Explicat sermo decimusseptimus. Incipit sermo decimusoctauus de versu psalmi: Manus tue
domine fecerūt me et finxerūt me: da mi- Al. plasmauerunt
hi intellectū vt discam mandata tua. Iob. 10
Q
uando deus hominē fecit ex puluere et ani- A
mauit flatu: nō ibi cōmemoratū est q̄ mani- Gen. 2
bus fecerit. Cur itaqꝫ quibusdā visum fuerit verbo deū fecisse cetera: hominē vero velut aliqd precipuū fecisse manibus suis nō video: nisi forte q̄ ex puluere formatū legit hominis corpus: nō potuisse fieri nisi manibus arbitrant: nec attēdūt quod in
euangelio de verbo dei scriptū est. Oīa per ipsum Ioh. 1
facta sūt: nō posse constare si nō per verbū factū ē etiā corpus humanū: Sed adhibent testimoniū de hoc psalmo: et dicūt: Ecce vbi aptissime clamat homo: Manus tue dn̄e fecerūt me et finxerūt me: quasi non
etiam aperte dictum sit: Uidebo celos opera digi- Ps. 8
torum tuorū: nec minus aperte dictum sit. Et ope- Ps. [illegible]

ra manuū tuarum sunt celi: multoqꝫ apertius: ⁊ ari
dam terraz manus eius finxerunt. Manus ergo dei
sunt potestas dei. Aut si pluralis numerus eos mo
uet quia nō dictum est: manus tua: sed manus tue:
accipiant manus dei virtutem ⁊ sapientiā dei: quod
vtrūqꝫ vn⁹ dictus est christus: Qui etiam intelligi
tur brachiuz domini vbi legitur: Et brachiū domi
ni cui reuelatum est: Aut accipiant manus domini
filiū ⁊ spiritumsanctū: quia ⁊ spiritussanct⁹ coopera
tor est patris ⁊ filii: Unde ait Apostolus: Oia hec
opaꝛ vn⁹ atqꝫ idem spiritus. Propterea quippe di
xit: vnus atqꝫ idem spiritus: ne tot spiritus eius qt
opera putarentur: qꝛ nō sine patre ⁊ filio spirit⁹ ope
ratur. Liberū est igitur quomodo intelliganꝛ man⁹
dei: dum tamen nec ea que facit manibus verbo fa
cere negetur: nec ea que fecit verbo: manibus face
re nō putetur: Nec propter manus forma corporꝭ:
aut alia manus sinistra: alia dextra: nec ꝓpter verbū
sonus oris aut motus animi transitorius operanti
D deo inesse credaꝛ. Nec defuerūt qui duo ista verba:
fecerūt me: ⁊ finxerūt me: sic distinguerent: vt aīaz
deū fecisse: corpus aūt finxisse dicerent: quia de ani
ma dixit de⁹: Oēm flatū ego feci: d corpe aūt legiꝛ:
Gen. 2 Et finxit deus hoīem de puluere terre: tāqꝫ fiat qdē
oē qd fingiꝛ: nō tamen fingaꝛ oē qd fit: Et ideo
animā factam potius dicūt esse qꝫ fictam: quia non
est corpus sed spiritus: quasi nō scriptū sit: Qui fin
xit spiritū hominis in ipo. Uerūtamen quādo vtrū
qꝫ hoc verbū de homine in loco vno poniꝛ: ⁊ vtrūqꝫ
hominis: id est ⁊ anima ⁊ corpus diuinitus cōditū
nō negaꝛ: nō inelegāter distribuūtur singulis singu
la: vt anima facta: corpus aūt fictuz intelligatur: si
ue formatū: siue plasmatū. Nam quidā interpretes
noluerūt dicere: finxerunt me: sed plasmauerūt me:
magis diligentes minus latine declinare de greco:
qꝫ dicere finxerūt: qd aliquādo etiā de simulatione
Ibidem dici solet. Sed vtrū hoc fm adam dictū est: ex quo
cū sint oēs homines propagati: quis hominū qm
ille factus est: etiam se factū non potest dicere origi
nis seminisqꝫ ratione: An etiā fm hoc recte dici po
tuit: Manus tue fecerunt me ⁊ plasmauerūt me: qꝛ
vnusquisqꝫ nō sine opere dei etiam de parentib⁹ fit
ipo creante: illis generantibus: Quoniā si operato
ria dei potentia rebus subtrahatur intereūt: nec ali
quid omino siue de mundi elementis: siue de geni
F toribus: siue de seminibus nasciꝛ si ea nō operetur de
Hiere. 1. us. Propter qd ait ꝓpheta Hieremie: Priusqꝫ te
formarē in vtero noui te. Sed nūquid sine intelle
ctu fecit hominē deus: siue primū: siue vnūquemqꝫ
nascentiū: vt nūc dicat ei: Manus tue fecerunt me:
⁊ plasmauerūt me: da mihi intellectuz: Nonne ipsi
nature humane intellectus est inditus: vt eo discer
natur a pecore: Aut sic est deformata peccando: vt
etiam hoc in ea reformādū sit: Propter qd ⁊ Apl's
Eph. 4. omnibus ad regenerationem pertinētibus dicit: Re
nouamini spiritu mentis vestre: Et vtiqꝫ intellectus
in mente est. Hinc rursus ait: Renouamini in noui
tate mentis vestre. De his aūt qui huius regenerati
onis consortes nō erunt: hoc inquit dico ⁊ testificor
Ibidem. in domino: vt nō iam ambuletis sicut ⁊ gentes am
bulant in vanitate mentis sue: obscurati intelligen
tia: alienati a via dei per ignorātiā: que est in illis ꝓ
pter cecitatem cordis eorū. Propter hos igiꝛ inte

riores oculos qꝛ cecitas ē deū nō intelligere vt ape
riantꝛ ⁊ mag⁹ magisqꝫ serenenꝛ: hīc mūdentur cor Mat. 17
da: Da mihi inquit intellectum vt discam mandata
tua. Quis eñ nisi aliquid itelligat nemo possit cre D
dere in deū: tamen ipa fide qua credit sanatꝛ: vt intel Aug. li. 24. post
ligat amplius. Alia sunt eñ que nisi intelligaꝛ nō hoc. in med. o
credimus: ⁊ alia sūt que nisi credamus nō intelligi
mus. Nam cū fides sit ex auditu: auditus autē per Ro. 10
verbū dei: quomodo credit predicanti fidem qui vt
alia taceam linguā ipsam quā loquiꝛ non intelligit:
Sed nisi essent rursus aliqua que intelligere nō pos
sumus: nisi ante credamus: ꝓpheta nō diceret: Nisi Esaie. 7
credideritis nō intelligetis. Proficit ergo noster in
tellectus ad intelligenda que credat: ⁊ fides proficit
ad credenda que intelligat: ⁊ eadē ipa vt magis ma
gisqꝫ intelliganꝛ in ipo intellectu proficit mens. Sꝫ
hoc nō fit ꝓpriis tanqꝫ naturalibus viribus: sed deo
adiuuāte atqꝫ donante: Sicut medicina fit nō natu
ra: vt vitiatus oculus vim cernendi recipiat. Qui er
go dicit deo: Da mihi intellectū vt discam mandata
tua: non omimō expers eius est velut pecus: nec ita
qꝫuis homo vt in eorꝫ numero deputandus sit: qui
ambulant in vanitate mentis sue: obscurati intelli Eph. 4
gentia: alienati a via dei. Nam si talis esset nec hoc
diceret. Non autē paru est intellectus nosse a quo
poscendus est intellectus. Et cogitandū est quanto
sint altius intelligēda diuina mandata: quando ad
ea discenda sibi adhuc dari intellectū petit qui iam
sic intelligit: ⁊ qui eloquia dei se custodisse ante iam
dixit. Qr autem interpretati sunt nostri: da mihi in E
tellectū: breui⁹ dixit grecus συνέτισόν με: quia
vno verbo complexus est: da mihi intellectū: quod
ē συνέτισον: qd latine vno vbo dici nō pōt: tāqꝫ
si nō posset latine dici: sana me: ⁊ diceretꝛ: da mihi sa
nitatē: sic hic dictū ē: da mihi itellectū: aut sanū me
fac: sicut etiā hic dici pōt: intelligētē me fac: qd qdē
potuit ⁊ angelus facere. Nā dixit danieli: Ueni itel Daniel. 8
lectū dare tibi: Et hoc verbū ē in greco: qd etiā hic
ē συνέτισε: tanqꝫ si diceret latin⁹ sanitatē dare ti
bi: qd grec⁹ dixisset sanare te. Nō eñ circūloqueretꝛ
latin⁹ interpꝭ dicēdo itellectū dare tibi: sꝫ quēadmo
dū dici pōt a sanitate sanare te: ita dici possit ab itel
lectu intellectuare te. Sꝫ si pōt hoc ⁊ angel⁹ facere:
qd est qꝛ iste hꝫ a deo sibi poscit vt faciat: An qꝛ deus
āgelo iusserat vt faceret: Ita vere: Nā christ⁹ itelli
giꝛ hꝫ iussisse angelo vt faceret eo loco: vbi ait ꝓpha:
Et factū est cū viderē ego daniel visū: ⁊ querebā in Ibidem.
tellectū: ⁊ ecce stetit in ꝯspectu meo vt visus viri: et
audiui vocez viri inter vbal ⁊ vocauit ⁊ dixit vlai:
Fac itelligere illū visionē: Et ibi i greco vbū hꝫ ē qd
⁊ hic: id ē συνέτισον. Deus itaqꝫ ꝑ seipm: quia F
lux ē qꝛ illuminat pias mētes: vt ea q diuina dicūꝛ Joh. 1
vel ostenduntꝛ intelligāt. Sꝫ si ad hoc ministro vtiꝛ
angelo: pōt quidē aliqd agere angel⁹ in mētē hois:
vt capiat lucē dei: ⁊ ꝑ hāc intelligat: Sed ita dr intel
lectū dare hoi ⁊ quasi (vt ita dicā) intellectuare ho
minē quemadmodū quisqꝫ dicaꝛ lucez dare domui:
vel illuminare domū cui fenestram facit: cū eam nō
sua luce penetret ⁊ illustret: sed tantūmodo aditum
quo penetretꝛ atqꝫ illustretꝛ aperiat: Sꝫ nec sol q ꝑ fe
nestrā illustrat domū: ipe creauit eandē domū: aut
hominē qui fenestrā fecit in domo: aut ipse illi iussit
vt faceret: aut adiuuit ipse facientē: aut aliquid ꝑ eius

istum sine lege peccauit: quia vbi non est lex: nec pre/
uaricatio. An forte dicturi sumus verū quidem esse
qz nec puaricatio sit vbi nō est lex: sed verū non esse Ibidem.
quod aliqui sine lege peccauerint: aut verū quidem Roma.2.
esse aliquos sine lege peccasse: sed verū non esse vbi
lex non est: puaricationē esse nō posse: Ad vtrunq
aplus dixit: Uerū est ergo vtrūq: qz vtrūq p apo/
stolū veritas dixit. Quō ergo erit verū quod in psal
mo isto eadem pculdubio veritas dixerat: Preuari/ C
cantes deputaui omnes peccatores terre: Respon/
deat em̄ nobis. Qui sunt ergo illi qui fm apostolum
sine lege peccauerūt: Non em̄ ex eis quisq preuari/
catio deputandus est: cum fm eundē apostolū: Pre/ Roma.4.
uaricatio non sit vbi lex nō est. Sed nimirū cum di/
ceret apostolus: Quicūq sine lege peccauerūt sine Roma.2.
lege pibunt: de illa lege aiebat quā de9 dedit p moy/
sen famulū suū populo suo israel: Hoc ipsa que cir/
cūstant verba eius ostendunt. Disputabat em̄ de iu/
deis et grecis: id est gentib9 nō ad circūcisionē: sed ad
pputium ptinētibus: ideo sine lege eos dicens: quia
nō acceperāt legē quā se accepisse gloriabant iudei:
Unde illis ait. Si autē tu iudeus cognominaris: et Ibidem.
requiescis in lege et gloriaris in deo. Deniq vnde ad
hanc sententiā venerit intuendū est: vt diceret: Qui/
cūq sine lege peccauerūt sine lege pibunt. Ira indt
et indignatio: tribulatio: et angustia in omnē animā
hoīs operantis malū: iudei primū et greci: Gloria
autē et honor et pax omni operanti bonū: iudeo pmū
et greco. Non est em̄ psonarū acceptio apud deum.
Ad hec addidit vnde nūc questio est et ait: Quicūq
em̄ sine lege peccauerūt: sine lege pibunt: et quicūq
in lege peccauerūt: p legē iudicabunt. Hos vtiq iu/
deos: illos autem grecos volens intelligi: quoniā de
his agebat: vtrosq sub peccato esse demonstrās: vt
egere se gratia vtriq fateant. Propt qd dicit: Non Ibidem.
em̄ est distinctio: Omnes enim peccauerūt et egent
gloria dei: iustificati gratis p gratiā ipsius: p redem/
ptionē que est in christo iesu. Quos itaq dicit oēs
peccasse: nisi iudeos et grecos: de quib9 dixerat: Nō
em̄ est distinctio: Nam et de his paulo ante: Causati
em̄ sumus inquit iudeos et grecos omnes sub pecca/
to eē: Ac p hoc quicūq sine lege peccauerūt: illa scz
de qua iudei gloriabant: sine lege pibunt: et quicūq
in lege peccauerūt: id est ipsi iudei per legem iudica/
bunt: Nec ideo nō peribūt: nisi credant in eum qui D
venit querere quod perierat. Nōnulli quippe etiam Luce.19.
catholici tractatores in his apostoli verbis aliter qȝ
se res habet parū attendendo sapuerūt: vt dicerent
[illegible] lege peccauerūt hoc aūt qui in lege Roma.2.
peccauerūt iudicari tātūmodo nō pire: tanqȝ p penas
trāsitorias credant esse purgādi: sicut ille de q dictū: j.Cor.3.
Ipse aūt saluus erit sic tū qsi p ignē. Sed hoc merito fun/
damēti hoc intelligit: de q agebat apostol9 vt hoc di/
ceret. Superius quippe dixerat: vt sapiens archite/
ctus fundamentū posui: alius superedificat. Unusqsq
autem videat quomodo supedificet. Fundamentū Ibidem
enim aliud nemo potest ponere pter id quod posi/

tum est: qđ est christus iesus: ⁊ cetera vsq; ad eūdem
locū vbi eū dixit p ignem saluari qui sup hoc funda-
mentū: nō aurum: argentum: lapides p̄ciosos: sed li-
gna: fenum: stipulam edificat: nō tamē respuit ne re-
Cōcor. 4. sent. dis. 21. Ia ulo. cipiat nec receptā deserit fundamentū: id q; omnib⁹
carnalibus suis quibus capit atq; succūbit delecta-
tionibus anteponit: cum ad hūc articulū ventū fue-
rit vt aut ille deserant aut christus: vbi si nō antepo-
nit christus nō ille est fundamentū. Omnib⁹ quippe
structure posterioribus partibus: anteponit funda-
mentū: Nec cogitasse existimo eos q̄ senserūt nō pe-
Roma. 2. rire: de quibus dictum est: Per legē iudicabunt: nisi
quia fundamentū habent christū. Parū ergo atten-
derunt quod demonstrauim⁹: atq; ipsa scriptura cla-
mat: de iudeis hoc apostolū dicere: qui sine funda-
mento sunt christo. Quis autē christianus dixerit
non perire iudeū si nō credat in christū: sed tm̄modo
Matth. 15. iudicari: cū christ⁹ ipse ad eandē gentē p̄pter oues q̄
inde perierūt se missum esse testet: remissius et tolera-
Matth. 10. bilius dicat futurū sodomitis in die iudicii: qui vtiq;
sine lege perierunt: q̄ ciuitati iudee que in eum non
E credidit tanta virtute mirabilia facientem? Si ergo
Roma. 2. apostolus s̄m legem quā deus per moysen populo
israel dedit: ceteris aūt gentibus non dedit: sine lege
dixit esse ceteras gentes: quid intellecturi sumus in
isto psalmo dictū esse: Preuaricantes estimaui om-
nes peccatores terre: nisi intelligamus aliquā legem
non p moysen datam: s̄m quā sunt p̄uaricantes cete-
Roma 4. rarū gentiū peccatores? Ubi eīm lex non est: nec pre-
uaricatio. Que ista lex est: nisi forte illa de qua idem
Roma. 2. dicit apostolus: Gentes que legem nō habent: natu-
raliter que legis sunt faciūt: hi legē nō habentes ipsi
sibi sunt lex? Scd̄m hoc ergo qđ dicit: legem nō ha-
Ibidem. bentes: sine lege peccauerūt: sine lege peribunt: s̄m id
xp̄o qđ ait: ipsi sibi sunt lex: non īmerito p̄uaricato-
res estimant omnes peccatores terre. Nullus enim
est qui faciat alteri iniuriā: nisi q̄ fieri sibi nolit: Et in
hoc transgredit nature legē: quā non sinit ignorare
dum id qđ facit non vult pati. Nūquid autē lex ista
naturalis nō erat in populo israel? Erat plane: quo-
niā et ipsi homines erant. Sine lege autem naturali
essent: si p̄ter naturā humani generis esse potuissēt.
Multo magis ergo p̄uaricatores facti sunt lege di-
uina: qua naturalis illa siue instaurata: siue aucta: si-
F ue firmata est. Iam xp̄o si in omnib⁹ peccatorib⁹ ter-
re nō incōgrue deputant et paruuli p̄pter originalis
Roma. 5. vincula peccati: etiā ipsi in similitudine p̄uaricatio-
nis ade: ad illam p̄uaricationē ptinere monstrant: q̄
Gen. 3. data lege in paradiso pama cōmissa est: Ac per hoc
recte nullo prorsus excepto: p̄uaricatores estimant
Roma. 3. omnes peccatores terre. Omnes autē peccauerūt ⁊
egent gloria dei. Omnes igit p̄uaricantes gratia sal-
uatoris inuenit: alios maius: alios minus. Quanto
enim legis maior in quocūq; cognitio: tanto minor
peccati excusatio: Quāto minor peccati excusatio:
tanto manifestior p̄uaricatio. Restabat ḡ vt omib⁹
non sua sed dei: id est a deo donata iusticia subueni-
Roma. 3. ret. Unde ait apostolus: Per legem cognitio pecca-
ti. Non ergo ablatio sed cognitio. Nunc autem sine
Ibidem. lege inquit iusticia dei manifestata est: testificata per
G legē ⁊ p̄phetas. Proinde etiā hic subiungit: Pro-
Ex. Ideo. pterea inquit dilexi testimonia tua: Tanq̄ di-
ceret: Quoniā lex siue in paradiso data: siue natura-
liter insita: siue ī litteris p̄mulgata: p̄uaricatores fecit
omnes peccatores terre: p̄pterea dilexi testimonia
tua: que sunt ī lege tua de gratia tua: vt non sit in me
iusticia mea sed tua. Lex enim ad hoc prodest vt mit-
tat ad gratiā: Nō solū eīm quod attestat manifestā-
de iusticie dei que sine lege est: verūetiam hoc ipso q̄
p̄uaricantes fecit: ita vt etiā quos littera occidit ad 2. Cor. 3.
viuificantē spiritū confugere timore compellat: per
quem peccatorū deleat vniuersitas: et recte factorū
charitas inspiret. Propterea inquit dilexi testimo-
nia tua. Quidā codices habent semp: quidā non ha-
bent. Sed si est sic: accipiendū est semp: vt sic intelli-
gat: q̄diu hic viuit. Hic sunt eīm testimonia necessa-
ria de lege ⁊ p̄phetis attestantia iusticie dei qua iusti-
ficamur gratis: hic sunt ⁊ nostra testimonia necessa-
ria: p quibus ipsam que hic agitur vitam martyres
finierunt. Cognita itaq; dei gratia que sola liberat a
p̄uaricatione: que legis cognitione cōmittit: orādo b
dicit: Cōfige clauis a timore tuo carnes
meas. Sic eīm expressius interpretati sunt quidam
nostri: qđ grece vno verbo dici potuit: id est καθη-
λοσον: Hoc alii cōfige dicere voluerūt: nec addi-
derūt clauis: atq; ita dum volunt vno verbo greco
vnum latinū interp̄tando reddere: sententiā minus
explicauerūt: quoniā in eo quod est confige nō sonāt
claui: καθήλοσον aūt sine clauis intelligi nō pōt:
nec nisi duobus verbis latine dici potest: sicut dictū
est Cōfige clauis. Ubi quid vult intelligi: nisi qđ ait
apostolus: Mihi autē absit gloriari nisi in cruce do- Gal. 6.
mini nostri iesu christi: per quē mihi mundus cruci-
fixus est: ⁊ ego mūdo? Et iterū in christo inquit cō- Gal. 2.
fixus sum cruci: Uiuo autē iam non ego: viuit xp̄o in
me christus. Qđ quid est aliud nisi nō est in me iusti- Phil. 3.
cia mea: que ex lege est: in qua p̄uaricator effectus
sum: sed iusticia dei: id est que mihi ex deo est: non ex
me? Sic quippe in me viuit non ego sed christus: qui
factus est nobis sapientia a deo: ⁊ iusticia: ⁊ sanctifi- 1. Cor. 1.
catio: et redemptio: vt quēadmodū scriptū est: Qui Iere. 9.
gloriat in domino glorie. Item dicit: Qui autē sūt Gal. 5.
iesu christi: carnē suam crucifixerūt cum passionib⁹
⁊ concupiscentiis. Cum hic dictum sit q̄ ipsi cruci-
fixerūt carnē suam: in isto tamē psalmo de⁹ rogat vt
id faciat: cui dicit: Confige clauis a timore tuo car-
nes meas: vt intelligamus etiā id quod recte facim⁹
gratie dei esse attribuendū: qui ī nobis operat ⁊ vel- Phil. 2.
le ⁊ operari pro bona voluntate. Sed quid sibi vult
quod cum dixisset: Confige clauis a timore tuo car-
nes meas: addidit: A iudiciis eīm tuis timui? I
Quid est confige a timore tuo? Timui enim. Si eīm
iam timuerat vel timebat: cur adhuc vt a timore suo
deus crucifigeret carnes suas orabat? An addi sibi
volebat timorē: vt tantū timeret quātum sufficeret
crucifigendis suis carnibus: id est cōcupiscētiis: af-
fectibusq; carnalibus? tanq̄ dicens: Perfice in me
timorē tuū: timui enim a iudiciis tuis? Sed est hic
alius alio: sensus quātum deus donat scrutato sim
scripture huius eruendus. Confige inquit clauis a K
timore tuo carnes meas: a iudiciis enim tuis timui: Psal. 18.
hoc est a timore tuo casto: qui p̄manet in seculū secu-
li: carnalia mea desideria comprimant: a iudiciis eīm
tuis timui: cum mihi lex minaret penam: que mihi
non poterat dare iusticiam. Sed hūc timorem quo
pena metuit cōsummata charitas foras mittit: que 1. Iohn. 4.

non timore pęnę: sed delectatione iusticię liberos reddat. Timor nāq3 iste quo non amat iusticia sed timet penā. seruilis est: quia carnalis est. et ideo non crucifigit carnem. Viuit eñ peccandi voluntas: que tūc apparet in opere quando speratur impunitas. Cum vero penā cred. secutura latenter viuit: viuit tamen. Mallet enim licere et dolet non licere qd lex vetat: quia non spiritaliter delectat eius bono: sed carnaliter malū metuit quod minat.
1.Io.4. Timore autē casto ipa que hunc timorem foras mittit: peccare timet charitas etiam si sequat impunitas: quia nec impunitatē iudicat secuturam: quādo amore iusticię peccatum ipsum deputat penam. Tali timore carnes crucifigunt: quoniā carnales delectationes que legis littera vetant potius q̄ vitant: spiritaliū bonorum delectatione vincunt: et eadem vsq3 ad pfectionē crescente victoria perimunt. Ergo confige clauis inquit a timore tuo carnes meas: a iudicijs enim tuis timui: hoc est da mihi castum timorē: ad quē petendum me tanq3 pedagogus timor legis ille pduxit: quo timore a iudicijs tuis timui.

Explicit sermo vicesimusquintus.

Incipit sermo vicesimussextus de versu psalmi: Feci iudiciū et iusticiam: ne tradas me calūniantibus me: et reliqua.

Istos magni psalmi huius versus considerandos nunc suscepimus atq3 tractandos: Feci iudiciū et iusticiam: ne tradas me nocentibus me. Non mirū est eum fecisse iudiciū et iusticiam: qui superius poposcerat a timore
Ps.118. dei vtiq3 casto confige clauis carnes suas: hoc est carnales cōcupiscētias: que solent quo minus rectū sit nostrū impedire iudiciū. Quis autē siue rectum siue prauū in nostri sermonis vsu iudiciū nuncupet:
Ioh.7. vnde hominib9 in euangelio dicit: Nolite iudicare psonaliter: sed rectum iudiciū iudicate: tamē hoc loco ita positum est iudiciū: tanq3 si hoc rectū non fuerit: non debeat iudiciū nominari: alioquim non sufficeret dicere: feci iudiciū: sed diceret: feci rectum iudicium. Hoc genere locutus est domin9 iesus: vbi ait:
Mat.23. Reliquistis grauiora legis: iudiciū: et misericordiā: et fidem. Et hic enim iudiciū sic positum est: tanq3 non sit iudiciū si puersum est. Et multis diuinarū scripturarum
Ps.100. locis ita ponit: quale illud est: Misericordiā et iudiciū cantabo tibi domine: Et illud apud Esaiā:
Esa.5. Expectaui vt faceret iudiciū. fecit autē iniquitatem: non ait: expectaui vt faceret iudiciū iustum: fecit aūt iniquū: sed tanq3 ideo iam iudicium sit: quia iustum est: nec sit iudiciū quod iniustū est. Iusticia vero non solet dici bona iusticia vel mala iusticia: sicut aliquādo dicit bonum malum ve iudicium: sed eo ipso iam bona est: quia iusticia est. Sic ergo habet cōsuetudo loquendi: vt dicat et bonū iudiciū: et malum iudiciū: queadmodū habet vt dicat: et bonus iudex: et malus iudex. Sic autē non dicit bona iusticia vel mala iusticia: sicut non dicit. bonus iustus vel malus iust9: quia continuo bonus quisq3 si iustus. Iusticia ergo virtus est animi magna pcipueq3 laudabilis: de qua nūc nō est copiosius disputandi necessitas. Iudiciū vero quādo nō nisi in bono ponit: distinctior loquēdi ratio huius virtutis est operatio. Qui eñ habet iusticiam: recte iudicat: imo sm istam locutionem qui habet iusticiam iudicat: quia nec iudicat si non recte iudicat. Iusticię nomine hoc loco non ipsa virtus: sed opus eius significatū est. Quis enim fecit in homine iusticiā: nisi qui iustificat impiū? Hoc est p gratiam suā ex impio facit iustum. Roma.4. Vnde ait apostol9: Iustificati gratis per gratiā ipsius. Roma.3. Facit ergo iusticiā: id est opus iusticię: qui habet in se iusticiā: id est opus gratię. C Feci inquit iudiciū et iusticiam: ne tradas me nocentibus me: id est feci iudiciū iustum: ne tradas me illis qui propterea me psequunt. Nam etiā quidā codices habent: ne tradas me psequētib9 me. Qd eñ grece dictū est τοῖς ἀντιδικοῦσι: quidam interpretati sunt nocentibus: quidā persequētibus: quidā calūniantibus. Miror autē omniū quos in pmptu habere potui codicum nunq3 me legisse aduersantibus: cum sine controuersia qd grece ἀντίδικος: hoc latine aduersari9 appellat. Orās itaq3 ne tradatur a domino aduersantibus sibi: quid orat: nisi qd oramus cum dicimus: Ne nos inferas in temptationē? Matth.6. Aduersari9 est eñ de quo dicit apostolus: Ne forte temptauerit vos qui temptat: 1.Thessal.3. Et tradit deus quem deserit. Eum quippe ille non decipit quē iste non deserit: in voluntate sua prestans decori hominis virtutē. Ps.29. Ab illo aūt qui dixerat in abūdantia sua: non mouebor in eternū: auertit faciē suā et factus est cōturbatus: sibiq3 monstrat9. Ibidem. Quisquis igit a timore dei casto crucifixas habet carnes suas: Ps.118. et nulla carnali corrupt9 illecebra facit iudiciū opusq3 iusticię: orare debet ne aduersantibus tradatur: id est ne timēdo perpeti mala: ad faciēda mala psequētibus cedat. A quo enim accipit victoriā concupiscētię ne voluptate pertrahat: ab illo etiā robur patientię ne dolore frangat: quoniā de quo dicit: Domin9 dabit suauitatem: de illo etiā dicit: Ab ipso est enim patientia mea. Ps.84. Deniq3 sequit: Excipe seruum tuum in bono: vt non calūnient me superbi. Al. Suscipe. Al. bonū. Al. non habet Illi impellunt vt cadam in malū: tu excipe in bonum. Qui autē interpretati sunt non calūnient me: grecam locutionē secuti sunt latinę linguę min9 vsitatam. An forte hanc habet vim cum dicit: non calumnient me quā haberet si diceret: nō me capiant calūniando? Multę autē possūt intelligi calūnię superborū: a quibus humilitas christiana despicit: sed illa vel maxima est: si homines hoc loco accipiūtur superbi: q a nobis mortuū calūnient coli. Humilitas quippe ipsa christiana christi morte insinuat: cōmendatq3 diuinitus. Hęc autē calumnia vtrisq3 infidelibus: id est iudeis gentibusq3 cōmunis est. Habent calūnias suas etiam heretici singulis quibusq3 heresib9 pprias: Habent et schismatici: quos omnes superbia de mēbrorū christi compage pcidit. Ipsi9 autē diaboli calumnia quāta vel qualis sit: qua calūniatus est iusto dicens: Nūquid gratis colit iob dominū? Iob.1. Quorum omniū calūnię superborū tanq3 colubrorū venena dicunt: cum vigilantissima et diligētissima pietate christ9 crucifixus attendit: Propter quod pfigurandū moyses deo miserante ac iubente exaltauit in heremo similitudinē serpentis in ligno: Numeri.21. Ioh.3. vt similitudo carnis peccati crucifigēda pfiguraret in christo. Hanc intuētes saluiferam crucem: omne calumniantiū superborū virus expellimus. Quam prorsus etiā iste quodāmodo valde intente intuens ait: E Oculi mei defecerunt in salutare tuū: et in eloquium iusticię tuę. Christum quippe

Roma.8. ipsum deus propter similitudinē carnis peccati: pec
catum ꝑ nobis fecit: vt nos simus iusticia dei ī ipso.
In hui⁹ igit̄ eloquium iusticie dei defecisse dixit ar
denter oculos suos ⁊ sitienter intuēdo: dum memor
infirmitatis humane: diuinam christi desiderat gra
tiā. Propter quod sequit̄: Fac cum seruo tuo
ſm misericordiā tuam: Non vtiq̄ ſm iusticiā
meā. Et iustificatiōes: inquit: tuas doce me:
Illas ꝓculdubio quibus deus facit iustos: non ipsi
se. Seruus tuus sum ego. Neq̄ enim bene
mihi cessit quādo esse volui liber meus: non seruus
Al. vt sciam. tuus. Da mihi intellectū: vt *sciam testimo
nia tua. Nunq̄ intermittenda est ista petitio. Nō
enim sufficit accepisse intellectū et dei testimonia di
dicisse: nisi semper accipiat̄: ⁊ quodāmodo semp bi
batur de fonte lucis eterne. Testimonia quippe dei
quāto fit quisq̄ intelligentior: tanto magis magisq̄
F sciunt̄. Tempus: inquit: faciendi domino:
Id eñ plures codices habent: nō vt quidā domi
ne. Quod ergo tempus vel quid faciendi voluit in
telligi domino: Illud quidē quod pauloante dixe
rat: Fac cum seruo tuo ſm misericordiā tuā: hoc fa
ciendi tempus dño. Quid est autē: nisi gratia que in
christo suo tempore reuelata est: De quo tēpore ait
Gal.4. apostolus: Cum autē venit plenitudo temporis mi
sit deus filiū suū. Propter qd̄ alibi etiā testimoniū
Esa.49. suum ꝓpheticū adiūgens: vbi dixit: Tempore placi
2.Cor.6. to exaudiui te: et in die salutis adiuui te: Ecce nunc
inquit tempus acceptabile: Ecce nunc dies salutis.
Sed quid est q̄ tanq̄ volens ostēdere tempus dño
esse faciendi: cōtinuo subiunxit: Dissipauerūt le
gem tuā: Velut propterea tempus esset faciendi
Roma.10. dño: quia eius legem dissipauerūt superbi: qui igno
rantes dei iusticiā ⁊ suam querentes statuere: iusticie
dei nō sunt subiecti: Quid est eñ: dissipauerūt legē
tuā: nisi ꝑuaricatiōis iniquitate: eius integritatē nō
custodierūt: Oportebat ergo vt superbis ⁊ de liber
tate sui arbitrij ꝑsumētibus lex daret̄: qua ꝑuaricata
quicūq̄ cōpuncti humiliarent̄: non iam per legē sed
ꝑ fidem ad subuenientē currerent gratiā. Dissipata
ergo lege tempus fuit vt ꝑ vnigenitū filiū dei miseri
Roma.5. cordia mitteret̄. Lex enim subintrauit vt abundaret
delictū: quo delicto lex dissipata est: ⁊ oportuno iam
tempore christus aduenit: vt vbi abundauit delictū
Ibidem. superabundaret gratia. Ideo: inquit: dilexi man
G data tua: super aurū ⁊ topazion. Id agit gra
tia: vt dilectione impleant̄ mandata dei: que timore
Ibidem. nō poterant. Gratia quippe dei diffundit̄ charitas in
cordibus nostris per spiritūsanctū qui datus est no
Math.5. bis. Propter qd̄ ⁊ ipse domin⁹ dicit: Non veni legē
Roma.13. soluere: sed adimplere. Et idem apostolus: Plenitu
do legis charitas est: Ideo sup aurum et topazion.
Ps.18. Hoc eñ ⁊ in alio psalmo legimus: Super aurum et
lapidem ꝓciosum multū. Topazion quippe lapidem
multū perhibent esse ꝓciosum. In testamento autē
veteri latentem gratiā tanq̄ velo interposito nō in
Exod.34. telligentes: quod significabat quādo in faciem moy
2.Cor.3. si intendere nō valebant: ꝓpter mercedē terrenā atq̄
carnalem dei mandata facere conabant̄: neq̄ facie
bant: quia nō ipsa sed aliud diligebant: Unde illa nō
erant opera volentiū: sed onera potius inuitorū. Cū
ꝟo ipsa mandata diligunt̄ sup aurum et lapidem ꝓ
ciosum multū: omnis pre ipsis mandatis terrena vi
lis est merces: nec vlla ex parte comparant̄ quecūq̄
alia hominis bona his bonis quibus ipse fit bonus
homo. Propterea: inquit: ad omnia māda b
ta tua *corrigebar. Unde corrigebar: quia dili Al. [illegible]
gebam: atq̄ illis rectis vt etiā ipse rectus fierem: di Al. [illegible]
lectione cohērebam. Jam illud quod adiungit cōse
quens erat. Omnē: inquit: viam *iniquitatis Al. [illegible]
odio habui. Unde enim fieri poterat vt iniquam
viam non odisset diligens rectam: Nam sicut aurū
⁊ lapidem ꝓciosum si diligeret: odisset profecto quic
quid ei taliū rerum damnū posset inferre: Ita quo
niā dei mandata diligebat: iniquitatis viam odio ha
buit: quēadmodū aliquod immanissimū marini iti
neris saxum declinabat: vbi tam ꝓciosarum rerū ne
cesse est pati naufragiū. Qd̄ vt non contingat longe
inde velificat: qui in ligno crucis cum mādatorū di
uinoꝝ mercibus nauigat.

Explicit sermo vicesimussextus.

Incipit sermo vicesimusseptim⁹ de versu psal A
mi: Mirabilia testimonia tua domine ⁊c. Pe.

Verba psalmi hec sunt: de quibus adiuuante
domino disputaturi sumus: Mirabilia
testimonia tua *: *propter hoc scru Al. [illegible]
tata est ea anima mea. Quis enumerat saltem
generatim testimonia dei: Celum et terra visibilia
opera eius: dicunt quodāmodo testimoniū bonita
tis ⁊ magnitudinis eius: ⁊ ipse cursus frequens vsi
tatusq̄ nature: quo temporꝝ rapacitas voluit̄: In re
rum quarūcūq̄ generibus: ꝓius temporalib⁹ atq̄
mortalibus que certe cōsuetudine viluerunt: si pius
cōsiderator aduertat: perhibēt testimoniū creatori.
Quid autē horum est quod non sit mirabile: si vnū
quodq̄ nō vsu sed ratione metiamur: Si ꝟo tanq̄
sub vnius cōtemplationis aspectu velut audeamus
cuncta contueri: nōne fit in nobis quod ait ꝓpheta:
Consideraui opera tua ⁊ expaui: Et tamē iste nō est Abac.3.
ipsa rerum admiratione pterritus: sed etiam potius
dixit esse causam: cur ea debuerit scrutari: quia mira
sunt. Cum eñ dixisset: Mirabilia testimonia tua. se B
cutus adiunxit: ꝓpter hoc scrutata est ea anima mea:
quasi factus sit ipse ꝑ inuestigandi difficultatē curio
sior. Quāto enim queq̄ res abstrusiores habet cau
sas: tanto est mirabilior. Si ergo nobis homo talis
occurrat: qui ꝓpter hoc dicat se scrutari testimonia
dei: quia mirabilia sunt: cum plena sit eis: ⁊ que con
spicit̄: ⁊ que non conspicit̄ vniuersa creatura: nonne
compescimus eum dicētes: Altiora te ne quesieris: Eccl.3.
et fortiora te ne scrutat⁹ fueris: sed que precepit tibi
domin⁹ illa cogita semp: Sed si nobis respondeat ⁊
dicat: Hec ipsa que ꝓcepit domin⁹: ⁊ q̄ iubet vt cogi
tent̄: mirabilia sunt eius testimonia: eū quippe ⁊ do
minū: quia iubet: ⁊ bonū ⁊ magnū: quia talia iubet:
esse testant̄: nūquid audebimus hominē ab eoꝝ scru
tatiōe reuocare: ac nō potius vt sedulo id agat: ⁊ tan
te rei operā quātū potest impēdat hortabimur: An
forte dei ꝓcepta testimonia quidē bonitatis eius esse
fatebimur: sed mirabilia esse negabim⁹: Quid enim
mirū si bona imperat bon⁹ dñs: Immo ꝟo id ipm
est oīno mirandū: ⁊ cur ita sit pscrutandū: q̄ cū deus
bonus bona ꝓceperit: eis tñ dederit bonā legē: quos
eadē lex viuificare non posset: nec vlla esset ex bona
lege iusticia. Si eñ data esset lex q̄ posset viuificare: Gal.3.
oīno ex lege esset iusticia. Cur q̄ data est q̄ viuificare

nō posset: ⁊ ex qua esset nulla iusticia? Nempe mirā-
dum est: nempe stupendū. Hec sunt ergo mirabilia
testimonia dei: ꝓpter hoc huiꝰ aīa scrutata est ea: qm̄
Ecc.3. deinde debilis non ei dici possit: Fortiora te ne scru-
tatus fueris: ⁊ que precepit tibi dominus illa cogita
semper. Ipsa sunt eñ que p̄cepit nobis dominus: ⁊
ideo cogitanda sunt semp. Potius itaqꝫ videamus
C huiꝰ anima que scrutata ē quid inuenerit. Ma-
nifestatio: inquit: verborū tuorū illuminat:
et intelligere facit paruulos. Quid est par-
uulus: nisi humilis et infirmus? Noli ergo superbire:
noli de tua que nulla est virtute p̄sumere: ⁊ intelliges
Gal.3. qre sit a bono deo bona lex data: q̄ tñ viuificare non
possit. Ad hoc eñ data est: vt te de magno paruulū
faceret: vt te ad faciendā legem vires de tuo non ha-
bere mōstraret: ac sic inops indignus et egenus ad
Psal.6. gratiā cōfugeres ⁊ clamares: Miserere mei domine
quoniā infirmus sum. Hoc ergo scrutando intellexit
hic paruulus: qđ minimus apostolorum paulus: id est
paruulus ostēdit: ideo datā legē que viuificare non
Gal.3. posset: quia cōclusit scriptura omnia sub peccato: vt
promissio ex fide iesu christi dareꝶ credentibus. Ita
domine: ita fac misericors dñe: Impera qđ nō possit
impleri: imo impera qđ non nisi per tuam gratiam
possit impleri: vt cum homies p suas vires id adim-
Roma.3. plere nequiuerit: omne os obstruaꝶ ⁊ nemo sibi ma-
gnus videaꝶ. Sint omnes paruuli: ⁊ reus fiat omis
mūdus tibi: quia nō iustificabiꝶ ex lege omnis caro
Ibidem. corā te deo. Per legē eñ cognitio peccati: Nūc aūt
sine lege iusticia tua manifestata est: testimoniū ha-
bens a lege ⁊ ꝓphetis. Hec sūt mirabilia testimonia
tua: que scrutata est anima paruuli huiꝰ: ⁊ ideo inue-
nit quia humiliatꝰ est: et paruulus factus est. Quis
Gal.5. eñ facit mādata tua sicut facienda sunt: id est ex fide
Roma.5. que p dilectionē dei operaꝶ: nisi eius in corde p spiri-
tū sanctū ipsa dilectio diffundaꝶ? Hoc etiā iste par-
D uulus cōtieꝶ. Os meū inqt: aperui ⁊ attraxi
spiritū: quia mādata tua desiderabā. Quid
desiderabat: nisi facere mādata diuina? Sed nō erat
vnde faceret infirmus fortia: et paruulus magna.
Aperuit os cōfitens q̄ p se ipse nō faceret: ⁊ attraxit
Math.7. vnde faceret. Aperuit os petendo: querēdo: pulsan-
do: ⁊ sitiens hausit spiritū bonū: vnde faceret quod
Roma.7. p seipsum nō poterat: mandatū sanctū ⁊ iustum ⁊ bo-
Math.7. num. Si eñ nos cū simus mali: nouimus bona da-
ta dare filijs nostris: quāto magis pater noster de ce-
Roma.8. lo dabit spiritū bonū petentibus eum? Non eñ qui
spiritu suo agunt: sed quotquot spiritu dei aguntur: hi
filij sunt dei: nō quia ipsi nihil agunt: sed ne nihil bo-
ni agant a bono aguntur vt agant. Nam tanto magis
efficiꝶ quisqꝫ filius bonus: quāto largius ei daꝶ a pa-
tre spiritꝰ bonus. Deniqꝫ iste adhuc petit: Os quidē
aperuit ⁊ attraxit spiritū: sed adhuc ad patrē pulsat
E ⁊ querit. Bibit: sed quāto suauius sensit: tanto ardē-
Eccle.24. tius adhuc sitit. Audi verba sitientis: Respice
in me ⁊ miserere mei: sm iudiciū diligentiū
nomen tuū: Id est sm iudiciū quod in eos fecisti:
qui diligunt nomē tuū: quoniā vt diligerēt te prius
1.Io.4. dilexisti eos. Sic eñ iohānes apostolꝰ: Nos dilig-
mus inqt deū: Et velut causa quereretur qre nos dili-
Ibidem. gere fecit: adiunxit: Qm̄ ipse prior dilexit nos. Unde
⁊ iste quid agit: ne dicat: Gressus meos diri-
ge sm eloquiū tuū: ⁊ nō dominetur mei om-
nis iniquitas. Ubi quid aliud dicit: nisi rectum ⁊ El. iniusticia.
liberū me fac sm ꝓmissum tuū? Quanto eñ magis
regnat ī vnoquoqꝫ dei charitas: tanto minus ei do-
minaꝶ iniquitas: Quid ergo aliud petit: nisi vt donā-
te deo diligat deū? Diligēdo eñ deū: diligit seipsum:
vt diligere salubriter possit et ꝓximū sicut seipsum.
In quibus p̄ceptis tota lex pendet ⁊ ꝓphete. Quid Math.22.
igiꝶ orat: nisi vt p̄cepta que deus imponit iubendo:
impleri faciat adiuuando? Sed quid est quod dicit:
F Redime me a calūnijs hominū: vt custo-
diā mandata tua? Si vera illi homines crimina
obijciunt nō calūniant: Si falsa: quid est q̄ se redimi
desiderat a calūnijs: id est a criminibꝰ falsis: que illi
nocere non possunt? Crimen quippe falsum quod est
calūnia: reum nō facit hominē: nisi apud iudicē ho-
minē. Ubi autē deus iudex est: nullus falso crimine
lediꝶ: quia nō cui obijciꝶ: sed obijcienti potius impu-
taꝶ. An hic ecclesie p̄signaꝶ oratio ⁊ vniuersi popu-
li christiani qui redemptus est a calūnijs hominū:
quibus exagitabanꝶ vbiqꝫ quaqꝫ christiani? Sed nū-
quid ꝓpterea dei mādata non custodit? Nōne inter
ipsas calūnias quando feruebant: multo gloriosius
populus sanctus in tribulatiōibus dei mandata ser-
uabat: cum ad ꝑpetrandas impietates ꝑsequētibus
nō cedebat? Sed nimirū hoc est: Redime me a calū-
nijs hominū: vt custodiā mandata tua: Tu age infu-
so spiritu tuo: ne me calūnie hominū terroribus vin-
cant: ⁊ a tuis mandatis ad sua mala facta traducant.
Si eñ hoc mecū egeris: id est hoc modo me ab eorum
calūnijs: ne criminatiōes eorū falsas quas obijciunt
pertimescā: cū patientia donata redemeris: inter ipsas
G calūnias custodiā mandata tua. Faciem tuam
inquit: illumina sup seruū tuū: Id est tuā ma-
nifesta subueniendo ⁊ opitulando p̄sentiā. Et do- El. doce me.
cendo iustificationes tuas. Doce vtiqꝫ vt fa-
ciam qđ euidentius alibi legiꝶ: Doce me vt faciā vo- Ps.142.
luntatē tuam. Qui eñ audiūt: licꝫ memoria teneant
quod audiunt: nequaqꝫ didicisse putandi sunt: si nō
faciūt. Ueritatis nāqꝫ verbū est: Omnis qui audiuit Io.6.
a patre et didicit: venit ad me. Qui ergo nō facit: id
est non venit: non didicit. Recolens autē iste dolorē
penitentie p̄uaricationis sue: Exitus aquarū
inquit: deducerūt oculi mei: quia nō cu- El. deduxerūt.
stodierūt legem tuā: Id est ipi oculi mei. Nam
in quibusdā codicibus ⁊ hoc legiꝶ: quia nō custodiui
legē tuā. Descenderūt q̄ exitus aquarū: id est effusio-
nes lachrymarū. Et ea locutione qua dicere potuit:
Mōtes descenderūt pedes mei: ⁊ si non diceret per
mōtes vel in montes: ea locutiōe dicaꝶ scalas descen-
dit: etsi nō dicaꝶ p scalas: aut piscinā descēdit: ⁊ si nō
dicaꝶ in piscinā. Et bene ait: descenderūt: humilitate
scꝫ penitendi. Ascenderūt eñ: qm̄ per superbiā cōtu-
macē erecti fuerāt ⁊ elati. Sursum eñ sibi esse vide-
banꝶ: qm̄ ignorantes dei iusticiā cōstituere volebant Roma.10.
suam: In qua fatigati ⁊ legis p̄uaricatiōe cōfusi: ab
illa elatiōe descenderūt flendo: vt iusticiā dei potius
impetrarent petendo. Sunt codices qui nō habent
descenderūt: sed trāsierūt: tanqꝫ exaggerāter dice-
ret trāsisse se flēdo fontes aquarū: vt h̄ intelligamꝰ exitꝰ
aquarū: plus fleuisse q̄ manāt aque de suis exitibꝰ.
Cur aūt nō custodita lege sic fleꝶ: nisi vt ipetreꝶ grā
q̄ p̄uaricatiōe delet iniquitatē ⁊ credētiū adiuuat volūtatē?
Explicit sermo vicesimusseptimus.

Incipit sermo vicesimusoctauus.

A Dixerat superius qui cantat hunc psalmum: Exitus aquarũ descenderũt oculi mei: quoniã non custodierũt legẽ tuam: vbi se multũ fleuisse testatus est p̄uaricationẽ suã. Proinde velut rationẽ reddens: cur multũ flere debuerit: & suũ grauiter dolere peccatũ. Iustus es inquit domine: et rectũ iudiciũ tuũ. Mandasti iusticiã testimonia tua: & veritatẽ tuam valde. Hec itaq; iusticia dei rectũq; iudiciũ et veritas: omni est metuẽda peccanti. Hac enĩ damnant̄ diuinitus quicunq; damnant̄: nec est omnino qui de sua damnatiõe cõtra deũ iustũ recte cõqueri possit. Inde fletus rectus est penitentis: quoniam si cor eius impenitẽs damnaret̄: iustissime vtiq; damnaret̄. Sane iusticiã dicit testimonia dei. Iustum quippe se probat mãdando iusticiã. Et enĩ hec veritas vt deus testimonia talibus innotescat. Sed quid est qd̄ sequit̄: Tabefecit me zelus meus: Vel sicut alij codices habẽt zelus tuus: Habent nõnulli etiã domus tue: Et nõ tabefecit me: sed comedit me. Qd̄ ex alio psalmo quãtum mihi videt̄ putandũ est emẽdandũ: vbi scriptũ est: Zelus domus tue comedit me: Quod cõmemoratũ etiã in euãgelio nouimus. Simile tñ aliquid est tabefecit ei qd̄ ibi est comedit. Zelus autem meus qd̄ plures codices habẽt: nullã ingerit questionẽ. Quid enim mirũ est: si zelo suo quisq; tabescit: Qd̄ vero habent aliqui: zelus tuus: significat hominẽ deo zelantẽ: non sibi: sed nõ repugnat si ipse dicat̄ et meus. Nam quid aliud dicat apostolus: Emulor enĩ vos deo emulatiõe dei: Nam dicẽdo: Emulor vos: quid nisi emulationẽ demõstrat suã: Sed quia dixit deo: id est nõ sibi sed deo: ideo addidit: emulatiõe dei. Hanc quippe suo spũ fidelib9 suis inspirat deus: Amoris enĩ est nõ liuoris. Nam que fuit causa vt hoc apostolus diceret: Aptaui enĩ vos inquit vni viro virginem castã: exhibere christo. Timeo autẽ ne sicut serpens euam seduxit versutia sua: sic et vestre mentes corrũpant̄ a simplicitate & castitate que ẽ in christo. Comedebat eũ zelus domus dei: quã tamẽ zelabat christo nõ sibi. Sponsus enĩ sibi zelat sponsam suã: amicus aũt sponsi: nõ eam sibi zelare debet sed sponso. Bonus ergo & hui9 intelligẽdus est zelus. Causã nãq; subiũgit & dicit: Quia obliti sunt verborũ tuorũ inimici mei. Retribuebãt ei mala pro bonis: quoniam zelabat illos deo tam vehemẽter & ardẽter: vt eo zelo tabefactũ se diceret: Illi aũt ob hoc in ipm inimicitias exercebãt: qr vtiq; vt deũ amarent volebat: quos amando zelabat. Nõ ingratus enĩ gratie dei: per quã fuerat ex inimico reconciliatus deo: etiam ipse suos diligebat inimicos: & eos zelabat deo: dolẽs & tabescẽs quod essent verborũ dei ei9 obliti. Deinde cõsiderans ipse in verbis dei qua flãma dilectiõis arderet: Ignitũ inquit eloquiũ tuũ valde: & seruus tuus dilexit illud. Merito zelabat in suis inimicis cor impenitẽs: qui fuerãt obliti verborũ dei. Ad hoc enĩ flagrabat eos adducere: qd̄ ipse flagrantissime diligebat. Iunior ego sum inquit et cõtempt9: iustificationes tuas nõ sum oblit9: Nõ sicut inimici mei qui obliti sunt verborũ tuorũ. Videt̄ aũt minor etate nõ oblit9 iustificatiões dei dolere pro inimicis suis etate maiorib9 qui obliti sunt. Nam quid est: iunior ego nõ sũ oblit9: nisi illi maiores obliti sunt: νεώτερος est enĩ grecũ: qd̄ est etiã in illo loco vbi dictũ est: In quo corrigit iunior viã suã. Hoc aũt nomẽ cõparatiuũ est: & ideo bñ intelligit̄ in cõparatione maioris. Duos quippe ipsos hic agnoscam9: qui etiã in Rebecce vtero luctabant̄: quibus nõ ex operibus sed ex vocante dictũ est ei: Maior seruiet minori. Sed cõtemptũ se dicit hic iunior: ideo factus ẽ maior: quia ignobilia & cõtemptibilia mũdi elegit de9: & ea que nõ sunt tanquam sint: vt que sũt euacuent̄: Et ecce sunt nouissimi qui erãt primi: & primi qui erãt nouissimi. Nec inmerito obliti sunt verborũ dei qui suã iusticiã cõstituere voluerũt ignorantes iusticiã dei: Iste aũt minor nõ est oblitus: qr non suã voluit hẽre iusticiã sed dei. De qua etiã nũc dicit: Iusticia tua iusticia in eternũ: & lex tua veritas. Quomõ enĩ nõ veritas lex per quã cognitio peccati: & que testimoniũ perhibet iusticie dei: Sic enĩ dicit apostolus: Iusticia dei manifesta est: testificata per legẽ et prophetas. Propter hanc passus est psecutionẽ iunior a maiore: vt diceret iunior qd̄ sequit̄: Tribulatio & necessitas inuenerũt me: mãdata tua meditatio mea est. Seuiant: psequant̄: dũ tamẽ mãdata dei nõ relinquant̄: & ex ipsis mãdatis etiã quos sequunt̄ diligant̄. Iusticia testimonia tua in eternũ: intellectũ da mihi & viuam. Intellectũ poscit iste iunior: quẽ si nõ haberet: non sup seniores intelligeret: Sed eũ poscit in tribulatiõe & necessitate: quo intelligat quam sit cõtemnẽdũ qd̄ ei possunt auferre psequẽtes inimici: a quib9 se dicit esse cõtẽptũ. Ideo dixit: & viuam: qr si eo vsq; tribulatio necessitasq; puenerit: vt per inimicorũ psequentiũ manus vita ista finiat̄: viuet in eternũ qui tpalibus preponit iusticiã: que manet in eternũ: Que iusticia in tribulatiõe et necessitate martyria sunt dei: hoc est testimonia: pro quibus sunt martyres coronati.

Explicit sermo vicesimusoctauus.

Incipit sermo vicesimusnon9 de eo qd̄ sequit̄: Exclamaui in toto corde: exaudi me dñe &c.

A Clamor ad dominũ qui fit ab orantib9: si sonitu corporalis vocis fiat: nõ intento in dominũ corde: quis dubitet inaniter fieri: Si autẽ fiat corde: etiã silente corporis voce: aliũ quẽlibet hominẽ potest latere: non deũ. Siue ergo cũ voce carnis quando id opus est: siue cũ silẽtio ad deũ cum oram9: corde clamandũ est. Est autẽ clamor cordis: magna cogitationis intentio. Qui cũ est in oratiõe: magnũ exprimit desiderantis & petentis affectũ: vt nõ desperet effectũ. Tũc porro in toto corde clamat̄: quando aliunde nõ cogitat̄. Tales oratiões rare sũt multis: crebre aũt paucis: Vtrũ vero cuiquam: nescio. Talẽ suã cõmemorat orõnẽ qui cantat hũc psalmũ dicẽs: Clamaui in toto corde meo: exaudi me dñe. Et cui eum rei su9 clamor proficiat: adiũxit: Iustificatiões tuas exquiram. Ad hoc ergo clamauit in toto corde suo: et hoc sibi desiderauit a domino exaudiente prestari: vt iustificationes eius exquirat. Proinde qd̄ vt faciamus iubet̄: vt exquiramus oratur. Quam longe est adhuc a faciente qui exquirit: Non enĩ est cõsequẽs vt qui exquirit inueniat: aut qui inuenit: faciat. Nõ aũt potest nisi inuenerit: facere: & nisi quesierit: inuenire. Sed magnam spem dñs iesus dedit dicẽdo: Querite & inuenietis. Rursus aũt dicit sapiẽtia que quid ẽ [illegible] nisi ipse: Querẽt me mali: & nõ inuenient. Nõ quia mali [illegible]

i bonis dictū est: Querite et inuenietis: Immo vero eis dictū est quibus eodē loco paulo post. Si ergo vos inquit cum sitis mali: nostis bona data dare filijs vestris: Quō igit malis dicit: Querite et inuenietis: cum rursus dicat: Querent me mali et nō inuenient: An aliud eos dñs q̄ sapientiam q̄rere volebat: quando eos inuenturos si quererent pmittebat: In ea quippe sunt oīa q̄ ab eis qui beati esse cupiunt inquirēda sunt. Ibi ergo sunt et iustificatiōes dei. Quapropter restat vt intelligamus nō oēs malos nō inuenire sapientiā si q̄sierint: sed eos qui intantū sunt mali vt odirent eā. Sic eīn et dixit: Querēt me mali et nō inueniēt me. Oderūt eīn sapientiā. Ideo ergo nō inueniūt: quia oderūt. Sed rursus si oderūt: quō q̄runt nisi qz nō eam q̄runt pter ipam: sed pter aliqd qd mali amant: et ad hoc se facilius putāt puenturos p ipam: Multi eīn sunt q dicta sapientie studiosissime inquirūt: eamqz in doctrina nō in vita volunt habere: vt nō p mores quos iubet sapientia pueniant ad dei lucē: qd est ipa sapiētia: sed per sermones qs habet sapiētia pueniant ad hoīm laudes: qd est vana gloria. Nō ergo sapientiā q̄rūt: et qñ eam q̄runt: quia nō querūt ipam: alioquin viuerent fm ipam: sed volunt verbis eius inflari. Et quāto magis inflant: tanto magis efficiuntur extra ipam. Iste aūt hoc ipm poscens a dño qd eum iubet facere dñs: vt ipe in illo etiā qd imperat operet: Deus est eīn q operat in nobis: et velle et opari pro bona volūtate: Clamaui inqt in toto corde meo exaudi me dñe: iustificatiōes tuas exquiram: vtiqz faciēdas nō tantummō sciēdas: ne similis fiam illi seruo duro: q etiā si intellexerit nō obaudiet. Clamaui ad te saluū me fac: Vel sicut nōnulli codices hñt et greci habent: Clamaui te: et saluum me fac. Quid ē clamaui te: nisi clamādo inuocaui te: Sz cū dixisset: saluū me fac: qd adiunxit? Ut custodiā testimonia tua. Ne te scz p infirmitatē negē: Salus quippe anime facit vt fiat qd faciendum esse cognoscitur: et vsqz ad mortē corporis: si hoc flagitat extrema temptatio p testimonio diuinorū veritate certetur. Ubi aūt nō est salus: succumbit infirmitas: et deserit veritas. Sed qd sequit habet aliquid obscuritatis: qd aliquāto diutius exponendū est.

Preueni intempesta nocte et clamaui. Plures codices non habent: intempesta nocte: sed In immaturitate. Unus aūt vnus inuentus est q haberet geminatā ppositionē: id est In inmaturitate. Immaturitas itaqz in hoc loco nocturnū tēpus est: qd nō est maturū: id est oportunū vt agatur aliqd vigilando: Qd etiā vulgo dici solet: hora importuna. Nox quoqz intēpesta: id est media: quādo quiescendū est: Hinc pculdubio nūcupata est: quia inportuna est actionib' vigilantiū. Tempestiuum eīn: dixerūt veteres oportunū: Et intempestiuum: importunū: A tpe ducto vocabulo: Nō ab illa tempestate: q̄ psuetudine latine lingue celi pturbatio iā vocat. Quāq̄ isto verbo libēter vtant historici: vt dicant ea tēpestate: qd volūt eo tpe intelligi: Et qd ait locutor egregi': Unde hectā clara repēte tempestas: Nō celū nimbis ventisve turbatū: sed magis subita et splēdida serenitate fulgidū significauit hoc nomine. Qd q̄ grece dictū est: ἐν ἀωρίᾳ: nō vno verbo sed duob': id est ppositione et noīe: hoc interpretes nostri quidā dixerūt: intempesta nocte: Plures in immaturitate: nō duob' verbis sed vno: cuius vocabuli nominatiu' ē immaturitas. Nōnulli vero in duob' verbis: sicut grecus posuit in immaturitate. ἀωρία quippe immaturitas est: ἐν ἀωρίᾳ: in immaturitate. Quāq̄ si vellet etiā ille q dixit intempesta nocte: ppositione dicere geminata: in intēpesta: vt vna ppositio significet in q̄ hora: altera ptineat ad cōpositionē noīs. Nihil sane interest ad sententiā: vtrum qs dicat egisse se aliqd gallicātu: an in gallicātu. Ita nihil interesset: vtrū intempesta nocte: an vero in intempesta nocte: id est in nocte intempesta clamasse se diceret. Grecus tñ in nocte intēpesta dixit: qd idē valet si dicat: in immaturitate: id est in tpe nocturno et immaturo. Hactenus de obscuro verbo fuerit disputatū: Nūc videamus quis ipe sit sensus. Preueni inqt nocte intēpesta et clamaui: In verbis tuis sperani. Si hoc ad vnūquēqz fideliū referamus: et ad pprietatē rei geste: sepe contingit vt tali noctis tpe vigilet amor dei: et magno vrgente orationis affectu nō expectet: sed pueniat: qd post gallicantum cōsueuit esse tps orandi: Si aūt accipiam' hoc totū seculū noctē: vtiqz intempesta nocte clamamus ad deū: et puenim' maturitatē tpis: in q nobis redditurus est qd pmisit: sicut alibi legit: Preueniam' faciem ei' in pfessione: Quāqz si velimus intelligere immaturū tps noctis huius ante q̄ venisset plenitudo tpis: id est ipa maturitas: qñ christ' manifestaret in carne: nec tūc ecclesia tacuit: sed puenies istā maturitatē pphetando clamauit: et in verbis dei sperauit potētis facere qd pmisit: vt in semine abrae benedicerent oēs gētes. Ipa et qd seqt dicit: Preuenerunt oculi mei ad matutinū: vt meditarer eloquia tua. Ponamus eīn matutinū qñ q sedebant in vmbra mortis: lux orta est eis. Nōne in sanctis q prius erāt in terra ad h matutinū oculi ecclie puenerūt: qz hoc futurū antea puiderunt: vt meditarent eloquia dei q̄ tūc erāt in lege ac pphetis et hec futura nunciabant: Vocē meā inqt exaudi dñe fm misericordiā tuam: et fm iudicium tuū viuifica me. Prius eīn de' fm misericordiā aufert a peccatorib' penā: eisqz postea iustis fm iudiciū dabit vitā: qz nō frustra illi hoc ordine dicitur: Misericordiā et iudiciū cantabo tibi dñe: Quāuis et fm tps miscōie nō est sine iudicio: et ecōtra: de q dicit Aplus: Si enim nos ipos iudicaremus a domino nō iudicaremur: Cū iudicamur autē a dño corripimur: ne cū mundo damnemur. Et eius coapostol': Tempus est inquit vt iudiciū incipiat a domo dñi: Et si initiū a nobis: qualis finis erit eis q nō credūt domini euangelio: Et vltimū temp' iudicij nō erit sine misericordia: quia coronat te: ait psalm': in miseratione et misericordia. Iudiciū autem sine misericordia: sed sinistris qui nō fecerūt misericordiam.

Appropinquauerūt inqt: psequētes me iniquitate: Vel sicut nōnulli codices habet: Iniquo. Tūc appropinquāt q psequūt: qñ vsqz ad carnē cruciandā pimendāqz pueniūt. Unde psalm' vicesimusprim' vbi passio dñi pphetata ē: Ne discedas inqt a me: qm tribulatio pxima est: cū ea dicitur q̄ nō imminēte: sed iā psente ipa passione ppessus est: Sed pximam dixit tribulationē que fiebat in carne. Nihil est quippe anime pxius carne quā gestat.

Propinquauerũt ergo persequẽtes: affligendo eorum carnẽ quos ꝑsequebant̃. Sed attende quod sequit̃: A lege autẽ tua longe facti sunt. Quanto magis ꝓpinquauerũt ꝑsequendis iustis: tãto longe facti sunt a iusticia. Sed qd nocuerũt eis qbus ꝑsequendo ꝓpinquauerũt: qñ interior est ꝓpinquatio dñi eoꝝ a quo nullaten⁹ deserunt̃? Deniq; sequitur.
h Prope es tu dñe: et oẽs vie tue veritas. Etiam in tribulationib⁹ suis q̃ eas nõ immerito patiuntur tribuere deo veritatẽ: sanctoꝝ est vsitata cõ
Hester. 14. fessio. Ita regina hester: ita sanctus danihel: ita tres
Dan. 3. viri in camino: ita eoꝝ sanctitatis alij socij cõfitent̃. Queri aũt põt quõ hic dictũ sit: Omnes vie tue ve
Ps. 24. ritas: cũ in alio psalmo legat̃: Uniuerse vie dñi misericordia et veritas. Sz erga sanctos et vniuerse vie dñi misericordia: et vniuerse vie dñi veritas: quia et in iudicãdo subuenit: atq; ita nõ deest misericordia: et in miserando id exhibet qd̃ ꝓmisit: ne veritas desit. Erga oẽs aũt et quos liberat et q̃s damnat: oẽs vie dñi misericordia et veritas: q: vbi nõ miseretur vindicte veritas exhibet̃. Multos q̃ppe immeritos
i
Al. *non habet liberat. immeritũ aũt neminẽ dãnat. *Ab initio cognoui: inq̃t: de testimonijs tuis: q: i eternũ fundasti ea. Qd̃ grec⁹ ait: κατ αρχησ. alij nostri ab initio: aliqui initio: aliqui in initijs: interpretati sunt. Sed qui pluraliter hoc dicere maluerunt: grecã locutionẽ secuti sunt. Latine aũt lingue illud potius vsitatũ est: vt ab initio vel i initio dicat̃: qm̃ κατ αρχησ grece q̃si pluraliter: sed aduerbialiter dicit̃: quale ẽ apud nos cũ dicim⁹: alias hoc facio: pluralẽ numerũ feminini generis dicere videmur: sed aduerbiũ est: et significat alio tp̃e. Quid est q̃ ab initio cognoui: vel potius vt et nos aduerbialiter id dicam⁹: Initio cognoui de testimonijs tuis: quia in eternũ fundasti ea? Testimonia dñi i eternũ ab illo dicit esse fundata: et hoc se initio cognouisse testat̃: nec aliunde cognouisse q̃ʒ de ipsis vtiq; testimonijs. Que sunt ista testimonia: nisi qb⁹ testatus est deus daturũ se regnũ suis filijs sempiternũ? Et q: hoc in vnigenito se daturũ esse testatus est: de q̃ dictũ est:
Luce. 1. Et regni ei⁹ nõ erit finis: ipsa testimonia dicit i eternũ esse fundata: q: id qd̃ ꝑ ea de⁹ ꝓmisit: eternũ est. Nã ꝑ se ipsa testiõia tunc nõ erũt necessaria: qñ res ipsa videbit̃ ꝓpter quã credendã nũc testimonia requirunt̃. Et ideo bñ intelligit̃ dictũ fundasti ea: quia in
j. Cori. 3. christo vera monstrant̃. Fundamentũ eñ aliud nemo põt ponere p̃ter id qd̃ positũ est: qd̃ est christus iesus. Uñ hoc q̃ iste initio cognouit: nisi q: ecclesia loquit̃ q̃ terris nõ defuit ab initio generis humani:
Gen. 4. cui⁹ primitie abel sanct⁹ est immolatus et ipse i testimoniũ futuri sanguinis mediatoris ab impio fratre
Gen. 2. fundẽdi? Nã et illud ab initio dictũ est: Erũt duo in carne vna. Qd̃ magnũ sacramentũ apl̃s paul⁹ expo
Eph. 5. nens: Ego inq̃t dico in christo et in ecclesia.

Explicit sermo vicesimusnonus.

Incipit sermo. XXX. de versu psalmi: Uide humilitatẽ meam et eripe me ꝛc.

N Emo in christi corꝑe cõstitut⁹ a se alienã arbitret̃ esse hãc vocẽ: Qm̃ reuera totũ christi corp⁹ in hac hũilitate positũ dicit: Unde et psalmi hui⁹ incip̃it lectio: de qua nũc disputare suscepimus.
Res. m Uide humilitatẽ meã et eripe me: quia legem tuam nõ sum oblitus. Hoc lege

nullam del legẽ cõuenientius intelligimus: nisi qua immobiliter fixum est: vt oĩs q̃ se exaltat humiliet̃:
et oĩs q̃ se humiliat: exaltet̃. Superbus ergo malis Luce. 14. [illegible]
vt humiliet̃ innectit̃: humilis a malis vt exaltet̃ eripitur. Judica: inquit: iudiciũ meũ: et redime me. Superior quodammõ sentẽtia repetita est. Qd̃ eñ ait: Uide humilitatẽ meã: hoc est: iudica iudiciũ meũ: Et qd̃ ait: eripe me: hoc est: et redime me. Qd̃ vero supra dictũ est: Quia legẽ tuam non sum oblitus: huic cõgruit qd̃ infra est: Propter eloquium tuum viuifica me. Ipm̃ enim eloquiũ est lex dei: quã nõ est oblitus vt se exaltandus humiliaret. Ad ipsam vero exaltationẽ pertinet quod ait viuifica me: quia sanctorũ exaltatio vita eterna est.
k
Longe* est: inquit: a peccatoribus salus: Al. * [illegible]
quia iustificationes tuas nõ exquisierunt. Quis eñ te discernit: o tu q̃ dixisti: Longe est a peccatoribus salus? Quis te discernit a peccatoribus: vt nõ a te longe sit: sed tecum sit salus? Hoc te nempe discernit: quia id qd̃ isti nõ egerũt: ipse fecisti: hoc est dei iustificationes exquisisti. Quid eñ habes qd̃ j. Cor. 4.
nõ accepisti? Nõne tu es q̃ paulo añ dicebas: Clamaui in toto corde meo: exaudi me dñe: iustificationes tuas requirã? Ergo ab illo ad quẽ clamasti: vt eas exquireres accepisti. Ipse te igitur discernit ab eis: a qbus ꝓpterea longe est salus: q: iustificatiões dei nõ exquisierũt. Uidit h̃ etiam ipse: Neq; eñ ego viderẽ: nisi in ipo essem. Corporis eñ christi verba ista sunt: cuius mẽbra sumus. Uidit hoc inquã: continuoq; subiecit. *Miserationes tue multe do Al. [illegible]
mine: Etiam hoc ergo qd̃ exquirimus iustificationes tuas: ꝑtinet ad miserationes tuas. Scd̃m iudicium tuum viuifica me. Noui enim quia et iudicium tuum sine tua miseratiõe nõ erit super me.
l
Multi* persequentes me et tribulãtes Al. * [illegible]
me: a testimonijs tuis nõ declinaui. Factũ est. nouimus. recolimus: agnoscamus. Purpurata est vniuersa terra sanguine martyrũ: floret celum coronis martyrũ: ornate sunt ecclesie memorijs martyrum: insignita sunt tempora natalibus martyrũ: crebrescũt sanitates meritis martyrum. Unde hoc: nisi quia impletũ est qd̃ p̃dictum est de homine isto toto terrarũ orbe diffuso: Multi ꝑsequentes me et tribulãtes me: a testiõijs tuis nõ declinaui? Agnoscimus: et gratias agim⁹ dño deo nostro. Tu nãq; homo. tu in alio psalmo: tu ipse dixisti: Nisi q: dñs Ps. [illegible]
erat i nobis: fortasse viuos absorbuissent nos. Ecce quare ab ei⁹ testimonijs nõ declinasti: et ad palmam superne vocationis inter manus multorũ ꝑsequentium tribulantiũ q; venisti. Uidi: inquit: insen Al. [illegible]
satos et tabescebam: Uel sicut alij codices habent: Uidi nõ obseruãtes pactũ: Et hoc plures habent. Sed qui sunt qui pactum nõ obseruauerunt: nisi qui declinauerũt a testimonijs dei: tribulationes multorum persequentiũ non ferentes? Hoc est autem pactum: vt qui vicerit coronet̃. Hoc pactum nõ obseruauerũt qui ꝑsecutiones nõ tolerantes: a testimonijs dei negãdo declinauerũt. Hos ergo iste vidit et tabescebat: quia diligebat. Zelus ille eñ bon⁹ est: de amore veniẽs: nõ liuore. In quo eñ nõ seruauerũt pactũ secut⁹ adiũxit: Quia eloquia tua nõ custodierũt. Ea q̃ppe in tribulatiõib⁹ negauerũt. Et cõmẽdat se iste differẽs ab eis: ac dicit:

Vide quoniã mandata tua dilexi. Non enim eloquia vel testimonia tua nõ negaui qđ martyres facere cogebant: ꝫ nõ facientes intolerabilia patiebant: sed hoc dixit vbi fructus est omniũ passionum: q: si tradidero corpus meũ vt ardeã: charitatẽ aũt nõ habeã: nihil mihi ꝓdest. Hãc iste cõmendãs ait: Vide qm̃ mãdata tua dilexi. Deniqꝫ deinde postulauit p̃miũ: Dñe in tua mīscđia viuifica me. Isti mortificant: tu viuifica. Sed si p̃miũ poscitur in misericordia qđ reddere debet iusticia: q̃to magis impensa est misericordia vt obtineret cui p̃mium debet ipa victoria? Principiũ: inquit: verbo⁊ tuo⁊ veritas: in eternũ omnia iudicia iusticie tue. A veritate inq̃t tua verba ꝓcedunt: et ideo veracia sunt: et neminem fallũt: quibus p̄nunciat vita iusto: pena impio. Hec sũt q̄ppe in eternũ iudicia iusticie dei.

eñ resistit morti? Fratres intēdat charitas vestra.

Resistitur ignib⁹: vndis. ferro: resistitur potestati-
bus: resistitur regib⁹: Uenit vna mors: q̄s ei resistit?
Nihil est illa fortius. Propterea viribus eius cha-
Cant. 8. ritas cōparata est. et dictū est. Ualida est sicut mors
Gal. 6. dilectio. Et quia et ipsa charitas occidit qd fuim⁹: vt
simus qd nō eramus facit in nobis quandā mortē
dilectio. Ipsa morte mortuus erat q̄ dicebat: Mun-
dus mihi crucifixus est: et ego mundo. Ipsa morte
Col. 3. mortui erant q̄bus dicebat: Mortui enī estis: et vi-
Cant. 8. ta vestra abscōdita est cū christo ī deo. Ualida est si-
cut mors dilectio. Si ergo valida est. fortis est et ma-
gne virtutis: et ipsa est virtus: et p ipsam regunt̄ infir-
mi a firmis. terra a celo. populi a sedibus. Ideo fiat
pax in virtute tua: fiat in dilectiōe tua. Et p istā vir-
X tutem: p istā dilectionē: p istam pacē: Fiat abun-
dantia in turribus tuis: Id est in excelsis tuis.
Pauci enī sedebūt in iudicio: sed multi ad dexteram
positi: faciūt populū ciuitatis illius. Multi enī ptī-
nebunt ad singulos quosq̄ excelsos: a quibus reci-
Luce. 16. piantur in tabernacula eterna: Et erit abundātia in
turribus eius. Plenitudo aūt deliciarū et sufficien-
tia diuitiarū ipse deus. ipse idipsum. ipse cuius ꝑticipa-
tio ē ciuitatis in idipsum: Ipsa erit abundātia nostra.
Sed vñ: Per charitatē: hoc est p virtutē. In quo
Phil. 2. autem est charitas fraterna? Qui nō sua querit ī hac
vita. Audi aplm̄ Paulum habentē charitatem: ait:
1. Cor. 10. Placete omnibus per omnia: sicut et ego omnibus
Gal. 1. p omnia placeo. Ubi est ergo qd dixisti: Si adhuc
hominib⁹ placerē: christi seruus nō essem: et modo
dicis te placere: et modo cohortaris vt et illi placeāt?
Sed nō ibi posuisti finem: vt quis ꝓpter se: nō ꝓpter
charitatē placeat. Qui gloriā suam q̄rit: non querit
Ibidem. salutem aliorū. Ait enim: Sicut et ego omnib⁹ per
omnia placeo: nō q̄rens quod mihi ꝓdest: sed quod
Y multis: vt salui fiant. Ideo et hic cū de charitate di-
Al. meos et ꝓ- ceret: Propter fratres meos et ꝓpinquos
ximos meos: loquebar autē pacem de te. O hieru-
Al. non habet salem ciuitas cui⁹ participatio in idipsum: ego in hac
vita et in hac terra: ego pauꝑ: peregrinus et gemēs:
nondum perfruens pace tua. et ꝑdicans pacem tuā:
nō ꝓpter me illam ꝑdico: sicut heretici: qui q̄rentes
1. Thes. 2. gloriam suam dicunt: Pax vobiscum. et pacem nō
habent quā populis ꝑdicant. Si enim haberēt pa-
cem: nō cōscinderent vnitatē. Ego inquit loquebar
pacem de te. Sed quare? Propter fratres meos et
proximos meos: nō ꝓpter honorē meū: nō ꝓpter pe-
Phil. 1. cuniam meā: nō ꝓpter vitā meā: Nam mihi viuere
christus est: et mori lucrum: sed loquebar pacem de
te ꝓpter fratres meos et ꝓpinquos meos. Nam cu-
piebat ipse dissolui: et esse cum christo. Et quis istam
Ibidem predicaret ꝓpinquis et fratribus? Manere inquit in
carne: necessariū ꝓpter vos. Propter fratres meos
et ꝓpinquos meos: loquebar autem pacem de te.
Al. nostri Propter domū domini dei mei: quesi-
ui bona tibi. Non ꝓpter me q̄siui bona tibi: nam
nō tibi q̄rerem sed mihi: ideo nec ego haberē: q2 nō
tibi q̄rerē: sed ꝓpter domum dñi dei mei: ꝓpter eccle-
siam: ꝓpter sanctos: ꝓpter peregrinos: ꝓpter inopes
eius vt ascendāt: q2 dicim⁹ eis: In domū dñi ibim⁹:
Propter ipsam domū dñi dei mei: q̄siui bona tibi.
Hec frēs ꝓliriora et necessaria carpite: manducate:
bibite: cōualescite: currite: apprehendite.

Explicit tractatus de ps̄. CXXI.

Incipit tractatus de ps̄. CXXII.

Prefatio.

A Scendentis cantica ex ordine cū sanctitate
a vestra cōsideranda suscepi: Ascendentis et
amantis: et ideo ascendentis quia amantis.
Omnis amor aut ascendit aut descendit. Desiderio
enī bono leuamur ad deū: et desiderio malo ad ima
ꝑcipitamur. Sed q2 iam malo desiderio lapsi ceci-
dimus: supest nobis si agnoscamus q̄s ad nos non
ceciderit sed descenderit: herendo illi ascēdere: q2 vi-
ribus nostris nō possum⁹. Ipse dixit dñs iesus chri-
stus: Nemo ascendit in celum: nisi q de celo descen- Joh. 3.
dit filius hoīs q est in celo. Tāq̄ de se solo videt di-
xisse. Ergo ceteri remanserūt: q2 solus ascendit q so-
lus descendit? Quid debent ceteri facere? Uniri cor-
pori ipsius: vt sit vnus christus q descendit et ascen-
dit. Descendit caput: ascendit cum corpore: vestit⁹
ecclesia sua: quā sibi exhibuit sine macula et ruga. Ephe. 5.
Solus ergo ascendit: Sed et nos qm̄ cū illo sic sum⁹
vt in illo membra eius simus: et nobiscū solus est: et
ideo vnus et semper vnus. Unitas nos cōpaginat
vni: Et illi soli cum illo nō ascendūt: q cum illo vn⁹
esse noluerūt. Iam vero qm̄ ipse q in celo posit⁹ est: B
et carne suscitata immortalis: per quā fuit ad temp⁹
mortalis: et nihil in celo ꝑsecutionū patiēs: nihil ma-
liciarū et obprobrioꝝ: sicut in hac terra qm̄ ꝓ nobis
oīa sustinere dignatus est: cōpassus tm̄ corpori suo
in terra laboranti dixit: Saule saule qd me ꝑseque- Act. 9.
ris? Iam ipm̄ nemo tangebat: et se pati ꝑsecutionē
de celo clamabat. Nō ꝑter spem esse debem⁹: immo
cum magna fiducia ꝑsumere: Quia si p charitatem
ipse nobiscū in terra est: per eandē charitatē et nos
cū illo ī celo sum⁹. Sed diximus quēadmodū nobi-
scum ipse in terra sit: vocem eius diximus de celo so-
nantis: Saule saule quid me persequeris: cum eum
saulus omnino non tangeret: sed nec videret. Quo-
modo autem ostenditur: quia et nos cum illo in ce-
lo sumus? Eodem ipso paulo apostolo dicente. Si Col. 3.
cōsurrexistis cum christo: que sursum sunt querite:
vbi christus est in dextera dei sedens: q̄ sursum sunt
sapite: non que sunt super terram: Mortui enī estis: Ibidem
et vita vestra abscondita est cum christo in deo. Er-
go et ille adhuc deorsum est: et iā nos sursum sum⁹.
Ille deorsum est cōpassione charitatis: nos sursum
sumus spe charitatis: Spe enim salui facti sumus. Roma. 8.
Sed quia spes nostra certa est: q̄uis futurum sit: sic
de nobis dicitur quasi iam factum sit. Ascendat er-
go iste cantator: Sꝫ in vnoquoq̄ corde vestrū can-
tet hic hō: et vnusq̄sq̄ sit iste homo. Cū enī dicitis
illud singuli: q2 oēs vnū estis ī christo: vn⁹ hō illud
dicit. Et nō ad te dñe leuauim⁹ oculos nr̄os: sed

Expositio psalmi.

Ad te domine leuaui oculos me- C
a os. Debetis quidem putare vnumquē-
q̄ vestrū loqui: sed vnus ille maxime lo-
quitur: qui etiā diffusus est toto orbe terrarū: vnus
ille loquitur qui alibi dicit: A finibus terre ad te cla- Ps. 60.
maui: cum angeretur cor meum. Quis est qui cla-
mat a finibus terre? Quia vnus homo diffusus est
vsq̄ ad fines terre: Unusq̄sq̄ homo in regione sua
potest clamare: Nūquid a finib⁹ terre? Sed here-
ditas illa christi de qua dictū est: Dabo tibi gentes Ps. 2.
hereditatē tuā: et possessionē tuā terminos terre: ipsa

Ps. 60. clamat et dicit: A finibus terre ad te clamaui. cū an-
geretur cor meū. Angat cor nostrū: et clamemus.
Unde angat cor nostrū: Nō de his q̄ hic patiunt̄ e
mali (verbi gratia) quia damnū patiūt. Nā si inde
angit cor: cuius est: Quia nescio quē tuorū ex volū-
tate dei amisisti: si inde angit cor: qd magnum: Hic
anguntur et corda infideliū: ista patiunt̄ e q̄ nondum
i christo crediderūt. Unde angit cor christiani: Quia
nondū cum christo viuit. Unde angitur cor christia-
ni: Quia pegrinatur et desiderat patriā. Si inde an-
gitur cor tuum: etiā si felix ſm seculū fueris: gemis:
Etsi oīa pspera pfluant: et si vndiq̄ tibi iste mūdus
arrideat: tu tñ gemis: q2 i peregrinatiōe te cōstitutū
vides: et sentis iā quidē te q̄ndā hr̄e felicitatē ſm o-
culos stultorū: sed nondū ſm pmissionē christi. Illā
querens gemis: illā q̄rens desideras: et desiderando
ascendis: et ascendēdo cantas canticū graduū: et can-
tando canticū graduū dicis: Ad te dñe leuaui ocu-
los meos: Qui habitas in celo. Ascendēs q̄ le-
uaturus erat oculos: nisi illuc quo tendebat: et ascen-
dere desiderabat: De terra eñ ad celū ascēdit. Ec-
ce terra deorsum: quā calcamus pedib9 nostris: ecce
iam celū sursum: qđ videmus oculis nostris: et ascē-
dendo cantam9: Ad te leuaui oculos meos: q̄ habi-
tas in celo. Ubi sunt ergo scale: Tāta eñ interualla
cōspicim9 inter celū et terrā: tantā separationē: et tā-
ta spacia locorū: Illuc volum9 ascēdere: scalas nō vi-
demus. Nūqd forte fallim9 nos: q2 canticū graduū:
id est canticū ascensionis cantam9: Ascendimus ad
celū: si cogitam9 deū: q̄ ascensus i corde fecit. Quid
est ascendere in corde: Proficere i deū. Quō oīs q̄
deficit nō descendit sed cadit: sic oīs q̄ pficit: ascen-
dit: Sed si sic pficiat vt non supbiat: si sic ascendat
vt nō cadat. Si aūt pficiendo supbiat: ascendendo
iterū cadit. Sed vt nō superbiat: quid debet facere:
Leuet oculos suos ad illū q̄ habitat in celo: nō se at-
tendat. Oīs eñ superbus se attendit: et magn9 sibi
videt q̄ sibi placet. Sed qui sibi placet: stulto homi-
ni placet: q2 ille ipse stultus est: cū sibi placet solus.
Solus securus placet: q̄ deo placet. Et q̄s est q̄ pla-
cet deo: Cui placuerit deus. Displicere sibi deus nō
pōt: Placeat et tibi: vt placeas illi. Sed tibi ille pla-
cere nō poterit: nisi tu tibi displicueris. Si autē di-
splices tibi: tolle a te oculū. Ut qd te eñ attendis:
Si eñ verū te attendis: inuenis in te qđ tibi displi-
Ps. 50. ceat: et dicis deo: Peccatū meū ante me est semper.
Peccatū tuū sit ante te: vt nō sit ante deū: et tu noli
esse ante te: vt sis ante deum. Quomodo enim vo-
lumus vt non a nobis auertat faciem deus: sic vo-
lumus vt auertat faciē suā a peccatis nostris. Nam
Ps. 26. vtrūq̄ illuc cantat in psalmo: Ne auertas faciē tuā
a me. Uox est psalmi: vox ē ergo nostra. Et ille q̄ di-
cit: Ne auertas faciē tuam a me: vide qd dicat alio
Ps. 50. loco: Auerte faciem tuā a peccatis meis. Si vis vt
auertat faciem suam a peccatis tuis: tu ipse a te auer-
te faciem tuam: et a peccatis tuis noli auertere. Si
eñ non ab eis auerteris faciē tuam: tu ipse irasceris
peccatis tuis. Si aūt tu nō auertis faciem tuā a pec-
catis tuis: tu agnoscis: et ille ignoscit. At vero a te le-
ua oculos ad illū: et dic: Ad te leuaui oculos meos:
qui habitas in celo. Celum frates mei si corporali-
ter intellexerimus hoc quod videmus oculis corpo-
reis: vere sic errabimus vt non putemus nos illuc

ascendere: nisi scalis positis: aut aliquib9 machina-
mentis. Si autē spiritualiter ascendimus: spirituali-
ter celum intelligere debemus. Sit ascensus in affe-
ctu: celum in iusticia. Quid est ergo celum dei: Oēs
sancte anime: omnes iuste anime. Nā et apl'i q̄uis
in terra essent carne: celū erant: q2 in illis dñs sedēs
per totū mundū ambulabat. Ergo habitat in celo.
Quō: Quō dicit in alio psalmo: Tu aūt in sctō ha- Ps. 21.
bitas laus israel. Qui habitat in celo: habitat i san-
cto. Sancto qd nisi i templo suo: Templū eñ dei I. Cor. 3.
sanctū est: qđ estis vos. Sed oēs adhuc infirmi: et
ſm fidem ambulātes: ſm fidē sunt templū dei: erūt
eñ aliqñ et ſm speciem templū dei. Q̄ diu sunt tem-
plum ſm fidē: Q̄ diu in ipis christus p fidem habi- Eph. 3.
tat: sicut dicit Apl's: habitare christū p fidē in cordi-
bus nostris. Sunt aūt iā celi: in q̄bus iā p speciē ha-
bitat deus: vidētes eū facie ad faciē: oēs sancti ange-
li: oēs sancte virtutes: potestates: sedes: dñationes:
hierusalē illa celestis vñ pegrinādo ingemiscimus:
et quā desiderando oramus. Ibi habitat deus: illuc
leuauit iste fidē: illuc ascēdit affectu desiderādo: Et
ipm desideriū facit animā desudare sordes peccato-
rum: et mundari ab omni labe: vt fiat et ipa celū: q2
leuauit oculos ad eū q̄ habitat in celo. Nam si celū
istud corporeū qd oculis videmus intellexerimus
esse habitationē dei: transitura ē habitatio dei: q2 ce- Math. 24.
lum et terra transient. Deinde anteq̄ faceret de9 ce-
lum et terrā: vbi habitabat: Sed dicit aliqs: Et anteq̄
faceret de9 sanctos vbi habitabat: In se habitabat
deus: apud se habitabat: et apud se est de9. Et qñ di-
gnatur habitare in sanctis: nō sic sunt sancti domus
dei: vt ipa subtracta cadat deus. Aliter enim nos ha-
bitam9 in domo: aliter deus in sanctis. Tu habitas
in domo: si subtracta fuerit: cadis. Deus autem sic
habitat in sanctis: vt si ipse discesserit: ipsi cadant.
Quicūq̄ ergo sic portat deum: vt sit templū dei: nō
putet sic a se portari deum: vt terreat deū si se subdu-
cat. Ue illi si se subtraxerit de9: q2 ipse cadit: Nā de-
us in se permanet. In quibus nos habitamus: ipsa
nos cōtinent: in q̄bus deus habitat: ipse illos conti-
net. Iam videte q̄tum intersit inter nostrā habita-
tionem et dei: et sic dicat anima: Ad te leuaui oculos
meos: qui habitas in celis: vt intelligat quia deus
nec celo indiget vbi habitet: sed celū ipo indiget vt
ab ipso inhabitet. Quid ergo sequit: quia dixit. Ad
te leuaui oculos meos q̄ habitas in celo: Quomō
leuasti oculos tuos in celum: Ecce sicut oculi
seruorum in manus dominorū suorum:
Et sicut oculi ancille in manus domine
sue: sic oculi nostri ad dominū deum no-
strū quoadusq̄ misereat nři. Et serui sumus
et ancilla sumus: Ille et dñs est et domina ē. Aut qd
sibi volunt ista verba: Et quid sibi volunt iste simi-
litudines rerū: Attendat aliquantulū charitas vrā.
Non mirū si serui sumus et ille dñs est: sed mirum
si ancilla sum9: et ille domina est. Sed neq̄ hoc mi-
rum quia ancilla sumus: ecclesia enim sumus: nec il-
lud mirum q2 et ipse dñā est: virtus eñ est et sapien-
tia dei. Audi ergo Apl'm dicentē: Nos autē pdica- I. Cor. 1.
mus christū crucifixum: iudeis quidē scandalū: gen-
tibus aūt stulticiā: ipsis vero vocatis iudeis et gre-
cis christū dei virtutē et dei sapientiā: vt iā sit seru9
ipsius: et sit ancilla ecclesia. Utrūq̄ audisti christū:

dei virtutẽ ⁊ dei sapientiã. Cum ergo audis christũ: leua oculos tuos in manus dñi tui: Cũ audis dei virtutem et dei sapientiã: leua oculos tuos in man⁹ dominę tuę: qꝛ et seruus ⁊ ancilla es. Seruus: quia populus es: ancilla: quia ecclesia es.
G Ipsa autem ancila magnã dignitatẽ inuenit apud deũ. Vxoꝛ facta est: sed donec veniat ad amplex⁹ illos spirituales vbi secure perfruaꝶ eo quẽ dilexit: et cui suspirauit in ista diuturna pegrinatione: sponsa est: et accepit arram magnã: sanguinẽ sponsi: cui secura suspirat: Nec illi dicitꝶ: noli amare: quõ dicitꝶ aliqñ virgini iã despõsatę et nondũ nuptę: ⁊ iuste dicitꝶ: Noli amare: Cũ facta fuerꝭ vxoꝛ: tũc ama: Recte dicitꝶ: qꝛ ꝑproperũ ⁊ ꝑposterꝫ desideriũ est ⁊ nõ castũ amare eũ cui nescit an nubat. Põt eñ fieri vt alius spõsetꝛ et ali⁹ ducat vxorẽ. Quia vero null⁹ est alius q̃ christo ꝑponaꝶ: secura amat ista: Et anteq̃ȝ illi iungaꝶ amet: et de lõginquo suspiret: ⁊ de longinqua pegrinatiõe: Sol⁹ ducet: quia sol⁹ talẽ arrã dedit. Quis eñ põt sic ducere: vt moriaꝶ ꝑ ea quã vult ducere: Si eñ mori ꝑ ea quã vult ducere voluerit: nõ erit q̃ ducat. Securus aũt ille ꝑ sponsa mortuus est: quã resurgẽs erat ductur⁹.
H Veruntñ fratres: interum simus quõ serui
Ioh. 15. et ancilla. Dictũ est quidẽ: Nõ vos dicã seruos: sed amicos: Sed forte solis discipulis dixit dñs. Audi-
Gal. 4. te aplm paulũ dicentẽ: Itaq̃ȝ iã inqͭ nõ ẽ seru⁹: sed filius: Si aũt fili⁹ ⁊ heres ꝑ deũ. Ppl'o dicebat: fidelib⁹ dicebat. Iã ḡ i noĩe dñi redẽpti sanguĩe ipi⁹: loti lauacro ipi⁹: filij sumus: filius sumus: qꝛ sic multi sumus: vt in illo vnus sim⁹. Quid sibi ergo vult qđ adhuc tanq̃ȝ serui loquimur: Nunqđ tantũ meritũ habere possumus in ecclesia: q̃ȝuis iam filij facti ex seruis: quantũ habuit ipe apl's paulus: Et tñ qđ di-
Roma. 1. cit in epl'a: Paulus seruus christi iesu. Si ille se adhuc dicit seruũ ꝑ quẽ nobis euangeliũ ꝑdicatũ est: quãto magis nos debem⁹ agnoscere cõditionẽ nostram: vt maioꝛ sit in nobis gratia ipi⁹: Primo eñ seruos fecit quos redemit. Sanguis eñ ille pro seruis preciũ est: ꝑ sponsa pignus est. Agnoscẽtes itaq̃ȝ cõditionẽ nostrã: etsi iam filij ꝑ gratiã ipius: serui tñ ꝓpter creaturã: qꝛ vniuersa creatura deo seruit: dicam⁹: Sicut oculi seruoꝝ in manus dñoꝝ suorũ: et sicut oculi ancillę in manus dominę suę: sic oculi nostri ad dñm deum nostrũ: quoadusq̃ȝ misereaꝶ nostri. Dixit et quare. Sicut serui oculos habẽt ĩ manus dñi sui: ⁊ sicut ancillę oculos habẽt in man⁹ dominę suę: sic inqͭ oculi nostri ad dñm deũ nrm. Et
I quasi q̄reres: vt qđ: Quoadusq̃ȝ inqͭ misereaꝶ nostri. Quales ergo seruos voluit intelligi frẽs: Qui oculos habẽt in man⁹ dñoꝝ suorũ. Et quales ancillas: Quę oculos habẽt ĩ man⁹ dñę suę: q̃adusq̃ȝ misereatur dña earũ. Qui sunt isti serui ⁊ ancillę: q̃ sic habẽt oculos in manus dominorũ suoꝝ: nisi qui iubentur cędi: Oculi nostri ad dñm deuȝ nostrũ: q̃adusq̃ȝ misereaꝶ nostri. Quõ: Sicut oculi seruoꝝ ĩ manus dñoꝝ suoꝝ: et sicut oculi ancillę in manus dominę suę. Ergo et illi ⁊ illę: q̃adusq̃ȝ misereaꝶ vel dominus vel domina. Fac ergo aliquem dñm iussisse seruum suum cędi. Vapulat seru⁹: sentit plagarum dolores: attendit ad manus domini sui: quoadusq̃ȝ dicat: parce. Manũ enim ipam: potestatẽ dicit. Ergo quid dicim⁹ fratres: Iussit nos cędi dñs noster: et domina nostra: sapientia dei iussit nos cędi: et in

hac vita vapulamus: et tota ista vita mortalis plaga nostra est. Audi vocem Psalmi: Pro iniquitate Ps. 38.
erudisti hominẽ: et tabescere fecisti sicut araneã animam meã. Attendite fratres: q̃ȝ tabida ẽ aranea: vt leui tactu cõquassetur et moriaꝶ. Et ne quasi carnẽ solam infirmitate mortalitatis putaremus nos habere tabidã: nõ dixit: tabescere me fecisti: ne sm carnem intelligerem⁹: sed ait: Tabescere fecisti sicut araneam animã meam. Nihil enim infirmius anima nostra: posita in medijs temptationib⁹ sęculi: in medijs gemitibus et parturitionib⁹ molestiarũ: Nihil ea infirmius donec hęreat soliditati cęlesti: et sit in templo dei vnde iam nõ cadat: Quia primo vt veniret ad hanc infirmitatẽ et tabificationẽ: sicut aranea infirma facta est: ⁊ de paradiso expulsa est: Tũc iussus est seruus cędi. Fratres mei: videte ex q̃ vapulemus. In omnibus qui ab initio generis huma- K
ni nati sunt: in omnibus qui nunc sunt: in omnibus qui postea nascenꝶ adam vapulat. Vapulat adam: id est genus humanũ: Et multi sic obdurauerũt: vt nec plagas suas sentiant. Qui vero ex ipo genere filij facti sũt: recęperũt sensuȝ doloris: Sentiũt se vapulare: et nouerũt quis iussit vt vapulent: et leuauerunt oculos suos ad eum q̃ habitat in cęlo: et sic sunt oculi eorum in manus dñi sui: quoadusq̃ȝ misereaꝶ: sicut oculi seruorũ in manus dominorũ suorũ: et sicut oculi ancillę in man⁹ dominę suę. Vides fęlices aliquos in isto sęculo ridentes: iactantes se: nõ vapulant: immo peius vapulant. Hoc ipso graui⁹ cęduntur quo sensum iam perdiderunt. Euigilent ⁊ vapulent: sentiant quia vapulãt: sciant q̃a vapulant: ⁊ doleant quia vapulant: quoniã q̃ apponit scientiã: ap- Eccle. 1.
ponit dolorẽ. Hoc scriptura dixit. Ideo dñs in euangelio: Beati lugentes: qm̃ ipsi cõsolabunꝶ. Au- Math. 5.
diamus vocem hoĩs q̃ vapulat: et sint istę vniuscuiusq̃ȝ nostrũ voces: ⁊ iã qñ nobis bñ est. Nam q̃s nõ intelligat vapulare se qñ ęgrotat: quãdo in carcere est: qñ in catena: qñ forte latrones patiꝶ: qñ ab aliq̃b⁹ improbis et aliq̃ molestię irroganꝶ: Sentit vapulare se. Magn⁹ sensus est videre q̃a vapulat: et qñ illi bene est. Nõ eñ ait scriptura in iob: tẽpta- Iob. 7.
tionibus abundat vita humana: sed ait: nunqđ non temptatio est vita humana sup terraȝ: Totã ipsam vitam temptationẽ dixit. Omnis ergo vita tua sup terrã: plagę tuę sunt. Plãgę q̃ȝdiu viuis in terra: siue fęliciter viuas: siue in aliqua tribulatione cõstitutus sis: clama: Ad te leuaui oculos meos q̃ habitas in cęlo. Ad man⁹ dñi q̃ te iussit cędi: cui dicis in alio psalmo: Propter iniquitatẽ erudisti hominẽ: et ta- Ps. 38.
bescere fecisti sicut araneã animã meã: clama ad manus cędentis et dic: Miserere nostri dñe: mi- L
serere nostri. Nõ sunt istę voces vapulantis: miserere nostri dñe miserere nostri: Quoniã mul- [illegible]
tum repleti sumus despectione. Et in plu- [illegible]
rimũ repleta est aĩa nostra: obpꝛobriũ [illegible] his [illegible]
qui abundãt: ⁊ despectio superbis. Qui de- [illegible]
spiciuntur cõtemnuntur. Omnes q̃ sm christum pie volunt viuere: necesse est patiantur obpꝛobria: necesse est cõtemnantur ab his q̃ volunt impie viuere: quorum fęlicitas tota terrena est. Irridentur illi qui fęlicitatem vocant quã oculis terrenis videre nõ possunt: ⁊ dicitur eis: Quid credis insane: Vides quod credis: Reuersus ẽ aliquis ab inferis: ⁊ renuciauit tibi

quid ibi agit? Ecce ego qd amo video: et fruor. Despiceris qꝛ speras qd non vides: ⁊ despicit te ille qui quasi tenet qd videt. Attēde ipse si tenet: Noli turbari: Uide si ipse tenet: ⁊ non tibi insultet: ne cū putas eum fęlicem in ꝑsenti: amittas verā fęlicitatē futuram. Noli turbari: attende si tenet. Labit hoc ab illo quod tenet: vel ipe ab eo quod tenet: Necesse est transeat aut ipse per res suas: aut res ipsius ꝑ illum. Per quem res transeunt suę? Qui viuus labefactauerit. Qui transit per res suas? Qui in diuitijs moritur: quia cum morit nō eas secū aufert ad inferos. Domū meā habeo: iactauit se. Queris: quā domū tuam? Quā mihi dimisit pater meus. Et ille: Unde habuit hanc domum? Auus noster illi eam dimisit. Recurret ⁊ ad proauū: inde ad attauū: ⁊ iam nomia nō potes dicere. Nōne inde potius terreris: qꝛ multos attendis transisse ꝑ illā domū: ⁊ neminē ipsorum secum illam tulisse ad ęternā domū? Pater tuus hic eam dimisit: transijt ꝑ illā: sic ⁊ tu transibis. Si ergo transitū habetis in domo vestra: stabulum est itinerantiū: non habitatio cōmanentiū: Et tamē qꝛ nos ea quę futura sunt speramus: ⁊ in futurā fęlicitatem

1 Jo.3. suspiramus: ⁊ nondū apparuit qd erimus: quia iam
Col.3. filij dei sumus: qꝛ vita nostra abscondita est cū christo in deo: Repleti sum⁹ despectiōe: id est cōtemptu ab his qui fęlicitatē quęrunt vel habent in isto seculo.

B In plurimū repleta est anima nostra: opprobriū eis qui abūdant ⁊ despectio sup̄bis. Quęrebam⁹ qui sunt qui abūdant: exposuit tibi cum dixit: superbis. Qd est autem opprobriū, hoc est despectus: ⁊ qd est: qui abūdant: hoc est sup̄bis. Repetitio sententię est: ⁊ opprobriū eis qui abundant: ⁊ despectio superbis. Quare abūdant sup̄bi? Quia hic volunt esse fęlices Quid? Quādo ⁊ ipsi miseri sunt: nūquid abūdant? Sed forte quādo miseri sunt: nō nobis insultant. Intendat charitas vestra. Tūc insultant forte quādo fęlices sunt: quādo se iactant in pompa diuitiarū suarum: quādo se iactant in ventositate falsorū honorꝫ: tūc insultāt nobis: et quasi dicunt: Ecce mihi bn̄ est: fruor ego rebus ꝑsentibus: recedant a me qui ꝓmittunt qd nō ostēdūt: qd video teneo: qd video fruor: bene mihi sit in hac vita. Tu securior esto: quia resurrexit christus: ⁊ docuit te quid in alia vita datur⁹ sit: Certus esto: quia dat. Sed insultat ille: qꝛ tenet. Ferto insultantē: et ridebis gementē. Postea enim

Sap.5. veniet tempus qn̄ dicturi sunt illi ipsi Hi sunt quos aliqn̄ habuim⁹ in risum. Uerba sunt libri Sapiētię: quia ꝓdidit nobis scriptura quę dicturi sunt illi ipsi qui nos mō irrident: ⁊ qui nos despiciūt: et a quibus impleti sumus opprobrio ⁊ despectione. Quę verba habebūt tunc qn̄ a veritate despiciunt? Uidebūt eñ ad dexterā fulgere quos secum cōmixtos cōtemple-

Col.3. rūt: cum factū fuerit in illis qd dicit ap̄lus: Cū christus apparuerit vita vestra: tūc et vos cū illo apparebitis in gloria: ⁊ dicēt: Hi sunt quos aliqn̄ habuim⁹ in risum ⁊ in similitudinē improperij. Nos insensati vitā illorꝫ estimabam⁹ insaniā: ⁊ finem illorꝫ sine honore. Quō cōputati sunt inter filios dei: et inter sanctos sors illorū est? Et sequēt in eodē sermōe: ⁊ adij-

Sap.5. cient: Ergo errauim⁹ a via veritatis: ⁊ iusticię lumē nō luxit nobis: ⁊ sol nō ortus est nobis. Quid ꝓfuit nobis superbia: et diuitiarū iactantia quid contulit nobis? Ibi tu non eis insultabis: quia ipsi sibi iam insultant. Quod donec fiat fratres leuem⁹ oculos nostros ad eum qui habitat in cęlo: et non ab illo tollamus oculos: quoadusqꝫ misereat nostri: ⁊ liberet ab omni temptatiōe ⁊ opprobrio ⁊ despectu. Huc accedit qd aliquādo et ipsi qui sunt in flagello infęlicitatis temporalis insultant nobis. Inuenis aliquē pro merito iniquitatū suarꝫ: siue occulto iudicio dei: siue manifesta damnatiōe mitti in carcerē: portare catenam: ⁊ ipse insultat: Et cū ei dictū fuerit: Quare nō bene vixisti: Ecce quo venisti male viuendo: Ille respōdit: Quare illi qui bene viuūt ista patiunt? Sed illi ꝓpterea patiunt vt probent: vt temptationibus

Prouer.3. Hebr.12. exerceant: vt flagellis ꝓficiant: quia flagellat deus omnē filiū quē recipit. Et si vnicū sine peccato flagellauit: ⁊ ꝓ nobis omnib⁹ tradidit eum: quō debemus nos flagellari qui fecim⁹? Quare flagellemur? Cum ista dixerim⁹ illis: ⁊ de infęlicitate adhuc sup̄biunt: ⁊ afflicti nōdum humiliati respondēt: ⁊ dicūt: Ista sunt verba christianorꝫ vanorꝫ: qui credunt qd nō vident. Sed ⁊ ipsi insultāt: quid putam⁹ fratres quasi non eos cōmemoratos in hoc psalmo cum diceret: Opprobriū eis qui abūdant ⁊ despectio superbis: Quādoquidem insultat christianis ⁊ ab eis qui nō abūdant: sed cum sint in egestate ⁊ erūnis: nec ipsi cessant insultare? Certe ergo opprobriū eis qui abūdant. An forte nullus inuenit qui etiā positus in calamitate insultet. si nō insultauit latro qui cum crucifixo dn̄o crucifixus erat? Ergo si insultant ⁊ illi q nō

Luce.23. C abūdant: quare psalmus ait: Opprobriū eis qui abūdant? Si diligēter discutiam⁹: ⁊ ipsi abūdant. Unde abūdant? Nam nisi abūdarent sup̄bi nō essent. Ali⁹ eñ abūdat pecunia et inde sup̄bus est: alius abūdat honoribus ⁊ inde sup̄bus est: alius abūdare se iusticia putat: ⁊ inde superbit: qd peius est. Qui vident nō abūdare pecunia: et iusticia sibi vident abūdare: aduersus deū: ⁊ positi in calamitatib⁹ se iustificāt: deū accusant ⁊ dicūt: Quid admisi: aut qd feci? Et tu dicis: Respice: Recordare peccata tua si nihil fecisti. Titillat aliquātū cōsciētia: ⁊ redit ad se: ⁊ cogitat facta sua mala: et cū cogitauerit facta sua mala: nec sic vult ꝯfiteri: qꝛ digna patit: sed dicit: Ecce manifeste feci multa: sꝫ multos video peiora fecisse: ⁊ nihil mali pati: Iust⁹ est cōtra deū. Abundat ergo ⁊ ipse: plenū habet pect⁹ iusticię: quādoquidē illi deus videt malefacere: et ipe sibi videt iniuste pati: Et si dares illi nauim gubernandā: in naufragiū iret cum illa: Uult autē deū excutere de gubernatiōe hui⁹ mundi: ⁊ ipse tenere gubernacula creaturę ⁊ distribuere omnibus dolores ⁊ leticias: pęnas et p̄mia. Et qd miramini. Infęlix aīa abundat: sed abūdat nequicia: abundat malicia: Et eo plus abūdat nequicia: quo sibi videt abūdare iusticia. At vero christianus homo nō debet

D abūdare: sed pauperē se debet cognoscere. Et si habet diuitias: scire debet qꝛ nō sunt illę verę diuitię vt alias desideret. Qui eñ diuitias falsas desiderat: veras nō quęrit. Qui aūt veras quęrit: adhuc pauper

Ps.3.48. est: ⁊ recte dicit: Paup ⁊ dolens ego sum. Rursus ille qui ⁊ paup est: ⁊ nequicia plenus est: vnde dicit abūdare? Quia displicet illi quia pauper est: et iusticia ipsa videt abūdare in corde suo aduersum iusticiam dei. Et quę abūdantia iusticię nostrę? Quātacunqꝫ iusticia nostra in nobis fuerit: ros est nescio quis ad illum fontem: ad sagenam illam tantā. ... quę

dam sunt: que vitam nostrã molliant: et durã iniquitatẽ soluant. Modo desideremꝰ de pleno fonte iusticie saginari: desideremus vbertate illa satiari de qua
Ps. 35. dicit i psalmo: Inebriabunt ab vbertate domꝰ tue: et torrente voluptatis tue potabis eos. Hic aũt cum sumꝰ: inopes nos esse intelligamꝰ: et egẽtes: nõ solũ harũ diuitiarum: quia nõ sunt vere diuitie: sed et ipsiꝰ salutis. Et qñ sani sumꝰ: intelligamꝰ qz infirmamur. Qz diu enim corpus hoc esurit et sitit: qz diu corpꝰ hoc vigilãdo fatigat: stando fatigat: ambulãdo fatigat: sedendo fatigat: mãducando fatigat: quocũqz se verterit ad subsidiũ fatigationis: ibi inueniet aliã fatigationẽ. Non est ergo pfecta sanitas: nec in ipso corpe. Nõ sunt ergo ille diuitie: sed mẽdicitas. Quia quãto magis abundant: tanto crescit inopia et auaricia. Non est ista salus corporis: sed infirmitas. Paramur quotidie medicamẽtis dei: qz mãducamꝰ et bibimus. Medicamenta ipsa sunt: q nobis apponunt. Fratres: si vultis videre qualis morbꝰ nos habeat: qui ieiunat septẽ diebus: fame cõsumit. Ergo illa fames ibi est: sed ideo illã nõ sentis: qz quotidie illã curas. Ergo nec ipsa sanitas nobis est pfecta. Intẽdat
a charitas vestra quomõ nos intelligamus inopes: vt gaudeamus ad eum: et leuemus oculos ad eum qui habitat in celo. Non sunt ille vere diuitie: plus augent cupiditatẽ ei qui eas possidet. Non est illa vera corporis sanitas: quia portat infirmitas vbiqz defectum: Quocũqz se verterit deficit. In ipso adiutorio non inuenies firmamentũ. Lassat stando: sedere vult: Nũquid vel sedendo durauit: Nõ sibi elegit vt non fatigaret: ibi habet deficere. Lassatus est vigilãdo: dormiturꝰ est: Num quia dormiuit nõ deficit: Lassatus est ieiunãdo: refecturꝰ est. Si plus refecerit: inde deficit. In nulla re potest pseuerare ista infirmitas. Iusticia quid: Quãta iusticia est int tantas temptatiões: Possumus continere ab homicidio: ab adulterio: a furtis et piuriis: a fraudibꝰ. Nũquid ab iniquis cogitatiõibꝰ: Nũquid et a suggestionibꝰ malarũ cupiditatũ: Que est ergo iusticia nostra: Totũ ergo esuriamus: totũ sitiamus: et veras diui-
B tias: et verã sanitatẽ et verã iusticiã. Que sunt vere diuitie: Celestis illa mãsio in hierusalẽ. Quis enim dicit diues i hac terra: Quãdo laudat diues quid dicit: Multũ diues est: nihil illi deest. Laus certa laudantis illa est: Nã ista nõ est: cũ dicit: nihil illi deest: Attende si nihil illi deest. Si nihil cupit: nihil illi deest. Si autem adhuc cupit maiora qz que habet: ad hoc accesserũt diuitie: vt egestas cresceret. In illa xpo ciuitate vere erunt diuitie: qz ibi nihil nobis deerit: qz nec indigebimꝰ aliqua re: et vera sanitas erit. Que e
1. Cor. 15. vera sanitas: Cum absorpta fuerit mors i victoria: et cũ corruptibile hoc induerit incorruptionẽ: et mortale hoc induerit immortalitatẽ: tunc erit vera sanitas: tũc erit vera et pfecta iusticia: vt nihil mali nõ solũ facere: sed nec cogitare possimus. Modo autẽ inopes: paupes: egentes: dolẽtes: suspiramus: gemimus: oramꝰ: leuamꝰ oculos ad deũ: qm et illi qui felices sunt in hoc mũdo despiciũt nos. Abũdant enim et illi qui infelices sunt i hoc seculo: despiciũt nos: qz et ipsi abũdant: Et iusticia est in corde ipsorũ: sed falsa. Ideo non pueniũt ad veram: quia repleti sunt falsa. Tu aũt vt puenias ad verã: esto egens et mendicus
Matt. 5. ipsiꝰ iusticie: et audi euangeliũ. Beati q esuriũt et sitiunt iusticiã: quoniã ipsi saturabunt.

Explicit Tractatus de ps. CXXII.

Incipit Tractatus de ps. CXXIII.

Prefatio.

Dixe nostis iam fratres charissimi canticum
b graduũ esse canticũ ascensionis nostre: eandẽqz ascensionẽ nõ corporis pedibus fieri: sed cordis affectibꝰ. Hoc sepissime insinuauimꝰ vobis: Nec eadem sepiꝰ repetenda sunt: vt sit locus dicẽdi que nõdum dicta sunt. Et ergo iste psalmus quẽ nũc vobis cantarũ audistis: Canticũ graduum superscribit. Ipse est titulus eius. Cantant ergo ascendentes: et aliqñ tanqz vnus cantat: aliqñ tanqz multi: qz et multi vnus: qz et vnus christꝰ: et in christo membra christi cũ christo vnũ faciũt: et horum omniũ membrorum caput in celo est. Corpus autẽ etiã si laborat in terra: nõ est pcisum a capite suo. Desup enim caput pspicit et cõsulit corpori. Nam si nõ cõsuleret: nõ diceret illi psecutori adhuc saulo nondum paulo: Saule
Act. 9. saule qd me psequeris: Et hec optime nostis: et vsitata sunt vobis. Nõ autẽ cum fastidio cõmemorent eis quibꝰ nõ exciderũt: vt p eorũ patientiã redeant i cor etiã eorũ quibꝰ exciderant. Salubria sunt enim et sepius dicenda. Siue ergo vnus cantet: siue multi cantent: et multi homines vnus homo est: qz vnitas est: et christus sicut diximꝰ vnus est: et oẽs christiani membra sũt christi. Quid ergo isti cantant: Hec membra chri- B
sti quid cantant: Amant enim et amãdo cantãt: et desiderãdo cantãt: Aliqñ cũ tribulatione cantãt: et aliqñ exultãdo cantãt cũ in spe cantãt. Tribulatio enim nra in psenti seculo: spes xpo nra de futuro seculo: et nisi in tribulatiõe psentis seculi consolet nos spes futuri seculi perimus. Gaudiũ ergo nostrũ fratres nõdum est in re: sed iã in spe. Spes aũt nostra tam certa est: qsi iam res pfecta sit. Neqz enim timemꝰ pmittente veritate: Veritas enim nec falli põt nec fallere. Bonũ est vt hereamus illi: Illa nos liberat: sed si mãserimꝰ in verbo eius. Modo enim credimꝰ: tunc videbimꝰ. Cũ credimꝰ spes est in isto seculo: cũ videbimꝰ res erit i futuro seculo. Videbimus autẽ facie ad faciẽ. Tunc 1. Cor. 13.
autẽ videbimus facie ad faciẽ: cũ habuerimꝰ corda mũdata. Beati enim mũdo corde: qm ipsi deum videbunt. Matt. 5.
Unde autem corda mũdant: nisi p fidem: sicut petrus ait in actibus aplorum: Mũdans fide corda eorum: Act. 15.
Mũdant autẽ corda nostra p fidem: vt possimus esse idonea capere speciẽ. Ambulamꝰ enim nũc p fidẽ: nõdum p speciẽ sicut aplus dicit: Qz diu enim sumus 2. Cor. 5.
in corpe pegrinamur a dño. Et quid est pegrinamur: Per fidem enim ambulamus inqt: et nõ p speciẽ. Qui Ibidem
ergo pegrinat et p fidem ambulat: nõdum est in patria: sed iam est in via: Qui autem non credit: nec in patria est: nec in via. Sic ergo ambulemus tanqz in C
via simus: qz ipse rex patrie factus est via. Rex patrie nostre: dñs iesus christꝰ: Et ibi veritas: hic autẽ via. Quo imus: Ad veritatẽ. Qua imus: Per fidẽ. Quo imus: Ad christũ. Qua imus: Per christum. Ipse enim dixit. Ego sum via: veritas: et vita. Dice- Joh. 14.
rat autẽ aliqñ credẽtibus in se: Si mãseritis in ver- Joh. 8.
bo meo: vere discipuli mei estis: et cognoscetis veritatẽ: et veritas liberabit vos. Et cognoscetis inqt veritatẽ: sed si mãseritis in verbo meo. In quo verbo: Sicut dicit apostolus: Hoc est verbũ fidei qd pdicamꝰ. Primo ergo verbum fidei est: In quo verbo

fidei si manserimus: cognoscemus veritatem: et veritas liberabit nos. Veritas immortalis est: veritas incōmutabilis est: veritas illud verbum est: de quo

Jo. 1. dicit: In principio erat verbum: et verbū erat apud deū: et deus erat verbū. Et q̄s hoc videt: nisi corde

Joan. mūdato? Unde mūdant̄ corda? Et verbū caro factū est: ⁊ habitauit in nobis. Qd̄ ergo manet verbū ī se veritas est: ad quā venimus: ⁊ que nos liberat. Qd̄ autē p̄dicat̄ verbū fidei: in quo nos vult domin⁹ p̄manere vt cognoscam⁹ veritatē: hoc est verbū caro factū est: ⁊ habitauit in nobis. Credis in christū natum ī carne: ⁊ puenies ad christū natū de deo: deum

D apud deū. Exultātes cantāt isti psalmos quos legimus: membra ista christi exultātia et cantāt psalmū istū. Et q̄s hic exultat nisi in spe sicut dixi? Et vt nobis certa sit ipsa spes: exultando cantem⁹. Non enī qui cantāt alieni sunt a nobis: aut nō in hoc psalmo vox nostra est. Sic audite: tanq̄ vosipsos audiatis: Sic audite tanq̄ ī speculo scripturarū vosipsos attēdatis. Cū enī tanq̄ in speculū attēdis scripturas: exhilarat̄ facies tua. Cum similē te inuenies exultatione spei: mēbris quibusdā christi que membra ista cantarūt: eris ⁊ tu in ipsis membris et cantabis ista. Cur ꝗ̄ ista cantant exultando? Quia euaserūt. Ergo spes est in qua cantāt. Cū enī hic sumus ⁊ peregrinamur a dn̄o nōdū euasim⁹. Precesserūt quidē mēbra quedā de corpe illo de q̄ ⁊ nos sum⁹: que possūt esse ī veritate ⁊ cātare. Et hoc cantarūt martyres sancti. Jam enī euaserūt: ⁊ in exultatione cū christo sunt recepturi corpa iā īcorrupta: eadē ip̄a q̄ p̄mo erāt corruptibilia: in qb⁹ passi sūt penas: Inde illis fient ornamēta iusticie. Ergo siue illi iam in re: siue nos iā in spe cōiungētes affectū coronis eoꝝ: ⁊ desiderātes talē vitā q̄lē hic nō habem⁹: ꝯ habere nō poterim⁹ nisi eā hic desiderauerim⁹: cantem⁹ simul oēs ⁊ dicam⁹:

Expositio psalmi.

E Nisi quia dn̄s erat in nobis. Respexerunt enī quidā tribulatiōes quas passi sunt: ⁊ cōsiderauerūt in eo iam loco: ⁊ in beatitudine ⁊ ī securitate cōstituti: qua trāsierint: quo venerunt: ⁊ q̄ difficile erat inde liberari nisi adesset man⁹ liberāns: in gaudio dixerunt: Nisi quia dn̄s erat in nobis. Sic ceperūt cantare: nōdū dixerūt vñ euaserūt: tanta ē exultatio: Nisi q̄ dn̄s erat ī nob. Dicat nūc israel: nisi quia dn̄s erat in nobis. Nunc dicat: q̄ iā euasit. Euadentes enī: id est eos qui iam euaserūt: cōstituit intuendos psalmus iste. Cōstituamus illos ⁊ nos in corde iam triūphantes: et tanq̄ ibi ⁊ nos simus: sicut in superiore psalmo dictū est:

Ps. 121. Stantes erāt pedes nostri in atrijs hierusalē. Nondum ibi erāt: sed in via erant. Tanta aūt leticia erat festinantiū: et tanta pueniendi spes: vt adhuc in via positi ⁊ laborātes: iā sibi illic cōstituti viderent̄. Sic ⁊ nūc ponamus nos in illo triūpho qd̄ erit in futuro seculo: quādo insultabimus morti iam finite: iam cō

1. Cor. 15. sumpte: quādo dicem⁹: Ubi est mors cōtentio tua? Ubi est mors aculeus tuus? Jam cōiuncti angelis: ⁊ exultātes cum rege nostro qui p̄mus resurgere voluit: q̄uis prior mori noluerit. Multi enī ante illum mortui sunt: sed nemo ante illum resurrexit in eternū. Exultātes autē cum illo: etiā ibi spe ⁊ corde constituti: q̄ euasim⁹: cogitem⁹ quid euasimus: q̄ scandala: quas tribulatiōes mūdi: quas psecutiones omniū paganoꝝ: quos dolos omniū hereticoꝝ: quas suggestiōes diaboli: quas cupiditatū cōflictatiōes: Omnia ista quis euaderet: nisi quia domin⁹ erat in nobis? Dicat nunc israel. Securus enī dicat israel: nisi quia domin⁹ erat ī nobis. Quādo? Cum insurgerēt homies *in nos. Noli ergo mirari: Victi sunt: homies enī erāt. Dominus autē erat in nobis: nō homo erat in nobis. Homies aūt surrexerunt sup nos. Sed tamē opprimerent homies alios homies: nisi in his homib⁹ q̄ nō potuerūt opprimi: nō homo esset sed dn̄s. Ergo nisi quia dn̄s erat ī nobis: cū insurgerent homies sup nos. Quid enī facerēt vobis homies? Exultātibus ⁊ cantātib⁹ ⁊ securi tenētib⁹ beatitudinē sempiternā: Quid vobis facerent hoies insurgētes in nos: nisi dn̄s esset ī vobis? Quid facerēt? *Forsit ī viuos absorbuissent nos. Viuos absorbuissent? Non: prius occidissent et sic absorbuissent. O imanes: o crudeles: Non sic absorbet ecclesia. Petro macta ⁊ māduca dictū est: nō viuos absorbe. Quomō ergo petrus: id est ecclesia mactat et sic māducat? Et quō isti qui exurrexerūt super nos: forsitan viuos absorbuissent nos: nisi q̄ dn̄s erat in nobis? Quia in ecclesie corpus nemo intrat: nisi p̄us occisus: morit̄ qd̄ fuit: vt sit quod nō fuit. Alioqn: qui nō occidit̄ ⁊ nō manducat̄ ab ecclesia: esse ī numero populi potest qui videt̄ oculis humanis: in numero aūt populi qui cognit⁹ deo est: de quo dicit apostol⁹: Nouit domin⁹ qui sunt eius: nō potest esse nisi māducatus: nec māducari poterit nisi p̄mo mactatus. Uenit paganus: adhuc in illo idolatria viuit: Inserēd⁹ est mēbris christi: inserat̄: necesse est vt manducet̄: sed nō potest māducari ab ecclesia: nisi primo mactatus: Renūciet seculo: tunc mactat̄. Credat in deū: tūc manducat̄. Quomō ergo illi viuos absorbuissent nos: nisi q̄ domin⁹ erat in nobis? Surrexerūt enim multi psecutores aliquādo: ⁊ nūc nō desunt: Singillatim insurgunt: ⁊ aliquādo viuos absorbent: sed in quibus non est domin⁹. Ideo ante omnia illi dixerūt: nisi quia dominus erat in nobis: quia multi absorbent̄ in quibus nō est dominus. Hi sunt qui viui sorbent̄: qui sciūt malū esse ⁊ lingua cōsentiūt. Surrexerūt enī quidā psecutores: ⁊ dixerunt hominibus: Thurificate: Si nō feceritis: occidim⁹ vos. Illi amauerūt hanc vitā: ⁊ dulcedo vite huius tenuit eos: Nō plus dilexerūt ea que p̄misit de⁹: q̄ ea que videbant in terra. Illa enī credere iubebant̄ que nōdum videbāt: ista q̄ amabant videbāt: Plus retinētes ea que videbāt: excluserūt de cordib⁹ dn̄m: ⁊ q̄ nō erat in eis dn̄s: viui absorpti sūt. Quid ē enī: viui absorpti sunt? Thurificādo idolis: sciētes quia nihil est idolū. Nā si aliquid putarēt esse idolū: mortui absorberent̄. Cum autē putāt nihil esse idolum: ⁊ nouerūt oīa illa gentiliū vana esse: viuūt: et tamē cum faciūt quod volunt psecutores: viui absorbent̄. Sed ideo viui absorbent̄: quia non in eis est dominus: In quibus autē inest dominus: occidunt̄ ⁊ non moriunt̄: Qui autē cōsentiunt ⁊ viuunt: viui absorbent̄: absorpti moriunt̄. Illi autē qui passi sunt ⁊ nō cōsenserunt tribulatiōibus: exultant ⁊ dicunt. Dicat nūc israel: dicat exultando: dicat securus: Nisi quia dominus erat in nobis: cum insurgerēt homines super nos: forsitan viuos absorbuissent nos. Cum irasceret̄ furor eoꝝ *super nos. Nostis fratres

Right margin notes: F — Al. *exurgerēt in. — G — Al. *forte. deglutissent. — Act. 10. — 2. Timoth. 2. — H — Al. *in.

I in aliquo de superioribus psalmis: in ipso primo canti/
corũ graduũ contra linguã subdolam petisse auxiliũ
Ps. 119. quẽdam qui cepit ascendere et dixisse: Dñe erue ani/
mã meã a labijs iniustis et a lingua subdola. Prio cũ
ceperit hõ ascẽdere et pficere in ipso exordio ascẽsi/
onis: linguas dolosas patit: blandas ad pnicie: blan/
das ad malã suasionẽ: dicẽtes: Quid facis? Quare h
facis? Aliter enim viuere nõ potes? Seruire aliter deo nõ
potes? Tu solus es qui vis hoc esse qđ alij nõ sunt?
Et si inueneris alios qui tecũ sunt: illa blanda et do/
losa lingua quid dicit? Ecce illi potuerũt: forte tu nõ
poteris. Si aggrederis deficies: et melius erat nõ in/
cipere: q̃ cepisse et defecisse. Lingua dolosa adhuc
blandit. Si pseuerauerit vincitur lingua dolosa: et
blandiẽs incipit esse aperte seuiens: Et que blandie/
bat vt seduceret: minat vt terreat. Sed si dñs est in
te et non reliqueris de corde tuo christũ: quõ p sagit/
Ibidem. tas acutas et carbones desolatorios vicisti linguas
dolosas: id est p verba dei quibus transfixũ erat cor
tuũ: et p exempla iustorum qui de mortuis viuificati
sunt: de peccatorib' facti sunt iusti: quõ carbones de
morte reuiuiscũt: quõ ergo illos vicisti sagittis et car/
bonib' desolatorijs dolose blandiẽtes et blandiendo
seducẽtes: sic istos vinces iã irascendo cõminantes:
qr blandiẽdo seducere nequerũt. Victi sunt cũ blan/
dirent: vincant et cũ minant. Sz vincunt: Quomõ:
nisi quia dñs erat in nobis? Manifestũ est quia non
vicisti tu: sed vicit ille qui est in te. Imperatorẽ talẽ
portas et vinceris? Nõne ille est quẽ portas q dixit:
Jo. 16. Ego vici seculũ? Nõne prio: moriens vicit diabolũ
cũ semp esset sup omnẽ creaturã: qr verbum deus est
apud deũ? Quare vicit: nisi vt te doceret cũ diabolo
dimicare? Et tu iam doctus es: nisi in te sit ille q pro
tibi vicit: vinceris. Nisi qr dñs erat in nobis: dũ in/
surgerẽt homies sup nos: forsitan viuos absorbuis/
K sent nos. Dũ irasceret furor eorum sup nos. Iam
Al. forte. irascunt: iam aperte seuiũt. Forsitan *aqua *de/
absorbuissent. mersisset nos. Aquã dic ipsos peccatores: Et vi/
debim' qualẽ aquã in cõsequẽtib'. Quicũq3 aũt cõ/
sensisset illis: aqua illos operuisset. Moreret enim mor/
te egyptiorũ: nõ trãsiret more israelitarũ. Nostis enim
Exod. 14. fratres quia p aquã popul' israelitarũ transiuit: et ipsa
aqua popul' egyptiorũ coopertus est. Aqua inquit
dimersisset nos. Sed qualis est ista aqua? Torrens
est: fluit cũ impetu: sed transitura est. Torrentes enim
dicunt fluuij qui repẽtinis imbrib' crescũt: Magnũ
habẽt impetũ: Quisq3 incurrerit trahit: s3 in q dñs
nõ est. In quo autẽ dñs est transit torrentẽ aia ipsi'.
Adhuc fluit torrens: sed iam transijt aia martyrum:
Adhuc q̃diu seculũ hoc nascẽdo et moriendo currit:
torrẽs est. Hinc psecutiões de isto torrẽte: Hinc bi/
bit ille primus: caput nostrũ: de quo dictũ est in psal/
Ps. 109. mo: De torrente in via bibit. De torrẽte aqua illa q
significat populũ psecutorẽ: inde bibit ille qui dixit
Math. 10. discipulis: Potestis bibere calicẽ quẽ ego bibiturus
sum? De torrẽte in via bibit. Quid est: in via bibit?
Transiẽs bibit: nõ hesit. In via bibit: qr de illo forte
Ps. 1. dictũ est: Et in via peccatorũ non stetit. Transiẽs bi/
bit. Et quid inde dictũ est? Propterea exaltauit ca/
Ps. 109. put. De torrẽte inquit in via bibit: ppterea exaltauit
caput. Exaltatũ est enim iam caput nostrũ: qr de tor/
rente in via bibit. Passus est enim domin' noster. Si
ergo iam exaltatũ est caput nostrũ: quid timet corp'

torrentẽ? Sine dubio: quia caput exaltatũ est: et cor/
pus dicet postea: Torrentẽ *ptransijt anima L
nostra: fortasse *ptransijt anima nra aqua
*sine substantia. Ecce quã aquam dicebat for/
sitan aqua demersisset nos. Qualis aũt aqua est sine
substantia? Quid est sine substantia? Primo qđ est:
forsitan ptransijt anima nostra? Quomõ potuerunt
enim latini exprimere qđ greci dicunt ἄρα. Sic enim
greca habẽt exemplaria: ἄρα quia dubitãtis verbũ
est exprimẽs: et quidẽ dubitantis verbo: qđ est fortasse:
sed non oĩno hoc est. Possumus illud verbo dicere
minus quidẽ latine cõiuncto: sed apto ad intelligen/
tias vestras. Qđ punici dicũt: iar: nõ lignũ: sed qñ
dubitant: hoc greci ἄρα: hoc latini possunt vel solẽt
dicere: putas: cũ ita loquunt: Putas euasi hoc? Si
ergo dicat forsitan euasi: videtis quia nõ hoc sonat:
Sed qđ dixi: putas: vsitate dicit: latine nõ ita dicit:
Et potui illud dicere cũ tracto vob: Sepe enim et ver/
ba non latina dico: vt vos intelligatis. In scriptura
autẽ nõ potuit hoc poni qđ latinũ nõ esset: et deficiẽ/
te latinitate positũ est p eo qđ nõ hoc sonaret. Sic
tamẽ intelligite dici: putas ptransijt aia nostra aquã
sine substantia? Et quare dicũt putas? Quia magni/
tudo piculi vix facit credibile qđ euasit. Magnã ne/
cem ptulerũt: in magnis discriminib' fuerũt. Ordo
sic pressi sũt: vt pene viui cõsentirẽt: vt pene viui ab/
sorberent. Jam ergo euadentes: iam securi: sed ipsi'
piculi magnitudinẽ recordãtes: putas inquiũt per/
transijt anima nostra aquã sine substantia? Que est M
aqua sine substantia: nisi aqua peccatorũ sine substã/
tia? Peccata enim nõ habẽt substantiã: Inopiã habẽt
nõ substantiã: Egestatẽ habẽt nõ substantiã. In ista
aqua sine substãtia: pdidit ille minor filius totã sub/
stantiã suam. Nostis enim qr minor filius pegrinatus
est: et dixit patri: Da mihi portionẽ substantie q me Luc. 15.
cõtingit. Quid tibi vis? Melius apud patrẽ seruat:
tua est: Dilapidare illã vis? pficisci vis longi'? Da
mihi: sed da mihi: Dedit illi. Profectus i regionem
longinquã viuens pdige cum meretricibus: pdidit
totam substantiã: Egenus remansit: porcos pauit: in Ibidem.
egestate sua patris diuitias recordat. Nisi enim eum
egestas pulsasset: illam satietatem non desideraret.
Cõsiderent ergo omnes peccata sua: videant si ha/
beant substantiã ipsa peccata. Propter quid irrita/ Ps. 9.
uit deum peccator? Si nõ vides peccatũ tuũ anteq̃
facias: vel iam fecisti considera. Dulcedo huius seculi
ad temp' fauces indulcat: s3 in magnã amaritudinẽ
postea conuertet. Ecce peccasti et lucrũ fecisti. Quid
est q fecisti lucrum? Vt lucrum faceres: offendisti
deũ. Vt augeres pecuniã fides diminuta est: et aurũ
creuit. Quid perdidisti? Et quid acquisisti? Quod
acquisisti aurũ vocat: quod pdidisti fides vocat. Cõ/
para fidem auro: si venalis esset in nũdinis fides: ha/
beret preciũ. Lucra tua cogitas: damna tua non co/
gitas? De arca gaudes: de corde nõ plãgis? Abun/
dat nescio quid in arca tua: sed vide quid imminutũ
sit in corde tuo. Cum aperueris arcã: inuenies soli/
dos qui nõ erant. Bene: quia gaudes esse ibi qđ ibi
nõ erat. Attende arcã cordis: Erat ibi fides et nõ est.
Si hac gaudes: quare hac non plangis? Plus per/ N
didisti q̃ acquisisti. Vis videre quid pdideris? Nec
naufragio tibi posset auferri. Nam aliquãdo pdunt
omnia homines in mari: et nudi exeunt. Multi nau/

[illegible] fragauerūt cū paulo: Amatores hui⁹ seculi passi sūt naufragiū: ⁊ nudi oēs exierūt illi: Et qđ foris habebant amiserunt: ⁊ domū cordis sui inuenerūt inanē. Paulus autē in corde ferebat patrimoniū fidei suę: nullis fluctibus: nullis tempestatib⁹ potuit auferri. Nudus exijt: ⁊ diues exijt. Tales diuitias debem⁹ querere. Sed nō eas video dicis mihi. Stulta anima: non eas vides oculis carnis tuę: Habeto oculū cordis ⁊ vides eas. Sed nō vides fidem. Quare illā vides ī altero? Quare clamas quādo tibi frangit: si nō eam vides? Frangat tibi aliquis fidē: clamas. Uis ergo tibi exhiberi? Et tunc vides cum petit: vt exhibeas tunc non vides? Qđ clamas alium nō habere erga te: plange te nō habere erga aliū: ⁊ vide qz peccatū quod facis sine substantia est. Qđ enī acquirit de peccato videt esse substātia: Sed ⁊ hoc nō acquirit. Ille enim habet aurum qui nouit vti auro. Qui autē auro vti nō nouit: habet nō habet: possidet non possidet. Estote domini auri: ⁊ non serui auri: quia ⁊ aurū deus fecit: ⁊ te super aurum ipse fecit.

Gen. 1. Aurū fecit ad subsidiū tuum: ⁊ te ad imaginē suam. Uide qđ supra te est: et calcas qđ infra te est. Quid ergo acquisisti? Uis videre qualis aqua sine substātia sit? Tolle tecum ad inferos qđ acquisisti. Quid facturus es? Acquisisti aurū: pdidisti fidē. Post paucos dies exis de hac vita: aurum qđ acquisisti pdita fide: afferre tecū nō potes: Cor tuum inane fidei ad penas exit: qđ plenum fide ad coronam exiret. Ecce nihil est qđ fecisti: ⁊ pter nihil deū offendisti. Aqua sine substantia est que te dimersit. Propter quid irri-

ps. 9. et. 14. tauit deū peccator? Cōfundant iniqua facientes vane. Nemo enī non inaniter inique facit: sed nemo cōsiderat. Eunt hoīes: audiūt verbū dei ⁊ puerbia dei: ⁊ dormiūt ī eis: audiūt illud vulgare puerbiū ⁊ vigilāt ī eo. Qđ puerbiū? Malo qđ teneo: q̄ qđ spero. O infelix quid tenes? Ecce dicis: malo qđ teneo. Tene sic vt nō amittas: ⁊ dic malo qđ teneo. Si aūt nō tenes: q̄re non illud tenes qđ nō potes amittere? Quid ḡ tenes? Aur. Tene ḡ si tenes: nō tibi auferat furto. Si aūt ⁊ p aurū traheris quo nō vis: ⁊ ideo te querit maior raptor: quia inuenit minorem raptorē: Ideo te querit maior aquila: quia prior cepisti leporem. Preda tibi fuit minor: preda eris maiori. Hec nō vident homines in rebus hūanis: tanta cupiditate cecant. Mira res est fratres: horrent qui considerant. Querit potentior infirmiorē: et querit eum opprimere: non ob aliud nisi quia habet qđ illi auferat. Uidet illū pati sub se tribulationē: non ob aliud nisi pter quod habet. Et hoc ipse pter qđ ille patit tribulationē ad se cōgerit: nō attendebat quādo illū persequebat. Ille fugiebat: ille torquebat: ille timebat: ille vbi se abscōderet q̄rebat. Unde pateret ista mala: nisi qz habebat? Uel in illo disce quid fugias: quia res que illū torquebat te psequēte ne auferret a te: ⁊ te sic habet torquere alio psequēte. Attendis qz pinguis est. Si pterea illum psequeris qz pinguis est: time pinguescere ne alter te q̄rat. Et oīa inaniter fiunt. Quere finē: tenebre occurrūt. Quere: quare? Nihil occurrit. Ergo exultent ⁊ letent in christo qui dicunt: Pertransiit anima nostra aquam sine substā-

Luc. 15. tia: et recipiunt substantiā suā. Perdiderūt illam viuentes prodige: sed nō pauper factus est pater. Redeant: ⁊ inuenient ibi diuitias quas ī longinqua peregrinatione cū meretricibus cōsumpserunt: euadant aquā sine substantia: ⁊ dicāt: Benedictus dominus: qui non dedit nos in ᵃvenationem dentibus eorum. Uenantes enī erant persequētes: ⁊ posuerūt escam in muscipula. Quā escam? Dulcedinē vitę huius: vt vnusquisq; pter dulcedinem huius vitę mittat caput ī nequitiā: ⁊ muscipula comprimat: Nō illi ī quib⁹ erat dominus: illi qui dicunt: nisi quia dñs erat in nobis: non capti sunt in muscipula. Sit in te dñs: et nec tu capieris in muscipula: Clama: Benedictus domin⁹ qui nō dedit nos in venationē dentibus eorū. Anima nostra sicut passer ᵇeruta est: de ᶜmuscipula venantiū. Quia in ipsa anima domin⁹ erat: ideo sicut passer eruta est anima de muscipula venantiū. Quare sicut passer? Quia incauta ceciderat sicut passer: ⁊ poterat dicere postea: Ignoscet mihi de⁹. O passer instabilis: fige potius pedes in petra: noli ire ad muscipulā: Caperis: cōsumeris: obtineris. Sit ī te dominus: ⁊ de maioribus minis eruet te: de muscipula venantiū. Quomō si videas auem veluti iam cadere ī muscipulā: facis maiorē strepitū et volat de muscipula: sic ⁊ martyrū iam forte aliqui ipsorum intēdebant collū in dulcedinē vitę huius: domin⁹ qui erat in illis fecit strepitū gehennaꝝ: ⁊ erutus est passer de muscipula venantiū. Anima nostra sicut passer eruta est de muscipula venantiū. Et quid? Semper erit illa muscipula? Muscipula erat dulcedo vitę hui⁹. Illi nō heserunt in muscipula: ⁊ occisi sunt. Illis occisis muscipula fracta est. Iam nō remansit dulcedo vitę huius: p quam possent iterum capi: sed illa contrita est: Nūquid ⁊ passer cōtritus ē? Absit: quia nō heserat in muscipula. ᵈMuscipula contrita est: ⁊ nos ᵉeruti sumus. Clamēt ergo quia eruti sunt: volent ad deū: triūphent in deo: qz eruti sunt: quoniā domin⁹ erat in eis: ne a muscipula caperent. Quare muscipula cōtrita est: ⁊ nos eruti sum⁹? Uis scire quare? Adiutoriū nostrum in nomine domini: qui fecit celum ⁊ terrā. Nam si adiutoriū hoc nō esset: non quidē eterna maneret muscipula: s cū captus esset cōtereret passer. Nā vita ista trāsitura est: ⁊ q̄ dulcedine ei⁹ capti fuerint ⁊ irretiti: et p hanc dulcedinem offenderint deū: cum ista vita transibunt. Nam conterent muscipula: Certi estote: Omnis dulcedo vitę istius p̄sentis nō erit impleta sorte loci sui: Sed opus est nō herere: vt quādo cōterent muscipula: tūc exultes ⁊ dicas: Muscipula contrita ē ⁊ nos eruti sum⁹. Sed ne putes te virib⁹ tuis h posse: attēde cui⁹ ē opis: esto pius vt eruaris: Nā si supbieris ī muscipulā cadis: Et dic: Adiutoriū nostrū in nomine domini: qui fecit celum ⁊ terrā. Psalmus tractatus est: ⁊ quātū domin⁹ adiuuare dignatus est: vt puto expositus est. Crastino etiam die sermonē deberi charitati vestrę optime nostis. Adestote ⁊ adiuuate nos oratiōibus vestris. Pollicitatiōis enī nostrę meminisse debetis. Nec dicerē quid essem tractaturus: nisi adiuuari volens studio fidei et orationū vestrarū. Meministis enī me pmisisse vobis de hoc tractare qđ dictū est in euāgelio: Lex p moysen data est: gratia ⁊ veritas p iesum christū facta est. Jo. 1.

Solent enī omnes heretici maxime manichei rephendere legē: ⁊ dicere qz de⁹ illā nō dedit. Exponend⁹ est enī locus iste: vt cognoscat. qz ⁊ legē de⁹ dedit. et

Margin notes: ᵃ Al. captionē. ᵇ ᶜ Al. decepta. laqueo. ᵈ ᵉ [illegible]

lex p moysen data est: vt nō saluaret ꝓpter certā cau/
sam. Non saluauit lex vt lator legis ipse imperator de/
sideraretur qui indulgentiā daret peccantibus: et data
quidē lex esset p moysen gratia autē et veritas p iesū
christū fieret. Ad hoc intentos vos facere volui: ad/
erit dn̄i misericordia: nō ex meritis nostris: sed forte
ꝓ merito desiderij vestri: neqȝ ex facultatibꝰ nostris:
sed ex abūdantia donorū suorum: vt sic tractetur res
satis necessaria hominibꝰ positis in nouo testamen/
to: vt oīno nullas latebras inueniat inimicus vbi se
occultet ad decipiendos fideles.

Explicit Tractatus de ps̄. CXXIII.
Incipit Tractatus de ps̄. CXXIIII.

Prefatio.

A Psalmus iste pertinens ad numerū Canti/
corum graduū: de quo titulo in alijs iā
multa diximus: et repetere nolumꝰ: ne vos
obtundamꝰ potiꝰ q̄ instruamꝰ: docet nos ascendē/
tes et leuantes animas nostras ad dn̄m deū nostrū
affectu charitatis atqȝ pietatis: non intendere in ho/
mines qui ꝓsperantur in hoc seculo felicitate falsa atqȝ
ventosa et ꝑrsus seductoria: vbi nihil aliud nutriunt
q̄ superbiā: et cor eorū cōgelascit aduersus deū: et fit
durū aduersus imbrē gratie ipsius: ne fructū ferat.
Presumētes enī omnia sibi abūdare q̄ videntur huic
vite necessaria et vltra q̄ necessaria: extolluntur: Et cū
sint hoīes p iniqtatē inferiores oībꝰ hominibꝰ: p sup/
biā supiores se putāt oībꝰ hoībꝰ: Atqȝ vtinā sic alios
vel hoīes se esse deputarēt. Hos autē aliqn̄ intuen
do et nimis attendēdo: etiā illi qui deū colunt: fluctu/
ant et nutant: quasi perierit merces eorū: Quare deum
colūt cum se vident in laboribus: in egestate: in eru/
na: in morbo: in dolore: in aliqua necessitate: et vidēt
alios habere sanitatē corporis: abūdare tēporalibus:
incolumitate suorū gaudere: nitore honorum florere
eos qui nō solum deū non colunt: sed omnibꝰ homi/
nibꝰ aduersantur: attēdētes eos: nutant: et dicūt apud
Ps. 72. se qd̄ aperte scriptum est in quodā psalmo: Quomō
sciuit deus: et si est sciētia in altissimo: Ecce ipsi pecca/
tores et abūdantes in seculo obtinuerūt diuitias: Et
Ibidem. sequitur: Nūquid vane iustificaui cor meū: et laui inter
innocētes manꝰ meas: Nūquid forte vanus fui qui
volui iuste viuere: et innocēter inter hoīes cōuersa/
ri: qn̄ scio eos qui nolunt seruare innocentiā habere
tantā felicitatē: et insultare iustis p iniqtates felices:
B Sed qd̄ illud dixit ibi in psalmo: Cuiꝰ nondum erat
rectū cor: Sic enī cepit ipse psalmus de quo modo
testimoniū dedimꝰ: nō iste quē cōsiderandū et tractā/
dū mō suscepimus: sed vbi dictū est: Quomō sciuit
deus et si est sciētia in altissimo: Ecce ipsi peccatores
abundantes in seculo obtinuerūt diuitias: Nūquid
vane iustificaui cor meū: et laui inter innocētes manꝰ
meas: Ille ergo psalmus vbi videtis quia pclitatur
Ibidem. anima: vbi videtis quia nutant pedes: sic cepit: Q̄
bonus deꝰ israel rectis corde: mei aūt inquit pene cō
moti sunt pedes: paulominꝰ effusi sunt gressus mei.
Quare: Quia zelaui in peccatoribꝰ: pacē peccatorū
intuens. Inde ergo dixit cōmotos pedes suos et pe/
ne effusos gressus: lapsos ad ruinā a deo: qr intuitus
est et inspexit felicitatē peccatorū: et vidit eos habere
pacē: se autē laborē. Narrauit autē hoc cū iam eua/
sisset: cū iam correcto corde deo inhesisset: narrauit
pterita picula sua: Ergo bonꝰ deus isrl̄. Sed quibꝰ:
Rectis corde. Qui sunt recti corde: Qui nō rephen/
dunt deū. Qui sunt recti corde: Qui volūtatē suā ad
voluntatē dei dirigūt: nō volūtatē dei ad volūtatem
suā curuare conantur. Breue p̄ceptū est: vt hō dirigat
cor suū. Vis habere rectū cor: Tu fac qd̄ vult deus:
Noli deū velle facere qd̄ vis tu. Prauicordes ḡ sūt:
id est qui rectū cor nō habent: qui sedent et disputant
quō debuit facere deus: nō laudādo qd̄ fecit sed reph/
C hendēdo: Corrigere illū volunt: Parū est qr corrigi
ab eo nolūt: et dicūt: Nō debuit deus facere paupes:
s soli diuites esse debuerūt: et ipsi soli viuerēt. Vt qd̄
factus est pauper: Vt quid viuit: Rephendit deum
pauper. Quāto meliꝰ esset pauper dei: et diues esset
de deo: Hoc est sequeretur volūtatē dei: et videret pau/
pertatē suā temporalē esse et transiturā: diuitias aūt
sibi spirituales ita venturas vt nullo pacto possent p̄/
terire: et haberet in diuitijs cordis fidem si ei nō cōti
git aurū habere in arca: quia si aurū haberet in arca
furē timeret: et aurū de arca etiā nolens pderet: fidē
autē de corde nō perdet: si ipse illā inde nō expulerit.
Cito autē respōderi pōt charissimi. Fecit deus pau
perē: vt ꝓbet hominē: et fecit deus diuitem: vt ꝓbet
illū de paupe: Et oīa que fecit deꝰ recte fecit. Et si nō
possumus videre cōsilium ipsius quare illud sic fe/
cit et illud sic: bonū est nobis vt subdamus nos sapi/
entie ipsiꝰ: et credamꝰ qr bene fecit: etsi nōdum noui/
mus quare fecit: et habebimꝰ cor rectū vt p̄sumamꝰ
et cōfidamus in dn̄o: et nō mouebuntur pedes nostri: et
fit in nobis ascēdētibus vn̄ cepit iste psalmꝰ.

Expositio psalmi.

D Qui cōfidunt i dn̄o sicut mons sion:
non cōmouebitur in eternum. Qui sunt
isti: Qui habitant in hierusalē. Ipsi Al. hierusalem
nō cōmouebuntur in eternū qui habitāt in hierusalē.
Si hāc hierusalē intellexerimꝰ: oēs qui illic inhabi/
tabāt: bellis et euersione ipsiꝰ ciuitatis exclusi sunt.
Modo queris iudeū in ciuitate hierusalē: et nō inue
nies. Quare ḡ non mouebuntur in eternū q̄ inhabitāt
hierusalē: nisi qr est alia hierusalē: de qua multa so
letis audire: Ipsa est mater nostra cui suspiramus et
gemimus in ista pegrinatione: vt ad illā redeamus.
Errauerāmꝰ a via: et viā nō habebamꝰ. Rex ipsius
venit: et via nobis factꝰ est: vt ad illā redire possimꝰ.
Ipsa est illa vbi stantes erāt pedes nr̄i in atrijs hie/ Ps. 121.
rusalē: sicut audistis in psalmo canticorū graduū su/
piore iam vobis et exposito et tractato q̄ interfuistis:
cui suspirabat ille q̄ cantabat: Hierusalē q̄ edificatur Ibidem
vt ciuitas: cuiꝰ pticipatio eiꝰ in idipm̄. Qui ḡ ibi ha/
bitant nō mouebuntur in eternū. Qui aūt habitarūt i
ista hierusalē moti sūt: pmo corde: postea exilio. Qui
moti sunt corde et ceciderūt: tūc regē ipsiꝰ superne hie/
rusalē crucifixerūt. Iam spiritualiter foris erāt: et ipm
regē foras excludebāt. Eiecerūt enī illū extra ciuita/ Matth.
tē suā: et cū foris crucifixerūt: Et ipse eiecit illos extra
ciuitatē suam: id est eternam hierusalē matrē omniū
nostrū que est in celis. Qualis est ista hierusalem:
E Breuiter describit eam. Montes in circuitu
eius. Magnū ḡ aliqd est esse nos in ea ciuitate quā
circūdederūt montes: Ipsa est tota felicitas nr̄a: qr
habebimꝰ ciuitatē quā circūdederūt montes. Num
enī non nouimus montes: aut quid sint mōtes: nisi
tumores terrarū: Alij sunt ergo montes amabiles:
mōtes excelsi: p̄dicatores veritatis: siue angeli: siue

apostoli: siue prophete. Ipsi sunt in circuitu hierusalē: Ambiũt illā: et quasi murũ illi faciũt. De his mõtibus amabilib⁹ ⁊ delectabili⁹ assidue scriptura loquitur. Aduertite vel cum auditis vel legitis: Plurib⁹ locis inuenitis montes delectabiles: quos et nos possum⁹
f cõmemorare. Uerũtamē quātũ dñs suggerit: delectat nos de his mõtibus multa dicere: ⁊ diuina testimonia de litteris sanctis occurrerũt nobis. Ipsi sũt mõtes qui illuminantur a deo: Et primitus illuminantur: vt ab ipsis lumē descēdat ad valles vel ad colles: quia nõ tante sunt altitudinis quāte sunt mõtes. Ipsi sũt per quos nobis erogatur scriptura: siue in prophetia: siue in epistolis: siue in euāgelio. Ipsi sunt mõtes de quibus
Ps.120. bus cantam⁹: Leuaui oculos meos in montes vnde veniet auxiliũ mihi: quia de scripturis sanctis in hac vita habemus auxiliũ. Sed quia ipsi montes non a se proteguntur: nec a seipsis nobis cõsulunt: nec spes nostra
Iere.17. stra debet esse i mõtibus: ne maledicti simus qui spē
Ps.120. in homine ponimus: Iā dixerat: Leuaui oculos meos in mõtes vnde veniet auxiliũ mihi: Auxiliũ inquit meũ a domino qui fecit celũ ⁊ terrā. Ipsi sunt mon-
Ps.71. tes de quib⁹ item dicit: Suscipiāt montes pacē populo tuo: ⁊ colles iustitiā. Montes magni sunt: colles minores sunt. Montes ergo vident: colles credunt. Qui vident: pacem susceperũt ⁊ attulerunt ad illos qui credũt. Qui eñ credũt suscipiãt iustitiā: quia
Roma.1. iustus ex fide viuit. Angeli vident: annũciant quod vi-
Jo.1. dent et credim⁹ nos. Joannes ille in principio inquit erat verbũ: ⁊ verbũ erat apud deũ: et deus erat verbũ: Uidebat: predicauit nob vt crederem⁹: Et per montes suscipientes pacem: susceperũt colles iustitiam: quia de ipsis mõtibus ait: Suscipiant montes pacem populo tuo. Non dixit: a se habent pacem: vel instituũt pacem: vel generant pacem: sed suscipiunt pacem. Unde suscipiunt pacem: domin⁹ est. Sic ergo leua oculos tuos ad montes propter pacē: vt auxiliũ
Ps.120. tuũ sit a dño qui fecit celũ ⁊ terrā. Rursus illos mõ-
Ps.75. tes cõmemorans spiritussanctus hoc ait: Illuminans tu mirabiliter a mõtibus eternis. Non dixit: illuminãt mõtes: sed illuminãs tu a mõtibus eternis. Per mõtes istos quos eternos esse voluisti predicans euā-
G geliũ: tu illuminas nõ montes. Tales ergo montes in circuitu hierusalē. Et vt noueritis quales sint mõtes in circuitu eius: vbi cõmemorauit mõtes bonos scriptura: valde raro ⁊ difficile: aut forte nunquam: ⁊ nõ statim ibi nominat dominũ: aut simul significat: ne spes remaneat in mõtibus. Ecce videte quam multa cõ-
Ps.120. memorauit. Leuaui oculos meos in mõtes vnde veniet auxiliũ mihi: Et ne ibi remaneas: Auxiliũ meũ
Ps.71. inquit a dño qui fecit celũ ⁊ terrā. Rursus suscipiunt mõtes pacem populo tuo. Cũ dixit: suscipiēt: ostendit aliũ esse montē pacis vnde illi suscipiũt. Rursus: a
Ps.75. mõtib⁹ illuminās vt dixit: mox adiũxit: Illuminās tu mirabiliter a mõtibus eternis. Item hoc loco cũ dixisset: Mõtes in circuitu eius: ne tu rursum remaneres in mõtibus: statim subiũxit: Et dominus
Ps.124. in circuitu plebis sue: Ut tua spes non sit in mõtibus: sed in illo qui illuminat mõtes. Cum enim ille habitat in mõtibus: id est in sanctis: ipse est in circuitu plebis sue: ⁊ ipse murauit plebem suam munimēto spirituali: ne moueatur in eternum. At xpo de illis
H mõtibus malis quādo loquitur scriptura: non eis addit dominũ. Tales montes iam sepe dixim⁹ vobis:

significat magnas quasdā animas: sed malas. Non enim putetis fratres: quia potuerunt fieri hereses per aliquas paruas animas. Non fecerunt hereses nisi magni homies: sed quātũ magni: tantũ mali mõtes.
Nõ eñ montes erant tales qui susciperēt pacē: vt colles susciperēt iustitiā: sed illi dissensionē susceperũt a diabolo patre suo. Montes qui erant: Ad tales montes caue ne fugias. Uenturi eñ sũt homies: ⁊ dicturi tibi: Magnus ille vir: ⁊ magn⁹ ille homo: Qualis fuit ille donatus: qualis est maximian⁹: et nescis fotinus qualis fuit: et ille arrius qualis fuit: Omnes istos mõtes nomiauim⁹: sed naufragosos. Uidetis quia lucet de illis aliqua flamma sermonis: ⁊ aliquis de ipsis ignis accenditur. Si nauigatis i ligno: ⁊ noctē patimini: id est caliginē huius vite: non vos fallant: nec dirigatis illuc nauim: Ibi sũt saxa: vbi naufragia magna fiunt. Cum ergo tibi laudati fuerint isti montes: et ceperit tibi suaderi vt venias ad ipsos mon-
tes quasi ad auxiliũ: ⁊ ibi requiescas: Responde: In Ps.10.
domino cõfido: quomõ dicitis anime mee: transmigra in mõtes sic passer: Bonũ est eñ tibi vt ad illos
montes leues oculos vnde tibi auxiliũ a domino sit: Ps.120.
vt euadas sicut passer de muscipula venantiũ: non transmigres in montes. Passer eñ instabilis res est: Cito mouetur: cito volat hinc ⁊ inde. Sed tu cõfide in dño: ⁊ eris sicut mons sion: nõ moueberis in eternũ: et non trāsmigrabis in mõtes sicut passer. Nũquid ibi sic nominauit mõtes: vt de domino diceret: Sed montes tales ama in quib⁹ domin⁹ est. Tunc aũt te
amant ipsi mõtes: si nõ in illis spem posueris. Uide- I
te fratres quales sunt mõtes dei. Nam inde sic nomi
nati sunt in alio loco. Justicia tua sicut montes dei. Ps.35.
Nõ iusticia ipsorum: sed iusticia tua. Audi talē montē
apostolũ: Ut inueniar in illo inquit: nõ habens iusti- Phil.3.
ciā meā que ex lege est: sed eā que est per fidem christi. Illi autē qui per iusticiā suā montes esse voluerũt: sic iudei quidā vel pharisei principes eorum sic reprehen-
duntur: Ignorātes eñ dei iusticiā ⁊ suam volētes cõ- Roma.10.
stituere: iusticie dei nõ sũt subiecti. Qui aũt subiecti sunt: sic sunt alti vt humiles sint. Et quia magni sũt: montes dicuntur: Quia xpo subiecti sunt deo: valles sunt: Et quia habēt capacitatē pietatis: suscipiũt abũdantiā pacis: ⁊ inundationē transmittunt ad colles. Modo tñ tu vide quos mõtes ames. Si vis amari a bonis mõtibus: noli spem ponere nec i bonis mõtibus. Nam qualis mons erat paulus: Oñ inuenitur talis: De magnitudine loquimur hominũ. Tante gratie quisquam potest facile inueniri: Et tamē timebat
ne passer ille in illo poneret spem. Et quid ait: Nũ- 1.Cor.1.
quid paulus pro vobis crucifix⁹ est: Sed leuate ocu-
los in montes vnde auxiliũ veniat vobis: quia ego Ps.120.
plantaui: apollo rigauit: sed auxiliũ vestrũ a dño qui 1.Cor.3.
fecit celum ⁊ terrā: quia deus incrementũ dedit. Ergo mõtes in circuitu eius. Sed quõ montes in circuitu
ei⁹: sic ⁊ dñs i circuitu plebis sue: Ex hoc ⁊ vsque Ps.124.
in seculũ. Si ergo mõtes in circuitu ei⁹: et dñs in circircuitu plebis sue: cõstringit dñs plebē suam i vnũ vinculũ charitatis ⁊ pacis: vt qui confidunt in dño sicut mons sion nõ cõmoueantur i eternũ: Et hoc est ex
hoc ⁊ vsque in seculũ. Quoniā non derelin- K Ps.124. Quia non relinquet dominus.
quet virgā peccatorũ super sortē iustorũ: vt nõ extendāt iusti ad iniquitatē manus suas. Modo quidem iusti aliquātum laborant. et modo

aliquādo iniusti dominant iustis: Quibus modis? Aliquādo iniusti perueniunt ad honores seculi: Cum peruenerint et facti fuerint, vel iudices: vel reges: quia hoc facit deus propter disciplinā plebis sue: propter disciplinā populi sui: nō potest fieri nisi vt exhibeat illis honor debit⁹ potestatis. Ordinauit enī sic de⁹ ecclesiam suā: vt omnis potestas ordinata in seculo habeat honorē: et aliquādo a melioribus. Sed (exempli gratia) vnam rem dico: hinc cōijcite gradus omniū potestatū. Prima et quotidiana potestas hominis in hominē: domini est in seruum. Prope omnes dom⁹ habēt huiusmodi potestatē. Sunt dñi: sunt et serui. Diuersa sūt noīa: dñs: seru⁹: sed hoīes et hoīes paria sunt noīa. Et quid dicit apostol⁹: docens seruos dominis suis subditos esse? Serui obaudite do-
Ephe. 6. minis vestris ſm carnē: qa est et domin⁹ ſm spiritū. Ille est verus domin⁹ et eternus: isti aūt temporales ſm tempus. Tu cū ambulas in via: cum viuis i hac vita: nō vult te facere superbū christus. Cōtigit tibi vt christianus efficereris: et haberes dominū hominē: Nō ideo christian⁹ factus es: vt dedigneris seruire. Cum enī christo iubēte seruis homini: nō illi ser-
Ibidem. uis sed illi qui iussit. Et hoc ait: Obaudite dominis vestris ſm carnē: cū timore et tremore et in simplicitate cordis: nō ad oculum seruiētes quasi hominib⁹ placētes: sed q̄si serui christi faciētes bonā voluntatē dei ex animo cū bona voluntate. Ecce nō fecit de seruis liberos: ſ de malis seruis bonos seruos. O quātum debent diuites christo qui illis cōponit domū: vt si fuit ibi seruus infidelis: cōuertat illū christus: et non ei dicat: dimitte dominū tuū: iam cognouisti eum q̄ verus est dñs: ille forte impius est et iniquus: tu iam fidelis et iustus: Indignū est vt iust⁹ et fidelis seruiat iniquo et infideli. Nō hoc ei dixit: sed magis seruit: Et vt corroboraret seruū: hō dixit: Exēplo meo
L seruit: q: prior ego seruiui iniq̄s. Dñs enī tanta i passione sustinens: a quibus sustinuit nisi dñs a seruis? Et a quib⁹: nisi a malis seruis? Nam si fuissent boni serui honorarēt dñm suum: Sed q: mali serui erāt: iniuriauerūt. Ille quid contra reddidit? Dilectionē
Luce. 23. p od. o. Ait enī: Pater ignosce illis: q: nesciūt quid faciūt. Si domin⁹ celi et terre p quem facta sunt oīa seruiuit indignis: rogauit p seuiētibus et furētibus: et tāq̄ medicū se exhibuit adueniēs (Nā et medici et arte et sanitate meliores seruiūt egrot.) quāto magis non debet dedignari homo: ex toto animo: et ex tota bona volūtate: cū tota dilectiōe seruire domino etiā malo? Ecce seruit melior deteriori: ſ ad temp⁹. Qd autē dixi de dño et seruo: hoc intelligite de potestatibus et regibus: et de omnib⁹ culminib⁹ huius seculi. Aliquādo enī potestates bone sunt et timent deū: ali-
Ji. o. 8 Julian⁹ extitit. qñ nō timent deū. Julianus extitit infidelis imperator: nōne extitit apostata: iniqu⁹: idolatra? Milites christiani seruierūt impatori infideli. Ubi veniebat ad causam christi: nō agnoscebant nisi illū qui i celo erat. Quādo volebat vt idola colerent: vt thurificarent: p̄ponebant illi deū. Quādo aūt dicebat: producite aciem: ite cōtra illam gentē: statim obtemp̄abāt. Distinguebāt dominū eternū a domino temporali: et tamē subditi erant propter dominū eternū: etiā dño temporali. Sed nūquid sic erit semp: vt iniqui impe-
M rent iustis? Non sic erit. Uidete enim quid dicat iste psalmus: Qm̄ nō derelinquet dñs virgā peccatorū sup sortē iustorū. Sentiūt ad tempus virga peccatorū sup sortē iustorū: sed nō ibi relinquit: nō erit in eternū. Ueniet tēpus qñ vnus agnoscat de⁹: veniet tempus qñ vnus christus in claritate sua apparens congreget ante se oēs gentes: et diuidat eas sicut diuidit pastor hedos ab ouibus: oues ponet ad dexterā: he- Math. 25.
dos ad sinistram. Et videtis ibi multos seruos inter oues: et multos dños inter hedos: et rursus multos dños inter oues: et multos seruos inter hedos. Nō enī q: sic cōsolati sum⁹ seruos: oēs serui boni sunt: aut q: sic rep̄hendim⁹ superbiā dñorū: omnes domini mali sunt. Sūt boni et fideles domini: et sunt mali: Sūt boni et fideles serui et sunt mali. Sed q̄diu serui boni seruiūt malis dñis: ferāt ad temp⁹: q: nō dere-
liquet virgā peccatorū sup sortē iustorū. Quare hoc? N
Ut nō extendant iusti ad iniquitatē manus suas: vt ad tempus ferant iusti iniquos dominātes: et intelligant nō esse hoc sempiternū: sed p̄parēt se ad possidendā sempiternā hereditatē. Quā hereditatē? Ubi
destruet omnia potentatus et omnis potestas: vt sit J. Co. 15.
deus omnia in omnib⁹. Ad hoc se seruātes et hō corde cōtemplantes: et adhuc in fide retinētes: et vt videāt pdurantes: non extendūt manus suas in iniquitatē. Nam si videant q: semp est virga peccatorū sup sortem iustorū: cogitant apud se et dicūt: Quid mihi prodest quia iustus sum? Semp mihi dñabit iniquus: et semp seruus ero? Faciā ergo et ego iniquitatē: quia nihil prodest tenere iusticiā. Ne autem hoc dicat: insinuat illis deus: q: ad tempus pōt esse virga peccatorū sup sortē iustorū: nō eam relinquet dñs sup sortem iustorū vt nō extendāt iusti ad iniquitatē man⁹ suas: sed teneāt ab iniq̄tate man⁹ suas: et ferāt iniq̄tatē nō faciant. Meli⁹ est enī iniusticiā ferre q̄ facere. Unde nō semp erit? Quia nō derelinquet virgā peccatorū
sup sortē iustorū. Hoc cogitāt qui recto sunt corde: de Ps. 7.
quib⁹ paulo ante dixi qui voluntatē dei sequūt non voluntatē suam: sequi deū volunt: faciunt illum p̄cedentē et se sequētes: nō aūt se p̄cedētes et illū sequētes: Et in oīb⁹ eū bonū inueniūt: siue emēdantē: siue cōflantē: siue cōsolantē: siue exercentē: siue coronantē:
siue purgantē: siue illuminantē: sic aplus ait: Qm̄ Roma. 8.
qui diligentibus deū oīa coopant i bonū. Et ideo sequit: **Bene fac dñe: bonis et rectis corde.**
Qui aūt q̄ declinat a malo et facit bonū: rect⁹ corde ē: Ps. 36.
q: nō zelat in peccatorib⁹ pacē peccatorū intuens. Sic Ps. 72.
prauicordis ē q̄ scādalizat i vijs dñi q̄ declinat a deo et facit malū: et inescat dulcedine seculi: et ea illaqueatus et capt⁹: amaras penas luit. Declināt aūt a deo cui⁹ disciplinā ferre noluit: fit illi p iudiciū dei verus
laqueus falsa malorū felicitas. Uñ cōtinuo subiūgit: O

Declinantes autē in strangulationē adducet dñs cum operantibus iniquitatē: Ps. 124. Jd est quorū facta imitati sunt: quia eorū p̄sentes letitias amauerūt: et futura supplicia non crediderūt. Qui q̄ recti sunt corde et nō declināt q̄d habebūt? Jam veniam⁹ ad ipsā hereditatē fratres: q: filij sum⁹. Quid possidebim⁹? Que est hereditas? Que patria nr̄a? Quid vocat? pax. Per hanc vos salutam⁹: hāc vob
annūciam⁹: hāc suscepiūt mōtes: et colles iusticiā. Pa Ps. 71.
est christ⁹. Ipse enī est pax nr̄a q̄ fecit vtraq̄ vnū: et Ephe. 2.
mediū pietē macerie soluit. q: filij sum⁹: hereditatē habebimus. Et q̄d vocabit ipa hereditas nisi pax?
Et videte q: ex hereditate sunt q̄ nō amāt pacē. P

sunt amant pacē qui diuidūt vnitatē. Pax possessio
piorum est: possessio beredū. Et qui sūt heredes? Fi
Matth.5. lii. Audite euangeliū: Beati pacifici: qm ipsi filii dei
vocabunt. Audite et conclusionē huius psalmi. Pax
super israel. Israel est videns deū: Hierusalē vi
sio pacis interpretat. Intelligat charitas vestra. Isra
el interpretat videns deum. Hierusalem interpretat
ps.124. visio pacis. Qui non mouebunt in eternū? Qui ha
bitant in hierusalē: non mouebunt in eternū. Ergo
non mouebunt in eternū q inhabitant visionem pa
cis: Et pax super israel. Ergo israel q videns deū ē:
videns pacem est: et ipse israel est et hierusalem: quia
populus ille dei ipsa est ciuitas dei. Si ergo videns pa
cem: hoc est videns deū: merito et deus ipse est pax.
Ergo qm christus filius dei pax est: ideo venit colli
gere suos: et secernere ab iniquis. A quibus iniquis? Qui
oderunt hierusalē: qui oderunt pacem: q volūt con
scindere vnitatē: q non credunt paci: q falsam pacem
pnunciant in pplo: et non illam habent. Quibus re
spondet cum dixerint: Pax vobiscū: et cum spū tuo.
Falsa dicunt: et falsum audiunt. Quibus dicunt pax
vobiscū? Quos separāt a pace orbis terrarū. Et qui
bus dicit: Et cū spū tuo? Qui dissensiōes āplectūt:
et odiūt pacē. Si enim in spū eorum eēt pax: nōne vnita
tē diligerēt: et relinqrēt dissensionē? Falsum ergo pnū
ciāt: et falsū audiūt. Nos verū pnūciemus: et verum
audiamus. Simus israel et āplectamur pacē: qm hieru
salē est visio pacis: et nos israel: et pax super israel.

Explicit Tract. de ps. CXXIIII.

Incipit Tract. de ps. CXXV.

A Sicut iam meministis ex ordine nobis tractā
tibus iste psalmus est centesimus vicesimus qn
tus: qui inter illos psalmos est quorum est ti
tulus: Canticū graduū. Est autē sicut nostis
vox ascendentiū. Quo nisi ad illam supnam hieru
salem: mrem oīum que est in celis? Que supna: ipsa
et eterna. Hec autē que i terra fuit: vmbrā habebat
illius. Itaqz ista cecidit: illa pmanet. Hec impleuit tē
pus pdicatiōis: illa tenet eternitatē repationis nre.
Ab illa pegrinamur in hac vita: ad eius reditū suspi
ramus: Suspiramus tamdiu miseri et laborātes: do
nec ad illam redeamus: Nec ciues nri angeli dimise
runt nos in pegrinatione: sed annūciauerūt nobis ip
sum regē venturū ad nos: Et venit ad nos: et ptem
ptus est inter nos a nobis: et postea nobiscum fuit et
docuit nos ptemni qm ptemptus est: docuit nos to
lerare: qm tolerauit: docuit pati: qm passus est: et pro
misit resurrecturos: qm resurrexit: in seipso oñdēs qd
sperare debeamus. Si ergo fratres, pphete antiqui patres
Marc.16. nri anteqz dñs iesus christus veniret in carne: anteqz
mortuus resurrexisset et ascendisset in celū: suspira
bant tamē illi ciuitati: quātum oportet nos desiderare
quo nos ipse pcessit: et vnde nunqz recessit? Non enim
dñs sic venit ad nos vt desereret angelos: et cum illis
mansit: et ad nos venit. In illis mansit in maiestate:
B ad nos venit i carne. Eramus aūt ibi vbi redēptor nr
ille venisse dicit: et captiui tenebamur. Si redēptor
noster ille dicit: captiui tenebamur. Ubi ergo teneba
mur: vt ille veniret redimere captiuos? Ubi teneba
mur? Forte apud barbaros. Peior ē barbaris dia
bolus et angeli eius. Ipsi antea tenebāt genus huma
nū: ab his redemit nos: qa nō aurū neqz argētū: sed
sanguinē suū p nobis dedit. Quō aūt hō venerat in
captiuitate? Paulū apl'm interrogemus. Etenim ipe p
cipue gemit in ista captiuitate: suspirās ppriā hieru
salem: et docuit nos gemere ex ipso spū: q et ille im
pletus gemebat. Hoc enim ait: Oīs creatura pgemi
scit et dolet vsqz nūc. Et iterū: Uanitati enim creatura Roma.8.
subiecta ē: ait: nō sponte sed ppter eum q subiecit in spe. Ibidem
Oēm creaturā dixit in hoībus etiā nōdū credētibus: sed
tñ credituris: ingemiscere creaturā in laboribus. Nū
qd nā in his tm gemit q nōdū crediderūt? Jāuero in
his q crediderūt nō gemit nec pturit creatura? Nō Ibi.8.
solū aūt inqt: sed et nosipsi primitias spūs habētes: id
est q iam spū deo seruimus: q iam mēte deo credimus:
et in ipsa fide primitias quasdā dedimus vt primitias
nras sequamur: Ergo et nosipi in nobismetipis inge
miscimus: adoptionē: expectātes redēptionem corpis
nri. Gemebat ergo et ipse: et gemūt oēs fideles: adoptio
nem expectātes redēptionē corpis sui. Ubi gemūt?
In ista mortalitate. Quā redemptionē expectant?
Corpis sui que pcessit in dño: q resurrexit a mortu Marc.16.
is: et ascendit in celū. Hoc nobis anteqz reddat ne
cesse est gemamus: etiā fideles: etiam sperātes. Ideo
sequit ibi et dicit: Cū diceret: et ipi i nobismetipis in
gemiscimus adoptionē expectātes redēptionem cor
poris nri: quasi diceret ei: Quid tibi ergo pfuit christus
si adhuc gemis? et quō saluator saluū te fecit? Qui
gemit adhuc egrotat: Subiūxit et ait: Spe enim sal Roma.8.
ui facti sumus: Spes enim que videt non est spes. Qd
enim videt quis quid sperat? Si autē qd non videmus
speramus: p patientiā expectamus. Ecce quare gemi
mus: et quō gemimus: qm quod speramus iam quidē ex
pectamus: sed nondū tenemus: et donec teneamus in tē
pore suspiramus: qm desideramus qd nōdum tenemus.
Quare? Quia spe salui facti sumus. Jā caro sumpta
de nobis in dño: nō spe sed re salua facta ē. Resurrexit
enim et ascēdit in capite nro caro nra salua: in mēbris
adhuc saluāda ē. Secura gaudeāt mēbra: qm a capi
te suo nō sūt deserta. Dixit enim mēbris laborātibus:
Ecce ego vobiscū sum vsqz ad psūmationem seculi. Matth.28.
Ita factū ē: vt pverteremur ad deū. Spem enim h ha C
bueramus: nisi ad seculū: Et inde fui miseri: bis mise
ri: qm et i hac vita spem posueramus et faciē hñtes ad
seculū: dorsū p deū. Cū vero pverterit nos dñs: vt
iā incipiamus faciē hre ad deū: et dorsū ad seculū: qm
adhuc i via sumus: et tñ ad patriā attēdimus: Et qñ for
te aliquā tribulationē patimur: sed tñ tenemus viā et lug
portamur: Asper quidē vel ē: sed vel psper ē: Cū la
bore quidē sed cito ducit: et cito pducit. Qm ergo d captiui
tate nra gemebamus: gemūt aūt et illi q iā crediderūt:
Quō aūt facti fuimus captiui? Oblīti fuimus: sed p scri
pturā cōmemoramus. Paulū ipsum aplm introge
mus. Ait enim: Scimus enim qm lex spiritalis ē: ego autē Roma.7.
carnalis sum: venūdatus sub peccato. Ecce vnde fa
cti sumus captiui: qm venūdati sumus sub peccato.
Quis nos vendidit? Nosipi qui psensimus seducto
ri. Uendere nos potuimus: redimere nos nō possu
mus. Uendidimus nos psensiōe peccati: redimimur
in fide iusticie. Sanguis enim innocēs datus est p nobis
vt redimeremur: Nō quēcunqz sanguinem ille fudit
psequēdo iustos: Qualē sanguinē fudit? Iustorum quidē
sanguinē fudit, pphetarū patrū nrorum: iustorum sangui
nem fudit et martyrū: tñ oēs de pagine pcti venien
tes: Unū sanguinē fudit eius q nō iustificatus: sed iusti
natus ē. Illo sanguine fuso: pdidit qs tenebat. Pro qui
bus enim datus ē innocēs sanguis redēpti sūt: et puersi
a captiuitate cantat istum psalmū.

D In p̄cõn uertendo

Expositio psalmi.

C Um conuerterit dñs captiuitatẽ sion: facti sum⁹ sicut consolati. Hoc voluit dicere: facti sumus gaudentes. Qñ: Cum ꝯuerterit dñs captiuitatẽ sion. Que sion: Ipsa hierusalem eterna sion. Quõ eterna sion: ⁊ quõ captiua sion: In angelis eterna: in hoib⁹ captiua. Non eñ oẽs illius ciuitatis ciues captiui sunt: ſ q inde pegrinant ipsi captiui sunt. Homo ciuis ẽ hierusalem: sed venditus sub pctõ: fact⁹ est pegrin⁹. De ꝓpagine ipsius natum est genus hũanũ: ⁊ impleuit terras captiuitatis sion: Et ista captiuitas sion quõ vmbra illi⁹ hierusalẽ: Umbra illius sion quam acceperunt iudei in imagine: in figura fuit in captiuita-
Hiere. 25. et. 29 te in babylonia: ⁊ post septuaginta annos redijt ille ppls ad ciuitatẽ suã. Septuaginta ãni significãt oẽ temp⁹: qõ septẽ dieb⁹ voluit. Cũ autẽ trãsierit om-
Esdre. 1. ne tps: tunc redim⁹ ⁊ nos ad patriam nr̃am: quõ ille ppls post septuaginta ãnos redijt a captiuitate babylonie. Babylonia est eñ mũdus iste. Babylonia eñ interp̄tat confusio. Uidete si non est ꝯfusio tota vita hũana. Quicqd agũt hoĩes in spe vana: qñ cognouerint qd agũt: erubescũt. Quare laborãt: Cui laborãt: Filijs meis inquit. Et ipsi cui: Filijs suis. Et ipsi qb⁹: Filijs suis. Nemo ĝ sibi. Ab ista ĝ ꝯfusione iam ꝯuersi erant qb⁹ dicit Apls: Quã eñ glo-
Roma. 6. riam habebatis in his in qbus nũc erubescitis: Cõfusio est ergo ista tota vita rerũ hũanarũ: non pertinens ad deũ. In hac ꝯfusione: id est in ista babylonia: captiua tenet sion: Sꝫ ꝯuertit dñs captiuitatẽ siõ: ⁊ facti sum⁹ inqt sic ꝯsolati: id ẽ gauisi sum⁹ tãq̃ꝫ
E ꝯsolationẽ accipiẽtes. Consolatio non est nisi miserorũ: Cõsolatio nõ est nisi gemẽtiũ ⁊ lugentiũ. Quare quasi ꝯsolati: nisi qꝛ adhuc gemim⁹: Gemim⁹ in spe: ꝯsolamur in re. Cũ trãsierit spes: de gemitu gaudium veniet eternũ: vbi non opus erit ꝯsolatiõe: qꝛ nulla miseria sauciabimur. Quare aũt velut ꝯsolati ait: ⁊ non ait ꝯsolati: Non semp quasi ad similitudinem ponit hoc verbum: sicut: qõ dicim⁹ aliqñ ad ꝓprietatẽ refert: aliqñ ad similitudinẽ: Modo ad ꝓprietatem relatum est. Sꝫ exempla nobis etiã de cõmuni locutiõe hoim danda sunt: vt facile intelligat quõ dicim⁹: Sicut vixit pater: ita ⁊ fili⁹: Ad, similitudinẽ hoc dicimus: Et sicut pec⁹ morit: ita homo
Eccles. 3. morit: Ad similitudinẽ hoc dicit. Quãdo aũt hoc dicimus: Fecit sicut vir bonus: nunqd non est vir bonus: sed similitudinẽ habet viri boni: Fecit tãq̃ꝫ iustus: Hoc tanq̃ꝫ non negat eum iustum esse: ſ proprietatem eius ostẽdit. Fecisti sicut senator: Ergo non sum senator si dicat: imo quia es: sicut senator fecisti: Et quia iust⁹ es: sicut iustus fecisti: ⁊ quia bonus es: sicut bon⁹ fecisti. Ergo quia ⁊ isti vere ꝯsolati erant: sicut ꝯsolati gaudebãt: id est magnũ erat gaudiũ ipsoꝝ tanq̃ꝫ ꝯsolatoꝝ. Illo ꝯsolante morituros q mortu⁹ est. Oẽs eñ mori gemim⁹: Cõsolat⁹ est ille qui mortuus est ne mori timerem⁹: Prior resurrexit vt haberem⁹ qõ sperarem⁹. Quia ĝ prior resurrexit: spem nobis dedit: qꝛ in miseria positi spe ꝯsolati sum⁹. Hinc gaudiũ magnũ: Et ꝯuertit dñs captiuitatẽ nr̃aꝫ: vt iam õ captiuitate viã teneam⁹: et eam⁹ ad patriã. Jam ĝ redempti in via nõ timeamus insidiãtes hostes nr̃os. Ideo eñ redemit nos: vt nõ audeat hostis insidiari nobis: si de via non recesserim⁹. Ipse eñ christ⁹ factus est via. Uis non pati latrones: Ait tibi: Uiã tibi straui ad patriã: noli õ via recedere. Talẽ viã muniui: vt latro ad te nõ audeat accedere. Tu ab illa noli recedere: ⁊ latro ad te nõ audet accedere. Ambula ĝ in christo ⁊ canta: gaudens canta tanq̃ꝫ ꝯsolat⁹: quia ille te p̄cessit qui iussit vt sequaris. Tunc repletũ est gaudio
F os nr̃m: ⁊ lingua nr̃a exultatiõe. Os fratres mei qõ habem⁹ in corpore quõ replet gaudio: Nõ solet impleri: nisi aqua aut cibo: aut potu: aut aliq̃ re tali missa in os. Implet aliqñ os nostrũ: ⁊ pl⁹ est qõ dicim⁹ sanctitati vestre: Qñ os plenũ habem⁹ loqui non possum⁹. Habem⁹ autẽ intus os: id est in corde: vnde quicqd ꝓcedit: si malũ est inqnat nos: si bonũ est mũdat nos. De ipso eñ ore audistis: dũ euangeliũ legeret. Insultabãt eñ iudei dño: qꝛ discipuli eius non lotis manib⁹ mãducabant. Illi in-
Matth. sultabant qui mũdiciam foris habebãt: ⁊ intus maculis pleni erant. Illi insultabant quoꝝ iusticia non erat: nisi ĩ oculis hominũ: Dñs autẽ querit mũdiciam nostrã interiorem: Que si fuerit: necesse est vt ⁊ q̃ foris sunt mũda sint. Mundate inqt que intus
Matth. sunt: ⁊ q̃ foris sunt mũda erunt. Ipse dñs dicit alio loco. Uerum date elemosynas: ⁊ ecce omnia mun-
Luce. 11 da sunt vobis. Unde autẽ procedit elemosyna: De corde. Si eñ manũ porrigas: nec in corde misereris: nihil fecisti. Si aũt in corde miserearis: etiam si non habeas qõ porrigas manu: acceptat deus elemosynam tuam. Illi autẽ iniqui foris querebãt mũ-
G diciam. De talibus erat etiam ille phariseus qui inuitauerat dñm: quando accessit mulier que in ciuitate peccatrix erat ⁊ famosa: que lachrymis lauit pedes dñi: tersit capillis: vnxit vnguẽto. Phariseus ĝ qui inuitauerat dñm: ⁊ mũdiciam non habebat nisi forinsecus corporis: corde autem plenus erat iniquitate ⁊ rapina. dixit apud semetipsum: Hic si esset
Luce. 7. ꝓpheta: sciret que mulier illi accessit ad pedes. Unde nouerat vtrum sciret an nesciret: Sed ideo eum nescire arbitratus est: quia non a se eam repulit. Si eñ accessisset ad ipsum phariseũ talis mulier: ille q mũdiciam tenebat quasi in carne exufflaret: repelleret: abijceret: ne imunda tangeret mundũ: ⁊ ꝯtaminaret eius mundiciam. Quia hoc non fecit dñs: iõ illũ credidit nescisse qualis mulier illi accessisset ad pedes. Dñs autem non solum illam nouerat: sed et cogitationes illius audiebat: Qꝛ ⁊ si contact⁹ corporis aliqd facit o imũde pharisee: caro dñi posset pollui cõtactu mulieris: an mulier mũdari cõtactu dñi: Permittebat aũt medicus egrotantẽ tangere medicamentũ: ⁊ illa q̃ venerat nouerat medicũ: ⁊ q̃ solebat in sua fornicatiõe fortasse esse frontosa: frontosior facta ẽ ad salutẽ. Irrupit in domũ q̃ non erat inuitata: ſ vulnera habebat: ⁊ illuc venerat vbi medicus recũbebat. Ille aũt q inuitauerat medicũ sanus sibi videbat: ꝓpterea nõ curabat. Jã ĝ sequũt in euãgelio nostr: quõ ꝯfusus ẽ ipse pharise⁹: cũ ei ostẽderet qꝛ ⁊ illã mulierẽ nouerat: ⁊ cogitationẽ cordis ipi⁹ audierat. Sꝫ ad id reuertamur quod modo de euãgelio lectũ est qõ ptinet ad p̄sentẽ versũ: vbi di-
H ctũ ẽ: Impletũ ẽ gaudio os nr̃m: ⁊ lingua nr̃a exultatiõe. Querim⁹ eñ qõ os ⁊ q̃ lingua: Attẽdat charitas vr̃a. Insultatũ ẽ dño: qꝛ nõ lotis maib⁹ discipuli ei⁹ mãducarẽt: Respõdit illis domin⁹ sicut oporte-

Math. 15. bat: et vocatis turbis ait: Audite omnes et intelligite: Omne quod intrat in os non coinquinat hominem: sed quod exit. Quid est hoc? Cum dixit quod intrat in os: non nisi os corporis voluit ostendere. Intrant enim cibi: et non coinquinant hominem cibi: quia omnia munda mundis: et omnis creatura dei bona est: et nihil abiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. In figura iudeis posita erant quedam: et immunda dicta sunt: Sed postea quam figurarum lux ipsa venit: et remote sunt umbre: non sumus retenti in littera: sed vivificati in spiritu: et non est impositum iugum observationis christianis quod impositum erat iudeis: quia dominus dixit: Iugum meum suave est: et sarcina mea levis est. Et omnia (ait Apostolus) munda mundis: Immundis autem et infidelibus nihil est mundum: sed polluta sunt eorum et mens et conscientia. Quid voluit intelligi? Mundo homini et panis et porcina munda est: immundo autem nec panis nec porcina. Immundis autem inquit et infidelibus nihil est mundum. Quare nihil est mundum? Sed polluta sunt inquit eorum et mens et conscientia: Et si interius quod est: immundum est: foris quod est nihil mundum esse potest. Si ergo illis quibus interiora immunda sunt: exteriora munda esse non possunt: si volueris ut exteriora munda sint: interiora mundato: Ibi est enim os quod implebitur tibi gaudio: et quando taces. Nam taces enim et gaudes: os tuum clamat ad deum. Sed vide unde gaudeas. Si de seculo gaudes: immundo gaudio vociferaris ad deum: Si vero de redemptione gaudes: quod dixit psalmus iste: Cum converterit dominus captivitatem sion facti sumus iocundati: tunc impletur vero gaudio os tuum: et lingua tua exultatione. Manifestum est quia in spe gaudes: et acceptum est gaudium tuum apud deum. In ipso gaudio vel in ipso ore quod habemus intus: et manducamus et bibimus. sicut de isto ore ad refectionem corporis: sic et de illo ore ad refectionem cordis. Nam vide beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam: quoniam ipsi saturabuntur. Si autem non facit immundum nisi quod exit de ore: et hoc cum audimus in evangelio non intelligamus nisi os corporis: absurdum est et nimis stultum: ut tunc putemus non fieri immundum hominem cum manducat: tunc autem putemus immundum si vomat. Ait enim dominus: Non quod intrat sed quod exit coinquinat. Quando ergo manducas non fis immundus: et quando vomis efficeris immundus? Quando bibis non es immundus: et quando spuis immundus es? Nam spuis enim de ore tuo exit aliquid: quando bibis in os intrat aliquid. Quid voluit dicere dominus: Non quod intrat in os: sed quod exit inquinat? Secutus eodem loco secundum alium evangelistam dixit: Que sunt que procedunt de ore: ut intelligas non de ore corporis eum dixisse: sed de ore cordis. Ait enim: De corde enim exeunt cogitationes male: fornicationes: homicidia: blasphemie: Hec sunt que coinquinant hominem: Non lotis autem manibus manducare non coinquinat hominem. Illa ergo fratres mei quomodo exeunt de ore: nisi quia exeunt de corde: sicut ipse dominus dicit: Non enim quando illa loquimur tunc nos maculant. Ne quis dicat: Cum loquimur de ore nostro exeunt: quia verba et voces de ore nostro exeunt: et quando mala loquimur: immundi efficimur. Quid si aliquis non loquatur et tamen cogitet mala: Mundus est quia de ore ipsius corporis nihil processit: Sed de ore cordis iam deus audivit. Ecce fratres mei attendite quod dico. Nomini non furtum: modo nominavi furtum: Nunquid quia nominavi furtum contaminavit me furtum? Attendite quod dico: Ecce de ore meo exiit: et non me fecit immundum. Fur autem surgit in nocte: et nihil dicit ore: et faciendo fit immundus. Non solum autem non dicit: sed et premit facinus toto silentio: et usque adeo vocem suam timet audiri: ut nec vestigia sua velit sonare. Nunquid ergo quia ita silet mundus est? Plus autem dico fratres mei. Ecce adhuc in strato suo iacet: nondum surrexit ut furtum faciat: vigilat: et expectat ut homines dormiant: Iam deo clamat: iam fur est: iam immundus est: iam facinus de ore interiore processit. Nam enim facinus ex ore procedit? Quando voluntas faciendi decernitur. Decrevisti facere: dixisti. Dixisti: fecisti. Si furtum non feceris fortassis: ille non meruit perdere cui disponebas auferre. Et ille nihil perdidit: et tu de furto damnaberis. Decrevisti occidere hominem: dixisti in corde: sonuit de ore tuo interiore homicidium: Adhuc vivit homo: et tu homicida puniris. Quid sis enim apud deum queritur: non quid nondum apparueris apud homines. Certe ergo novimus et nosse debemus et tenere: quia est os cordis: est et lingua cordis. Ipsum os impletur gaudio: in ipso ore intus oramus deum quando labia clausa sunt et patet conscientia. Silentium est et clamat pectus: Sed auribus cuius? Non hominis sed dei. Securus ergo esto: Ille audit qui miseretur. Et rursus quando nemo hominum audit mala si procedunt de ore tuo: noli esse securus: quia ille audit qui damnat. Susanna si audiebatur ab iniustis iudicibus: tacebat et orabat: Os eius non audiebatur ab hominibus: cor eius clamabat ad deum. Nunquid quia vox eius ore corporis non processit: propterea exaudiri non meruit? Exaudita est illa: et quando oravit nemo hominum scivit. Ergo fratres quid habeamus in ore interiore cogitate: Ibi videte ne quid mali dicatur intus: et nihil mali facietur foris: Non potest enim fieri ab hominibus foris: nisi quod dictum fuerit intus. Custodi os cordis a malo: et innocens eris: innocens erit lingua corporis tui: innocentes manus erunt: etiam pedes innocentes erunt: oculi innocentes erunt: aures innocentes erunt: Omnia membra tua iusticie militabunt: quia imperator iustus tenuit cor. **Tunc dicent inter gentes: magnificavit dominus facere cum eis. Magnificavit dominus facere nobiscum: facti sumus iocundati.** Videte fratres si modo sion non illud dicit inter gentes per totum orbem terrarum: videte si non ad ecclesiam curritur. In toto orbe terrarum precium nostrum accipitur: Amen respondetur. Dicunt ergo inter gentes hierosolymitani captivi: hierosolymitani redituri: peregrini: suspirantes patrie sue. Quid dicunt? Magnificavit dominus facere nobiscum: facti sumus iocundati. Nunquid ipsi secum fecerunt? Ipsi male secum fecerunt: quia sub peccato se vendiderunt. Redemptor venit: et bene cum illis fecit: et magnificavit dominus facere cum eis: Magnificavit dominus facere nobiscum. facti sumus iocundati. **Converte domine captivitatem nostram: sicut torrens in austro.** Quid sit hoc attendat charitas vestra. Iam dixerat: Cum converterit dominus captivitatem sion. Quasi de preterito loquebatur: Sed solet fieri ut de preterito loquens: futura pronunciet propheta. Nam quasi de preterito loquebatur cum in alio psalmo diceret: Foderunt manus meas et pedes meos: dinumeraverunt omnia ossa mea. Non dixit: fossuri sunt: non dixit dinumerabunt: non dixit divident sibi vestimenta mea: non dixit

Marginalia (left): Math. 15. — Ephe. 5. / 1. Timo. 4. — 1. Cor. 3. — Math. 11. — Tit. 1. — I — Math. 5. — Math. 15. — K — Mar. 7. — Idem Math. 15. — Ibidem

Marginalia (right): Concor. de pe. dis. 1. Si pp. ca — L — Dan. 13. — M — Ut hieronimus — N — Psal. 21.

super vestimētū meū mittent sortē. Futura eñi erāt
et quasi facta cantabāt. Omnia eñi que futura sūt:
deo iam facta sunt. Hic ergo cum diceret: Cū con/
uerterit dñs captiuitatē sion: facti sumus velut ꝯso/
lati: Tunc repletum est gaudio os nostrū: ꝛ lingua
nostra exultatione: Qd̓ vt ostenderet se figura pre/
teriti futura cogitare: ait: Tunc dicent inter gentes.
Dicent iam de futuro est: Magnificauit dñs facere
nobiscū: facti sum⁹ iocūdati d̓ ꝓterito. Tūc cū cāta
bāt futura erāt: ꝛ nūc vidēt ꝓsentia: Ergo orat tāq̄
de futuris: q̄ futura tanq̄ ꝓterita ꝑtinebat: Cōuer/
te dñe captiuitatē nostrā. Nondū erat ergo ꝯuersa
captiuitas: qꝛ nondū redemptor aduenerat. Ergo
qñ cantati sunt psalmi: quod orabat tunc: iam factū
est. Conuerte dñe captiuitatē nostram sicut torrēs
in austro. Sicut ꝯuertunt torrentes in austro: sic cō
O uerte captiuitatē nostram. Querebat qd sit: sed pa/
tebit modo adiuuāte dño: ꝛ vestris oratiōib⁹. Quo
dam loco dixit scriptura: cum preciperet ꝛ moneret
Eccli.3. d̓ opib⁹ nr̄is bonis: Ait eñi: Sicut glacies in sereno
ita soluūt peccata tua. Ergo peccata ligabant nos: Quo/
modo? Quō frigus ligat aquam ne currat. Et illi/
gati frigore peccatorum gelauim⁹. Auster autem cali/
dus ventus est. Cū flat auster liquescit glacies: et
implentur torrentes. Torrētes aūt dicunt flumina
hyemalia. Magno eñi impetu repentinis aquis im/
pleta currunt. Gelaueram⁹ ergo in captiuitate: con
stringebant nos peccata nostra: flauit auster spirit⁹
sanctus: dimissa sunt nobis peccata: Soluti sum⁹ a
frigore iniquitatis: tanq̄ glacies in sereno soluūt pec/
cata nostra: Curram⁹ ad patriam quasi torrentes in
austro. Diu eñi laborauim⁹ ꝛ laboram⁹: etiam faci/
entes bene. Nam ipsa vita humana quā ingressi su/
mus misera est: laborib⁹ plena: dolorib⁹: periculis:
erumnis: temptationib⁹. Nolite seduci gaudio rerum
humanarū: flenda in rebus hūanis aduertite. Po/
terat ridere prius puer qui nascit? Quare a fletu in/
cipit viuere? Ridere nondū nouit: quare plorare iā
nouit? Quia cepit ire in istam vitam. Sed si de illis
captiuis est: hic flet ꝛ gemit: sed veniet gaudiū. Se/
P quitur eñi. Qui seminant in lachrymis: in
Al' ex/ultatione †gaudio metēt. In ista vita que plēa est lachry/
mis seminem⁹. Quid semiabim⁹? Opa bona. Opa
misericordie semina nostra sūt. De quib⁹ seminibus
Gal.6. ait apl's: Bonū autem facientes nō deficiam⁹: tpe
Ibidem eñi ꝓprio metem⁹ infatigabiles. Itaq̄ dū tempus
habem⁹ opemur bonū ad oēs: maxime aūt ad do/
mesticos fidei. Loquēs itaq̄ d̓ ipsis elemosynis qd
ait? Hoc aūt dico: Qui parce seminat parce ꝛ me/
2.Cor.9. tet: Ergo q̄ multū semiat multū metet: Qui parce
seminat pce ꝛ metet: ꝛ qui nihil seminat nihil metet.
Quare desideratis latos fundos: vbi mlta semia se
minetis? Latior vob̄ nō ē vbi seminetis q̄ christ⁹ q̄
in se voluit semiari. Terra vr̄a ecclesia est: seminate
q̄tū potestis. Sz parū habes vñ facias. Habes vo/
lūtatē? Quō nihil eēt qd̓ habes: si nō adesset bona
volūtas: sic ꝛ qꝛ nō habes: noli esse tristis si ē tibi bo
na volūtas. Quid eñi semias? Misericordiā. Et qd
metis? Pacem. Nunqd autem dixerūt angeli: Pax
Luce.2. diuitib⁹ hoībus in terra? Sed pax in terra hoībus
bone volūtatis. In vidua mag volūtas. In zacheo
Luc.19. magna volūtas: in zacheo charitas magna: Susce
pit dñm hospitio: gaudens suscepit: ꝛ dimidiū pa/

trimonij sui pauperib⁹ ꝓmisit se daturū: ꝛ si cui ali/
qd abstulerat: q̄druplū redditurū: vt itelligas ꝓpterea
sibi eū tenuisse dimidiū: nō vt hēret qd̓ possideret: s
vt hēret vñ debita redderet. Magna volūtas: Mul/
tū dedit: multū semiauit. Ergo vidua illa q̄ duo mi/ Marc.12
nuta misit parū semiauit? Immo tm̄ q̄tū zache⁹.
Miores eñi facultates ferebat: s parē volūtatē ha/
bebat. Misit duo minuta d̓ tāta volūtate: d̓ q̄ta za
che⁹ dimidiū pa͞trimonij sui. Si attēdas qd dederūt: Luce.19.
diuersa inuenies. Si attēdas vnde dederunt: paria
inuenies. Quicqd habuit illa dedit: ꝛ quod habuit
dedit ille. Fac aliquem non habere vel duos num/
mos: Est aliquid vilius qd̓ seminem⁹: vt metamus
illam messem? Est. Calicem aque frigide qui dederit Mat.10.
discipulo: non perdet mercedem suam. Calix aque
frigide non duobus nūmis: sed gratis ꝯstat. Tamē
aliqñ sic gratis constat vt habeat illum alius: ꝛ ali⁹
non habeat. Si ergo ille qui illum habet: dederit il/
li qui non habet: tantū dedit si de plena charitate de
dit qd̓ dedit: tantū dedit q̄tum illa in duob⁹ nūmis:
q̄tum zacheus in dimidio rerum suarū. Non enim
sine causa addidit: frigide: vt pauperem ostende/
ret. Ideo dixit: calicem aque frigide: ne quis vel
inde causaretur q̄ lignum non habuerit vnde calefa
ceret aquam. Calicem aque frigide qui dederit vni
ex minimis: non perdet mercedē suam. Quid si nec h
habeat? Securus sit. Et si nec hoc habet: pax in ter
ra hominibus bone voluntatis: Tantū illud timeat Luce.2.
ne habeat ꝛ non faciat. Si enim habet ꝛ non facit:
intus gelauit: Nōdum soluta sunt peccata eius si/
cut torrentes in austro: quia voluntas frigida est.
Quid valent tanta bona que possidemus? Accedit
volūtas feruēs iā soluta calore austri: ꝛ si nihil ha/
bebat: totū illi cōputat. Quāta sibi prestant mēdici?
Intēdat charitas vestra quomodo fiat elemosyna. C
Certe mendici sunt in quos facis elemosynam: mē/
dici egent. Attēditis forte fratres vestros: si aliquo
egent: tribuitis: si est in vobis christus etiam exte/
ris. Sed si illi sunt mendici qui professionem habēt
petendi in erumnis: ꝛ ipsi habent quod sibi prestent
inuicē: Nō illos deseruit deus vnde probentur: qꝛ
faciūt elemosynas. Iste non potest ambulare: Qui
potest ambulare pedes suos accommodat claudo.
Qui videt: oculos suos accōmodat ceco. Et qui iu/
uenis est ꝛ sanus: vires suas accōmodat vel seni vl
egroto: ꝛ portat illū. Ille indiget: ille diues est. Ali/
quando ꝛ diues inuenitur pauper: ꝛ a paupere pre/
statur illi aliquid. Venit nescio quis ad flumen: tan/
to delicatior q̄to ditior: transire non potest. Si nu/
datis membris transierit: frigescet: egrotabit: mo/
rietur. Accedit pauper exercitatiore corpore: traij/
viderent: et illi erubescãt nõ se credidisse quod vide/
bunt. Erubescẽtes damnabunf: et gratulati corona/
bunf. Dicef confusis: Ite in ignẽ eternũ: qui para/ Mat. 25.
tus est diabolo et angelis eius. Dicef gaudentibus:
Venite benedicti patris mei: percipite regnũ qđ vob Ibidem.
paratũ est ab origine mundi. Qđ cũ acceperimus: iaʒ
spes nõ erit: quia res tenebif. Transacta ergo spe:
transibit nox illa. Sed donec hat a vigilia matutina spe
ret anima nr̃a in dño. Et redit ad illud: A vigilia ma/
tutina Speret israel in dominũ. A vigilia ma Al. s. domino.
tutina vsq; ad noctẽ: speret anima mea in dominũ;
Sed quid sperabit? A vigilia matutina speret isra/
el in dñm. Nõ solũ speret israel in dñm: sed a vigilia
matutina speret. Israel ergo culpo: spes seculi quã/
do sperat de deo? Non: Sed alia spes est israel pro/
pria. Nõ p sũmo suo bono speret israel diuitias nõ
salutẽ corporis nõ abundantiã terrenoꝝ. Imo tribula/
tionẽ hic habiturus est: si forte cõtigerit illi propter ve
ritatẽ pati aliquas molestias. Nõ eñi non sperabãt
in deũ martyres? Et tamẽ talia sunt passi qualia la/
trones: qualia iniqui: subiecti ad bestias: ignib⁹ con
cremati: gladio percussi: vngulis exarati: catenis ob/
stricti: carcere necati. Ista oĩa mala passi: nõ spera/
bant in dominũ? Aut ideo sperabant: vt istis malis
carentes: hac vita fruerenf? Nõ plane: quia a vigi/
lia matutina sperabãt. Quid est hoc? Cõsiderabãt
illam vigiliã matutinã qua resurrexit dñs eoꝝ: et vi
debant quia anteq̃ resurgeret talia et ipse pass⁹ erat
qualia et ipi patiebanf: et nõ desperabant etiã se post
tales passiões resurrecturos ad vitã eternã. Spera/
uit israel in dñm a vigilia matutina vsq; ad noctem.
Quoniam apud dñm misericordia est: et mul/ Al. Quia.
ta apud illũ redẽptio. Magnifice Uersus de/ s. non haber.
cano poset loco suo: propter illud qđ dixit: A vigilia s. copiosa.
matutina speret israel i dñm. Quare? Quia a vigilia Tenui.

matutina resurrexit dñs: et hoc debet sperare corp⁹:
qd in capite pcessit. Sz ne suggerat ista cogitatio:
Capiti licuit resurgere: qz peccatū nō pmebat: et nul
lū pctm̄ erat in illo: Quid nos facturi sum⁹? Spe
rabimus talem resurrectionē qualis in dño pcessit:
cū peccatis nostris aggrauemur? Sed vide qd seq
tur. Quoniam apud dominū misericordia: et multa
O apud illum redemptio. Et ipse redimet israel:
ex oībus iniquitatibus ei⁹. Ergo ille pcedebat
peccatis suis: adest misericordia dei. Ideo pcessit il
le sine peccato: vt deleat peccata sequentiū. Nolite
in vobis psumere: sed a vigilia matutina psumite.
Videte caput vestrū resurrexisse et ascendisse i celū.
In illo culpa nō erat: sed per illū vestre culpe dele
bunt. Ipse redimet israel ex omnibus iniquitatibus
eius: Quia israel vendere se potuit: et fieri venūda
tus sub peccato: redimere se ab iniqtatibus nō pōt.
Ille potuit redimere: q se nō potuit vendere. Qui nō
cōmisit peccatū: ipse est redēptor a peccato: ipse redi
met israel. Unde redimet? Ab illa iniqtate: an ab il
la? Ab omībus iniqtatibus suis. Nō ergo timeat acces
surus ad deū aliquas iniqtates suas: tantūmodo ac
cedat pleno corde: et desinat iam facere que antea fa
ciebat: et nō dicat: illa iniquitas nō mihi dimittitur.
Si eñ hoc dixerit: pter ipsam quā putat sibi nō di
mitti: nō se cōuertat: et faciēdo cetera nō illi dimittit
et illud qd nō timebat. Quia scelꝰ iquit scel⁹ magnū:
et nō mihi pōt dimitti: iam faciā et cetera. Hoc enim
perdo qd nō facio. Noli timere: In pfundo es: noli
ptēnere te, p fūdo clamare ad dominū et dicere: Si
iniquitates obseruabis domine: dñe qs sustinebit?
Obserua illum: et expecta illū: et sustine, pter legem
Math. 6 ipsius. Quā legem tibi dedit: Dimitte nobis debita
nostra: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.
Spera te resurrecturū: et tūc futurū omnimodo sine
peccato: quoniā ille resurrexit qui primus fuit sine
pctō. A vigilia matutina spera. Noli dicere: Ego nō
sum dignus pter peccata. Nō es dignus: sed mul
ta apud illū redemptio: Et ipse redimet israel ex omī
bus iniquitatibus eius.

Explicit Tractatus de ps. CXXIX.
Incipit Tractatus de ps. CXXX.

Prefatio.

A In isto psalmo cōmendat nobis humilitas
serui dei et fidelis: cuius voce cantat: qd est
vniuersū corp⁹ christi. Sepe eñ admonui
m⁹ charitatē vestrā: nō quasi vnius hominis cātan
tis vocē accipi debere: sed omniū qui sunt in christi
corpe. Et qz in illi⁹ corpore sūt omes: tanqz vn⁹ ho
mo loquit: Et ipse est vn⁹ q et multi sūt. Multi enim
sūt in seipsis: vnus sunt in illo: qa vnus ē. Ipm ē au
1. Cor. 3 tē etiā templū dei. de quo apłs dicit: Templum
eñ dei sanctū est: qd estis vos. Omes qui credūt in
christū: et sic credūt vt diligāt. Hoc est eñ credere i
Iac. 2 christū: diligere christū. Non quō demones crede
bāt: et nō diligebāt christū: et iō quāuis crederēt: dice
Marci 1 bāt: Quid nobis et tibi fili dei? Nos āt sic credam⁹: vt
Luc. 4 in ipm credamus diligentes eū: et nō dicamus: quid
nobis et tibi est: sed dicamus potius: ad te ptinem⁹:
1. Pet. 2 tu nos redemisti. Omes ergo q sic credūt tanqz la
pides sūt viui. de qbus templū dei edificatū est: et
Gen. 6 tanqz ligna imputribilia qbus arca illa compacta ē:
q in diluuio mergi nō potuit. Hoc aūt templū est:

id est ipsi i quo exaudit deus et exaudit. Quisqs
enim preter templū dei orauerit deū, nō exaudit ad il
lam pacē supernā hierusalē: etsi exaudit ad quedam
temporalia que de⁹ et paganis donauit. Nam et ipsi demo Math. 8
nes exauditi sūt vt irent in porcos. Exaudiri ad vi
tam eternā aliud est: nec conceditur nisi ei qui in templo
dei orat. Ille aūt in templo dei orat: q orat in pace
ecclesie: in vnitate corporis christi: qd corpus chri
sti cōstat ex multis credētibus in toto orbe terrarum:
et ideo exaudit, quia orat in templo. Ipse eñ orat in Io. 4
spiritu et veritate: q orat in pace ecclie: nō in illo tem
plo vbi figura erat. Secūdū figuras eñ dñs exclusit
flagello de tēplo illos q sua querebant: id est pter ven B
dendū et emendū ibant in templū. Si autem figura
erat illud templū: manifestū est quia et corp⁹ christi
qd est verū templū cuius illa imago erat: habet per
mixtos ementes et vendētes: id est sua querētes nō Io. 2
que iesu christi. Sed excluduntur inde flagello re
sticule. Restis eñ peccata significat: sicut dicit per
pphetā. Ve eis qui trahūt peccata velut restem lon Esa. 5
gam. Illi aūt trahūt peccata sicut restem longā: q
addunt peccata peccatis q cū fecerint vnū peccatū
vt cooperiant illud: faciūt alterū. Quō eñ vt restis
fiat addit spartū sparto: nō aūt in rectū it s torque
tur: sic omia praua facta que sūt peccata cū addunt
sibi et addēdo peccato peccatū et peccatū ad pecca
tū ānectunt fit restis longa. Quorū semitę praue et fle
xuosi gressus eorū. Quo valet aūt ista restis nisi vt
inde ligent ei man⁹ et pedes: et proiciat quisqz in te
nebras exteriores? Meministis eñ dictū de quodā Math. 22
peccatore in euangelio: Ligate illi manus et pedes:
et pcite illum in tenebras exteriores: ibi erit fletus
et stridor dentiū. Nō ergo esset vnde illi ligarent ma
nus et pedes: nisi ipse sibi restem fecisset. Unde alibi
alio loco scriptū est. Funiculis peccatorū suorū Pro. 5
vnusquisqz cōstringit. Ergo quia de peccatis suis ho
mines vapulant, ideo dñs flagellū de resticula fecit: Io. 2
et inde expulit de templo omes qui sua querebant: Phil. 2
nō que iesu christi. Huius ergo templi vox est i psal C
mo. In hoc tēplo vt dixi rogat deus et exaudit i spi Io. 4
ritu et veritate: nō i illo corpali. Nā illic vmbra erat:
in qua demonstraret qd venturū erat. Ideo illud iā
cecidit. Cecidit ergo domus orōnis nostre? Absit.
Nō eñ illud templū qd cecidit hoc potuit dici do
mus orōnis de qua dictū est: Domus mea domus
orōnis vocabit oībus gētibus. Audistis eñ qd di
xerit dñs iesus christus: Scriptū est: Domus mea Math. 21
domus orōnis vocabit oībus gentib⁹: vos autē fe Io. 2
cistis eam speluncā latronū. Nunqd illi q voluerunt
facere domū dei speluncā latronū fecerūt vt rueret
templū? Sic et illi qui male viuūt i ecclia catholica:
qtū in ipsis est domū dei volūt facere speluncam la
tronū, nec ideo euertūt templū. Veniet eñ tēp⁹ qñ
de reste peccatorū suorū foras mittant. Hoc aūt tem D
plū dei, hoc corpus christi: hec cōgregatio fidelium
vnā vocē habet: et tanqz vnus hō cantat in psalmo.
Eius vocē iā in multis psalmis audiuimus: audia
mus et in isto. Si volumus nostra vox ē: si volum⁹
aure audimus cantantē: et nos corde cantamus. Si
aūt nolumus: erimus in illo templo tanqz ementes
et vendētes id est nostra querētes: Intramus eccle
siam non ad ea que placent oculis dei. Videat qsqz in
numero vestro quis quō audiat: vtrū audiat et irri-

deat: verū audiat et post se ponat: verū audiat et cō-
sonet: id est sentiat hic vocē suam: et adiungat vocē
cordis sui voci psalmi huius. Tamē vox psalmi hu
ius nō tacet: Instruant qui possunt: immo qui vo-
lunt: Qui nolunt: nō impediat. Cōmendetur nobis
humilitas: inde cepit.

Expositio psalmi.

E D Omine nō est exaltatū cor meum.
Sacrificiū obtulit. Unde pbamus quia sa
crificiū obtulit? Quia humilitas cordis nostri sacri-
Ps. 50. ficiū est. Dicit i alio psalmo: Quoniam si voluisses sacrifi
ciū dedissem vtiqz: satis volebat facere deo pro pec
catis suis: ppiciare illū volebat: vt acciperet indul-
gentiā peccatorū: Et quasi qrens vnde illū ppitia-
ret: Si voluisses inqt sacrificiū dedissem: vtiqz ho-
locaustis nō delectaberis. Ergo supflue qrebat aut
arietes aut tauros: aut aliquā talem victimā vnde
placaret deus. Quid ergo? Quia holocaustis nō de-
lectatur deus: nō accipit sacrificiū: et sine sacrificio pla
catur? Si nullum sacrificiū est: nullus sacerdos. Si
Ro. 8. aūt habemus sacerdotē in celis qui p nobis interpel
Heb. 9. lat patrē: Intrauit em̄ in sanctasanctorū in interio-
ra veli: quo nō intrauit sacerdos i figura nisi semel
in anno: sicut et dn̄s in toto tempore semel oblatus est:
Ipse obtulit se: ipse sacerdos: ipse victima et intrauit
Ro. 6. in sanctasanctorū semel et iam nō moritur: nec mors
ei vltra dominabitur. Securi sumus qz habemus sacer-
dotem ibi offeramus et hostiā. Uideamus qd sacrifici
um debemus offerre: quia holocaustis nō delectatur
deus noster: sicut audistis in psalmo. Sed ibi sequi-
Ps. 50. tur et ostendit quid offerat. Sacrificiū deo spiritus
cōtribulatus: cor cōtritū et humiliatū deus nō sper
nit. Si ergo humiliatū cor sacrificiū deo est: sacrifi-
ciū obtulit qui dixit: Dn̄e non est exaltatū cor meū.
Ps. 130. Unde alio loco sic offerebat se. Dicit deo: Uide humi-
litatē meam et laborē meū: et dimitte oīa peccata
E non hz. mea. Dn̄e nō est exaltatū cor meū. Neqz in al
ambulaui. tum elati sunt oculi mei: Neqz ingressus
F sum in magnis: neqz in mirabilibus super
me. Hoc planius dicat et audiat. Nō fui superbus:
nolui quasi in mirabilibus innotescere hominibus:
et nec quesiui aliquid supra vires meas: vnde me a-
pud impitos iactarē. Intēdat charitas vestra: Ma
gna res cōmendatur: quō simon ille magus in mira-
bilibus ingredi volebat super se: propterea plus il-
lum delectauit potētia apostolorū: qz iusticia chri-
stianorū. At vbi vidit p manus impositionē aposto
lorum et per oratiōes eorū deū dare fidelibus spiri-
tūsanctum: et quia tūc per miraculū demonstraba-
tur aduentus spiritussancti: vt linguis loquerentur
quas nō didicerāt oēs sup quos veniebat spūssā-
Act. 2. ctus: Nec ideo modo nō datur spūssanctus: quia lin-
guis non loquūtur qui credūt: Ideo em̄ tūc opor-
tebat vt linguis loquerentur: vt significarent omnes
linguas christo credituras: Ubi impletū ē quod si-
Act. 8. gnificabatur: miraculū oblatū est. Cū ergo hoc vide-
ret simon magus: voluit talia facere: non talis esse:
Et nostis quia etiā pecunia putauit comparandum
spiritūsanctū. Erat ergo de talibus qui i templo in-
trant ad emēdū et vendendū: Emere volebat quod
vendere disponebat. Et vere fratres mei quia talis
Mat. 21. erat ille: et sic intrauerat ad cor: dn̄s illos expulit de
templo qui columbas vendebāt. Columba aūt spi-

ritūsanctū significat. Uolebat ergo simon emere co
lumbā et vendere columbā. Accessit dn̄s iesus chri-
stus qui habitabat in templo petri et flagello resti- Ioh. 2.
cule expulit foras malū mercatorem. Ergo sunt ho
mines quos delectat miraculū facere: et ab eis q p-
fecerunt in ecclesia miraculū exigunt: et ipsi qui qua-
si pfecisse sibi videntur talia volūt facere: et putant se
ad deū nō ptinere si nō fecerint. Dn̄s aūt deus no- G
ster qui nouit quid cui tribuat: et vt seruetur cōpa-
go corporis i pace: alloquitur ecclesiā per Apostolum:
Nō potest dicere oculus manui: opus te nō habeo: 1. Cor. 12.
aut iterū caput pedibus: opus vobis non habeo.
Si totū corpus oculus: vbi auditus? Si totū corpus audi Ibidem.
tus: vbi odoratus? Ergo in membris nostris videtis
fratres: quomō singula officiū suū habeāt mēbra.
Oculus videt et nō audit: auris audit et non videt:
manus opatur: nec audit nec videt: pes ābulat nec
audit nec videt: nec facit quod facit manus: Sed in
vno corpore si sit sanitas: et nō aduersū se litigēt mem
bra: et auris videt in oculo: et oculus audit in aure:
Nec obijci potest auri qz nō videt: vt dicatur ei: Nihil
es: minor es. Nunquid videre et discernere colores
potes: qd facit oculus? Respondet em̄ auris de pa-
ce corporis et dicit: Ibi sum vbi est oculus: in eo cor-
pore sū: In me nō video: in illo cū quo sum video.
Ita cum auris dicit: oculus mihi videt: oculus dicit:
auris mihi audit. oculi et aures dicunt: manus nobis
operantur. manus dicūt: oculi et aures nobis vidēt et
audiunt. oculi et aures et manus dicūt: pedes nobis
ambulant: Omnia in vno corpore cū operantur si sit 1. Cor. 12.
ibi sanitas et cōcordent membra: gaudent et congau
dent sibi: Et si aliquid molestie sit in aliquo mēbro:
nō se deserunt: sed cōpatiuntur sibi. Nunquid quia in
corpore pes: quasi lōge videtur ab oculis? Illi em̄ sūt lo
cati in sublimitate: ille aūt infra positus. Quādo forte
pes spinā calcauerit: deserūt oculi: et nō sicut vide-
mus totū corpus contrahitur. et sedet homo: curuatur
spina dorsi: vt queratur spina que hesit in plāta: Om
nia membra quicquid possunt faciunt: vt de infimo
exiguo loco spina que inheserat educatur. Si ergo
fratres quisquis in corpore christi nō potest resuscita-
re mortuū: nō illud querat: sed querat ne discordet i
corpore quomō si auris querat videre: discordare po
test. Nam qd non accepit: nō potest facere. Sed si H
ei obiectū fuerit et dictum: si iustus esses: resuscita- Act. 9.
res mortuos quō resuscitauit petrus. In christo em̄
maiora videntur fecisse apostoli qz ipse dn̄s. Sed vn-
de fieri potest: vt plus valeant sarmenta qz radix?
Quomō aūt quasi maiora videntur fecisse illi qz ille?
Ad vocem dn̄i surrexerūt mortui: ad vmbrā transe- Ioh. 11.
untis petri surrexit mortuus. Maius hoc videtur qz Act. 5.
illud. Sed christus facere sine petro poterat: petrus
nisi in christo nō poterat: Quia sine me inquit nihil Ioh. 15.
potestis facere. Cum ergo hoc audierit homo qui
pficit: quasi obiectā calumniā ab ignaris paganis:
ab hominibus nescientibus quid loquantur: in compa
ge corporis christi respōdeat et dicat: Quid dicis? nō
es iustus quia nō facis miraculum? Possit et auri 1. Cor. 12.
dicere: Nō es i corpore quia nō vides. Facere inquit
et tu sicut et petrus fecit. Sz ipse petrus et mihi fecit
quia in eo corpore sum in quo petrus fecit. In illo qd
potest possum: a quo diuisus nō sum. Qd minus pos
sum compatitur mihi: et qz plus potest: cōgaudeo illi.

Act. 9. Ipse dñs desup clamauit p corpe suo: Saule saule
quid me psequeris: et ipm nemo tangebat: sed pro
corpore in terra laborante caput de celo clamabat.
Si ergo fratres vnusquisq; qd potest iuste egerit: et
in eo q alius plus potest nõ inuiderit: sed cõgratu/
latus fuerit tanq̃ in vno corpe cum eo constitutus:
pertinet ad eũ vox ista psalmi: Dñe nõ est exaltatũ
cor meũ: neq; i altũ elati st ocli mei: neq; igressus sũ
in magnis: neq; in mirabilibus sup me. Qd eñ ex/
cessit vires meas ait: Non quesiui: nõ ibi me exten/
di: nolui ibi magnificari. Nã ista exaltatio de abun/
dantia gratiarũ q̃s sit timenda: ne quis de dono dei
supbiat sed magis seruet humilitatẽ. et faciat quod
Eccl. 3. scriptũ est: Quãto magn⁹ es tanto humilia te in om/
I nibus: et coram deo inuenies gratiã. Qd ergo timẽda
sit supbia de dono dei: etiã atq; etiã cõmendandũ ẽ
charitati vestre: maxie quia psalmus breuissim⁹ p/
mittit nos loqui. Paulus aplus q̃ uis ex psecutore
factus sit pdicator: abundãtiorẽ gratiã cõsecut⁹ est
in oĩ labore apostolico q̃s ceteri apli. vt magis de/
us ostẽderet suũ esse qd dat: nõ hominis. Quõ solẽt
medici potentiã sue artis in desperatis ostẽdere: sic
et dñs noster iesus christus medicus et saluator no/
ster in desperato qui psecutor ecclesie fuit ostendit
magnitudinẽ artis sue: vt nõ solũ eum christianũ fa
ceret sed et aplm: nec tantũ aplm: sed sicut ipse dicit:
1. Cor. 15. plus oĩb⁹ illis laboraret. Excellentissime ergo gra
tie fuit. Et videtis fratres quia mõ in ecclesia pauli
apli epistole vigẽt: magis q̃s coapostolorum eius.
Alij eñ nõ scripserũt: sed tantũ locuti sunt in ecclia.
De fide ptra ma Nam que pferunt ab ex[illegible] sub nomie ipsorum:
nich. c. 5. et. 38 quia nõ sunt ipsorum improbant: nec acceptant ab ec/
clesia: Alij aũt qui scripserũt: nec tãtũ: nec tãta gra/
tia scripserũt. Cũ ergo esset magne gratie: et magna
dona meruisset a deo: quid dicit quodã loco: Pro/
K pter magnitudinẽ aũt reuelationũ ne extollar. In/
tẽdite: rem tremẽdã vobis dico: Proter magnitudi
2. Cor. 12. nem inquit reuelationũ ne extollar: datus est mihi
stimulus carnis mee: angelus sathane qui me cola/
phizet. Quid est hoc fratres: Ne extolleretur tanq̃s
iuuenis: colaphizabat tanq̃ puer. Et a quo: Ab an
gelo sathane. Quid est hoc: Dolore quodã corpis
traditur exagitat⁹ vehemẽter. Dolores aũt corpo/
rũ plerũq; immittunt ab angelis sathane: sed h non
possunt nisi pmissi. Nam et iob sanct⁹ sic pbat⁹ est.
Job. 1. Permissus est ad eum pbandũ sathanas: et pcussit
eũ vulnere: vt vermib⁹ putresceret. Immũdus eñ
pmittebat: et sanctus pbabat. Nescit diabol⁹ quã/
Job 13. ta bona de illo fiant etiã cũ seuit. Seuiẽdo intrauit i
cor iude: seuiens tradidit christũ: seuiens crucifixit:
et crucifixo christo redempt⁹ est orbis terrarũ. Ec/
ce seuitia diaboli diabolo obfuit: nobis aũt pfuit.
Seuiẽdo eñ quos tenebat amisit: redempt⁹ sangui
ne dñi: quẽ cũ seuiret effudit. Si sciret tantũ dãnũ
se passurũ: nõ funderet in terrã pciũ quo redemptũ
2. Cor. 12. est genus humanũ. Sic ergo ille angelus sathane
quasi libẽter pmissus est colaphizare aplum: sed tñ
aplus curabat. Et quia illud qd medicus apposue/
rat molestũ erat infirmo: rogauit medicũ vt aufer/
ret: Quõ cum medicus apponit viscerib⁹ aliqd for/
te epithema molestũ et ardens: inde tamẽ curãdus
est ille cu⁹ viscera tumebãt: cũ ille ide ardere cepit et
cruciari medicamẽto: rogat medicũ vt auferat me/
dicatũ: Sed eius aũt psolat: monet eũ patienter q̃ ille
nouit q̃s vnde sit qd apposuit: Ita et aplus sequit et
dicit: cũ dixisset: Datus ẽ mihi stimul⁹ carnis mee:
angelus sathane qui me colaphizet: predixit autem
quare: Ne magnitudine reuelationũ extollar. dat⁹ 2. Cor. 12.
est mihi stimulus carnis mee: angelus sathane qui
me colaphizet: pter quod ter dñm rogaui: vt aufer
ret eum a me. Hoc ẽ dicere: Rogaui medicũ: vt au/
ferret a me molestũ epithema qd mihi apposuerat.
Sed audi vocem medici. Et dixit mihi: Sufficit ti/ Ibidem.
bi gratia mea: Nã virt⁹ in infirmitate pficitur. Ego
noui qd apposuerim: ego noui vnde egrotes: ego no
ui vnde saneris. Si ergo charissimi paulus potuit L
apostolus extolli magnitudine reuelationũ: nisi ac/
ciperet angelũ sathane qui se colaphizaret quis de 2. Cor. 12.
se possit esse securus: Tuti⁹ videt ambulare qui mi
nus accepit: sed si nõ puerse querat qd recte ñ acce/
pit. Querat sine quo nõ põt esse i corpe christi: aut
sine quo male est illic. Tutior est eñ in corpe digit⁹
sanus: q̃s lippiens oculus. Digitus exigua quedam
res est: oculus magnifice multũ potest: Et tamen
melius est digitũ esse et sanũ esse: q̃s oculũ esse et p/
turbari: lippire: et excecari. Nõ ergo querat quisq;
in corpe christi: nisi sanitatẽ. Scdm sanitatẽ habeat
fidẽ: et fide mundat cor ei⁹. et mũdatione cordis Act. 15.
videbit illã faciem: de qua dictũ est: Beati mũdo Matt. 5.
corde qm ipsi deũ videbũt. Et qui fecit miracula: et M
qui nõ fecit miracula in corpe christi: nõ debet gau/
dere nisi de facie dei. Redierũt apli: et dixerũt dñe:
cũ missi essent a dño. Ecce dñe in nomie tuo etiam Luc. 10.
demonia nobis subiecta sunt. Vidit dñs q tempta/
ret eos supbia ex potẽtia miraculorũ: et ille qui me/
dicus venerat sanare tumores nostros: et ferre infir/
mitates nostras: cõtinuo ait. Nolite in hoc gaude/ Ibidem.
re quia demonia vobis subiecta sunt: sed gaudete
quia nomina vestra scripta sunt in celo. Nõ omnes
christiani boni demones eijciũt: omniũ tamẽ nomi
na scripta sunt in celo. Nõ eos voluit gaudere ex eo
q pprium habebant: sed ex eo q cum ceteris salutẽ te/
nebant. Inde voluit gaudere aplos: vnde gaudes
et tu. Intendat charitas vestra. Nullus fidelis ha/
bet spem: si nomẽ eius nõ est scriptũ in celo. Omni/
um fideliũ qui diligũt christũ: qui ambulant viã ei⁹
humiliter quã ipse docuit humilis: nomina scripta
sunt in celo. Cuiusuis cõtemptibilis in ecclesia qui
credit in christũ et diligit christũ et amat pacẽ chri/
sti: nomẽ scriptũ est in celo: cuiuslibet quẽ contẽnis.
Et quid simile ipse et apli: qui tãta miracula fecerũt:
Et tñ apli reprimunt ex eo q de bono pprio gaude/
bant. et iubent hinc gaudere vnde gaudet et ille cõ/
temptibilis. Nõ immerito fratres mei cũ ista humil
ate dicit: Dñe nõ ẽ exaltatũ cor meũ: neq; i altũ ela
ti sunt oculi mei: neq; ingressus sum i magnis: neq;
in mirabilib⁹ sup me. Si nõ humiliter sentie N
bam: sed exaltaui animã meã: Quẽad/ [illegible]
modum qui ablactatus est a lacte sup ma/ [illegible]
trem suã: ita retribuitur i animã meã. Vi/ [illegible]
det eñ velut maledicto se obstrinxisse. Quõ alio lo/ [illegible]
co in psalmo dicit: Dñe deus meus si feci illud: si ẽ [illegible]
iniquitas in manib⁹ meis: Si reddidi retribuentib⁹ Ps. 7.
mihi mala: decidã merito ab inimicis meis inanis
talia videt et hic dixisse. Si non humiliter sentie/
bam. sed exaltaui animã meã. Hec quasi dicitur⁹ et

Illud mihi cõtingat quod et tibi: Si reddidi retribuẽ
tibus mihi mala: cõtingat mihi illud. Quid? Deci
dam merito ab inimicis meis inanis. Sic et hic. Si
nõ humiliter sentiebã sed exaltaui animã meã: quẽ
admodũ qui ablactatus est a lacte sup matrẽ suam:
P sic retributio in animã meã. Intendite. Nost' quia
1. Cor. 3. quibusdã infirmis dicat Apls: Lac vobis potum
dedi nõ escam: Nõdũ eñ poteratis: sed nec adhuc
quidẽ potestis. Sunt infirmi qui nõ sunt idonei va
lido cibo: volũt se tendere ad id qđ cape nõ possunt:
Et si aliqđ vtcũq3 acceperint aut visi sibi fuerit cape
re qđ nõ ceperũt: extollunt inde et superbiunt. inde vi
dent sibi quasi sapientes. Hoc aũt contigit oĩbus
hereticis: qui cũ essent animales et carnales: defen
dendo sententias suas prauas quas falsas esse nõ po
tuerũt videre: exclusi sunt de catholica. Dicam cha
ritati vestre qđ possum. Dñs noster iesus christus
Joh. 1. noster quia verbũ dei est: sm illud Joh. euan.: In prin
cipio erat verbũ: et verbũ erat apud deũ: et deus erat
verbũ: Hoc erat in principio apud deũ: Omnia p ip
sum facta sunt: et sine ipso factũ est nihil. Panis ergo
est: inde viuũt angeli. Ecce panis paratus est tibi: sed
cresce de lacte: vt ad panẽ peruenias. Et quõ inquis
cresco de lacte? Qđ tibi factus est christus ad infir
mitatem tuã: Hoc pmo crede et fortiter tene. Quõ
ergo mater cũ viderit filiũ minus idoneũ ad capien
dum cibũ: ipsos cibos ei dat: sed traiectos p carnem
suam. Nam ipse est panis de quo infans pascit: quo
et mater eius pascit: sed ad mẽsam infans min' ido
neus est: ad mãmillam idoneus est. Panis ergo de mẽ
sa traiicit p matris mãmillã: vt sic perueniat idem ali
mentũ ad paruũ infantẽ: Sic dñs noster iesus chri
stus cũ esset verbũ apud patrẽ: p quod facta sũt om
Phil. 2. nia: qui cũ in forma dei esset nõ rapinã arbitrat' est
esse equalis deo: qualẽ caperẽt p modo suo angeli:
et vnde in celo potestates et virtutes: spũs intellectu
ales pascerent: homo aũt infirmus et carne inuolu
tus iaceret in terra: nec posset ad eũ peruenire panis
Ps. 77. celestis: vt panẽ angelorũ mãducaret homo: et man
Exo. 16. na descẽderet ad vberiorẽ populũ israel: verbũ ca
Joh. 1. ro factũ est. et habitauit in nobis. Quapropter ipsis
P 1. Cor. 3. infirmis paulus Apls hoc dicit: quos dicit anima
1. Cor. 2. les et carnales: Nunquid dixi me scire aliquid in vo
bis: nisi iesum christũ et hunc crucifixũ? Nam chri
Joh. 1. stus erat: et nõ crucifixus. In principio erat verbũ: et
Act. 2. rece verbũ erat apud deũ: et deus erat verbum. Et quia
ipm verbũ caro factũ est: et ipm verbũ crucifixũ ẽ:
sed nõ est mutatũ in hominẽ: homo in illo mutat' ẽ:
Mutat' est homo in illo vt melior fieret q̃3 erat: nõ
vt in ipsam substantiã verbi cõuerteret. Per id ergo
qđ homo erat: mortu' est deus: et p id qđ de' erat:
Ps. 3. et 16 excitat' est homo: et resurrexit: et ascendit in celum.
Quicquid passus est homo: nõ potest dici non pas
sus est deus: quia deus erat hominẽ assumẽdo: sed
nõ est mutat' in hominẽ: quõ nõ potes dicere nõ te
passum iniuriã si vestis tua cõscindat. Et quãdo q̃
reris vel amicis vel in iudicio: hoc dicis iudici. Cõ
scidit me. Nõ dicis conscidit vestimentũ meũ. sed consci
dit me. Si potuit et meruit vestis tua dici tu: quẽ nõ
est tu sed vestis tua: quãto potius meruit audire ca
Mat. 23. rece ro christi templũ verbi vnitũ cũ verbo? Et quicqđ
in carne pateret: deus ipse pateret: q̃uis verbũ nec
mori potuerit. nec corrũpi. nec mutari. nec occidi: sed

quicquid horũ passum est: in carne passum est. Et
nõ mutari: quia verbũ nihil passum est: Nec anima
hominis potest pati aliquid occisa carne: dicente ip
so dño: Nolite timere eos qui corpus occidũt: ani Matt. 10.
mam aũt nõ possunt occidere. Si anima nõ poterat
occidi: verbũ dei poterat occidi? Et tamẽ quid dicit?
Flagellauit me: colaphizauit me: pcussit me: dilani
auit me. Corã h nõ fit in anima: et tamẽ nõ dicit ni
si me: pter vnitatẽ consortii ipsius. Dñs ergo no
ster iesus christus panis se fecit nobis lac: incarna
tus et apparẽs mortalis: vt in eo finiret mors: et nõ
aberraremus a verbo: credentes in carnẽ qđ factũ ẽ
verbum. Hinc crescamus: ipso lacte nutriamur: An
teq3 validi simus ad capiendũ verbũ: nõ recedam'
a fide lactis nostri. Illi aũt heretici volentes dispu
tare de eo quod nõ poterãt capere: dixerũt quia fili Q
us minor est q̃3 pater: et dixerũt quia spũssanct' mi
nor est q̃3 filius: et fecerũt gradus: et immiserũt in ec
clesiam tres deos. Non eñ possunt negare deum
esse patrẽ: nec possunt negare filiũ deũ: nec possunt
negare spiritũsanctũ deũ. At si pater deus: et filius
deus. et spũssanctus deus: et inequales sunt: et nõ sunt
eiusdem substãtie: nõ est vnus deus sed tres dii. Dis
putantes ergo quod cape nõ poterãt: elati sunt in su
perbiam: et factũ est in eis qđ dicit in isto psalmo. Si
nõ humiliter sentiebã. sed exaltaui animã meã. Quẽ
admodum qui ablatus est a lacte sup matrẽ suam:
sic retributio in animã meã. Mater eñ ecclesia dei
est: vnde illi separati sunt: vbi lactari et nutriri debe
bant: vt crescerent ad capiendũ verbũ deũ apud de Joh. 1.
um. in forma dei equalẽ patri. Visa est hic quidẽ ab
his qui ante nos ista tractauerũt et alia sententia: et
alius intellectus in his verbis: quẽ nõ tacebo cha
ritati vestre. Hoc eñ dixerũt: Omnis superb' displi R
cet deo: et debet se humana anima humiliare ne deo
displiceat: et toto corde intueri quod dictũ ẽ: Quan Eccl. 3.
to magnus es humilia te in oĩbus: et corã deo in
uenies gratiã. Sed rursus sunt quidã homines qui
cũ audierint quia humiles esse debent: dimittũt se:
nihil volũt discere: putãtes quia si aliquid didicerint
superbi erunt: et remanẽt in solo lacte. Quos reprehẽ
dit scriptura dicens: Et facti estis opus habẽtes la Heb. 5.
cte: nõ solido cibo. Sic eñ nos deus vult nutriri la
cte: vt nõ ibi remaneam': sed crescendo p lac ad so
lidum cibũ perueniamus. Ergo nõ debet homo extol
lere cor suũ in superbiã. sed debet eleuare in doctri
nam verbi dei. Nam si leuanda anima nõ esset: nõ
diceret in alia voce psalmi: Ad te dñe leuaui animã Ps. 24.
meam. Et nisi seipsa anima sup se effundat: nõ perue
niet ad visionẽ dei: et ad cognitionẽ substãtie illi' in
cõmutabilis. Nã modo cũ adhuc in carne est dicit
ei. Ubi est deus tuus? Sed intus est deus ei': et spi Ps. 41.
ritualiter intus: et spũaliter excelsus est: nõ quasi in
teruallis locorũ: quomõ p interualla loca altiora sũt.
Nam si talis altitudo querẽda est: vincũt nos aues
ad deũ. Ergo intus deus altus est: et spũaliter altus:
nec perueniet animã vt contingat eũ nisi transierit se.
Nam quicquid de deo sentis sm corpus multũ er
ras. Multũ infra es si sentis de deo etiã sm animã
humanã q̃ deus aut obliuiscat: aut ita sapiat vt de
sipiat: aut faciat aliquid et peniteat eũ. Omnia enim
ista posita sunt in scripturis: vt nobis lactentib' cõ
mendaret deus: nõ vt pprie de illo sic audiam' ista

et intelligamus quasi peniteat deum: et modo aliqd discat quod nõ nouerat: ꝛ intelligat qd nõ intelligebat: ꝛ reminiscat qd oblit⁹ erat. Talia em̄ anime sũt nõ dei. Nisi ergo homo transierit ꝛ modũ anie sue:
Exo.3. nõ videbit quia deus est qd est qui dixit. Ego sum qui sum. Itaqꝫ ille cui dicebat: vbi est deus tu⁹: qd
Ps.41. dixit: Facte sunt mihi lachryme mee panes die ac nocte: dũ dicit mihi quotidie: vbi est deus tuus. Ut
Ibidem. aũt inueniret deũ suũ quid fecit: Hec meditat⁹ sum inquit ꝛ effudi sup me animã meã. Ut inueniret deum: effudit sup se animã suã. Nõ ergo sic tibi dicit: humilis esto vt nõ sapias: Humilis esto ꝓpter superbiam: altus esto ꝓpter sapientiã. Audi euidentẽ sen-
1.Cor.14. tentiã de hac re. Nolite pueri effici mentibus ſ malicia infantes estote: vt mentibus pfecti sitis. Certe explicatũ est fratres mei vbi nos de⁹ voluit esse humiles: vbi altos: Humiles ꝓpter cauendã superbiam: altos ꝓpter capiendã sapientiã. Lactare vt nutriaris: sic nutrire vt crescas: sic cresce vt panẽ manduces. Cum em̄ ceperis panẽ mãducare: ablactaberis: id est iam tibi non opus erit lacte: sed solido cibo. Et hoc videt dicere. Si nõ humiliter sentiebã sed exaltaui animã meã: id est si nõ mente sed malicia paruulus fui. Nõ significans dixit supiora verba: Dñe nõ est exaltatũ cor meũ: neqꝫ in altum elati sunt oculi mei: Neqꝫ ingressus sum in magnis: neqꝫ in mirabilib⁹
Ibidem. sup me. Ecce quia malicia paruulus fui sed quia sensu nõ fui paruulus: si nõ humiliter sentiebã: sed exaltaui animã meã: retribuat mihi qd retribuitur paruulo qui ablactat a matre: vt iam panẽ sim idoneus manducare. Et hec ergo fratres sentẽtia non displicet. quia nõ est cõtra fidem. Mouet me tamẽ qꝛ nõ tantũ dictũ est queadmodũ qui ablactatus est a lacte: sic retributio in animã meã: sed additũ ẽ: queadmodũ qui ablatus est a lacte sup matrẽ suã: sic retributio in animã meã. Hic mihi nescio quid tale occurrit vt videã quia male dictũ est. Ablactat em̄ nõ infans: sed iam grandiusculus. Qui aũt infirm⁹ est prima infantia que vera infantia est: sup matrẽ suã est: Si forte fuerit a lacte ablat⁹: extinguit. Non frustra ergo additũ est: sup matrem suã. Ablactari em̄ oẽs possunt crescẽdo: Qui crescit et sic ablactat: bonũ est illi: Qui aũt adhuc sup matrẽ suã est: pniciosum. Ergo cauendũ fratres ꝛ timendũ est: ne quis ante tẽpus ablactetur. Nã oẽs grandis puer separat a lacte: Sꝫ ne quis tũc a lacte separet: qñ adhuc sup matrem suã est: Cũ aũt portatur manib⁹ matris qui portat⁹ est vtero (Portat⁹ est em̄ vtero vt nasceretur: portat manibus vt crescat) lacte opus habet: adhuc sup matrẽ suã est. Nõ ergo velit tũc exaltare animã suã: cũ forte minus idoneus est ad capiendũ cibũ: sed impleat pcepta humilitatis. Habeat vbi se exerceat: credat in christũ: vt possit intelligere christum. Uidere verbũ nõ potest: cape nõ potest equalitatẽ verbi cũ patre: equalitatẽ spũsancti cũ patre et verbo: nondũ põt videre: credat hoc ꝛ sugat: Securus est: quia cũ creuerit: mãducabit qd non poterat anteqꝫ sugẽdo cresceret: ꝛ habet vbi se extendat.
Eccli.3. Altiora te ne quesieris: ꝛ fortiora te ne scrutat⁹ fueris: sed que precepit tibi dñs illa cogita semp. Et quid facio inquis: Sic remanebo: Sed que pcepit tibi dñs illa cogita semp. Que tibi pcepit dñs: Fac mihi breuiter: ꝓpter eos qui nõ ita sunt. Que retro dominẽ

spem noli ponere. vide ideo miracula noli tẽptare deũ. Si iam in te est fructus cognoscis quia cũ bo-
Matth.5. nis tolerabis: quia vsqꝫ ad messem: quia cum malis ad tẽpus potes esse nõ i eternũ. Palea hic tibi mixta est in hoc tempe in area: in horreo tecũ non erit. Hec que tibi pcepit dñs: illa cogita semp. A lacte nõ separeris quoadusqꝫ sup matrẽ tuã es: ne prius fame moriaris: anteqꝫ panẽ mãducare sis idoneus. Cresce: erũt valide vires tue: ꝛ videbis qꝛ nõ poteras: et capies qd nõ capiebas. Quid ergo: Cum videro que nõ poterã videre: ꝛ cepero que nõ poterã capere: iam securus ero: pfectus ero: Non: qꝫdiu hic viuis. Ipa est pfectio nostra humilitas. Audistis qñ cõcelebrata modo apostolica lectio: hec a in memoria vestra: quõ ille qui accepit colaphum ne extolleret in reuelationib⁹: quãta ei reuelabantur: ꝓpter ipam magnitudinẽ reuelationũ: quia poterat extolli: nisi acciperet angelũ sathane. Et tamẽ cui tanta reuelabãtur: quid ait: Fratres: ego meipm nõ arbitror apphendisse. Paulus dicit: fratres ego meipsum nõ ar-
Phil.3. bitror apprehẽdisse: quia ad hoc accepit colaphizantem angelũ sathane ne extolleret in magnitudie reuelationũ suarũ. Quis audet dicere quia cõprehendit: Ecce paulus apprehẽdit ꝛ dicit: nõ me arbitror apprehẽdisse. Et quid ais o paule: Adhuc curro inquit vt apprehendã. Adhuc paulus in via est: et tu
Ibidem. te putas in patria: Unũ aũt inquit que retro sũt oblitus. Hoc fac et tu: et vitã pteritã malã obliuiscere. Si te delectauit aliqñ vanitas: nõ te delectet. Que retro oblit⁹ inquit: in ea que ante sunt extẽtus: fm intentionẽ sequor ad palmã superne vocationis dei in christo iesu. Audio vocẽ dei desup: ꝛ curro vt apprehẽdã. Non em̄ dimisit me in via remanere: quia nõ cessat alloqui me. Ergo fratres nõ cessat de⁹ alloqui nos. Nam si cessat: quid est quod agim⁹: Quid est qd agunt lectiões diuine et cantica diuina: Obliuiscimini ergo que retro sunt: et in ea que in ante sunt vos extendite. Sic fugite lac vt crescatis ad cibum. Cum ergo veneritis in patria gaudebitis. Et adhuc attẽdite Apostolũ sequi ad palmã supne vocatiõis.
Phil.3. Dicit em̄: Quotquot ergo pfecti hoc sapiam⁹. Nõ loquor inquit impfectis: quib⁹ adhuc nõ possum lo-
1.Cor.3. qui sapientiã: qui adhuc lacte potantur: nõ solido cibo pascũtur: sed illis dico qui iam mãducant solidũ cibũ: Jam vident esse pfecti: quia intelligũt equalitatem verbi cũ patre. Adhuc nõ sic vident quõ vi-
1.Cor.13. dendũ est facie ad faciẽ: adhuc ex parte in enigmate. Currant ergo: quia cũ via finita fuerit: tũc redimus ad patriã. Currãt currant: extendãt se. Quot-
Phil.3. quot ergo pfecti hoc sapiam⁹. Et si quid aliter sapitis: hoc quoqꝫ vobis deus reuelauit. Si forte erras in aliquo: quare nõ redis ad lac matris: Quia si nõ extollimini: quia si nõ exaltatis cor vestrũ: qꝛ si non ingredimini in mirabilib⁹ sup vos: sed seruatis hũilitatem: reuelabit vobis deus qd aliter sapitis. Si aũt hocipm qd aliter sapitis defendere vultis: ꝛ ptinaciter astruere: ꝛ contra pacẽ ecclesie: fit vob maledictũ hoc qd dixit: sup matrẽ cum estis: et foris a lacte separabimini: foris a visceribus matris fame moriemini. Si aũt pseueraueritis in pace catholica: si quid forte aliter sapitis qꝫ oportet sapere. de⁹
Jacobi.4. vobis reuelabit humilib⁹. Quare: Quia deus sup-
1.Petri.5. bis resistit: humilib⁹ aũt dat gratiã. Ideo ad hoc

T cō dusit hūc psalmum. Speret israel in dño: et hoc nūc et vsq in seculū. Qd aūt scriptū ē grece: απο του νυν και εως του αιωνος: hoc ē positū: et hoc nūc et vsq in seculū. Sed nō semp seculi nomen hoc seculū significat: sed aliquādo eternitatē: quia eternū duobus modis intelligit. Vsq i eternū: id est aut semp sine fine: aut quousq perueniamus ad eternitatē. Hic ergo quō intelligendū est? Quousq veniamus ad eternitatē: speremus i dñm deū. quia cum venerimus ad eternitatem: iam spes nō erit: sed ipa res erit.

Explicit Tractatus de ps. CXXX.

Incipit Tractatus de ps. CXXXI.

A Visum quidē erat charissimi: vt fratrē potius audiremus collegā meū: p̄sentē omnibus nobis. Et modo nō negauit: sed distulit. Et ideo hoc indico charitati vestre: vt meū promissum teneatis. Nō fuit aūt absurdū charitati vestre: vt prior obtemperarē iubenti. Exhortū est enī mihi vt esset modo auditor meus: eo sane pacto vt et ego sim ipsius: quia in ipa charitate omnes ei9 auditores sumus: qui vnus in celo nobis magister ē. (Math. 23.) Ergo animū intendite ad psalmū: quē in ordine sibi nostris tractandum habemus. Est enī ipse prenotatus: Canticū graduū: Et aliquāto creberis sub eodē titulo plures. Nō ergo immorāmur nisi vbi necessitas coegerit: vt totū si dño pmiserit explicare possimus: Quia et vos nō tāq̄ rudes oia debetis audire: aliquid et de p̄teritis auditionib9 adiuuare nos debetis: ne omnia tanq̄ noua a nobis dici necesse sit. Et noui quidē esse debem9: quia vetustas nobis obrepere nō debet: sed enī crescendū et pficiendū est. (2. Cor. 4.) De ipso quippe pfectu ait Apls. Et si exterior homo noster corrūpit: sed interior renouat de die in diem. Non sic pficiamus vt et noua vetera efficiamur: sed ipa nouitas crescat.

Expositio psalmi.

B Memento dñe dauid: et omnis mansuetudinis eius. Sicut iurauit dño: votum vouit deo iacob. Dauid fm fidē rerū gestarū vnus homo erat: rex israel: filius iesse. Erat quidē et ipse mansuetus: sicut eū indicat atq cōmendat scriptura diuina: ita mansuetus vt nec persecutori suo sauli malū p malo reddiderit. Seruauit (1. Reg. 24) aūt erga eū tantā humilitatē: vt illū regē fateretur: se aūt canē: Et nō pterue nec supbe cū esset i deo potentior respōdebat regi: sed eū placare potius affectabat (Psalm.) humilitate q̄ cōcitare supbia. Enī in ptāte datus est ei saul: et hoc a dño deo: vt ei faceret quicquid vellet. Sed quia nō p̄ceptū illi erat vt occideret: sed tantū in potestate datū illi erat: Licet autem homini in potestate sua ad lenitatē potius deflectere qd et de9 cōcessit: Qui si vellet occidere: careret inimico. (Math. 6.) Sed quō diceret Dimitte mihi debita mea: sicut et ego dimitto debitorib9 meis? In speluncam intrauit saul vbi erat dauid: nesciēs q illic esset dauid: Ad necessaria ventris ille intrauit: fereret dauid (1. Reg. 24.) sensim et lente post ipm p̄scidit illi de veste panniculum quē illi ostenderet vt nosset quia habebat illū in potestate: et nō necessitate sed volūtate pepercerat: et noluit occidere. Forte ipam mansuetudinē cōmendaui mō dicens: Memento dñe dauid et oīs mansuetudinis eius. Hoc fm rerū gestarū fidē. quā scriptura diuina vt dixim9 cōtinet. Sed solem9 in psalmis nō ad litterā attendere sicut in omni pphetia: sed per litteram scrutari mysteria. Et meminit charitas vestra: quia cuiusdā hominis vocē in omnib9 psalmis solem9 audire: quia vnus habet caput et corpus. Caput aūt in celo est: sed corpus in terra. Sed quo p̄cessit caput: et corpus secuturū est. Et iam non dico quis caput sit: qui corpus sint: quia scietib9 loquor. C Cōmendat ergo humilitas dauid: cōmendat mansuetudo dauid: et dicit deo: Memento dñe dauid: et omnis mansuetudinis eius. Ad quā rem memento dñe dauid? Sicut iurauit dño: votum vouit deo iacob. Ergo ad hoc memēto: vt impleat qd promisit. Ipse dauid vouit tanq̄ in ptāte habēs: et rogat deum: vt impleat qd vouit. Est deuotio vouētis: sed ē humilitas depcantis. Nemo p̄sumat viribus suis: se reddere qd vouerit. Qui te hortat vt voueas: ipse adiuuat vt reddas. (Ps. 75.) Quid ergo vouit videamus: et hinc intelligim9 quēadmodū sit accipiend9 in figura dauid. Dauid aūt inter psal mansuetus. D Erat enī magn9 belligerator: p̄sumens quidē de dño deo suo: Cōfecit bella omnia: prostrauit oēs inimicos suos deo se adiuuāte: quēadmodū se habebat illi9 imperii dispēsatio: p̄figurans tamē forte manu quēdā ad debellandos inimicos: diabolū et angelos ei9. Hos aūt inimicos ecclesia debellat. Et quō debellat? Mansuetudine. Mansuetudine enī ipse rex noster vicit diabolū. Seuiebat ille: ille sufferebat. Victus est qui seuiebat: vicit qui sufferebat. In ista mansuetudine corpus christi qd est ecclesia vincit inimicos. Sit manu fortis: opando vincat. Cum aūt corpus christi est: et templū: et dom9: et ciuitas: et ille qui caput corpis est: et habitator domus est: et sanctificator templi est: et rex ciuitatis est: quō ecclesia oia illa: sic christus omnia ista. Quid ergo vouimus deo: nisi vt simus templū dei? Nihil gratius ei possum9 offerre: q̄ vt dicamus ei qd dicit in Esaia: Posside nos. Equidē in istis possessionib9 terrenis patrifamilias p̄stat. q̄n ei dat possessio. Nō sic ē possessio que est ecclesia. Ipsi possessioni p̄stat vt a tali possideat. Quid ergo dicit? Sicut iurauit dño votū vouit deo iacob. E Videam9 qd votū est: nisi vt sim9 templum dei. Nihil gratius ei possum9 offerre. q̄ iure iurare. Iurare ē aūt firme pmittere. Attēdite votū hic: id ē qd vouerat quo ardore vouerit: quo amore: quo desiderio: et tamē ad hoc implendū: dñm depcatus est dicēs: Memento dñe dauid et omnis mansuetudinis eius. In hac mansuetudine votū vouit: vt sit domus dei. Si introiero in tabernaculū domus mee: si ascendero in lectum strati mei: (Al. tu.) Si dedero somnū oculis meis. Et palpebris meis dormitationē: Et requiem tēporibus meis: si dedero: quo adusq inueniā locū dño tabernaculū deo iacob. (Al. si non habeo) (Al. si donec.) Vbi querebat locū dño? Si mansuet9 erat: in se q̄rebat. Quō est enī locus dñi? Audi pphetam: Super (Esa. 66.) quē requiescet spūs meus: Sup humilē et quietum et trementem verba mea. Vis ergo esse locus dñi? Esto humilis et quietus: et tremēs verba dei: et tu ipse efficieris qd queris. Si enī in te nō fiat qd queris in altero quid tibi pdest? Opat quidē deus aliquādo p euangelizātē alteri9: tantū si ipse dicat

et nõ facit: et fit pinguis eius in alio locus dño: non
aũt fit ipse loc⁹ dño. Qui aũt q̃ docet ipse bene facit:
et sic docet. fit locus dño cum eo quẽ docet: Quia
oẽs credentes vnũ locũ faciũt dño. In corde eñ
habet locũ dñs: quia vnũ cor est omniũ in charita
te copulatorum. Q̃ multa milia crediderũt fratres
Act. 2. et 4. mei quãdo precia rerũ suarum posuerũt ante pedes
apostolorũ. Sed quid de illis dicit scriptura: Cer
te facti sunt templũ dei: nõ tantũ templũ dei singu
li: sed et oẽs simul templũ dei. Facti sunt ergo loc⁹
dño. Et vt noueritis quia vnus locus factus ẽ dño
Act. 4. in oĩbus: scriptura dicit: Erat illis anima vna et cor
F vnũ in deũ. Multi aũt ne faciãt locũ dño sua quęrũt:
sua diligũt: potestate sua gaudent: priuatũ suũ con
cupiscunt. Qui aũt vult facere locũ dño: nõ de priua
to sed de cõmuni debet gaudere. Hoc illi fecerũt de
Act. 2. rebus suis priuatis fecerũt illas cõmunes. Qđ habe
bãt suũ: nunquid amiserũt: Si soli haberẽt et vnus
quisq; suũ haberet: hoc solũ haberet qđ suũ habe
bat. Cum aũt qđ propriũ erat cõmune fecit: et ea quę
erant ceterorũ: ipsius facta sũt. Intẽdat charitas ve
stra quia propter illa quę singuli possidem⁹: existunt
lites: inimicitię: discordię: bella inter hoĩes: tumul
tus: dissensiones aduersum se: scandala: peccata: ini
quitates: homicidia. Propter q̃: Propter ipsa q̃ sin
guli possidem⁹. Nunquid propter illa quę cõmuniter
possidem⁹ litigam⁹: Aerẽ istũ cõmuniter ducimus:
solem cõmuniter oẽs videmus. Beati ergo qui sic
faciunt locũ dño: vt priuato suo nõ gaudeant. Talẽ
eñ describebat iste qui dicebat: Si introiero in ta
bernaculũ dom⁹ meę: Priuatũ hoc erat. Dicebat p̃
uato se ĩpediri: ne faceret locũ dño: et ea cõmemo
rat quę ad seipsum ptinebant: Nõ introibo in tab
naculũ dom⁹ meę: donec inueniã. Quid: Cũ inue
neris locũ dño: intrabis in tabernaculũ tuũ: An ip
sum erit tabernaculũ tuũ: vbi inueneris locũ dño:
Quare: Quia ipse eris locus dñi: et cũ eis qui fuerit
locus dñi vnũ eris. Abstineam⁹ ergo nos fratres a
G possessione rei priuatę: aut ab amore si nõ possum⁹
a possessione: et facim⁹ locũ dño. Multũ ẽ a me ait
aliquis. Sed vide quid sis facturus locũ dño. Si
vellet apud te hospitiũ habere aliquis senator (non
dico senator: procurator alicui⁹ magni ẽm seculum) et
diceret: offendit me quiddã ĩ domo tua: et si amares
hoc: auferres tamẽ: ne eũ offenderes cuius amiciti
am ambires. Et quid tibi prodest hominis amicitia:
Forte ibi nõ solũ nullũ auxiliũ: sed et periculũ inueni
res. Nam multi nõ periclitabant anteq̃ maiorib⁹ ta
gerent: exoptarũt maiorũ amicitias: vt maiora pe
ricula incurrerẽt. Secur⁹ opta amicitiã christi. Ho
spitari apud te vult: fac illi locũ. Quid est: fac illi lo
cum: Noli amare teipm: illũ ama. Si te amaueris:
claudis contra illũ: si ipm amaueris: aperis illi. Si
aũt aperueris et intrauerit: nõ peries amando te: sed
inuenieris cũ amante. Si introiero ĩ tabernaculum
H domus meę: si ascẽdero sup lectũ strati mei. Priua
ta eñ res ipsa vbi homo acquiescit: superbos facit:
Ideo dixit: si ascendero. In re quam priuatim quis
q; possidet necesse est superbus sit. Inde se eñ tendit
homo ad hominẽ: cũ ambo sint caro. Quid est ho
mo fratres: Caro. Et quid est alter homo: Altera
caro. Et tamẽ caro diues extendit se contra carnem
pauperẽ: quasi aliquid illa caro attulerit q̃ nata ẽ:

aut aliquid auferat qñ morit. Ad hoc plus habuit:
vt plus timeret. Iste aũt q vult inuenire locũ dño:
dicit: Si ascẽdero sup lectũ strati mei: si dedero sõ
num oculis meis. Multi eñ cũ dormiũt: nõ faciũt
locũ dño. Tales excitat Apls. Surge q dormis: Eph. 5.
et exurge a mortuis: et illuminabit te christ⁹. Et alio
loco: Nos aũt qui dici sum⁹ vigilem⁹: et sobrii sim⁹: 1. Thes. 5.
Nam qui dormiũt nocte dormiũt: et qui inebriant:
nocte ebrii sunt. Noctẽ dicens inquit ad: in qua illi
obdormiũt: cupiditas ista terrena. Et oĩa ista fęlicita
tis quę videnĩ seculi somnia sunt dormientium. Et
quõ qui videt thesauros in somnis: dormiẽs diues
est: sed euigilabit et paup erit. Sic oĩa ista vana bo
nus seculi de quib⁹ homines gaudẽt: in somno gau
dent. Euigilabũt qñ noluerĩt: si nõ mõ euigilãt qñ vti
le est: et inueniẽt somnia illa fuisse et trãsisse (sicut di
cit scriptura) velut somniũ exurgẽtis. Et alio loco: Ps. 72.
Dormierũt somnũ suũ: et nihil inuenerũt oẽs viri Ps. 75.
diuitiarũ in manib⁹ suis. Dormierũt somnũ suũ: fi
nitus est somn⁹: et nihil inuenerũt in manibus suis:
q: in somnis videbãt diuitias trãsituras. Iste ğ qui I
vult inuenire locũ dño: dixit etiã: Si dedero somnũ
oculis meis. Sũt aũt quidã qui nõ dormiũt: sed dor
mitant. Aliquãtũ retrahũt se ab amore tpaliũ: et rur
sus reuoluunĩ ĩ eũ: quasi dormitãtes caput crebro
inclinãt. Euigila excute somnũ: dormitando cadur⁹
es. Nõ vult psalm⁹ oculis suis dare somnũ: nec pal
pebris dormitationẽ: eũ qui vult inuenire locũ dño.
Et requiẽ inquit temporibus meis. A requie tẽporũ
somnus venit ad oculos. Tẽpora circa oculos sũt:
Velut futur⁹ somn⁹ grauedo tẽpoz est. Nã oculis
dormituris grauari tẽpora incipiũt: et cũ senserint
sibi grauari tẽpora iã imminet somnus. Qui si dan
dus est oculis: dat requiẽ tẽporib⁹ suis: et venit sõ
nus: Si nõ dederit requiẽ temporib⁹ suis: nõ venit
somnus. Cũ ergo cepit te aliquid tpale delectari ad
peccatũ: iã grauanĩ tibi tẽpora. Vis euigilare: et nõ
dormire nec dormitare: Noli te credere tali dele
ctationi: maiores dolores habebis q̃ suauitates.
Ista cogitatiõe quasi confricãs frontẽ excutis som
num: et paras locũ dño: donec inuenias locũ dño:
tabernaculũ deo iacob. Q̃ q̃ aliqñ dicit tabernacu
lũ dei dom⁹ dei: et dom⁹ dei tabernaculũ dei: distin
cti⁹ tñ accipit fratres charissimi tabernaculũ eccle
sia ẽm hoc tps: Dom⁹ aũt ecclesia celestis hierusa
lem quo ibim⁹. Tabernaculũ eñ tanq̃ militantiũ et
pugnãtiũ: Tabernacula militũ in procinctu: in expe
ditiõe. Vñ cõtubernales dicũt milites: q̃ï tabna
cula eadẽ hñtes et habitãtes. Q̃diu ğ habem⁹ ho
stẽ cũ quo pugnem⁹: tabernaculũ deo facimus. Cũ
aũt transierit tps pugnę: et venerit pax illa quę pcel
lit oẽm intellectũ: sicut dicit Apls: Et pax dei q̃ pcel Phil. 4.
lit oẽm intellectũ: Quãtũcũq; eñ cogitauerĩ de pa
ce illa min⁹ eã capit anim⁹ adhuc in ista corporis gra
uedine constitutus: cũ venerit illa patria iã dom⁹ erit:
null⁹ aduersari⁹ tẽptabit vt tabernaculũ vocet. Nõ
pcedem⁹ ad pugnandũ: sed pmanebim⁹ ad laudandũ.
Quid eñ dicit de illa domo: Beati qui habitant in Ps. 83.
domo tua in secula seculoz laudabunt te. In taber
naculo adhuc gemim⁹: in domo laudabim⁹. Qua
re: Quia gemit⁹ est peregrinantiũ: laudatio iam ĩ pa
tria cõmanentiũ. Hic primo quęrat tabernaculũ deo
iacob. Ecce audiuimus eam in effrata. Ecce audiuimus
K

Quam eā: Sedem dñi. Audiuim⁹ in effrata. In
uenimus eam in campis saltuū. Ibi audiuim⁹:
ibi inuenim⁹. Et alibi audiuit: et alibi inuenit: Quera
mus ergo quid sit effrata vbi audiuit: itē queram⁹
quid sit in campis saltuū vbi inuenit. Effrata v̄bū
hebręū: interptat latine speculū: sicut tradiderūt q̄
verba hebręa scripturis posita in alia lingua trāsla/
lerunt: vt ad nos pueniret intellect⁹. Nā ex hebręa
trāstulerunt in grecā: et ex greca trāslata sunt nobis
in latinā. Fuerūt em̄ qui vigilarūt in scripturis. Si
ergo effrata speculū: illa dom⁹ quę inuēta est in cam
pis saltuū in speculo audita est. Speculū imaginē
habet: Oīs ,pphetia imago futuroꝝ. Dom⁹ ergo
dei futura: in imagine ,pphetię p̄dicata est. Audiui/
mus em̄ illā in speculo: id est audiuim⁹ in effrata: in/
uenim⁹ in campis saltuū. Qui sunt campi saltuum?
Campi syluaꝝ. Nō em̄ queadmodū vulgo dicitur:
Saltus ille: verbi gratia: cēturias habens tot: salt⁹
ꝓprie locus adhuc incultus et syluester dicit. Nā et
quidā codices: in cāpis syluę habent. Qui ergo erāt
campi saltuū: nisi gētes incultę? Qui erant cāpi sal/
tuum: nisi vbi adhuc vepres erāt idolatrię? Sic ta/
men quō vepres ibi erāt idolatrię: ibi inuenim⁹ locū
dño tabernaculū deo iacob. Qō audiuim⁹ in effra/
L ta: inuenim⁹ in campis saltuū. Qō p̄dicatū est in iuda
gente iudęa: manifestatū est in fide gentiū. *Intro
ibimus in tabernacula eius. Cuius? Dñi
dei iacob. Qui intrant vt inhabitēt: ipsi sunt q̄ intrāt
vt inhabitent. In domū tuā vt inhabites intras: in
domū dei vt inhabiteris. Est em̄ melior dñs: q̄ cum
te cępit inhabitare: beatū te facit. Nam si tu ab illo
non inhabiteris: miser eris. In sua ptāte te esse vo/
Luc. 15. luit ille filius qui dixit: Da mihi partē patrimonij
quę me cōtingit. Bene seruabat apud patrē: ne cū
meretricib⁹ dissiparet. Accepit: facta est in ei⁹ pote/
state: Profectus in regionē longinquā: effudit om/
nia cū meretricib⁹: Passus ē tandē famē: recordat⁹
est patrē: reuersus est vt pane saturaret. Ergo intra
vt inhabiteris: et nō quasi tuus sis: sed illius. Intra/
M uimus in tabernacula eius. Adorabimus in
loco vbi steterūt pedes eius. Cuius pedes?
Dñi: an ipsius domus dñi? Domus em̄ dñi est: vbi
dicit qua debet adorari. Adorabim⁹ in loco vbi ste
terunt pedes ei⁹. Pręter q̄ domū suam nō exaudit
deus ad vitā ęternā. Ille em̄ ad domū dei pertinet:
qui est in charitate cōpaginat⁹ lapidib⁹ viuis. Qui
autē charitatē nō habuerit: ruinā facit: et illo ruente
domus stat. Nemo em̄ minet domui vbi esse quasi
lapis cępit: si ruere voluerit quasi aliqd domui no/
ceat. Sic em̄ supbierat et p̄mus populus iudeoꝝ di
cens: Neq; em̄ fraudatur⁹ est de⁹ patrē abraam: cui
ꝓmisit tanta de semine eius: et faciebant oīa mala
tanq̄ securi de pollicitatiōe dei: quia nō ꝓ illorum
meritis qui scelera faciebāt: sed ꝓ merit abrę par/
ceret eis: et qualescūq; malos filios abrę congre/
garet in domū suā ad vitā ęternā. Sed quid iohan/
Matt. 3. nes? Generatio viperarū. Qui ad eū venerūt
ipsi filij abrę vt baptizarent in aqua penitētię: non
eis dixit: Generatio abrę: sed viperarū. Tales em̄
erāt quales quos imitabantur: Nō filij abrę: sed fi
lij amorrei: chananei: gergesei: hiebusei: et oīm q̄ of/
fenderunt deū: ipoꝝ filij erant: qa ipoꝝ facta secta/
bant. Generatio viperarū quis ostēdit vobis fuge/
re a ventura ira? Facite ergo fructū dignū penitē/ Ibidem.
tię: Et ne dixeritis: patrē habem⁹ abraā. Potēs est
em̄ deus de lapidib⁹ istis suscitare filios abrę. Ne/
scio quos lapides tūc videbat in campis saltuū vñ
suscitati sūt filij abrę. Filij em̄ magis qui fidē imi/
tati sunt: q̄ qui de carne nati sunt. Nemo ergo mi/
net domui dei: quasi dicat: Subtraho me: et ruet
domus. Bonū est em̄ illi vt coedificetur et habeat
charitatē. Nā si ipse ruerit: stabit domus. Itaq; fra N
tres in his est domus dei: quos p̄destinauit et p̄sci/
uit pseueraturos. De illis dictū est: vbi steterūt pe/
des eius. Sūt em̄ q̄ nō pseuerāt: nec stant pedes ei⁹
in eis. Nō sunt ergo ipi ecclesia: nō ipi ptinent ad il
lud mō tabernaculū tūc domū. Sz vbi nō steterunt
pedes ei⁹? Qm̄ abūdauit iniquitas refrigescet cha/ Matt. 24.
ritas multoꝝ. In his in quib⁹ charitas refrigescit:
nō stant pedes ei⁹. Sed quid secutū est? Qui aūt p/ Ibidem.
seuerauerit vsq; in finē: hic saluus erit. Ecce in qui/
bus steterūt pedes eius: in eo loco adora: id ē de ta/
libus esto in quib⁹ steterūt pedes dñi. Si aūt de ip/
sa domo intelligere volueris: vbi steterunt pedes
domini: pedes tui in christo stent. Tunc autem sta/
bunt pedes: si pseueraueris in christo. Quid em̄ di/
citur de diabolo? Ille homicida erat ab initio: et in Ioh. 8.
veritate nō stetit. Diaboli ergo pedes nō steterunt.
Itē de supbis quid dicit? Nō veniat mihi pes sup/ Ps. 35.
bię: et manus peccatoꝝ nō moueāt me. Ibi cecide/
runt qui opant iniquitatē: expulsi sūt nec potuerūt
stare. Ergo dom⁹ dei cuius pedes stant. Unde ille
gaudens iohānes quid ait? Qui habet spōsam spō Ioh. 3.
sus est: amicus aūt spōsi stat et audit eū. Si nō stat:
nō audit eū. Et gaudio gaudet ꝓpter vocem sponsi.
Merito stat: qr ꝓpter vocē spōsi gaudet. Nā si ꝓpt
vocē suā gauderet: caderet. Iam videtis ergo qua/
re ceciderint: qui ad vocē suā gaudēt. Amicus autē
ille sponsi dicebat: Hic est qui baptizat. Quidā di/
cunt. Nos baptizam⁹: ad vocē suam stare gaudēt: nō
potuerūt: et nō ptinent ad illā domū de qua dicitur: O
vbi steterūt pedes eius. *Exurge dñe in requi/ Al. exurge
em tuam. Dño dormienti dicit exurge. Iam no/ 2. Paral. 6.
stis quis dormiuit: et quis surrexit. Ipse em̄ quodā
loco dicit in psalmo: Dormiui cōturbatus. Bene il Ps. 56.
li dicit: Exurge dñe in requiē tuā. Iam nō pturba/
beris: quia christus surgens a mortuis iam nō mo/ Ro. 6.
ritur: et mors ei vltra nō dñabitur. Ipius est vox in
alio psalmo. Ego dormiui et somnū cepi et exurrexi: Ps. 3.
qm̄ dñs suscepit me. Ipse dormiuit: ipi dicit Exur/
ge dñe in requiē tuā: Tu et arca sanctificati/
onis tuę: Id est exurge: vt exurgat et arca sanctifi
cationis tuę quā sanctificasti. Ipse caput nostrū: Ar/
ca eius: ecclesia eius. Surrexit prior: surgat et eccle/
sia. Nō aūt auderet sibi resurrectionē corp⁹ ꝓmit/
tere: nisi p̄us exurgeret caput. Exurge dñe in requi/
em tuā: tu et arca sanctificationis tuę. Et corp⁹ chri
sti qd ex maria natū est: intellectū est a quibusdā ar/
ca sanctificationis: vt hoc diceret: Exurge dñe in re/
quiem tuā: tu et arca sanctificationis tuę: cū corpe
exurge: vt palpent qui nō credebāt. Exurge dñe in
requiē tuā: tu et arca sanctificationis tuę. Sacer/ 2. Paral. 6.
dotes tui induantur iusticiā: et sancti tui exul/ Al. exultent.
tent. Te exurgente a mortuis et eunte ad patrē:
regale illud sacerdotiū iudeis nūc quia iusticia est fi Ro. 1.
de viuit. et acceptio pignoris spūssancti sint mem/

bra spe resurrectionis quę precessit in capite. Ecia eni
P et plus dicit Spe gaudentes. Propter dauid
seruū tuū: nō auertas faciē christi tui. Hoc
deo patri dictū est: Propter dauid seruū tuū: non
auertas faciē christi tui. Crucifixus est dñs i iudea:
crucifix⁹ ē a iudeis: ab ipis turbat⁹ dormiuit. Inter
quos et seuierūt manus dormiuit: ad eos iudicādos
Ps.42. surrexit. Et dicit quodā loco: resuscita me et reddā
illis: et reddidit et redditur⁹ est. Nā quanta postea
iudei passi sunt occiso dño: norūt ipi. De ipa ciuita
te vbi illū occiderūt: omnes expulsi sunt. Quid er
go: Etiā omnes de stirpe dauid perierūt: et de tri
bu iuda: Non. Nā crediderūt inde aliqui: et multa
milia hominū crediderūt inde: et hoc iam post resur
rectionē dñi. Sęuierūt vt crucifigerēt et postea cę
perūt videre fieri miracła i noīe christi crucifixi: et pl⁹
cōtremuerūt tantū posse ei⁹ nomen: qui quasi inter
Act.2. manus eorū nihil poterat: et cōpuncti corde iā credē
tes diuinitatē occultā fuisse in illo quē ceteris simi
lem hominib⁹ putauerūt: et consiliū petētes ab apo
Ibidem. stolis audierūt: Agite penitentiā: et baptizet vnusquis
que vestrū in nomine dñi nostri iesu christi. Ergo qa
ad iudicādos eos a quib⁹ crucifixus ē surrexit chri
stus: et auertit faciē suā a iudeis et conuertit ad gen
tes tanq rogat de⁹ ppter reliquias israel. et dicitur
ei: Propter dauid seruū tuū non auertas faciē chri
sti tui. Si palea damnata est: frumenta colligātur:
Esa.10. Reliquię salue fiant sicut dicit Esaias. Et plane fa
Ro.9. cte sunt reliquię salue. Inde erāt duodecim aposto
1.Cor.15. li: inde plus q quingēti fratres: quib⁹ se dñs demō
strauit post resurrectionē: inde tot milia baptizata:
Act.4. quę precia rerū suarū ante pedes aplorū ponebāt. Er
go impletū est qd hic rogat⁹ est deus: Propter da
Q uid seruū tuū ne auertas faciē christi tui. Iura
Al. † non habet. Al. + veritatem. † frustrabitur. uit dñs dauid *in † veritate et nō + penitebit
eum. Quid est iurauit? Promissum per seipm fir
mauit. Quid ē nō penitebit eū? Nō mutabit. Non
eni dolorē penitentię patitur de⁹: aut in aliquo fal
litur vt velit corrigere in quo errauit: Sz quō homi
nem cū penitet mutare vult qd fecit: sic vbi audis:
quia penitet deū: mutationē ipam spera. Aliter illā
facit deus: qms nomine penitentię appellet: aliter tu.
Tu eni facis: quia erraueras: Ille aūt facit: qz vin
1.Reg.15. dicat: aut quia liberat. Mutauit regnū saul cū peni
teret eū, sicut dictū est. Et in eodem loco vbi scriptu
Ibidem. ra dicit: Penituit eū: ibi paulopost dicit: Non eni
sic est vt homo vt peniteat eū. Cū ergo mutat opa
sua p incōmutabile consiliū suū: ppter ipam nō con
silij sed opis mutationē penitere dicit. Hoc aūt sic
Ps.109. pmisit: vt non mutaret: quō dicit et illud: Iurauit
dñs et nō penitebit eū: tu es sacerdos in eternū sm
Heb.7. ordinē melchisedech. Sic et hoc qz ita pmissum est
vt nō mutaret: quia necessario futurū erat et pman
surū: dixit: Iurauit dñs dauid veritatē: et nō penite
Al. † De. bit eum: *Ex fructu ventris tui ponā sup
sedem tuā. Poterat dicere ex fructu femoris tui.
Quare ex fructu ventris voluit dicere? Et illud qui
dem si diceret: verū diceret: Sed significatius dice
Luc.1. re voluit ex fructu ventris: quia de femina natus est
christus: quo vir non accessit. Quid ergo? Iurauit
dñs dauid veritatē: ex fructu ventris tui ponā super
sedem tuā. Si custodierint filij tui testamē
R tum meū: et testimonia mea hęc quę doce

bo illos: Et filij eorū sedebūt vsq in secu Al. eos. Al. in secula
lum sup sedem tuā. Si filij tui custodierint: et
filij eorū sedebūt in eternū: Meritū filiis patres fa
ciūt. Quid si filij ipsorū custodierint: et filij eorū nō cu
stodierint: Quare ad meritū patrū pmittit beatitu
do filiorū: Quid eni ait? Non ait: Si custodierint
filij tui: et filij eorū sedebūt in eternū. Nō ait: si custo
dierint filij tui sedebunt sup sedē tuam: et si custodie
rint filij eorū: et ipi sedebūt sup sedem tuā. Sed ait:
Si filij tui custodierint: et filij eorū sedebunt sup sedē
tuā. nisi quia filios hic voluit intelligi fructus ipsorū?
Si filij tui inquit custodierint legē meam: et manda
ta mea hęc quę docebo eos seruauerint: filij tui: et fi
lij eorū sedebūt sup sedē tuā: id est hic erit fruct⁹ ip
sorū: vt sedeant sup sedē tuā. Modo eni fratres om
nes qui laboram⁹ in christo: oēs qui contremisci
mus verba ipius: qui quōcunq conamur facere vo
luntatē ipius. et ingemiscimus petentes: vt adiuuet
nos quo impleam⁹ qd iubet: nunquid iam sedemus
in illis sedib⁹ beatitudinis quę nobis pmittuntur:
Non: Sed mandata tenētes speram⁹ hoc futurū.
Ipa spes tanq in filijs dicta est: quia hominis in
hac vita viuentis spes filij sunt: fruct⁹ filij sūt. Pro
pterea et homies excusantes auariciā suā: dicunt se
filijs suis seruare qd seruant: et nolentes dare inopi:
pietate nomine se excusant: quia filij eorū spes eorū
sunt. Oēs homines eni qui sm hoc seculū viuunt:
spem suā dicunt filios generare et relinquere. Ideo
nomine filiorū spem ipam posuit et ait: Si custodie
rint filij tui testamentū meū: et testimonia mea hęc
quę docebo illos: et filij eorū sedebunt in eternū sup
sedem tuā: id est tales fructus habebūt: vt spes eos
nō fallat: vt illuc veniāt q sperant se venturos. Mō
ergo tanq patres sunt homines spei future. Cū aūt
adepti fuerint qd sperāt: filij sunt: quia illud qd adi
piscunt pepererūt et generauerūt in opibus bonis:
Et hoc illis seruat in posterū: quia et ipa posteritas
in filijs appellari solet. Aut si filios ipos homies ac E
cipis: intellige et de ipis dictū: Si custodierint filij
tui testamentū meū: et testimonia mea hęc quę do
cebo illos: vt iste sit sensus: Si custodierint filij tui
testamentū meū: et testimonia mea hęc quę docebo
illos: et filij eorū: id est si custodierint: vt hic subdisti
guas: et deinde inferas: sedebūt in eternū super sedē
tuā: id est et filij tui et filij eorū: sed oēs si custodie
rint. Quid ergo si non custodierint? Perit pmissio
dei? Non: Sed ideo dictū est: et ideo pmissum est:
qz pdicauit de⁹. Quid nisi credituros? Sed ne ali
quis putaret mutari pmissa dei: et in ptāte sua vellet po
nere qd pmisit de⁹ vt impleret: ideo ei iurauit et dix
it: In quo ostēdit: qz sine dubio venturū est. Quō ḡ
posuit ibi si custodierint? Ne iā glorieris de pmissis:
et dimittas te nō custodire. Tūc eris filius dauid si
custodiris: Si aūt nō: nō eris fili⁹ dauid. Filijs da
uid pmisit de⁹. Noli dicere: Fili⁹ sū dauid si degē
neras. Si iudei illō nō dicūt q de ipa stirpe nati sūt:
[illegible] dicit illis [illegible] dñs ait. Si filij Ioh.8.
abrahę estis: facta abrahę facite. Inde illos negauit fi
lios: qz facta nō faciebāt. Nos quō nos dicim⁹ fili
os dauid: qui de ei⁹ stirpe non sum⁹ sm carnē? Re
stat vt filij nō sim⁹: nisi imitādo fidē: nisi colēdo de
um sicut ille coluit. Si ḡ qd tibi p[illegible] ē nō speras: p
facta nō vis assequi: quō in te cōpletur: sedebis sup

sedet dauid: Et si nō in te cōplebit: putas qr nō cō-
plebit: Et quō inuenit eā in campis silue: Et quō
steterūt pedes ei⁹: Qualiscūq ergo fuerit: illa do-
p̄ elegit. mus stabit. Quoniā elegit dñs sion: †preele-
git eā in habitationē sibi. Syon: ipa est ecclia:
ipa est et illa hierlm: ad cui⁹ pacē currim⁹: q̄ nō i an
gelis sed i nobis peregrinat. q̄ ex parte meliore expe-
ctat partē rediturā: vñ nobis littere venerūt q̄ quo-
tidie recitant. Ipa ciuitas: ipa ē sion quā ꝑ elegit de⁹.
p̄ sclm secli Hec requies mea in † secula seculorum.
Illi dei verba sūt: Requies mea: ibi requiesco. Quātū
nos amat de⁹ fratres: vt qr nos requiescim⁹: se dicat
requiescere. Nō eñi ipe aliqñ turbat: aut sic requi-
escit: sed ibi se dicit requiescere: qr nos in illo requiē
p̄ elegi. habebim⁹. Hic habitabo qm̄ † preelegi e-
L am. Viduā eius benedicens benedicā:
p̄ non h̄z. †et pauperes eius saturabo panibus. Om-
nis anima que intelligit se desertam omni auxilio:
nisi soli⁹ dei: vidua est. Quō eñi Apls describit vi-
Timoth. 5. duam: Que aūt vere vidua est et desolata: sperauit
in dñm. Agebat aūt de istis viduis quas omes di-
cimus i ecclesia. Dixerat autē: que in delitijs degit
viuens mortua est: et nō illā numerauit inter vidu-
Ibidem. as. Describens aūt viduas et sanctas: qd ait: Que
aūt vere vidua est et desolata: sperauit in dño: et psi-
stit in p̄cibus et obsecrationib⁹ nocte ac die: Ibi sub-
iecit. Que aūt in delitijs agit: viuens mortua ē. Vñ
ergo vidua ē: Quia nō habet auxiliū aliūde: nisi so
lius dei. Ille que habēt viros: quasi supbiūt de aux
ilio viror. Deserte vident vidue: et robustius ē aux-
iliū earū. Ergo tota ecclesia: vna vidua est: siue i vi-
ris: siue in feminis: siue in cōiugatis: siue in marita-
tis feminis: siue in adolescētib⁹: siue in senib⁹: siue i
virginibus. Omnis ecclesia vna vidua est: deserta i
hoc seculo: si sentit illud: si nouit viduitatē suā. Tūc
eñi auxiliū p̄sto ē illi. Nōne agnoscitis istā viduā i
Luc. 18. euangelio fratres mei: cū diceret dñs oportere sem
per orare et nō deficere: Erat quidā iudex in ciuita-
te dixit: qui nec deū timebat nec homies reuereba-
tur: et interpellabat eū quedā vidua quotidie et dice
bat: Vindica me de aduersario meo: Et interpellādo
quotidie vidua fregit illū. Ait eñi ipe iudex apud se:
qui nec deū timebat nec homies reuerebatur: Et si
deū nō timeo: nec homines erubesco: vel ꝓpter tedi
um qd mihi facit ista vidua vindicabo eā. Si audi-
uit iudex malus viduā ne tediū pateret: deus nō au
M dit ecclesiā quā hortat vt depcet: Itē Pauperes ei⁹
saturabo panibus. Quid est fratres: Simus pau-
peres: et tūc saturabimur. Multi p̄sumētes de secu-
lo: et supbi christiani sunt: adorant christū: sed nō sa-
turant. Saturati eñi sunt: et abundāt in supbia sua.
Ps. 122. De talib⁹ dicit: Opprobriū eis qui abundāt: et de-
spectio supbis. Isti abundant: et ideo manducant: s
Ps. 21. nō saturant. Et quid de illis dictū ē in psalmo: Mā
ducauerūt et adorauerūt oēs diuites terre. Adorāt
christū: venerant christū: supplicāt christo: sed non
saturant sapiētia et iusticia ipius. Quare: Quia nō
sunt paupes. Paupes aūt id est humiles corde: quā-
to plus esuriūt: tāto plus māducant: Tanto autem
plus esuriūt: quāto a seculo inanes sunt. Qui plen⁹
est: quicqd illi datur⁹ es: respuit: qr plen⁹ est. Da mi
Math. 5. hi esurientē: da mihi de quib⁹ dictū est: Beati q̄ esu
riunt et sitiūt iusticiā: qm̄ ipi saturabunt: et erunt hi

paupes de quibus mō dicit: Et paupes ei⁹ saturabo
panib⁹: qr et in ipo psalmo vbi dictū est: Māduca-
uerūt et adorauerūt oēs diuites terre: dictū est illic
et de paupib⁹: et prorsus eo mō q̄ et in isto psalmo:
Edent paupes et saturabunt. et laudabūt dñm q̄ req Ps. 21.
rūt eū. Vbi dictū est: Māducauerūt et adorauerūt
oēs diuites terre: ibi dictū est: Edent paupes et sa-
turabunt. Quare qñ diuites dicti sunt adorasse: sa-
turati nō dicti sunt: qñ aūt paupes dicti sunt: satura
ti dicti sūt: Et vñ saturati: Hec saturitas fratres q̄-
lis est: De⁹ ipe est panis. Panis vt lac fieret descē-
dit ad terrā et ait suis: Ego sum panis viu⁹ q̄ de ce- Ioh. 6.
lo descēdi. Ideo illic in psalmo: Edent paupes et sa-
turabunt. De q̄ saturabunt: Audi quod sequit: Et Ps. 21.
laudabūt dñm q̄ requirūt eū. Estote ergo paupes: X
estote in mēbris illi⁹ vidue: nō sit auxiliū vestrū nisi
in vno deo. Pecunia nihil est. nō inde auxiliū habe-
bitis. Multi ꝓpter pecuniā p̄cipitati sunt: multi p-
pter pecuniā perierūt: Multi ꝓpter pecuniā mactā
q̄ siti sunt a raptorib⁹: Tuti essent. si nō haberēt q̄re
q̄rerent. Multi de amicis potētiorib⁹ p̄sumpserūt:
ceciderūt illi de quib⁹ p̄sūpserūt: et inuoluerūt eos
q̄ de se p̄sumpserāt. Respicite exēpla generl humani.
Quid magnū ē qd vobis dr: Nō solū de his scptu-
ris ea loqmur: legite ea in orbe terrar: Attēdite nō
p̄sumere de pecunia: de amico hoie: de honore et ia-
ctātia secli. Tolle ista oia: Sz si habes illa: Age deo
gratias: si cōtēnis illa. Si aūt inflaris inde: noli at-
tēdere qñ eris p̄da hominū: iā diabolo p̄da es. Si
aūt de his reb⁹ nō p̄sumpseris: eris in mēbris illi⁹
vidue q̄ est ecclia: de q̄ dictū est: Viduā ei⁹ bñdicēs
bñdicā. eris et paup: de quib⁹ dictū ē: Et paupes ei⁹ Y
saturabo panib⁹. Aliqñ aūt qd nō est p̄termittendū
dicere: inuenis pauperē supbū: et diuitē humilem:
Quotidie patim tales. Audis pauperē q̄si gemētē
sub diuite: et qñ potētior fuit diues: tūc illū humilē
vides: aliqñ nec tūc: sed et tūc supbū: vñ vides: qd es
set: si aliqd haberet: Ergo paup dei in aio est: non in
seculo. Procedit aliqñ hō habēs plenā domū: vbe-
res terras: multa p̄dia: multū auri et argenti: nouit
qr in istis nō est p̄sumendū. humiliat se deo: facit inde
bene: ita cor ipi⁹ erigit ad deū: vt nouerit quia non
solū nihil illi p̄sunt diuitie ipe: s et impediūt pedes
ipi⁹: nisi ille regat et ille subueniat: et nūerat inter pau
peres q̄ saturant panib⁹. Inuenis aliū mēdicū ela-
tū: aut iō nō inflatū: qr nihil h̄z: q̄rentē tñ vñ infletur:
Nō attēdit de⁹ facultatē s cupiditatē: et iudicat eū
sm cupiditatē q̄ inhiat reb⁹ tpalib⁹: nō sm faculta-
tē quā nō ei cōtigit adipisci. Vñ eñi de diuitib⁹ dicit
Aplus: Diuitib⁹ hui⁹ seculi p̄cipe nō supbe sapere. 1. Timoth. 6.
qr sperare i icerto diuitiar: s i deo viuo: q̄ nob p̄stat
oia abūdāter ad fruendū. Quid q̄ faciūt de diuitijs
suis: Seqt et dic: Diuites sint i opib⁹ bōis: facile tri Ibidem.
buāt cōicēt. Et vide qr hic paupes sūt: Thesaurizēt
inqt sibi fūdamētū bonū i futur: vt apphēdāt verā
vitā. Cū apphēderint tūc erūt diuites. Qñ aūt nō
eā adhuc hñt: nouerit se paupes. Ita tñ vt oēs humi-
les scō corde: et i charitate germana p̄stitutos: quicqd
habuerit i hoc seculo: int paupes suos nūeret de⁹: qs
saturat panib⁹. Sacerdotes ei⁹ induā salu
tari: et sctī eius exultatiōe exultabūt. Iam i Z
fine psalmi sum⁹: paululū aduertat charitas vestra:
Sacerdotes eius induā salutari. et sancti eius exul-

eatiõe exultabũt. Quis est salutare nostrũ: nisi chri
stus noster? Quid est ergo: sacerdotes eius induam
Gal.3. salutari? Quotquot in christo baptizati estis: chri
stum induistis. Et sancti eius exultatiõe exultabũt.
Unde exultabũt? Unde? Exultatiõe: qz induti sunt
Eph.5. salutari. Non in se erã lux facti sunt: sed in dño. Erã
Al. ibi ꝑ produca. enim ante tenebre. Et ideo subiecit: Ibi susci
tabo cornu dauid. Et de christo ꝓsumatur ip
se erat altitudo dauid. Cornu enim significat altitudi
nem. Et qualẽ altitudinẽ? Non carnalẽ. Ideo om
nia ossa carne inuoluta sunt: cornu excedit carnem.
Altitudo spũalis cornu est. Que aũt altitudo spũa
lis est: nisi de christo psumere: nõ dicere: Ego facio:
ego baptizo: sed hic est qui baptizat? Ibi est cornu
dauid. Et vt noueritis: quia ibi est cornu dauid: at
tendite quid sequat: Paraui lucernam chri
sto meo. Que est lucerna? Iam nostis dñi verba
Ioh.5. de iohãne: Ille erat lucerna ardens et lucẽs. Et dd
Ioh.1. ait iohãnes? Hic est qui baptizat. In hoc ergo et
ubi et sanctum hoc exultabũt sacerdotes: qz orbe
qd ipsoꝝ bonũ est: nõ est ipsoꝝ sed illi⁹. Et qz ille ha
bet potestatẽ baptizandi: secur⁹ accedat ad templũ
Al. in domino a me induã confusione. eius omnis qui accipit baptismũ: qz nõ homine: sed il
lum est in quo excitatũ est cornu dauid. Super
Al. in illo: cbu. ipsum aũt florebit sanctificatio mea. Su
per quẽ? Sup christũ meũ. Christo enim meo cũ di
cit: vox est patris qui dicit: Uiduã ei⁹ benedicẽs be
nedicã: z pauperes eius saturabo panibus. Sacerdo
tes ei⁹ induã salutari: z sancti ei⁹ exultatiõe exulta
bunt. Qui dicit: Ibi suscitabo cornu dauid: de⁹ est.
Ipse dicit: Paraui lucernã christo meo: qz z christ⁹
noster est: et christ⁹ patris. Christus noster est: quia
saluat nos z regit nos: quõ et dñs noster est: fili⁹ au
tẽ patris: christus aũt z noster et patris. Nam si pa
tris christ⁹ nõ esset: nõ diceret superius: Propter da
uid seruũ tuũ ne auertas faciẽ christi tui. Sup ipm
aũt florebit sãctificatio mea. Super christũ aũt flo
ret. Nemo hominũ sibi illã assumat: quia ipse sancti
ficat. Aliroquin non erit verũ. Sup ipm aũt florebit
sanctificatio mea. Gloria sanctificationis florebit.
Sanctificatio ergo christi in ipso christo: potestas
sanctificationis dei in christo. Florebit enim q dixit:
ad gloriã vult ptinere. Qñ enim florent arbores tunc
pulchre sunt. Ergo sanctificatio in baptismo: vnde
floret z claret. Unde cessit mũdus huic pulchritudi
ni? Quia in christo floret. Nã pone illã in homine
Esa.40. potestatẽ: quõ floret: qz oĩs caro fenũ: et oĩs clari
tas carnis vt flos feni?

Explicit Tractatus de ps̃. CXXXI.
Incipit Tractatus de ps̃. CXXXII.
Expositio psalmi.

P Salmus breuis est et valde notus: sed val
de est nominat⁹. Ecce q̃bonũ z q̃io
cundũ habitare fratres in vnũ. Ita sonus ille
dulcis est: vt et qui psalteriũ nesciũt: ipm versũ can
tent. Tam dulcis est q̃ dulcis est charitas: q̃ facit
fratres habitare in vnũ. Et hoc quidẽ fratres nõ in
diget interptatiõe aut expositione: q̃ bonũ z q̃ io
cundũ sit habitare in vnũ: Sed ea q̃ sequunt habẽt
aliquid qd pulsanti⁹ aperiat. Uerũtamen vt ab isto
versu de quo dicit nobis intuect⁹ vniuerse texture psal
mi hoc primũ cũ atq; etiã psiderem⁹: verũ de eo⁹
charitate dicitũ sit: q̃ bonũ z q̃ iocũdũ sit habita

re fratres in vnũ: an aliqui sũt certi atq; pfecti qui
habitãt in vnũ: nec ad oẽs ptineat ista bñdictio: sed
ad quosdã a quib⁹ et descendat ad ceteros. Ista enim
vba psalterij: iste dulcis son⁹: ista suauis melodia:
tã in cantico q̃ in intellectu: etiã monasteria pepit.
Ad hũc sonũ excitati sũt fratres: qui habitare i vnũ
cõcupierũt. Iste versus fuit tuba ipsoꝝ: Sonuit p or
bẽ terrarũ: et q diuisi erant: cõgregati sũt i vnũ. Cla
mor dei: clamor spũsancti: clamor ꝓphetic⁹ nõ audie
batur in iudea: z audit⁹ est in orbe terrarũ. Aduersus
istũ sonũ surdi erant inter quos cantabat: z apti au
ribus inuẽti sunt de quib⁹ dictũ est. Quib⁹ non est Esa.52.
nunciatũ de illo videbũt: et qui non audierũt intelli
gent. Uerũtamẽ dilectissimi si psiderem⁹ de illo pa
riete circũcisiõis: pus nata est ista bñdictio. Nõ enim
oẽs iudei pierũt. Et vñ apli filij ꝓphetaꝝ: filij excus Ps.126.
soꝝ: Sicut iam sciẽtib⁹ loquimur. Unde illi qngenti I.Cor.15.
qui dñm post resurrectionẽ viderũt: qd cõmemorat
aplõ Paul⁹? Unde illi centũ viginti q̃ simul erãt in Act.1.
vno loco post resurrectionẽ dñi et ascẽsionẽ i celũ:
quib⁹ in vno loco cõstitutis superuenit spũsanct⁹ die Act.2.
pentecostes missus de celo: sic missus sic ꝓmissus?
Oẽs inde erant: et ipsi primo habitauerũt in vnũ: qui
oĩa q̃ habebãt vendiderũt: rerũq; suarũ pcia ad pe Act.4.
des aploꝝ posuerũt: sicut in Actibus aploꝝ legit:
Et distribuebat vnicuiq; sicut cuiq; op⁹ erat: z ne Act.2.
mo dicebat aliquid ꝓpriũ: sed erant illis oĩa cõmu
nia. Et quid est in vnũ? Et erat illis inquit aĩa vna z Act.4.
cor vnũ: in deũ. Ergo ipsi pus audierũt: Ecce q̃bo
nũ z q̃iocundũ habitare fratres in vnũ. Primi au
dierũt: sed nõ soli audierũt. Nõ enim vsq; ad illos ista
dilectio z vnitas fratrũ venit. Uenit enim z ad poste
ros ista charitatis exultatio z votũ deo. Uouet enim
aliquid deo: et dictũ est. Uouete z reddite dño deo Ps.75.
vestro. Melius est aũt nõ vouere z reddere: q̃ vo Eccle.5.
uere z nõ reddere. Sed debet esse impiger anim⁹ vt
et voueat z reddat: ne cũ se min⁹ idoneum putat ad
reddendũ: piger sit ad vouendũ. Plane nunq; red
det: si de suo se putauerit redditurũ. Ex voce huius
psalmi appellati sunt et monachi: ne quis vobis de
isto nomine insultet catholicis. Qñ vos recte hereti
cis de circũcellionib⁹ insultare cepitis: vt erubescen
do salueñt: illi vobis insultãt de monachis. Primo
si cõparãdi sunt vos videte: si verbis nostris op⁹ ẽ:
iam laboratis: nõ opus est: nisi vt admoneam vnũ
quẽq; vt alter det solũ attẽdat z cõparet. Quid op⁹
est vt verbis nostris cõparent ebriosi cũ sobrijs: p
cipites cũ cõsideratis: furẽtes cũ simplicib⁹: vagan
tes cũ cõgregatis? Sed tñ dicere placuerũt: Quid
sibi vult nomẽ monachoꝝ? Quanto meli⁹ dicimus
nos: quid sibi vult nomẽ circellionũ? Sz nõ inquit
vocant circellones: forte corrupto sono nomis eos
appellam⁹. Dicturi sum⁹ vobis itegrũ nomẽ ipsoꝝ:
Forte circũcelliões vocant: nõ circelliones. Plane
si hoc vocant exponãt qd sint. Nã circũcelliões di
cti sunt: qz circũ cellas vagãt: Solẽt enim ire hac at
q; illac nusq; hñtes sedes z facere q̃ nostis: et q̃ illi
norũt: velint nolint. Uerũtñ charissimi sũt: z q mo
nachi falsi sũt: Et nos nouim⁹ tales: s nõ perijt frat
num pia inter eos q phent qd nõ sũt. Tãdi sunt enim
monachi falsi: z clerici falsi: z fideles falsi. Omnia
ista tria genera fratres mei q̃ aliquãdo vobis com
mendauimus: et vt puto non semel. habent bonos

suos habent malos suos. De tribus em̃ istis gene-
Math. 24. ribus dictũ est: Duo in agro: vnus assumet, et vnus
relinquet: Et duo in lecto: vnus assumet et vn⁹ re-
Ibidem. linquet. Et due in molendino: vna assumetur et vna
relinquet. In agro sunt: qui gubernãt ecclesiã. Vn-
de dicit Apostolus (Videte si nõ in agro erat) Ego plã-
1. Cor. 3. taui: apollo rigauit. sed deus incrementũ dedit. In
lecto aũt eos intelligi voluit: qui amauerũt quietẽ.
Per lectũ em̃ quietẽ voluit intelligi: nõ se miscẽtes
turbis: nõ tumultui generis humani: in ocio seruiẽ-
tes deo: Et inde tamẽ vn⁹ assumet et vnus relinquet.
Sũt ibi probi: et sunt ibi reprobi. Ne expauescatis
quãdo ibi inueniunt reprobi: Nam et latent quidã
Math. 24. qui nõ inueniunt nisi in fine. Due autẽ in molendino
et nomine generis feminini appellauit: plebeos em̃
intelligi voluit. Quare in molendino? Quia in isto
mũdo versant: vbi molẽdinũ intelligit: quia sic ver-
titur mundus iste quõ mola. Et em̃ quos conterit.
Sic ibi versant fideles boni: vt vna ex eis consuma-
tur altera assumat. Quosdã em̃ actiones mũdi faci-
unt dilectores seculi: fraudatores: simulatores. Alij
1. Cor. 7. aũt sic ibi sunt quomõ dicit Apostolus. Et qui vtunt hoc
mũdo tanq̃ nõ vtentes sint. Preterit em̃ figura hu-
E ius mũdi. Volo vos sine sollicitudine esse. Audis q̃
assumet de molendino? Certe em̃ multa peccata vi-
dent ad diuites ptinere. Cũ em̃ plus agunt: et plus
administrãt: et plus ad eos pendet res familiar. am-
pla: difficile est vt nõ plura peccata contrahant. Et
Math. 19. de illo dictũ est: Quia facilius est intrare camelũ p
foramẽ acus q̃ diuitẽ in regnũ celorũ. Et cũ cõtri-
stati essent discipuli p illis de q̃b⁹ tam desperabãt:
Ibidem. cõsolatus est eos dñs dicens: Que hominibus im-
possibilia sunt: deo facilia sunt. Quõ aũt illud facile
facit deus? Audi Apostolũ: si nõ negligas qd̃ p̃ce-
1. Timo. 6. pit. Precipe inquit diuitib⁹ huius seculi nõ super-
be sapere. Inuenis em̃ pauperẽ superbientẽ: diuitem
humilẽ: christianũ bene consideratũ: quia illa omia
q̃ tenent et q̃ tenentur: quia nihil attulit in hũc mun-
dum: nihil potest de mũdo auferre: cogitãtẽ quem-
Luc. 16. admodũ diues ille qui ardebat in flãma apud infe-
ros guttã sibi distillari de digito desiderauit eius qui
micas de mensa eius cõcupierat. Cogitãtes ista: fa-
1. Timo. 6. ciunt qd̃ ait Apostolus: Neq3 sperare in incerto diuiti-
arum: sed in deo viuo qui prestat nobis omia abun-
danter ad fruendũ. Diuites sint inquit in opib⁹ bo-
nis: facile tribuãt: cõmunicẽt: thesaurizent. Et quid
Ibidem. inde illis lucri? Thesaurizent sibi fundamentũ bo-
Math. 24. num in futurũ vt apprehẽdant verã vitã. Ecce que
Luc. 16. assumet de molendino. Qualis aũt diues ille erat q̃
induebat purpura et bysso: et epulabat q̃tidie splen-
dide: et iacentẽ ad ianuã suã pauperẽ contẽnebat?
Relinquet: q̃a de molẽdino vna assumet et vna re-
F linquet. Sic dicit et Ezechiel de tribus psonis in q̃-
Ezech. 14. bus nõ absurde tria hec genera intelligim⁹. Cũ mi-
serit dñs gladiũ in terra: et si fuerint in medio eorũ
noe: daniel et iob: nõ liberabũt filios neq3 filias: sed
ipsi soli salui erunt. Jam illi olim liberati sunt: Sed i
istis tribus nominib⁹: tria genera quedã significa-
uit. Noe significat rectores ecclesie: quia ipse arcam
Gen. 7. in diluuio gubernauit. Daniel aũt vitã quietã ele-
git in celibatu seruire deo: id est vxorẽ non querens:
Erat vir sanctus in desiderijs celestibus vitam ge-
rens temptat⁹ in multis: et inuentus aurũ obrizum.

Dñ quietus erat qui et inter leones securus erat: Er- Dan. 6. et 14.
go in nomine danielis qui etiã vir desideriorum est Dan. 9.
appellatus sed viri p castorũ atq3 sanctorũ: significa-
tur serui dei: de quibus dicit: Ecce q̃ bonũ et q̃ io-
cundum habitare fratres in vnũ. In nomine iob: si-
gnificat vna illa de molendino que assumet. Habe- Math. 24.
bat em̃ vxorẽ habebat filios habebat multas diui- Job. 1.
tias: Et tam multa habebat i isto seculo: vt diabol⁹
hoc ei obijceret: quia nõ gratis sed pter ea que ac- Ibidem.
ceperat colebat deũ. Hoc obiecit aduersari⁹ sancto
viro: et in temptationibus suis pbatus est q̃ gratis
Iob coleret deũ: et nõ pter illa que accepat: sed pro-
pter eũ qui dederat. Amissis itaq3 oibus repenti-
na afflictiõe et temptatione: amissa hereditate: ami-
sis heredibus: sola cõiuge sibi relicta nõ ad consola-
tionẽ sed ad temptationẽ: ait qd̃ nostis: Dñs dedit Ibid. 1.
dñs abstulit: sicut dño placuit ita factũ est: sit nomẽ
dñi benedictũ. Impletũ est in eo qd̃ quotidie cãta-
mus. si et morib⁹ consonem⁹: Benedicã dñm i oi Ps. 33.
tempe: semp laus eius in ore meo. Ergo in istis tri-
bus nominib⁹ significata sunt tria genera hominũ:
et in illis tribus rursus in euãgelio que cõmemora- G
ui. Quid ergo dicit illi qui nobis de nomine mona-
chorũ insultãt? Fortasse dicturi sunt: Nostri nõ vo-
cant circũcelliones: vos illos ita appellatis contu-
melioso nomine: nam nos eos ita nõ vocamus. Di-
cant quid eos vocent: et audietis: Agonisticos eos
vocant. Fatemur et nos honesto nomie: si et res cõ-
ueniret. Sed interim illud videat sanctitas vestra:
Qui nobis dicũt: ostendite vbi scriptũ sit nomẽ mo-
nachorũ: ostendãt vbi scriptũ sit nomen agonistico-
rum. Sic eos appellamus inquiunt pter agonem.
Certant em̃ illi: et dicit Apostolus: Certamen bonum 1. Timoth. 6.
certaui: Quia sunt qui certant aduersus diabolum
et p̃ualent: milites christi agonistici appellant. Uti-
nam ergo milites christi essent: et nõ milites diabo-
li: a quibus plus timet deo laudes: q̃ fremitus leo-
nis. Hi etiã insultare nobis audent: quia fratres cũ
vident homies: deo gratias dicũt. Quid est inqui- In epistol. [illegible]
unt. deo gratias? Ita ne surdus es vt nescias quid
sit deo gratias? Qui dicit: deo gratias: gratias agit
deo. Vide si nõ debet frater deo gratias agere: quã-
do videt fratrẽ suum. Non enim est locus gratula-
tionis: quãdo se inuicẽ vident qui habitant in chri-
sto? Et tamẽ vos: deo gratias nostrũ ridetis: Deo
laudes vestrũ: plorant homines. Sed certe reddit
rationem de nomine quare appelletis agonisticos.
Ita fiat vt appellat⁹: Ita fiat: omnino faueri⁹. Pre-
stet dñs vt illi contra diabolũ certent: et nõ contra
christũ cui⁹ psequunt ecclesiã. Tamẽ quia certant:
dicitis agonisticos: et inuenistis vnde appelletis:
q: dicit Apostolus: Bonũ certamẽ certaui. Qua- 1. Timoth. 4.
re ergo et nos nõ appellem⁹ monachos: cũ dic psal- H
mus: Ecce q̃ bonũ et q̃ iocundũ habitare fratres in
vnũ? Monos em̃ vnus dr̃. Et nõ vn⁹ quocũq3. Nã
et in turba est vn⁹: sed vna cũ multis vnus dici põt:
μοροσ non põt: id est sol⁹. μοροσ em̃ vnus sol⁹
est. Qui ergo sic viuũt in vnũ vt vnũ hominẽ faciãt: vt
sit illis vere quõ scriptũ est: Una aia et vnũ cor: mul- Act. 4.
ta corpa sed nõ multe aie: multa corpa sed nõ multa
corda: recte dicit μοροσ: id est vn⁹ sol⁹. Uñ et ille Joh. 5.
vn⁹ sanabat in piscina. Reddãt nobis et exponãt q̃
insultãt nol monachorũ: quare ille q̃ [illegible]

octo annos habēs in infirmitate: hoc rñdisset dño: Cum cōmota fuerit aqua nō habeo qui me deponat: alius ante me descendit. Descēderat vnus: iam alius nō descēdebat. Vnus solus sanabat: vnitatē ecclesię figurabat. Merito insultant nomini vnitatis: qui se ab vnitate p̄ciderūt. Merito illis displicet nomen monachorū: quia illi nolūt habitare in vnū cū fratribus: sed sequētes donatū: christū dimiserūt. Hec demo et de vno solo audiuit charitas vestra: Iā iocūdemur cū psalmo vt sequētia videam⁹. Breuis est: potest a nobis curri quantum dñs suggerit. Puto enī ex his quę dicta sunt patere posse quę sequūtur. Quia et illa videant obscura. Ecce q̄ bonū et q̄ iocundū habitare fratres in vnū. Ostēdebat qui dicebat: Ecce. Videm⁹ et nos fratres et benedicim⁹ deū et oramus vt dicam⁹ et nos: ecce. Et cui rei similes sint: dicit psalmus: Sicut vnguētū ī capite: qḋ descēdit in barbā barbam aaron. Quod descendit in orā vestimēti eius. Aaron quid erat? Sacerdos. Quis est sacerdos nisi vnus sacerdos qui intrauit in sancta sanctorum? Quis est sacerdos iste: nisi ille q̄ fuit et victima? Et quis est sacerdos nisi ille qui cū in mūdo nō inueniret mundū qḋ offerret: seip̄m obtulit? In capite ipsius vnguētū: quia totus christus cum ecclesia. Sz a capite venit vnguētū. Caput nostrū christus est: Act.1. crucifixū et sepultū, resuscitatū ascendit in celum: et venit spūssanctus a capite. Quo? Ad barbā. Barba significat fortes: barba significat iuuenes: strenuos: impigros: alacres. Ideo qn̄ tales describimus: barbat⁹ homo est dicim⁹. Ergo illud primū vnguētum descendit in apostolos. descēdit in illos qui primos impetus sęculi sustinuerūt. Descendit ergo in illos spūssanctus. Nam et illi qui primū in vnū habitare cęperūt: p̄secutionē passi sunt. Sed quia descenderat vnguētū in barbā: passi sunt nō victi. Etenim et caput iā passum p̄cesserat vn̄ descēdit vnguētum. Precedēte tali exemplo: quis vinceret barbā? Ex illa barba erat stephan⁹ sanctus. Et hoc est non vinci: vt charitas nō vincat ab inimicis. Nam visi sunt sibi vicisse qui p̄secuti sunt sanctos. Illi cędebant: illi cędebant: illi occidebant: illi occidebātur. Quis nō putaret illos vincere: illos vinci? Sed qa nō victa est charitas: ideo vnguētū descēdit in barbā. Attende stephanū. Seruiebat in illo charitas: seuiebat in eos cum audirēt: rogauit p̄ eis cum lapidarent. Act.7. Quid enī ait cū audirent: Dura ceruice et incircūciso corde et aurib⁹: vos semp restitistis spiritui sancto. Vide barbā. Nunquid adulauit? nunqd timuit? Illi cum audirēt ista quę ille dicebant: seuiebant. Quasi seuiebat enī stephā⁹. Seuiebat ore: corde diligebat: et non est ficta ipsa charitas in eo. Nam illi abhorrētes a verbo: tanq̄ tenebrę fugientes a lumine: ad lapides currere cęperūt stephanū Ibidem. lapidare. Sicut antea stephani verba lapidabant illos: sic postea lapides eorū stephanum. Quā debuit plus irasci stephan⁹: qn̄ lapidabat: aut qn̄ audiebatur? Ecce mitis fact⁹ est cum lapidaret: et seuiebat cum audiret. Quare seuiebat cū audiretur? Quia mutare volebat eos a quib⁹ audiebat. Venientib⁹ in se lapidib⁹ nō victa est charitas: quia vnguētū a capite in barbā descēderat: et audierat ab ipso capite: Math.5. Diligite inimicos vestros: et orate p̄ eis qui vos p̄sequūtur. Audierat ab ipso capite pendēte in cruce et dicēte: Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt. Luc.23. Sic ergo vnguētū a capite descēderat in barbam: quia et ille cū lapidaretur fixo genu ait: Domine: ne statuas illis hoc peccatū. Act.7. Ergo ille tanq̄ barba erat. Multi enī fortes erant, et multas p̄secutiōes passi sūt. Sed si neq̄ ā barba descēdisset vnguentū: modo monasteria nō haberem⁹. Sed quia descēdit et in orā vestimenti: sic enī atq̄ descendit in orā vestimēti eius: secuta est ecclesia de veste dñi: pepit monasteria. Nam vestis sacerdotalis ecclesiā significat. Ipsa est vestis de qua dicit Apłus: Vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiā: nō habentē maculā neq̄ rugam. Eph.5. Mundat vt nō habeat maculā. extenditur vt nō habeat rugā. Vbi eā extēdit fullo nisi in ligno? Videmus quotidie a fullonib⁹ tunicas quodāmodo crucifigi. Crucifigūt vt rugā nō habeat. Quid est ergo ora vestimēti? Fratres mei: in orā vestimenti quid accepturi sum⁹? Ora finis vestimēti est. Quid accepturi sumus in fine vestimēti? An quia in fine tempoꝝ habitura erat ecclesia fratres habitātes in vnum? An in ora p̄fectionē intelligim⁹: quia in ora vestimentū p̄ficitur? Et illi p̄fecti qui norunt habitare in vnū: Illi p̄fecti qui legem implent. Quomō autē implent lex christi ab eis qui habitant fratres in vnum? Audi apostolū: Inuicem onera vestra portate: et sic implebitis legē christi. Gal.6. Hęc est ora vestimenti. Quomō fratres mei intelligimus quā oram dicat: quo potuit descendere vnguētū? Non puto q̄ oram vestimenti in laterib⁹ voluit intelligi. Sunt enim orę in laterib⁹: sed a barba descendere vnguētum ad oram potuit quę in capite est. vbi apertū capitium. Tales sunt qui habitant in vnū: vt quomō per oras istas intrat caput hominis vt vestiat se: sic per concordiā fraternā christus intrat qui est caput nostrū vt vestiatur et hęreat illi ecclesia. Quid autē dicit? Sicut ros hermon qui descēdit super montē sion. Hoc voluit itelligi fratres mei gratiā dei esse q̄ fratres habitent in vnū: nō ex suis viribus: nō ex suis meritis: sed ex illi⁹ dono: sed ex illi⁹ gratia. sicut ros de cęlo. Nam enī terra sibi pluit: aut nō quicquid genuerit arescit: nisi pluuia desuper descendat? Dicit quodā loco in psalmo: Pluuiam voluntariā segregans de⁹ hereditati tuę. Ps.67. Quare dixit voluntariā? Quia nō meritis nostris: sed illius voluntate. Quid enī boni meruimus peccatores? Quid boni meruim⁹ iniqui? Ex adam adam. et sup adam multa peccata nascunt. Quisquis nascit: adam nascit: dānatus de damnato: et addidit male viuendo sup adam. Quid enī boni meruit adā? Et tñ misericors amauit: et spōsus dilexit nō pulchrā: sed vt faceret pulchrā. Ergo gratiā dei dixit rorem hermon. Sed hermon qd sit nosse debetis: Mons est qdā longe distanc⁹ ab hierlm̄: nā est a sion. Itaq̄ mirū est q̄ sic ait: Sicut ros hermon qui descendit sup montē sion: cum mons hermon longe sit distanctus ab hierlm̄. Nam trās iordanē esse dicit. Ergo aliquid interp̄tatione hermon quęram⁹. Nomē enī hebręū est: et habem⁹ interp̄tationē ab eis q̄ illā linguā nouerūt. Hermon interp̄tari dicit lumen exaltatū. A christo ergo ros. Nā nullū lumē exaltatū est nisi christus. Quō exaltatū est? Primo in cruce: postea in cęlo. Exaltat⁹ in cruce cū humiliaretur sed

humiliatio illius nõ potuit nisi alta esse. Hominis
dispensatio minus minusq; fiebat: que significabat
in iohãne: dei dispensatio in dño nostro iesu christo
crescebat: Quod et natalib⁹ eoꝝ ostẽdit. Nam ille na/
tus est sicut tradit ecclesia octauo calendas iulias:
cum iã incipiũt minui dies: dñs aũt natus est octa/
uo calendas ianuarias qñ iam dies īcipiũt cresce/
Ioh.3. re. Audi ipsm iohannẽ confitentẽ: Illũ oportet cre/
scere: me aũt minui. Et passiões ipsoꝝ hoc indicant.
Ioh.17.c. Dñs in cruce exaltat⁹ est: ille capite diminutus
est. Ergo lumen exaltatũ christ⁹: Inde est ros her/
B mon. Sed quicũq; vultis habitare in vnũ: optate
rorẽ istũ: cõpluimini inde. Alioquin: nõ poteritꝭ te/
nere qđ ꝓfitemini: Nec ꝓfiteri audere poteritꝭ: nisi
ille intonuerit: nec ꝑmanere poteritis: nisi eius sagi/
na nõ desit vobis. Ipsa enĩ sagina descẽdit sup mon
tem sion. Iam montes sion magni i sion. Quid est
sion? Ecclesia. Et q ibi sũt mõtes? Magni. Quos
significant mõtes? hos significat barba: hos signifi
cat ora vestimẽti. Barba nõ intelligit nisi in pfect.
Nõ ergo habitãt in vnũ: nisi in quib⁹ pfecta fuerit
charitas christiana. Nã in quib⁹ nõ est pfecta chari
tas christi: & cum in vno sint: nõ in vnũ habitãt: Er/
go si sunt: odiosi sunt: molesti sunt: turbulenti sunt:
anxietate sua turbant ceteros: et querũt quid de il/
lis dicant: quõ in iunctura inquietũ iumentũ nõ so/
lum nõ trahit: sed & frangit calcibus quod iũctũ est:
Si aũt habet rorẽ hermon qui descẽdit sup mõtem
sion: quietus est: placatus: hũilis: tolerans: ꝓ mur
mure precẽ fundens. Nam murmuratores omnes
magnifice descripti sunt quodã loco scripturarum.
Eccl.33. Precordia fatui sicut rota carri. Quid est precordia
fatui sicut rota carri? Fenum portat & murmurat.
Nõ enĩ potest rota carri quiescere a murmure. Sic
sunt multi fratres: nõ habitant in vnũ nisi corpore.
Sed qui sunt qui habitant in vnũ? Illi de quib⁹ di/
Act.4. ctum est: Et erat illis anima vna: & cor vnũ in deum:
Et nemo dicebat aliquid suũ esse: sed erant illis om/
nia cõmunia. Designati sunt: descripti sunt: qui ꝑti/
neant ad barbam: qui ꝑtineãt ad orã vestimenti: qui
[illegible]
Ioh.14. [illegible]
[illegible] remanebit. Quia ibi mandauit dñs benedi
p ctionem. [illegible] mandauit? In atrijs? qui habitant
in vnũ. Ibi ꝑcepit benedictionẽ: ibi benedicunt do/
minũ qui habitant cõcorditer. Nã in discordia non
benedicis dñm: Sine causa dicꝭ quia lingua tua so/
nat benedictionẽ dñi: si corde nõ dices. Ore benedi
Ps.61. cebant corde maledicebant. Ore suo benedicebãt: et cor/
de suo maledicebant. Nunquid verba nostra sunt?
Significati sunt quidã. Benedicis dñm cũ oras: et
sequeris in ꝑce tua: & maledicis inimico tuo. Hoc ẽ
Matth.5. quod audisti ab ipso dño: diligite inimicos vestros. Si
aũt facias vt diligas inimicũ tuum et ores ꝓ eo: ibi
mãdauit dñs benedictionẽ suã: Ibi habebis † vi/
[illegible] vsq. tam † in seculum: Id est in eternũ. Multi enim
amãtes vitã istã: maledicũt inimicis suis. Pro qua
re nisi ꝓ ista vita: nisi ꝓ cõmodis secularib⁹? Vbi
te angustauit inimic⁹ tuus: vt cogaris maledicere?
In terra angustatus es: migra: habita in celo. Quõ
inquies habito in celo homo carne indutus? carni
deditus? Corde ꝑcede: vt ꝓsequaris corpore. Noli
surdus audire. Sursum habe cor: et nemo te coan/
gustabit in celo. Et ideo bene sequit et ali⁹ psalm⁹.

Explicit Tractatus de ps̃. CXXXII.

Incipit Tractatus de ps̃. CXXXIII.

Expositio psalmi.

c Ecce nunc benedicite dñm: omnes [illegible]
serui dñi: Qui statis in domo dñi: [illegible]
in atrijs domus dei nostri. [illegible]
atrijs? Atria ampliora spacia domus intell[illegible].
Qui stat in atrijs: nõ angustat: non premi[illegible]
modo delectat. In latitudine mane: & potes dilige/
re inimicũ tuũ: quia nõ ea diligis vbi ab inimico an
gustias patiaris. Quõ intelligeris stare in atrijs?
Sta in charitate: & stas in atrijs. In charitate lati/
tudo est: in odio angustia. [illegible] Ro.2.
gnatio: tribulatio & angustia in omĩ anima homis
opantis malũ. De latitudine aũt charitatis quid di
cit? Quĩ charitas dei diffusa est in cordib⁹ nostris ꝑ Ro.5.
spiritũ sanctũ qui dat⁹ ẽ nobis. Vbi audis diffusio/
nem: intellige latitudinẽ. Vbi audis latitudinẽ: in/
tellige atria dñi: et habebis verã benedictionẽ dñi:
[illegible]
patiunt tribulationẽ: vt gloriẽt i tribulationib⁹:
et dicit eis: Ecce nũc benedicite dñm: oẽs serui dñi.
Quid est: ecce nũc? In hoc tempe. Nã post transa/
ctas tribulatiões manifestũ est quia bñdictioni dñi
[illegible] i domo Ps.83.
tua: in secula seculoꝝ laudabũt te. Qui tũc bñdictu/
ri sunt sine defectu: hic incipiũt bñdicere dñm: Hic
in tribulationib⁹: in temptationib⁹: in molestijs: in/
ter aduersitates seculi: inter īsidias inimici: int frau
des & impetus diaboli: Hoc est: Ecce nunc bñdicite
dñm: oẽs serui dñi: qui statis in domo dñi. Quid ẽ:
qui statis? Qui pseueratis: quia dictũ est de quodã
[illegible] Ioh.8.
[illegible] Ioh.3.
eũ: et gaudio gaudet ꝓpter vocẽ spõsi. Ergo qui sta/
tis in domo dñi in atrijs dom⁹ dei nostri: In no D
[illegible] in sancta:
[illegible] in dieb⁹. [illegible]
Quid est: in dieb⁹? In reb⁹ ꝓsperis. Nox enĩ tristꝭ
res est: dies res est leta. Qñ tibi bñ est: bñdicꝭ dñm:
Qñ filiũ desideras & nascit: bñdicꝭ dñm. Liberata ẽ
vxor tua a ꝑiculo part⁹: bñdicis dñm: Egrotabat fi
lius: liberat: bñdicis dñm. Egrotabat fili⁹: forte q̃si
sti mathematicũ: sortilegũ: forte nõ de lingua sed de
morib⁹ tuis exijt maledictio in dñm: exijt de morib⁹
et de vita tua. Noli gloriari q lĩgua bñdicis: si vita
maledicis. Quõ inquis vita maledico? Quia atten
dit vita tua et dicit: Ecce christian⁹: ecce quales sũt
christiani. Blasphemat ꝓpter te christ⁹. Ecce cũ vi/
ta tua maledicat: qđ ꝓdest q lĩgua tua bñdicit? Be
nedicite q̃ dñm. Qñ? In noctibus. Qñ bñdixit iob? E
Qñ tristꝭ nox erat. Ablata sunt oĩa q̃ possidebãtur:
Ablatis filijs quib⁹ seruabant: q̃tristis nox. Sed
videam⁹ si nõ in noctib⁹ bñdicit. Dñs dedit dñs ab Iob.1.
stulit: sicut dño placuit ita factũ est: sit nomẽ dñi bñ
dictũ. O q̃ nox atrox? Percussus vulnere a capite vs
q; ad pedes: putrefact⁹ liq̃scebat in se. Tũc enĩ eius
[illegible] Iob.2.
Audi bñdicẽtẽ in noctib⁹. Locuta es inquit q̃si vna
[illegible]
manu dñi: mala quare non toleramus? Ecce quid
est in noctibus extollite man⁹ vestras in sancta: & be

nedicite dominū. Quid dixit iob: Locuta es tanq̄
vna ex insipientib⁹ mulieribus. Adam putris repu
lit euā tanq̄ dicens: Sufficit q̄ ꝓpter te mortalis ef
Gē. 3. fectus sum. Valueras in paradiso: sed vincer̄ i ster
core. Magna gratia dei. Sed vnde hoc: nisi qr̄ ros
Ps. 84. hermon cōpluerat illā animā: et dederat dñs suauit
tatē: vt terra nostra daret fructū suū. In noctib⁹ ex
tollite manus vestras in sancta: et benedicite dñm.
Ibidem. Benedicat te dñs ex sion: qui fecit ce
Ps. 127. lum et terram. Plures hortat̄ vt benedicant: et
ipse vnū benedicit: quia ex plurib⁹ vnū fecit. Quia
bonū et iocundū est habitare fratres in vnū: Plu
ralis numer⁹ fratres: sed singularis habitare i vnū.
Ideo benedicat te dñs ex sion: qui fecit celū et ter
ram. Nemo vestrū dicat: Ad me nō puenit ista bñ
dictio. Puta: quis est quē benedixit: Benedicat te
dñs ex sion: Vnū benedixit. Esto vnū et in vno: et
perueniet ad te benedictio.

Explicit Tractatus de ps̄. CXXXIII.
Qui est vltimus Cantici graduum.
Incipit Tractatus de ps̄. CXXXIIII.

Expositio psalmi.

Vide nobis dulce esse debet: et dulce nobis
esse gaudendū est: quo nos psalmus iste co
hortatur. Dicit enim:

Laudate nomen dñi. Causamq̄ ipsam
quare iustū sit vt laudemus nomē dñi: cō
tinuo subiecit: Laudate serui dñm.
Quid iustius: quid dignius: quid gratius: Etenim
si nō laudauerint serui dñm: superbi: ingrati: irreligio
si erūt. Et quid faciūt nō laudādo dñm: nisi vt seue
rum sentiāt dñm: Neq̄ eñ seruus ingratus si dñm
suum laudare noluerit: ideo efficit vt seruus non sit.
Laudes: nō laudes: seruus es. Sed si laudes ꝓpitia
bis: si nō laudes offendis. Bona ē exhortatio et vti
lis: Vnde magis satagere debem⁹ quēadmodū lau
dandus sit deus: q̄ dubitare laudādū. Laudate er
go nomen dñi. Hortat̄ nos psalmus: hortatur nos
ꝓpheta: hortat̄ nos spirit⁹ dī: hortat̄ postremo nos
ipse dñs vt laudemus dñm. Non eñ laudib⁹ nostris
ille crescit: sed nos. Deus nec melior fit si laudauer̄:
nec deterior ē si vituperauer̄: Sz tu laudādo bonū
melior eris: vituperādo deterior: Bon⁹ aūt ille ma
net vt est. Si eñ seruos suos ipsos bene de se meri
tos: p̄dicatores verbi sui: rectores ecclesię suę: vene
ratores nominis sui: obtemperatores mādati sui: id
docet vt in cōsciētia sua habeāt dulcedinē bonę vitę
suę: ne corrūpant̄ laudibus: ne frangant̄ vituperatio
nibus hominū: quāto magis ipse incōmutabilis su
per oīa qui hęc docet: nō vtiq̄ maior fit si laudaue
ris: nec minor si vituperaueris: Sed qm̄ nobis expe
dit laudare dñm: misericorditer iubet vt laudemus
eum: nō arrogāter. Audiam⁹ ergo quid dicat: Lau
date nomen dñi: laudate serui dñm. Nō aliquid in
congruū facitis laudando serui dñm. Et si semp tā
tūmodo serui essetis: deberetis laudare dñm: quan
to magis debetis laudare dñm serui: vt esse merea
mini et filij: Sed qm̄ scriptū est in alio psalmo: Re
Ps. 32. ctos decet laudatio: Et vt alibi scriptū est: Non est
Eccli. 15. speciosa laus in ore peccatoris: Itemq̄ alibi dicit:
Ps. 49. Sacrificiū laudis glorificauit me: Et ibi via est in q̄
Ibidem. ostendā illi salutare dei. et consequenter: Peccatori
aūt dixit de⁹: vt quid tu enarras iusticias meas: et

assumis testamētū meū p̄ os tuū: tu aūt odisti disci
plinam: et proiecisti sermones meos post te: Ne forte
te quisq̄ qm̄ dictū est laudate serui dñm. etiam in
domo ista magna fuerit malus seru⁹: putet sibi pro
desse laudē dñi. cōtinuo quales sint qui laudare de
beant dñm subijcit et docet: Qui statis in do
mo dñi: in atrijs domus dei nostri. Qui sta Ps. 121.
tis: nō qui ruitis. Illi aūt stare dicunt̄ qui in māda
tis eius pseuerant: qui in fide nō ficta: et spe firma: et
charitate sincera seruiūt deo et honorāt ecclesiā ei⁹:
et nō dant offensionē male viuēdi eis qui venire vo
lunt: et in via lapides offensionis inueniunt. Ergo
q̄ statis in domo dñi laudate nomē dñi. Grati esto
te ne sitis erecti. Quia ergo statis: parū ne est vo
bis: vbi laudādus est q̄ vos erexit iacētes: et fecit in
domo sua stare: et ipm agnoscere ipmq̄ laudare: Par
uum ne hoc bñficiū est q̄ stam⁹ in domo dñi: Hic
interim in hac pegrinatiōe: in hac domo qd̄ etiā pe
grinatiōis tabernaculū dicit̄: qr̄ hic stamus: nunqd
parū grati esse debem⁹: Nōne cogitādū est qr̄ hic
stamus: Nōne cogitādū est qd facti fuerim⁹: Nō
ne cogitandū est noctis vbi iacebam⁹: et quo collecti
sum⁹: Nōne cogitandū est: qr̄ oēs impij dñm nō q̄
rebant: et ipse illos nō q̄rentes q̄siuit: ipse inuētos ex
citauit: ipse excitatos vocauit: ipse vocatos introdux
it: et in domo sua stare fecit: Hęc quisq̄s cogitat et i
gratus nō est: omnino despicit se pr̄ amore dñi sui a
quo sibi tanta p̄stita sunt. Et qm̄ nō habet quid pro
tantis bñficijs deo retribuat: qd̄ ei restat: nisi grati
as agere et nō rependere: Ad ipam gratiarū actionē
ptinet: et calicem dñi accipe et nomē eius inuocare. Ps. 115.
Illi quid retribuat dño seruus p̄ oībus q̄ retribuit
illi: Ergo qui statis in domo dñi in atrijs dom⁹ dei
nostri: Laudate dñm. Quid dicturus sum q̄
re laudetis: Qm̄ benignus dñs. Breui vno
verbo explicata est laus dñi dei nostri. Bon⁹ dñs:
sed bon⁹ nō vt sunt bona q̄ fecit. Nā fecit deus oīa Gē. 1.
bona valde: Nō tātū bona: sed et valde. Celū et ter
ram et oīa quę in eis sunt fecit bona et valde bona fe
riculosior est. Ideoq; reges quāto sunt i maiore feli-
L citate terrena: tanto magis humiliari deo debēt. Et
[illegible] quid faciāt? Quoniā audierūt omia verba
oris tui. O dn̄e: omnia verba oris tui nescio i qua
gente abscōdita erant: lex et pphete omia verba oris
tui: Sed i gente iudeorū sola: erāt oīa verba oris tui.
Quā gentē laudans aplus ait: Quid ergo ampli' est
Rom. 3. iudeo? Aut que vtilitas est circūcisionis? Multū per
omnē modū. Primū quidē: q credita sunt illis elo-
quia dei. Ibi erant verba dei. Sed da mihi illū Ge-
deon quēdā sanctū virum tpe iudicū: Videte quale
Iudic. 6. signū petiuit a dn̄o: Ponā inquit vellus in area: cō-
pluat vellus: area sicca sit. Et factū est: complutū est
Ibidem. vellus solū: area sicca erat. Petit iterū signū: area
tota cōpluta sit: et solū vellus siccū inueniat. Et hoc
factū est: cōpluta est area sicco vellere. Primo com-
plutū vellus sicca area: postea compluta area sicco
vellere. Quid vellus? videt area orbis: Nōne orbis
terrarū? Quid vellus? Tanq; gens iudea in medio
orbe terrarū habens gratie sacramentū: nō in mani-
festatione: sed in nube secreti: tanq; in velamēto plu-
uiā in vellere. Venit temp' quādo reuelaret pluuia i
area: manifestata est non operta. Factū est ergo qd
dictū est: Cōfiteant tibi dn̄e oēs reges terre: qm au-
dierūt omnia verba oris tui. Quid est qd abscon-
debas? Qd diu abscōdebas? Expressum ē vellus: exijt
de te pluuia. Solus christ' suauitas pluuie: Ipsum
solū nō agnoscis in scripturis: ppter quem facte sunt
scripture. At vo omnes reges terre confiteant tibi
dn̄e: qm audierūt omnia verba oris tui. Et can- M
tent in vijs dn̄i: quoniā magna est gloria
domini. Cantent in vijs dn̄i reges terre. In quib'
vijs dn̄i cantēt? De quib' supra dictū est: In miseri-
Ps. 24. cordia tua et veritate tua: qm vniuerse vie dn̄i mise-
ricordia et veritas. Nō q sint reges terre supbi: sed hu-
miles sint. Tūc cantēt i vijs dn̄i si hūiles sint: amēt
et cantabūt. Nouim' viatores: et cantatores: Cantāt
et puenire festināt. Sunt cantica mala tanq; veteris
hoīs: sed canticū nouū ptinet ad hominē nouum.
Ambulēt q et reges terre in vijs tuis: ambulēt et can-
tent in vijs tuis. Quid cantent? Qm magna est glo-
ria dn̄i: nō regū. Vide quomō reges voluit cantare i
vijs hūiliter portantes dn̄m: nō se extollētes aduer-
N sus dn̄m. Nam si se extulerint quid sequit? Qm
excelsus dn̄s et hūilia respicit. Volūt q reges
respici? Hūiles sint. Quid si se extulerint in superbiā?
Latere ipsi' oculos possunt? Ne forte q audisti hu-
milia respicit: superbus velis esse, et dicas in aīa tua:
Humiles respicit deus: me non respiciat: faciā qd vo-
lo. Quis enī me videt? Hoīem latet: de' nō vult me
videre q hūilis nō sū: ille aūt hūilia respicit: qd vo-
lo facio oportune. O importune: nunqd h diceres si
scires quid amare deberes? Ecce si nollet te videre
deus: hoc ipm non times q te nō vult videre? Si sa-
lutes aliquē maiorē patronū tuū: et intentus i aliud
nō te videat: quō tibi aīa dolet? Si autē de' te nō vi-
deat: securū te putas? Nō te videt saluator: et videt
depdator et dānator? Et tn̄ et ipse te de' videt. Nō te
putes nō videri: imo roga vt merearis videre a q vi-
Ps. 33. deris. Dictū est enī: Oculi dn̄i sup iustos. Quia non
sup iniustos? faciant q qd volūt iniusti. oculi domini
super iustos. Sequat adhuc: Et aures eius in pces
eorū. Iniusti aūt qui securos se putabant: q nō sunt
oculi dn̄i sup eos: nō timēt: q nō sunt aures eius ad
pces eorū. Nōne melius et oculi eius sup nos: et au-
res eius ad pces nostras? Sed cum facis ea sup que
vis esse oculos dn̄i: tūc mereris pcibus tuis et aures
dn̄i: et tamē male faciēdo a te nō auertis oculos dn̄i.
Ibidem Quid enī ibi sequit? Vultus autē dn̄i sup facientes
malū. Sed ad quid? Vt perdat de terra memoriā eo-
rum. Vides te videri: vides te latere nō posse? Cum
ergo quicqd feceris videat: quare hoc non facis vn̄
placere merearis? Ergo et hic quid? Qm magna est
gloria domini: qm excelsus dn̄s et humilia respicit:
O Excelsa autē quasi nō respicit. Humilia enī respicit.
Et excelsa quid? A longe cognoscit. Quid [illegible]
sibi q ptulit supbus: nisi vt a longe videat: nō vt non
videat? Nec putes te ideo securū esse debere: q mi-
nus te bn̄ videt: q a longe te videat. Tu enī qd alō-
ge vides nō bene vides: Deus etsi alonge te videt:
pfecte te videt: et tecū nō est. Hoc agis nō vt minus
pfecte videaris: sed vt nō sis cum illo a quo videris.
Ps. 33. Ut vobis humiles quid sibi pmittat? Prope ē dn̄s his qui
obtriuerūt cor. Erigat se q supbus quantū voluerit:
certe in alto habitat de': in celo est de'. Vis tibi ppin-
quet? Humilia te. Nā tanto a te erit altior: quāto tu
elatior. Excelsa aūt alonge cognoscit. Si ambu- P

lauero in medio tribulationis viuificabis me. Verū est: In quacūq; tribulatiōe fuerit: cōfite/
re: inuoca: liberat te: viuificat te. Sed tamē aliquid
hic debemus meli⁹ intelligere: quo iam familiarius
inhereamus deo: dicamusq; ei: Cito exaudi me dñe.
Dixerat eni: Excelsa a longe cognoscit: et excelsa su
perba nō norunt tribulationē. Nō norunt inq; tribu
Ps. 114. lationē: de qua dicit alio loco: Tribulationē et dolo
rem inueni: et nomē dñi inuocaui. Quid eni magnū
si tribulatio te inueniat? Si aliquid pateris: tu inue
nis tribulationē. Et quis est inquis q̄ inueniat tribu
lationē? Aut q̄s illā vel querat? In medio tribulati
onis es et nescis. Vita ista parua tribulatio est? Si
nō est tribulatio: nō est pegrinatio. Si autē pegrina
tio est: aut parū patriā diligis: aut sine dubio tribu
laris. Quis eni nō tribulet nō se esse cum eo qd desi
deret? Sed vnde tibi nō videt ista tribulatio? Quia
non amas. Ama alterā vitā: et videbis quia ista vita
tribulatio est: quacūq; psperitate fulgeat: quibusli
bet delicijs abundet atq; circūfloreat: Qm nondū est
illud gaudiū sine vlla temptatione certissimū qd no
bis in fine seruat de⁹: sine dubio tribulatio est. Ergo
intelligam⁹ et huius tribulationē fratres: Si ambu
lauero in medio tribulationis: viuificabis me. Non
sic ait tanq; diceret: Si forte euenerit mihi tribula
tio aliqua: libera inde me. Sed quō? Si ambulaue
ro in medio tribulatiōis viuificabis me: id est aliter
nō viuificabis me: nisi in medio tribulationis ambu
lauero. Ve ridentibus: beati lugentes. Si ambula
uero in medio tribulationis viuificabis me. Sup
L iram inimicoꝝ meoꝝ extendisti manū tuā:
et saluū me fecit dextera tua. Seuiant inimici:
quid possunt facere inimici? Pecuniā tollere: expo
liare: pscribere: in exiliū mittere: doloribus tormen
tisq; cruciare: ad postremū si pmissi fuerint et occide
rē. Nūquid et ampli⁹? Tu aūt dñe sup irā inimicoꝝ
extendisti manū tuā. Sup id qd mihi possunt facere
inimici tu extēdisti manū tuā. Nō eni inimici possūt
me separe a te. Tu autē amplius vindicas: q2 adhuc
differs me. Sup irā inimicoꝝ meorū extendisti ma
nū tuā. Seuiat quātum pōt inimicus: nō me sepat a
deo. Tu autē dñe adhuc me nō recipis: adhuc me in
pegrinatione cōteris: adhuc gaudium dulcedinēq;
Ps. 35. tuā nō pbes: Nōdū inebriasti me ab vbertate dom⁹
tue: et torrēte voluptatis tue nōdum potasti. Apud
te eni est fons vite: et in lumie tuo videbimus lumē.
Sed ecce dedi pmitias spiritus: et credidi in te: et ser
Ro. 7. et 8. uio mente legi dei: tamē in nobis met ipsis adhuc in
gemiscim⁹: adoptionē expectātes redemptionē cor
poris nri. Hāc aūt vitā nobis peccātibus dedit de⁹:
Ge. 3. vbi etiā necesse est vt conterat adā in sudore et labore
vultus sui: cum terra ei tribulos et spinas parit. Nū
quid aliquis inimic⁹ plus potuit pcurare? Sup irā
inimicoꝝ meoꝝ extendisti manū tuā: sed tū nō ad de
sperationē. Sequit eni: Et saluum me fecit dextera
R tua. Potest et sic intelligi sup irā inimicoꝝ meoꝝ ex
tendisti manū tuā: Inde et aūt tu inimicis vindicasti me
Ps. 111. de inimicis. Peccator videbit et irascet: dentib⁹ suis
fredet et tabescet. Vbi sūt qui dicebāt: Pereat nomē
christianoꝝ de terra? Certe aut mortui aut cōuer
tunt. Ergo sup irā inimicoꝝ extendisti manū tuā.
Ps. 40. Qd enī dicit qd scriptū est: Inimici mei dixerūt ma
la mihi: qn morietur et pibit nomē eius? qn delebit no/
mē christianoꝝ de terra? Cum dicūt ista: partim cre
diderunt: partim perierūt: pauci timidi remāserunt.
Quāta ira inimicoꝝ seuiebat qn sanguis martyrum
fundebat? Quō se putabant nomē christianū delere
de terra? Sup iram inimicoꝝ meoꝝ extēdisti manū
tuā: et saluū me fecit dextera tua. Ecce illi qui marty
res psequebant: memorias martyrū inquirunt: aut
vbi adorāt: aut vbi se inebriāt: gtūt tn̄. Sup irā ini
micoꝝ meoꝝ extēdisti manū tuā: et saluū me fecit dex
tera tua. Scdm desideriū saluū me fac dextera tua.
Et quo quidē saluat dextera tua. nā est altera salus in S
sinistra. Salus tpalis et carnalis in sinistra est: salus
eterna cū angelis in dextera est. Ideo ipsa in ipsa in no
[illegible] sedere ad dexterā dei. Non Mar. 16.
eni deus habet in seipso dexterā aut sinistrā: sed dex
tera dei dicit felicitas illa: que qn oculis ostendi nō
pōt: tale nomē accepit. Hac dextera tua saluū me fe
cisti: nō sm salutē tēporalē. Nā Crispina occisa est:
Sed nūquid deseruit illā deus? Non illā fecit saluā
in sinistra sed fecit in dextera. Machabei quāta tor 2. Mach. 7.
mēta ppessi sunt? Tres autem pueri in medio ignis Daniel. 3.
[illegible] ambulādo laudauerūt deū. Illos saluos i dex
tera: istos etiā in sinistra. Aliqn ergo nō saluat in si
nistra sanctos suos: sed semp saluat i dextera. Impi
os autē plerūq; saluat in sinistra: nō saluat in dexte
ra. Nam illi qui psequebant Crispinā: sani erant in
corpore. Illa occisa est: illi viuūt. Illos et saluos in sini
stra et illā in dextera. Et saluū me fecit dextera tua. T
Dñe retribues pro me. Ego nō retribuo: tu Al. Dominus
retribues pro me. Seuiant inimici quātū libet: tu retri retribuet.
bues qd ego nō possum. Dñe retribues pro me. In
ipso capite nostro attēdite. Reliquit eni nobis exem 1. Pet. 2.
plū vt sequamur vestigia eius qui peccatū nō fecit:
nec inuētus est dolus in ore eius: qui cū malediceret
nō maledicebat dicēs: Dñe retribues pro me. Cū iu Ibidem.
dicaret nō cōminabat: sed cōmendabat se illi iniuste
iudicanti. Quid est dñe retribues pro me? Ego inquit Ioh. 8.
nō quero gloriā meā: est q̄ querat et iudicet. Nō vos Rom. 12.
metipsos vindicātes charissimi aplus dicit: sed date
locū ire. Scriptū est enī: Mihi vindictā et ego retri Deut. 32.
buam dicit domin⁹. Dñe retribues pro me. Est hic V
alius intellect⁹ nō negligēdus: et forte magis eligen
dus. Dñe iesu christe retribues pro me. Ego eni si red Ps. 68.
dā rapui: Tu qd nō rapuisti soluisti. Dñe retribues
pro me. Vide illū retribuentē pro nobis. Venerunt qui
tributū exigerēt. Exigebāt tributū didrachma: id
est duas drachmas in vno homie. Ventū est ad do
minū vt solueret tributū: i no nō ad ipsū sed ad disci
pulos: et dictū est ad illos: Magister vester nō soluit Matth. 17.
tributū? Illi retulerūt ad dñm. Et ille: Reges terre a
qb⁹ exigūt tributū: a filijs suis: an ab alienis? Rñde
runt: Ab alienis. Ergo inqt liberi sunt filij. Sed tn̄ ne
scādalizem⁹ eos: ait petro. Vade mitte hamū i ma Ibidem.
re: et q̄ pm⁹ piscis ascēderit: aperi os ei⁹ et inuenies sta
therē: id est duas drachmas. Stather pōderis gen⁹
est habēs q̄tuor drachmas. Inuenies ibi: da illis p
me et te. Dñe: retribues pro me. Merito habem⁹ pri
mū piscem hamo captū: hamo cōphensum. Primū
surgentē de mari: primogenitū a mortuis. In eius
ore inuenimus duas didrachmas: id est quattuor
drachmas: In eius ore inuenimus quattuor euāge
lia. Istis quattuor drachmis ab exactiōe hui⁹ seculi
liberamur: Per quattuor euāgelia debitores nō re/

manebimus. Ibi enim peccata nostra omnia soluũ/
tur. Retribuit ergo pro nobis: Gratias misericordię
ipsius. Nihil debebat: p se nõ reddidit. sed p nobis
Joh. 14. reddidit. Ecce inquit veniet princeps mũdi huius: et i
me nihil inueniet. Quid est: in me nihil iueniet? Nul
lũ peccatũ in me inueniet: quare occidat me: non ha/
Ibidem. bet. Sed vt sciant omnes aut quia voluntatẽ patris
mei facio: surgite eamꝰ hinc. Quid est: surgite eamꝰ
hinc? Id est nõ ex necessitate: sed voluntate patior:
reddens qđ non debeo. Dñe retribues p me. Do/
Al. in seculũ. mine misericordia tua in ęternũ. Quid desi/
Iere. 17. derẽ? Nõ diem hominũ. Non laboraui subsequẽs
te domine: et diem hominũ nõ cõcupiui tu scis. Ecce
martyr sancta Crispina si desideraret diem hominũ
negaret christũ. Plus hic viueret: sed in ęternũ non
viueret. Maluit i ęternũ viuere: q̃ paulo ampliꝰ tẽ/
poraliter viuere. Denique domine misericordia tua i
ęternũ: nõ ad tempꝰ volo liberari. Misericordia tua
i ęternũ: q̃ martyres liberasti: Et sic cito de hac vita
Al. et Et. abstulisti. Dñe misericordia tua in ęternũ. Opera
manuũ tuarũ ne despicias. Nõ dico: Domi/
ne ne despicias opera manuũ mearũ: nõ me iacto de
Ps. 76. opibus meis. Exquisiui dominũ manibꝰ meis nocte
corã eo: et non sum deceptus: sed tamẽ non cõmendo
opera manuũ mearũ. Timeo ne cũ inspexeris: inue/
nias plura peccata q̃ merita. Hoc solum rogo: hoc
dico: hoc impetrare desidero. Opera manuũ tuarũ
ne despicias. Opus tuũ in me vide: non meũ. Nam
meũ si videris damnas: tuũ si videris coronas: quia
et quęcũque sunt opera bona opera mea: abs te mihi
sunt: et ideo tua magis q̃ mea sunt. Audio quippe ab
Eph. 2. apostolo tuo: Gratia salui facti estis p fidem: et hoc
nõ ex vobis: sed dei donũ est: nõ ex opibus: ne forte
quis extollat. Ipsius eñ sumus figmentũ creati in
christo iesu in opibus bonis. Ergo siue in eo qđ ho/
mines sumus: siue in eo qđ ex nostra impietate mu/
tati et iustificati sumus: domine opera manuũ tuarũ
ne despicias.

Explicit Tractatus de ps. CXXXVII.
Incipit Tractatus de ps. CXXXVIII.

Pręfatio.

p Salmũ nobis breuem paraueramus: quem
mãdaueramus cantari a lectore: sed ad ho/
rã quãtum videt pturbatus: alterũ p altero
legit. Maluimus nos in errore lectoris sequi volun/
tatẽ dei: q̃ nostrã in nostro proposito. Si ergo vos in
eius prolixitate aliquãdiu tenuerimꝰ: nobis nõ impu/
tetis: sed credatis deum nos nõ infructuose laborare
voluisse. Neque eñ frustra in primo peccato nostro pę/
Gen. 3. nam accepimus: vt in sudore vultus nostri panẽ mã
ducemus. Tñ si panis est attendite. Panis autẽ est
Joh. 6. si christus est. Ego sum inquit panis viuus q̃ de cęlo
descẽdi. Quẽ manifestatũ nobis habemꝰ i euãgelio:
2. Cor. 3. ipsum quęramꝰ et in prophetis. Hũc ibi nõ vident sup
quorũ cor adhuc velamẽ positum est: Unde audiuit
charitas vestra hesterno die. Nobis autẽ q: sacrifi/
Matth. 27. ciũ vespertinũ crucis domini cõscidit velũ: vt pate/
ent iam templi secreta: q̃uis nobis christus pdicat:
Gen. 3. etsi cum labore et sudore mãducandus est panis. Lo/
quit autem dominꝰ noster iesus christus in prophetis
aliquãdo ex psona capitis nostri: qui est ipse christus
Marci. 15. saluator: sedẽs ad dexterã patris: qui etiã pter nos
Luce. 2. et. 23. natus de virgine: et sub pontio pilato qualia nostra
passus est fuso innocente sanguine quod est precium
nostrũ: redemit nocentes a captiuitate in qua detine
bamur a diabolo: donando nobis delicta: et ipso pre/ Col. 2.
cio nostro sanguine suo delens chirographũ quo de/
bitores tenebamur. Ipse est rector et sponsus et re/
demptor ecclesię caput nostrũ: Et vtique si caput est:
habet corpus. Corpus aũt eius sancta ecclesia: quę
etiã cõiunx eius: cui dicit apostolus: Uos autẽ estis 1. Cor. 12.
corpus christi et membra. Totus itaque christꝰ caput
et corpus: tanq̃ integer vir: quia et femina de viro fa/
cta est: et ad virũ ptinet: Et dictũ est de primo cõiugio:
Erunt duo in carne vna. Hoc aũt ad mysteriũ inter/ Gen. 2.
ptat apostolꝰ non frustra esse dictũ de illis duobus Eph. 5.
hominibꝰ: nisi q: in eis iam figurabat christus et ec/
clesia. Nam hoc sic exponit apostolꝰ: Erunt duo in
carne inquit vna: Sacramentũ hoc magnũ est: Ego
autẽ dico: in christo et ecclesia. Dicit etiã ipsum adã Roma. 5.
formã futuri: qui est inqt forma futuri. Si ergo adã
forma futuri: quõ de latere dormientis eua facta est: Gen. 2.
sic ex latere domini dormiẽtis: id est in passione mo/
rientis et in cruce pcussi de lancea manauerũt sacra/ Joh. 19.
menta quibus formaret ecclesia. Nam de futura ea/
dem passione sua sic dicit i alio psalmo: Ego dormi/ Ps. 3.
ui et somnũ cepi et exurrexi: quia dominꝰ suscepit me.
Ergo dormitio intelligit passio. Eua de latere dor/
mientis: ecclesia de latere patiẽtis. Loquit ergo do/
minus noster iesus christus in prophetis: aliqñ ex voce
sua: aliqñ ex voce nostra: quia vnũ se facit nobiscũ:
sicut dictũ est: Erunt duo in carne vna. Unde dicit et Gen. 2.
ipse dñs in euangelio cũ de cõiugio loqueret: Igit Matth. 19.
iam nõ sunt duo: sed vna caro. Una caro: quia de no/
stra mortalitate carnẽ suscepit. Nõ autẽ vna diuini/
tas: q: ille creator: nos creatura. Quicquid igit do/
minus loquit ex psona suscepte carnis: et ad illud ca/
put ptinet qđ iam ascendit in cęlũ: et ad ista membra
quę adhuc in terrena pegrinatiõe laborãt: Pro qui/
bus laborãtibꝰ mẽbris cum ea Saulus psequeret: Act. 9.
clamauit de cęlo: Saule saule quid me persequeris?
Audiamus ergo loquẽtem dominũ nostrũ iesum chri/ C
stum in prophetia. Cantati eñ sunt ipsi psalmi longe
anteq̃ dñs de maria virgine nasceret. nõ anteq̃ do/ Luce. 2.
minus esset. Sempr eñ creator omniũ: aliqñ autẽ et
natus ex creatura. Diuinitatẽ eñ illam credamus: et
quãtũ possumꝰ intelligamus ęqualẽ patri: Sed illa
diuinitas patri ęqualis: facta est pticeps mortalita/
tis nostrę: nõ de suo sed de nřo: vt et nos efficeremur
pticipes diuinitatis eius: nõ de nostro sed de ipsiꝰ.

Expositio psalmi.

D Omine pbasti me et cognouisti me.
Dicat hoc ipse dominꝰ iesus christus: dicat
et domino patri. Nõ eñ dñs eius pater eiꝰ:
nisi q: dignatꝰ est nasci fm carnẽ. Pater est dei: do/
minꝰ hominis. Uis nosse cui pater est? Ęquali sibi fi/
lio. Apostolus dicit: Qui cũ in forma dei esset: nõ ra/ Phil. 2.
pinã arbitratꝰ est esse se ęqualẽ deo. Huic formę pater
est deꝰ: ęquali sibi formę: vnigenito filio nato de sub/
stantia sua. Propter nos aũt vt reficeremur et effice/
remur pticipes diuinitatis eius repati ad vitã ęter/
nã: q: ipse vt dixi factus est pticeps mortalitatis no/
strę: Quid de illo ait aplus ibi vbi dixerat: Qui cũ i
forma dei esset: nõ rapinã arbitratus ẽ esse se ęqualẽ
deo? Sed semetipsum inqt exinaniuit formã serui ac/ Ibidem.
cipiẽs: in similitudine hominũ factꝰ: et habitu inuẽtus

vt hõ. Erat aũt in forma dei equalis patri: ⁊ accepit formã serui qua minor ẽ patre. Unde vtrũqȝ dicit in [Ioan. 14.] euãgelio: ⁊ ego ⁊ pater vnũ sumus: ⁊ quia pater maior me est. Ego ⁊ pater vnum sumus ſm formã dei: pater maior me est ſm formã serui. Ergo quia et pater et dominꝰ est: pat forme dei: dñs forme serui. Dicat ergo ipse nec miremur: nec scandalizemur: qȝ filius dei vnicꝰ dicit: Dñe pbasti me et cognouisti me. Probasti: ⁊ cognouisti: Nõ qȝ nõ nouerat: sed quia aliis notum fecerat. Probasti me inquit ⁊ cognouisti me:

D Tu cognouisti sessionem meã ⁊ resurrectionem meã. Quid hic sessio: Quid hic resurrectio: Qui sedet humiliat se. Sedit ergo dominꝰ in passione: surrexit in resurrectiõe. Tu inquit hoc cognouisti. id est tu voluisti tu approbasti: ſm voluntatẽ tuã [Ps. 48.] factã est. Si aũt volueris accipe vocẽ capitis ex psona corporis: dicamus ⁊ nos: Tu cognouisti sessionẽ meã ⁊ resurrectionẽ meã. Sedet eñ homo quando humiliat se in penitẽtia: surgit aũt remissis peccatis: quãdo erigit in spem vite eterne. Propterea ⁊ i alio [Ps. 126.] psalmo dicit: Surgite postea ꝙ sederitis qui manducatis panẽ doloris. Panem doloris penitentes mã[Ps. 41.]ducant q cantant in alio psalmo et dicũt. Facte sunt mihi lachrime mee panes die ac nocte. Quid ẽ eñ surgite postea ꝙ sederitis: Nolite exaltari: nisi prius humiliati fueritis. Multi enim volũt surgere anteꝙ sederint: volũt se iustos videri: ante ꝙ peccatores se esse confessi sunt. Ergo si et psona capitis nostri accipis: sic intellige: Tu cognouisti sessionem meã ⁊ resurrectionẽ meã: passionẽ meã: ⁊ resurrectionẽ meam. Si ex psona corporis: Tu cognouisti sessionẽ meã ⁊ resurrectionẽ meã. coram oculis tuis et peccata cõfessus sum. et tua gratia iustificatus sum.

E [illegible] Intellexisti cogitationes meas de longinquo. Quid ẽ de longinquo: Cum adhuc in pegrinatione sum: anteqȝ ad illam patriã veniã: tu cognouisti cogitationẽ meã. Attende illũ filiũ minorẽ: qȝ ipse etiã factus est corpus christi: ecclesia de gentibꝰ veniẽs. Ierat q pe[Luce. 15.]tii longinquã filius minor. Duos eñ filios habebat quidã paterfamilias: Filiꝰ maior nõ longe ierat: sed in agro opabatur: ⁊ significat sanctos in lege facientes opa ⁊ pcepta legis. Genus aũt humanũ qd defluxerat i idolorum culturã: in longinquo fuerat pegrinatũ. Quid tã longe ab eo qui fecit te: ꝙ figmentũ qd tibi [Ibidem.] ipse eẽ fecisti: Profectus est ergo filiꝰ minor in regionẽ longinquã: portãs secũ substantiã suã: ⁊ sicut nouimus in euãgelio dissipauit eam viuẽs pdige cum meretricibꝰ: ⁊ famẽ passꝰ applicuit se cuidã principi regionis illiꝰ. Et ille eũ porcos pascẽdos pposuit: de quorum silliquis ⁊ reliquiis cupiebat saturari: nec poterat. Et post laborẽ ⁊ [illegible] ⁊ tribulationẽ ⁊ egestatẽ: venit illi i mentẽ ⁊ pater: ⁊ voluit redire: ⁊ sic ait: Surgã: ⁊ ibo ad patrem meũ. Surgã dicit: sederat eñ. Eius ergo vocẽ hic agnosce dicẽtis: Tu cogñuisti sessionẽ meã ⁊ resurrectionẽ meã. Sedi in egestate: surrexi in desiderio panis tui: Intellexisti cogitatiões meas de longinquo: Lõge eñ erã pfectꝰ: Sed vbi nõ est quẽ deseruerã: Intellexisti cogitatiões meas de lõginquo. Propterea sic dicit dñs in euãgelio: Quia occurrit

F [Ibidem.] illi pater venienti. Vere: qȝ intellexerat cogitationes eius de longinquo. Semitã meã ⁊ limitẽ meũ inuestigasti. Semitã inquit meã quã nisi mala: qua ille ambulauerat vt patrẽ desereret. [illegible] oculis

esse possit ab oculis vindicãtis. Aut vero illa egesta [Luce. 15.] te contereret: aut porcos pascere poneret: vbi pater volebat flagellare longinquũ vt reciperet [illegible]. Ergo tamqȝ dependens [illegible] sequẽte se vindicta legitima dei vindicãtis in affectiões nostras quacũqȝ ieri[illegible] ⁊ quocũqȝ [illegible] Tamqȝ ergo [illegible] loquit: Semitã meã ⁊ limitẽ meũ inuestigasti. Quid est semitã meã: Qua pfectus sũ. Quid est: limitẽ meũ: Quousqȝ pueni. Semitã meã ⁊ limitẽ meũ inuestigasti. Limes meus ille longinquꝰ nõ fuit longe ab oculis tuis: [illegible] ierã ⁊ tu ibi eras. Semitã meã ⁊ limitẽ meũ inuestigasti:

Et oẽs vias meas puidisti. Nõ dixit vidisti: ſ puidisti. Anteqȝ eas irẽ: anteqȝ eas ambularẽ puidisti eas: Et permisisti me i labore ire vias meas: vt si nollem laborare: redirẽ ad vias tuas. Quia nõ est [Ps. 13. Orta. etc.] dolus in lingua mea. Quare hoc dicit: Quia ecce fateor tibi: ambulaui semitã meã: factꝰ sum longinquus a te: Discessi a te cũ quo mihi bñ erat: ⁊ bono meo male mihi fuit sine te. Nã si bñ mihi esset sine te: nollẽ forsitan redire ad te. Ergo iste cõfitẽs peccata sua dicẽs corpꝰ christi iustificatũ: nõ in se: sed in illꝰ gratia. dicit nõ est dolus in lingua mea.

G Ecce tu dñe cognouisti oĩa nouissima ⁊ antiqua. Cognouisti nouissima mea qñ porcos paui. Cogno[Luce. 15.]uisti antiqua mea qñ a te partẽ substãtie mee expetiui. Antiqua: fuerunt mihi exordia malorũ nouissimorum. Antiquũ pctm̃ qñ lapsi sumꝰ: Nouissima pena: cũ in istã mortalitatẽ laboriosaȝ periculosamqȝ puenimꝰ: Atqȝ vtinã nobis ista sint nouissima. Erit ista nouissima si iam redire voluerimꝰ. Est eñ alia quibusdaȝ impiis nouissima: quibꝰ dicet: Ite in ignẽ eternũ q [Math. 25.] p paratus est diabolo ⁊ angelis eius. Nos autẽ fratres [illegible] deseruimꝰ [illegible]. Usqȝ ad huiꝰ vite mortalitatẽ sufficiat labor noster. Recordemur panẽ pa[Luce. 15.]tris nostri: recolamꝰ beatitudinẽ domus patris nři. Nõ nos delectent siliquę porcorum: doctrinę demoniorũ. Ecce tu dñe cognouisti oĩa nouissima ⁊ antiqua mea. Nouissima quo pueni: antiqua vbi te offendi:

Tu finxisti me ⁊ posuisti sup me manũ tuã. [illegible] Finxisti me. Ubi: In ista mortalitate iam ad labores: ad quos oẽs nati sumus. Nõ eñ quisqȝ nascit: nisi quem deus finxerit in vtero matris sue: Aut vlla creatura ẽ cuiꝰ nõ est ille plasmator. Sed finxisti me i isto labore: ⁊ posuisti sup me manũ tuã: vindicẽ manũ grauantẽ supbũ. [illegible] salubriter deiecit elatũ: vt erigat humilẽ. Tu finxisti me ⁊ posuisti sup me ma[illegible]nũ tuã. Mirabilis facta est scientia tua ex me: inualuit: nõ potero ad illã. Aliquid obscu[illegible]rũ quidẽ [illegible] cũ pariter dulcedine intelligẽ ad vertẽtes audiat. Moyses sanctꝰ dei erat famulꝰ cũ q [Exod. 33.] loqbatur deꝰ p nubẽ: [illegible] loquẽs vtiqȝ p assumptã creaturã loquebat seruo suo: id est nõ p substãtiã suã sed p assumptã aliquã corpalẽ creaturã p quã voces illi [illegible] et humanis atqȝ mortalibꝰ auribꝰ psonaret. [2. de trini. 15.] Sic eñ loqbat tũc deꝰ: non quõ loquit in suba sua. Quõ eñ loquit i suba sua: Locutio dei: verbũ dei ẽ: Verbũ dei [illegible]. Verbũ illud nõ sonat ⁊ trãsit [illegible] [illegible] manet verbũ p qd facta sunt oĩa. Cui [Ps. 101.] [illegible] ipsa est eni sapiẽtia dei [illegible] Mutabis ea ⁊ mu[illegible]tabunt: tu aũt idẽ ipe es. Et alio loco de sapiẽtia cũ scriptura diceret [illegible] manens [illegible] oĩa. [Sap. 7.] [illegible]

ꝓpter incõmutabilitatē nō ꝓpter i mobilitatē: τ eodē
mō se semꝑ babēs: nullo loco: nl'lo tpe variata: nusq̃
aliter q̃ⷫ bic aut ibi: nunq̃ aliť q̃ⷫ nūc aut antea: ipsa
est locutio dei. Locutio ꝟo illa q̃ fiebat ad moysen:
ad hoīem fiebat ꝑ syllabas ꝑtranseūtes sonos. Non
autē fierēt ista: nisi de⁹ assumeret talē creaturā ꝑ quā
bmōi sermonē τ voces emitteret. Moyses sanctus
nouerat istā locutionē dei assumptis qbusdā corpo-
reis creaturiſ fieri: τ sic desiderauit τ cōcupiuit vide-
Exo.33. re ipsi⁹ speciē dei: τ loquēn secū deo dixit: Si inueni
gratiā ante te: ostēde mibi temetipm. Cū h vebemenť
cōcupisceret: τ boc quadā si dicendū est amica fami
liaritate: qz ipe dignat⁹ ē: extorqre vellet deo vt vide-
ret eius maiestatē τ faciē: quō dici pōt facies dei: ait
Ibidem. illi: Non potes videre faciē meā: Nemo eñ vidit fa-
ciē meā: τ vixit: Sed ponā te in specula petrę: τ trāsi
bo: τ ponā sup te manū meā: cū aūt trāsiero: posteri-
ora mea videbis. Et ex bis verbis natum est alterū
enigma id est obscura quędā figura rerū. Cū trāsie-
ro: posteriora mea videbis dicit deus: q̃si ex alia pte
babeat faciē: ex alia dorsum. Absit a nobis tale aliqd
de illa maiestate sentire. Nā q hoc sentit de deo: qd
ei pdest qd templa dei clausa sūt: Idolū i corde suo
fabricat. Sunt ḡ in illis verbis magna mysteria. Lo-
quebať dñs: vt dixi per creaturā: quō vellet famulo
1. de trini. 17. suo: Intellecta ē illic psona ipsi⁹ dñi τ saluatoris nři
Phil. 2. iesu christi. Qui quidē fm formā dei q̃ equalis ē pa-
tri: similiter oculis būanis inuisibilis est sicut τ pať. Si
1. Cor. 1. eñ sapiētia būana videri oculis nō pōt: virt⁹ τ sapi-
entia dei videri oculis carneis pōt: Sed qz erat dñs
oportuno tpe carnem suscepturus: vt oculis etiā car
neis ꝓpter salubritatē curādę virt⁹ mētis appareret:
qñ ita apparere opus esset. Hoc ꝑdicens moysi figu
Exo. 33. rate ait: Faciē meā videre nō potes: posteriora mea
videbis sed cū trāsiero: Ut aūt nō videas faciē meā:
manus mea erit sup te. Transire qd fuit dño: nisi qd
Ioh. 13. euāgelista dicit: Cū aūt venisset bora vt trāsiret ie-
sus de hoc mūdo ad patrē: Nā ipm transitū signifi-
cat pascba. Qd eñ bebraico verbo dicit pascba: la-
tine transit⁹ interptať. Quid est: faciē meā nō vide-
B bis: sed posteriora mea videbis: Cuius psonā gere-
Exo. 33. bat ille moyses: qñ ei dictū est: Faciē meā non vide-
bis: sed posteriora mea videbis: τ hoc cū trāsiero: vt
aūt nō videas faciē meā ponā sup te manū meā: Fa-
ciē suā dixit: ꝑma sua: τ quodāmodo posteriora sua:
trāsitū de boc mūdo passiōis suę. Apparuit iudeis:
nō eū cognouerūt. Eorū psonā gerebat moyses qñ
ei dicebať: Faciē meā nō potes videre. Qñ autē nō
viderūt deū in carne positū: Quia grauata erat sup
Esa. 6. eos man⁹ dñi. De illis eñ dixerat Esaias: Incrassa
Ioh. 12. cor ppľi bui⁹: τ oculos eorū graua. Et eorū vox est in
Ps. 31. alio psalmo: Qm̃ grauata est sup me man⁹ tua. Ut ḡ
nō cognoscerēt tunc diuinitatē christi: grauati sunt:
1 Cor. 2. Si eñ cognouissent: nunq̃ dñm glorię crucifixissent:
Nō crucifixo aūt dño: sanguis eius nō redimeret or-
bē terrar. Quid egit de⁹ nisi qd ait aplus: altitudinē
Roma. 11. diuitiarū sapiētię τ sciētię dei: vbi exclamat O altitu
do diuitiarū sapiētię τ sciētię dei: q̃ⷫ incōpꝛebēsibilia
sunt iudicia eius: et inuestigabiles vię ei⁹: Quis eñ
cognouit sensum dñi: aut qs cōsiliari⁹ eius fuit: aut
qs ꝑor dedit illi τ retribueť ei: Qm̃ ex ipo τ ꝑ ipm τ
in ipo sunt oia: ipi gloria in secula seculor. Impletū ḡ
Ibidem. dixit: qz superius dixerat: Cecitas ex pte isrl' facta est:
vt plenitudo gentiū intraret: τ sic oīs isrl' saluus fie-
ret. Excecati sunt ḡ ex pte iudei: merito supbię suę: qz
se iustos dicebant: τ excecati crucifixerūt dñm. Po- Exo. 33.
suit sup eos manū suā ne viderēt eum: donec trāsiret Ioh. 13.
ille de h mūdo ad patrē. Videam⁹ si postea q̃ⷫ trāsiit
viderūt posteriora ei⁹. Resurrexit dñs: apparuit di- Ioh. 20.
scipulis suis τ oib⁹ q in eū iā crediderāt: nō eis a qb⁹
crucifix⁹ erat: qz sup illos manū posuerat donec trāsi
ret. Ascēdit autē in celū quadraginta dieb⁹ factis cū Act. 1.
discipulis suis: Impleto autē die pentecostes misit Act. 2.
eis spm̃sanctū: Repleti spūsancto ceperunt oīm lin-
guis loqui q in vna nati erāt: τ vnā solam didicerāt.
Expauerūt τ exborruerūt tātū miraculū multi eorū Iudei.
q crucifixerāt dñm. cōpuncti corde de tanto miracu-
lo: quęsierūt cōsiliū ab aplis qd facerēt postea q̃ⷫ eis
ꝑdicatus est christ⁹ mirantib⁹ vñ idiotę bomies lin-
guis omnib⁹ loquereň. Per petrū igiť aplm annū-
ciato eis christo quē in cruce cōtemplerāt. quē tanq̃
mortalē bominē irriserāt: cui ꝓpterea insultabant qz
de cruce nō descēdebat: cū vtiq̃ maius multo fuerit Math. 27.
qd fecit de sepulchro resurgere: q̃ⷫ de cruce descēde-
re: annūciato ḡ christo sibi dixerūt: Quid faciem⁹:
Illi q secuti erūt in dñm quē videbāt: iam ꝑsiliū petūt
salutis: τ dictū est eis: Agite penitentiā: et baptizeť Act. 2.
vnusqsq̃ vestrū in noīe dñi nři iesu christi: et dimit-
tenť vobis peccata vestra. Ecce viderūt posteriora Exo. 33.
eius: cui⁹ faciē videre nō potuerūt. Man⁹ eñ eius
erat sup oculos eorum: nō semꝑ: sed donec trāsiret.
Postea q̃ⷫ trāsiit: ablata est man⁹ ab oculis eor. Ablata
ta manu ab oculis suis: dicūt discipulis: qd faciem⁹:
Primo seui: postea pii. ꝑmo iniqui: postea timidi. pri-
mo duri: postea flexi. ꝑmo ceci: postea illuminati. Pu C
to qd agnoscam⁹ et in hoc psalmo voces bmōi etiā
gentiū recordantiū infidelitatē suā. Cōclusit eñ de⁹ Roma. 11.
oēs in infidelitate: vt oīm misereať. Tu finxisti me τ
posuisti sup me manū tuā. Mirificata est scia tua ex
me: inualuit: τ nō potero ad illā: Veluti posuisti sup
me manū tuā: Mir⁹ mihi fact⁹ es: nō te cōpꝛebēdo
cū quo erā. Qñ facilis mihi erat vult⁹ patris qñ dixi:
Da mihi substantiā meā q me cōtingit. Ecce ꝓfectus in Luce. 15.
regionē longinquā τ fame cōtrito multū mihi est: et Ps. 71.
labor ē ante me nō possū redire qd dimisi. Mirifica-
ta est eñ inqt scia tua ex me. Ex peccato meo factū ē
vt mirificata mihi esset: τ incōpꝛebēsibilis mihi existe
ret. Nā erat mihi facilitas cōtemplādi te: qñ non in
supbia reliquerā te. Mirificata est inqt scientia tua ex
me. Inualuit: non potero ad illā. Subaudis ex me.
Nō potero ad illam ex me: Cū ergo potero: nō po-
tero nisi ex te. Ecce inuenies in longinquo fugiēdo:
nō latere oculos eius a quo fugit. Et quo itur⁹ est iā
cui⁹ limes est inuestigat⁹: Videte qd dicit. Quo D
ibo a spiritu tuo: Spūs eñ dñi repleuit orbē ter Sap. 1.
rarū. Quis pōt fugere in mūdo ab illo spū quo ple-
nus est mūdus: Quo abibo a spū tuo: Et q a fa-
cie tua fugiā: Locū quęrit quo fugiat ab ira dei.
Quis ē loc⁹ recepturus fugientē deū: Homines q susci
piūt fugitiuos ꝑrunt ab eis a q fugerunt: τ quē seruū
inuenerint aliqui⁹ dñi minus potētis: tanq̃ sine vllo
timore suscipiūt: dicētes in corde suo: non babet iste
talē dominū: a quo possit inuestigari. Cum aūt au-
dierint dominū potentē: aut nō suscipiūt: aut cū ma-
gno timore suscipiūt. Et quia bomo potens falli po-
test. Ubi non est deus: Quis fallit deū: Quem non

videt deus? A quo fugitiuũ suum non repetit deus? Quo ergo ibit fugitiuus iste a facie dei? Vertit se huc atq; illuc: quasi querẽs locũ fuge sue. Si ascẽdero in celũ tu ibi es: si descendero in infernũ ades. Tandem cognouisti male fugitiue nullo pacto te posse fieri longe ab eo a quo longinquare voluisti. Ecce ille vbiq; est: Quo tu iturus es? Inuenit consiliũ: et hoc ab illo qui eũ iam reuocare dignatur inspiratũ. Si ascendero in celum tu ibi es: si descendero in infernũ ades. Si me extulero te inuenio repressorem: si me abscõdero: te inuenio inquisitorem: et non inquisitorẽ tm̃ sed et inuestigatorẽ. Si em̃ superbiero de iusticia mea: tu ibi es cuius ẽ vera iusticia. Si peccando venero in profundũ malorũ. et contempsero dicẽs: Quis me videt: in inferno: quis em̃ confitebitur tibi? Etiã illic ades vt vindices. Quo ergo iturus sum vt a facie tua fugiam: id est iratum te non sentiã? Hoc consiliũ inuenit: Sic fugiam inquit a facie tua: sic fugiã a spiritu tuo: ab vltore spiritu: a vindice facie sic fugiam. Quomõ? Si recipiam pennas meas in directũ: et habitauero in extremo maris: Sic possum fugere a facie tua. Si i extrema maris vult fugere a facie dei: ibi non erit ille a quo fugit: de quo dixit: si descendero in infernũ ades? Mirum si in extremis maris nõ est: qui nec apud inferos deest. Sed noui inquit quõ fugiam ab ira tua. Recipiende sunt penne mee nõ in prauũ sed in directũ: vt nec in superbiã erigar presumptionẽ: nec in perditã mergar desperationẽ. Quas pennas vult assumere: nisi duas alas: duo precepta charitatis? In quibus duobus preceptis tota lex pendet et prophete. Has inquit alas: has pennas si recipiam sic: et habitabo in extremis maris: possum fugere a facie tua ad faciẽ tuam: et a facie irati ad faciẽ placati. Quid enim est extremũ maris: nisi finis seculi? Illuc iam volemus spe et desiderio: habẽtes alas gemine charitatis: nõ sit nobis requies: nisi in extremis maris. Nã si alibi requiẽ hr̃e voluerimus: in mare precipitabimur. Volemus quousq; finiatur mare: suspendamus nos pennis gemine dilectiõis: Ad deũ interim spe volemus: et illum finem maris spe fideli premeditemur. Quis autẽ nos perducat attendite: Ille ipse cuius faciem irati volumus fugere. Quid em̃ sequitur? Si descendero in infernũ ades: si recipiã pennas meas in directum. Recipiã inquit. Ergo amiserat. Si recipiã pennas i directum: et habitabo in nouissima maris. Etenim illuc manus tua deducet me: et adducet me dextera tua. Hoc meditemur fratres charissimi: hec sit spes nr̃a: hec sit cõsolatio nostra: Recipiamus pẽnas per charitatem quas amisimus per cupiditatẽ. Cupiditas em̃ viscum facta est pennarum nostrarum: elisit nos de libertate aeris nostri: id est aurarum illarũ liberarũ spiritus dei. Inde elisi perdidimus pennas et fuimus quodãmodo captiuati in aucupis potestate: Inde nos sanguine suo redemit quẽ fugimus vt caperemur. Nutrit nobis pẽnas de preceptis suis: erigimus iam eas sine visco. Nõ amemus mare: sed volemus in extrema maris. Nemo trepidet: sed nemo de pennis suis presumat: quia et pẽnatos nisi ipse erigat: nisi ipse deducat: precipitabimur in profunda maris lassati et fatigati: q̃si presumẽtes de viribus nostris. Opus ergo est vt habeamus pennas: et opus est vt ipse deducat. Adiutor em̃ noster est. Habemus liberũ arbitriũ: sed ipso libero arbitrio quãtum possumus: nisi nos adiuuet ille q̃ iubet? Etenim illuc manus tua deducet me: et adducet me dextera tua. Et cõsiderans longinquitatẽ vie q̃d [illegible] Et dixi forsitan tenebre cõculcabunt me. Ecce em̃ iam credidi in christũ: iam erigor duabus alis gemine charitatis: et abũdat iniquitas [illegible] quoniã abũdauit iniquitas refrigescet charitas multorũ: Sic dixit dñs: Qm̃ abundauit iniqtas: refrigescet charitas mltorum. In ista vita inter tanta scãdala: inter tã multa peccata: inter tantas turbas quotidianarũ tẽptationũ: quotidianarũ suggestionũ malarũ: q̃d facio inquit? Quõ perueniã ad extrema maris? Audio terribiliter a dño: Qm̃ abũdauit iniquitas: refrigescet charitas mltorum. Deniq; [illegible] Qui perseuerauerit vsq; i finẽ hic saluus erit. Attẽdens longitudinẽ vie: dixi mihi: fortasse tenebre cõculcabũt me. Et nox illuminatio mea in delitijs meis. Facta est mihi nox illuminatio: quia in nocte me desperaueram posse transire tm̃ mare: et tantã viam superare: et venire ad extremũ perseuerando vsq; i finem. Gratias illi q̃ me quesiuit fugitiuũ: qui terga mea flagelli plaga percussit: qui me vocãdo ab interitu reuocauit: qui fecit mihi i illuminatã noctẽ. Nox est em̃ q̃diu ista vita agitur. Quõ est nox illuminata? Quia christus descendit in noctẽ. Accepit christus carnem de isto seculo: et illuminauit nobis noctẽ. Perdiderat em̃ drachmã mulier illa: accendit lucernã. Sapiẽtia dei perdiderat drachmã. Quid ẽ drachma? Nũmus: in quo nũmo imago erat ipsius imperatoris nostri. Factus est em̃ homo ad imaginẽ dei: et perierat. Et quid facit mulier sapiens? Accendit lucernã. Lucerna de luto est: sed habet lucẽ qua inueniatur drachma. Lucerna q̃ sapiẽtie: caro christi: De luto facta est: sed verbo suo lucet: et inuenit perditos: et nox illuminatio in delitijs meis. Facta est mihi nox in delitijs. Delitie nostre christus. Videte queadmodum de illo mõ gaudeamus. Clamores isti vestri: gaudia ista vestra vnde sunt nisi in delitijs? Unde autẽ iste delitie: nisi quia nox illuminata est: nisi quia dñs christus nobis predicatur? Quia q̃siuit vos anteq̃ quereretis eũ: et inuenit vos vt inueniretis eũ. Et nox illuminatio mea i delitijs meis. Quia tenebre nõ obtenebrabuntur a te. Tu q̃ non tenebras tenebras tuas: et deus illas nõ tenebrat sed magis illuminat: quia illi dictũ est: sicut canto i alio psalmo: Tu illuminabis lucernam meã: dñe deus meus illuminabis tenebras meas. Qui autẽ tenebrãt tenebras suas quas deus nõ tenebrat? Homies mali: homies peruersi. Cũ peccãt vtiq; tenebre sũt: cũ nõ cõfitentur peccata sua q̃ fecerũt sed insuper defendũt: tenebrãt tenebras. Ergo iam si peccasti: in tenebris es: sed confitendo tenebras tuas: mereberis illuminari tenebris tuis. Defendendo autem tenebras tuas: tenebraberis tenebris tuis. Et quãdo euades a duplicibus tenebris: q̃ in simplicibus laborabas? Vñ aũt dñs nõ tenebrat tenebras nr̃as? Quia nõ nos sinit impunita hr̃e peccata. Flagellat nos in istis laboribus: et erudit nos. Tota ista miseria generis hũani in q̃ gemit mũdus: noueritis frẽs quia dolor medicinalis est: nõ sentẽtia penalis. Videtis quia dolor vbiq;: vbiq; metus: vbiq; necessitas: vbiq; labores: Crescit auaria: sed in malis. Si ad hoc deus hic talibus flagellis erudit nos: vt nõ tenebrẽt tenebre nr̃e

Margin notes (left): L | Si ascẽdero. | Prouerb. 18. | Ps. 6. | P | Si sumpsero. | volucculo. | Si habitabo. | Matth. 22. | Q | Et tenebit.

Margin notes (right): R | Et dixi forsitan. | Matth. 24. | Ibidem | S | Luce. 15. | Gen. 1. | Luce. 15. | T | Et ideo: Quia non obtenebrabunt | Ps. 17.

agnoscamus nos sub pena flagelli esse: et bñdicamus
deũ miscentẽ iã amaritudines dulcedini vite tp̄alis:
ne tp̄aliũ deliciaꝝ delectatiõe cecati: nõ desideremus
delitias eternas: nec velim⁹ finire mare et habitare ĩ
nouissimo maris. Seuiãt ẽ fluct⁹ maris. Quãto pl⁹
seuiunt fluctus maris: tanto se illa cũ pennis colũba
suspẽdit. Nõ ẽ tenebrat de⁹ tenebras nr̃as: q̄ miscet
flagella peccatis nostris: et amaritudines prauis dul-
cedinibus nr̃is. Nõ nos tenebremus tenebras nr̃as
defendendo peccata nostra: et nox illumiãtio in deli-
I ciis nostris: Qm̃ tenebre nõ obtenebrabunt a te. Et
Al. illum. nox tanq̄ dies illuminabit. Nox tanq̄ dies.
Dies nobis p̄speritas seculi: nox nobis aduersitas
seculi. Sed si cognoscam⁹ ob meritũ peccatoꝝ nr̃o-
rũ nos aduersitates pati et dulcia nobis sunt flagella
patris: ne sit amara sentẽtia iudicis: sic habebim⁹ te-
nebras noctis hui⁹: quõ lumẽ noctis hui⁹. Si nox ẽ
quõ ibi lux est? Nox est: q̄ erratur hic a genere hũa-
no. Nox est: q̄ nõdum venim⁹ ad illũ diẽ quẽ nõ co-
artat hesternus et crastin⁹: sed est dies ꝑpetuus: sine
ortu: q̄ sine occasu. Nox est ẽ hic: sed quãdam lucẽ
suã nox ista habet: et tenebras suas. Quare sit gene-
raliter nox dictum⁹. Que est lux noctis hui⁹? Prospe-
ritas et felicitas seculi hui⁹: Gaudiũ tp̄ale: honor tẽ-
poralis: q̄si lux ẽ noctis hui⁹. Aduersitas aũt et ama-
ritudo tribulationũ vel ignobilitas: tanq̄ tenebre sũt
noctis huius. In hac nocte: in hac mortalitate vite
hũane habẽt homĩes lucẽ: habẽt homĩes tenebras:
Lucẽ p̄spitatẽ: tenebras aduersitatẽ. Sed vbi vene-
rit dñs iesus christ⁹ et habitauerit aĩaꝫ p fidẽ: et p̄mi-
serit aliã lucẽ et inspirauerit: et donauerit patientiã: et
monuerit hoĩem nõ delectari p̄spero: ne frãgat ad-
uerso: incipit hõ fidelis indifferenter vti mũdo isto:
nec extolli q̄n res p̄spere accedũt: nec frangi q̄n res
aduerse sũt: sed vbiq̄ dñm bñdicere: nõ solũ q̄n abũ-
dat: sed etiã q̄n amittit: nõ solũ q̄n san⁹ est: sed etiã q̄n
Ps. 33. egrotat: vt sit in illo vera illa cãtatio: Bñdicã dñm ĩ
omĩ tp̄e: semp laus ei⁹ ĩ ore meo. Si ẽ semp et q̄n lu-
cet nox ista: et q̄n obscura est nox ista: q̄n arridet p̄spe-
ritas: q̄n tristis est aduersitas: semp sit laus ei⁹ ĩ ore
K tuo: et fiet tibi qđ mõ dictũ est: Sicut tenebre ei⁹
ita et lumẽ eius. Nõ me cõculcant tenebre ei⁹: q̄
nõ me extollit lumẽ ei⁹. Ecce habes lumẽ ipsi⁹ ĩ iob:
Iob. 1. Abũdabat oĩb⁹ reb⁹. Lux noctis illi⁹ diuitiis p̄ma
describit. Quãtis reb⁹ et quãta copia redũdabat: lux
erat noctis eius. Putauit inimic⁹ p̄pterea illũ talẽ vi-
rũ colere deũ: q̄ illa oĩa donauerat ei: et petiuit vt au-
ferrent ab eo. Facte sunt tenebre noctis illi⁹: q̄ p̄mo
habebat lucẽ. Nouerat tñ ille: siue lux ibi esset: siue
tenebre: illã noctẽ esse: in q̄ pegrinaret a deo suo: et ha-
bebat interiorẽ lucẽ ip̄m deũ suũ: p quã lucẽ interio-
rẽ indifferẽter haberet siue tenebras noctis illi⁹: siue
lucẽ. Propterea q̄ in luce noctis illius: id est in rerũ
abũdãtia colebat deũ: ablatis illi oĩb⁹ reb⁹. postea q̄
Ibi. 1. facte sũt tenebre illi⁹: quid dixit ille? Dñs dedit: dñs
abstulit: sicut dño placuit ita factũ est: sit nomen dñi
bñdictũ. In nocte sum quadã vite huius: Dñs inq̄t
habitat cor meũ: illuminauit mihi solaciis quibusdã
noctem: q̄n dedit copias rerũ tempaliũ: Subtraxit
ipsã lucẽ tp̄alẽ: et q̄si tenebrata est nox. Sed q̄ sicut
tenebre eius: sic et lumẽ eius: Dñs dedit: dñs abstu-
lit: sicut dño placuit ita factũ est: sit nomẽ dñi bñdi-
ctũ. Nõ sum tristis in nocte hac: q̄ sicut tenebre ei⁹:
ita et lumẽ eius. Viuã p̄ tristes: Et q̄ gaudent tanq̄ nõ 1. Cor. 7.
gaudẽtes sint: et qui flent tanq̄ nõ flentes sint: q̄ sic
tenebre eius ita et lumẽ eius. † Qm̃ tu possedi- Y Al. † tu creasti.
sti renes meos † dñe. Non sine causa sicut tene- Al. † nõ habet.
bre eius: sic et lumẽ ei⁹. Intus est possessor q̄ nõ solũ
cor tenet: sed etiã renes: nõ solũ cogitatiões: sed etiã
delectatiões. Ipse ẽ possidet vnde me delectaret ali-
q̄d lucis ĩ nocte: ipse tenet renes meos: Nõ noui de-
lectari nisi de luce interiore sapiẽtie ipsius. Quid ẽ?
Nõ delectaris de p̄speritate reꝝ: de felicitate tẽpoꝝ:
de honorib⁹: de diuitiis: de familia? Non delector
inq̄t. Quare? Quia sicut tenebre eius ita et lumẽ ei⁹.
Vnde tibi ista indifferẽtia: vt sicut tenebre ei⁹: sic sit
tibi et lumẽ eius? Vnde? Quoniã tu possedisti renes
meos domĩe: Suscepisti me de vtero matris Z
mee. Dũ essem in vtero matris mee: nõ indifferent
habebã tenebras illius noctis et lucem illius noctis.
Etenim vterus matris mee: ꝯsuetudo ciuitatis mee
fuit. Que est illa ciuitas? Que nos ꝯgenuit in capti-
uitate. Nouimus babyloniã illam: de qua hesterno
die locuti sumus: vnde p̄ficiscunt omnes qui credũt
et suspirãt illi luci hierusalẽ celesti. Ergo ego dixi: ex
vtero m̃ris mee suscept⁹ sum a dño: inde mihi tene-
bre noct' hui⁹: et lux hui⁹ noct' indifferẽtes facte sũt.
Qui aũt ẽ in vtero matris illi⁹ babylonie gaudet p̄-
speris seculi: frangit aduersitatibus seculi: non nouit
gaudere nisi aliq̄d p̄sperũ eueniat s̃m temp⁹: nec no-
uit cõtristari: nisi aliquid aduersum eueniat s̃m tem-
pus. Iã exi de vtero babylonie: incipe cantare hym-
nũ dño: Egredere et nascere: suscipiet te deus ex vte-
ro matris tue. Quis deus? Deus ille ap̄li pauli qui ℞
dixit: Cum autẽ placuit deo q̄ me segregauit de vte- Gal. 1.
ro matris mee reuelare filiũ suũ in me. Que enĩ erat
mater ei⁹? Synagoga. Et ibi quid didicerat: nisi qđ
habebant et didicerãt ipsi iudei et ipse p̄ illos? Nomẽ
in illis remãserat laudis dei: facta autẽ in eis nõ inue-
niebant. Erant in eis verba dei: quasi folia in arbo-
re: et fructus nullus. Talẽ arborẽ fici sicut nostis: cum Marc. 11.
domin⁹ inuenisset: maledicto arefecit. Inuenit enim
in ea folia: et fructũ nõ inuenit. Quãdã nobis arborẽ
figurabat. Nã fructuũ eoꝝ temp⁹ nõdum erat. Nõ
oẽs homĩes nouerant: artifex celi et terre non noue-
rat? Ergo ille qui paulũ segregauit ab vtero matris
sue: ipse et nos segregauit ab vtero matris nr̃e. Cui⁹
matris nostre? Babylonie illi⁹. Suscepti ẽ ex vtero
illo: iam incipiam⁹ hr̃e aliam spem. Promisit fr̃es
quare gaudetis: fructus facite positi ĩ alia spe. Iam
nõ nouim⁹ malũ nisi offendere deũ et nõ perduci ad
illa que p̄misit: nec nouim⁹ bonũ nisi p̄mereri deũ
et p̄duci ad illa que p̄mittit. Quid illa bona mũdi hu-
ius et mala mũdi hui⁹? Indifferẽter habeam⁹: q̄ iã
suscepti ab vtero matris nostre indifferẽter ea hñtes
dicim⁹: Sicut tenebre ei⁹: sic et lumẽ ei⁹. Nec felici-
tas hui⁹ seculi nos beatos facit: nec aduersitas mise-
ros. Opus ẽ iusticiã tenere: fidẽ diligere: sperare ĩ deũ:
diligere deũ: diligere et p̄ximũ. Post istos labores
habebim⁹ indefessam lucẽ: habebim⁹ diem sine oc-
casu. Transit quicq̄d est in ista nocte lucidum et tene-
brosum: Qm̃ tu possedisti renes meos dñe: suscepi-
sti me ex vtero matris mee. Confitebor tibi * do- ℞ Al. * non habet
mine quoniã terribiliter * mirificatus es. * magnificatus
Terribiliter mirificatus es: eoipso q̄ te miramur: tu
terribilis es: cum tremore gaudem⁹. Timemus enĩ

ne de bonis tuis nos extollentes per superbiam: mereamur amittere quod humilitate percepimus. Cōfitebor tibi dn̄e quoniam terribiliter mirificatus es: Mirabilia
Al' non habet nimis opera tua: [illegible] et anima mea cognoscet valde. Jam cognoscit aīa mea valde: quoniam suscepisti me ex vtero matris meę. Antea vero mirificata est sciētia tua ex me: inualuerat nec poterā ad illā. Ergo ex me inualuerat: nec poterā ad illam. Unde modo aīa mea cognoscet valde: nisi quia nox illuminatio in delitijs meis est: nisi quia venit mihi gratia tua et illuminauit tenebras meas: nisi quia tu possedisti renes meos: nisi quia tu suscepisti me ex vtero matris meę:

AA
Al' vocabulū a greco Non est absconditū os meū a te quod fecisti in abscondito. Ossum dicit. Quod vulgo dicitur ossum: latine os dicit: Hoc in greco inuenitur. Nā possemus hic putare os eē ab eo quod sunt ora: nō os correpte ab eo quod sunt ossa. Nō est ergo absconditum inquit os meū a te: quod fecisti in abscondito. Habeo in abscondito quoddā ossum: Sic enim potius loquamur. Melius est vt reprehendāt nos grāmatici: quā nō intelligāt populi. Ergo est inquit quoddā ossum meū intus in abscōdito. Tu fecisti intus ossum mihi in abscōdito: et nō est abscōditū a te. In abscōdito enim fecisti: sed nunquid et tibi hoc abscōdisti? Hoc ossum meū factū a te in abscondito hoīes nō vidēt: hoīes non nouerunt: tu aūt nosti qui fecisti. Quod ergo os

BB
dicit fratres? Queramus illud: in abscōdito est. Sed quia christiani in noīe dn̄i christianis loquimur: modo inuenimus quid sit ossum huiusmodi. Firmitas quedā est interior: quia in ossibus firmitas et fortitudo intelligitur. Est ergo quedā aīe interior vis: vbi firmitas nō frangitur. Quelibet tormēta: quelibet tribulationes: quelibet huius seculi aduersitates vndique seuiāt: illud quod deus in abscondito fecit firmū in nobis frangi non pōt: nō cedit. A dn̄o enim facta est quedā firmitas pa-
Ps. 61. tientie nostre: de qua dicitur in alio psalmo: Verūtamen deo subiecta est aīa mea: quoniam ab ipso patiētia mea. Et attende aplm paulū habentē intus hoc genus fir-
2. Cor. 6. mitatis: Quasi tristes inquit: semper aūt gaudētes. Unde quasi tristes? Cōtumelijs: opprobrijs: persecutionibus. flagellis: plagis: carceribus: catenis: lapidationibus. Quis nō eos miseros tunc existimaret? Nec illi ipsi persecutores seuirēt in eos: nisi putarēt eos miseros fieri persecutionibus suis. Illi enim eos ex sua infirmitate coniiciebāt: qui nō habebāt ossum abscōditum interius. Illi vero qui habebant: hoībus foris tristes videbant: intus aūt gaudebāt deo: cui nō erat abscōditū ossum ipsorum quod fecerat in abscōdito. Aperuit aūt hoc ossum in abscondito factū a deo idē Aplus
Roma. 5. paulus his verbis: Non solū aūt inquit sed etiā gloriamur in tribulationibus. Parū est quia nō es tristis: sed et gloriaris? Sufficiat tibi tristē nō esse. Parum est inquit christianus. Tale ossum mihi fecit in abscōdito: vt parū sit nō frangi: nisi etiā glorier. Unde gloriaris? In tribulationibus: sciētes quia tribulatio patientiā operatur. Vide quō formata sit illa firmitas intus in
Idem corde. Scientes quoniam tribulatio patientiā operatur: patientia probationē: probatio spem: Spes autem non cōfundit: quoniā charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritūsanctū qui datus est nobis. Sic formatum atque firmatū est ossum illud absconditū: vt faciat nos etiam gloriari in tribulationibus. Sed videmur hominibus miseri: quia absconditū est ab

CC
eis quod habemus intrinsecus. Non est absconditum os meū a te quod fecisti in abscōdito. Et substantia mea in inferioribus terre. Ecce in carne est substātia mea: In inferioribus terrę est substantia mea: et habeo tamen ossum intrinsecus quod formasti: quod faciat me nō cedere omnibus persecutionibus inferioris huius regionis: vbi est adhuc substantia mea. Quid enim magnum est: si fortis est angelus? Magnū est si fortis est caro. Et vnde fortis est caro? Unde forte vas fictile: nisi quia factū est ibi ossum in abscōdito? Et substantia mea in inferioribus terrę. Quid de illis qui minus firmi sūt? Loquitur enim vt iam cōmendaui christus. Sed multa dicta sunt ex persona corporis: Audi et ex persona capitis: Et nō quasi distinguit vt inducat ipsas personas: modo caput: modo corpus. Si enim distinguit: quasi diuidit: nō erunt duo in carne vna. Si autem duo sunt in carne Math. 19.
em̄ inq̄t ꝑcepti est charitas: Posset huculq̄ꝫ dicere.
Nam alijs locis vbi tanq̄ꝫ scientibus loquebat: huc
Roma. 13. vsq̄ꝫ dixit: Plenitudo inq̄t legis ē charitas: Et nō di
xit qualis charitas. Ideo alibi non dixit: quia dixit
alibi. Non em̄ vbiq̄ꝫ omnia dici aut possunt aut de/
bēt. Ergo hic plenitudo legis charitas. Querebas
forte: que charitas: qualis charitas: Audi alio loco:
C Finis ꝑcepti est charitas de corde puro. Iam vide/
te vtrū inter se latrones habeant charitatē de puro
corde. Purū cor in charitate: hoc est quādo diligis
hominē ꝫm deū: quia et teipsum sic debes diligere:
Matth. 22. vt nō erret regula: Diliges ꝓximū tuū tanq̄ꝫ teipsum.
Si enim male te diligis ⁊ inutiliter: ita ⁊ ꝓximū dili/
gendo quid ei cōsulis: Quomō aūt te male diligis:
Quomō te inuenit scriptura: q̄ neminē palpat: ⁊ con
uincit: quia nō te diligis: imo cōuincit: q₂ et odis te.
Ps. 10. Qui aūt inq̄t diligit iniquitatē odit animā suam. Si
ergo diligis iniquitatē: putans qđ teipm̄ diligas: er/
ras: Ita et si ꝓximū diligas ad iniq̄tatē duces: ⁊ di/
1. Timoth. 1. lectio tua laqueus erit dilecti. Charitas ergo de pu/
ro corde est: que est ꝫm deū: ⁊ cōscientia bona: ⁊ fide
non ficta. Ista charitas diffinita ab apostolo: habet
duo ꝑcepta: dilectionis dei ⁊ dilectionis ꝓximi. In
nullis scripturis aliud inquiratis: nemo vobis aliud
ꝑcipiat. Quicq̄d obscurū est in scriptura: hęc ibi oc/
culta est: quicq̄d ibi planū est: hęc ibi aperta est. Si
D nusq̄ꝫ aperta esset: non te pasceret. Si nusq̄ꝫ occulta:
Ibidem. nō te exerceret. Hęc charitas clamat de corde puro:
de corde taliū in his verbis qualis hic mō orat: Et
quis iste sit: cito dixerim: Christ⁹ est. Audituri enim
estis verba q̄ de dño nostro iesu christo indigne acci/
piunt: ⁊ putabit parū intelligens temere me dixisse
christi esse ꝑsonā in hoc psalmo. Quomō em̄ potest
de domino nostro iesu christo: de illo agno imacula/
1. Pet. 2. to: de illo in quo solo nō est inuentū mendaciū: q̄ so/
Ioh. 14. lus verissime dicere potuit. Ecce venit ꝑnceps mū/
di hui⁹: ⁊ in me nihil inueniet: id est nullā culpā: nul/
lum reatū: qui solus qđ nō rapuit exoluebat: qui so/
lus innocentē sanguinē fudit: filius dei vnicus carnē
accipiēs: nō qua ipse minueret: sed qua nos augeret:
Ps. 140. Quomō ergo de illa ꝑsona recte accipit: Pone dñe
custodiā ori meo: ⁊ ostiū cōtinentię circū labia mea:
vt non declines cor meū in verba maligna: ad excu/
sandas excusatiōes in peccatis: Manifestissime q̄p/
pe iste ē sensus. Custodi domine os meū ianua qua/
dam ⁊ ostio ꝑcepti tui: vt in verba maligna non de/
clinet cor meū. Que verba maligna: Quibus excu/
sant peccata. Ne inquit peccata mea malum excusa/
re q̄ꝫ accusare. Hęc verba in ipsum dominū nostrū
iesum christū nō cadunt. Que em̄ ille peccata cōmi/
sit: que confiteri potius q̄ꝫ defendere debuisset: No/
stra verba ista sunt. Certe christus loquit. Si nostra
verba sunt: quomō christus loquit: Et vbi est chari
tas de qua loquebar: Videtis q₂ ipsa vnū nos facit E
in christo: Charitas clamat ad christū de nobis: cha
ritas clamat de christo pro nobis. Quomō charitas
clamat ad christū de nobis: Et erit omnis qui inuo/ Iohel 2.
cauerit nomē dñi saluus erit. Quō charitas de chri/
sto ꝓ nobis: Saule saule quid me ꝑsequeris: Vos Act. 9.
(inquit apostolus) estis corpus christi ⁊ mēbra. Si 1. Cor. 12.
ergo ille caput: nos corpus: vn⁹ homo loquit: Siue
caput loquat: siue membra: vnus christ⁹ loquit. Et
capitis est ꝓpriū loqui etiā in ꝑsona membroꝝ. Ipsā
nostrā cōsuetudinē aduertite: Primo quomō loqui
in membris nostris non potest nisi caput. Iam vo
caput nostrū quomō loquat in ꝑsona omniū mem/
broꝝ aduertite. In angusto tibi pedem aliquis cal/
cat: calcas me dicit caput. Vulnerauit tibi aliq̄s ma/
nū: vulnerasti me dicit caput. Caput tuū nullus teti
git: sed loquit vnitas cōpaginis corpis tui. Omniū
membroꝝ tuorū ꝑsonam illa que in capite est lingua
suscepit: ipsa ꝓ omnib⁹ verbis fungit. Sic ergo au/
diamus christū loquētem: sed vnusquisq̄ꝫ agnoscat
ibi vocē suam: tanq̄ꝫ hęrens ī christi corpore. Aliq̄n
em̄ dicturus est verba in quib⁹ nullus nostrū inue/
niat ꝑsonā suā: sed ad solum caput ꝑtineāt: non tamē
se sepat ex verbis nostris et ad sua ꝓpria tollit: vel a
suis ꝓprijs nō ad nostra redit. De ipso em̄ ⁊ de eccle/
sia dictū est: Erunt duo in carne vna. Vnde ⁊ ipse in Gen. 2.
euāgelio dicit de hac ipsa re: Iam igit nō sunt duo: Matth. 19.
sed vna caro. Hęc noua non sunt: sępe a vobis audi/
ta sunt: sed ꝓ occasiōes necesse est cōmemorent: pri/
mo q₂ ipsę scripturę quas tractamus ita sibi sunt in/
nexę: vt multa in multis repetant: Et vtile est. Cura
em̄ mūdi spinas habet: ⁊ offocat semia: Oportet sę/
pius a dño cōmemorari: qđ cogit mūdus obliuisci.

Expositio psalmi.

Domine clamaui ad te: exaudi me. F
D Hoc omnes possum⁹ dicere: Hoc nō dico:
tot⁹ christ⁹ dicit: Sed magis ex ꝑsona cor/
poris dictū est: quia ⁊ cum hic esset carnem portans
orauit: ⁊ ex ꝑsona corporis orauit ad patrē: ⁊ cū oraret Luce. 22.
globi sanguis de toto corpore eius distillabant. Sic
scriptū est in euāgelio: Orauit iesus intenta oratiōe:
⁊ sudauit saguinē. Quid est: de toto corpe sanguinis
effluxio: nisi de tota ecclesia martyrum passio: Dñe
clamaui ad te exaudi me. Intende voci depre/ Ut: † nō hab. et
cationis meę: dū clamauero ad te. Iā finitū
negociū clamādi putabas: cum diceres: clamaui ad
te. Clamasti iam noli esse secur⁹. Si finita est tribu/
latio: finitus est clamor. Si autem manet tribulatio
ecclesię ⁊ corporis christi vsq̄ꝫ in finem sęculi: nō tm̄
dicat clamaui ad te exaudi me: sed intende voci dep̄/
cationis meę dum clamauero ad te. Dirigatur
oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo: G

eleuatio manuū mearū sacrificium vesper-
tinū. Hoc de ipso capite solere dici omnis christia-
Math.27. nus agnoscit. Declinante eni iam die in vesperū: do-
minus in cruce animā deposuit recepturus: nō ami-
sit inuitus: Sed tamē et ibi nos figurati sum⁹. Quid
enim illius pependit in ligno: nisi qđ de nobis acce-
pit? Et vnde fieri potest vt aliquādo deus pater di-
mittat et deserat vnicū filium: qui vtiqȝ cum illo vn⁹
deus est? Et tamē nostrā infirmitatē figens in cruce:
Roma.6. vbi vetus homo noster (sicut dicit apostol⁹) cōfixus
est cruci cum illo: ex voce ipsius hominis nostri cla-
Ps.21. mauit: Deus meus deus me⁹: vt quid me dereliqui-
Math.27. sti? Illud ergo est sacrificiū vespertinū: passio chri-
sti: crux christi: oblatio victime salutaris: holocaustū
acceptū deo. Illud sacrificiū vespertinū fecit i resur-
rectione mun⁹ matutinū. Oratio ergo pure directa
de corde fideli: tanqȝ de ara sancta surgit incensum.
Nihil ē ergo delectabili⁹ odore domini: Sic oleant
omnes qui credunt. Vetus ergo homo noster (apo-
Roma.6. stoli verba sunt) cōfixus est cruci cum illo: vt euacu-
H aretur inquit corpus peccati: vt vltra nō seruiam⁹ pec-
Ps.21. cato. Inde et in ipso psalmo cum dictum esset: Deus
meus deus meus vt quid dereliquisti me longe a sa-
lute mea: statim subiectū est: verba delictoꝝ meorū.
Quorū delictorū si caput attendas? Et tamen eius
fuisse vocem in psalmo ipse testatus est: in cruce ipsa
Math.27. verba dicēs ipsius versum pnūciauit. Non est reli-
ctus humane cōiecture locus: Nullus negandi adi-
tus qualicūqȝ christiano. Quod lego in psalmo: hoc
audio a dño: In ipso etiā psalmo agnosco qđ in euā-
Ps.21. gelio lego. Foderūt man⁹ meas et pedes meos: di-
numerauerūt omnia ossa mea: Ipsi vero cōsideraue-
rūt et cōspexerūt me: diuiserūt sibi vestimēta mea: et
sup vestē meā miserūt sortem. Hec omnia sicut p̄di-
cta ita facta: Sicut audiuim⁹: ita et vidimus. Ergo si
dñs noster iesus christus nos figurans in charitate
corporis sui: cū quis esset ipe sine peccato dixit: verba
delictorū meoꝝ: dixit aūt hoc ex psona corporis sui:
quis audet in mēbris eius dicere nō se habere pecca-
tū: nisi qui fuerit ausus se false iusticie nomie efferre
et christū falsitatis arguere? Fatere ergo o membrū
qđ p te pnūciauit caput tuū: Qđ vt fateamur: qđ vt
faciamus: nec nos iustificemus ante cōspectū solius
Roma.4. iusti qui iustificat impium: subiecit iam sui corporis
I vocē. Pone domine custodiā ori meo: et
Al. cordis sine labijs meis. ostium cōtinentie circa labia mea. Nō dixit
Eccl.22. claustrū continentie: sed ostium. Ostiū et aperit et clau-
De continentia dit. Ergo si ostium est: et aperiat et claudat. Aperiat
sic.ca.2.in me. ad cōfessionē peccati: claudat ad excusationē pecca-
ti.1. ti. Ita eni erit ostiū cōtinentie non ruina. Quid eni
nobis pdest hoc ostiū cōtinentie? Quid orat ex pso-
Al. non habet na corporis christi? Ut non declines inquit cor
in mal. c. c. meū in verba malignā. Quid est: cor meum?
Cor ecclesie mee: cor vtiqȝ corporis mei. Verba illa mea
Eccl.9. attendite vbi nobis regula figit. Saule saule qđ me
Math.25. psequeris: Cum ipsum nemo tetigisset. Esuriui et de-
distis me: sitiui et potū dedistis mihi: et cetera. Et illi:
Qñ te vidim⁹ esurientē aut sitientē? Et ille: Cū vni
ex minimis meis fecistis: mihi fecistis. Hec christia-
nis inusitata esse nō debent: maxime in quib⁹ regule
fixe sunt: et ceteroꝝ intelligendoꝝ: et aut nō turbabū-
tur: aut cito corrigent. Sicut ḡ ibi dicturi sunt iusti:
Ibidem. Dñe: quare diximus? Esuriui et dedistis mihi man-
care quādo vidimus te esurientē? Et ille responsur⁹
est: Cum vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis:
Sic et hic dicamus i christo intus i interiore homie Ephe.3.
nostro: quia ibi p fidem habitare dignat. Non enim
absens est a nobis: et non est cui dicamus: cum ipe di-
cat: Ecce ego vobiscū sum vsqȝ ad cōsummationē se- Math.28.
culi: Dicamus ergo illi et nos: quoniā vocem eius in
hoc psalmo accepimus: Eius enim vox est qđ nemo
negat: Eleuatio manuū meaꝝ sacrificiū vespertinū:
Hic ergo consequēter: Pone domine custodiam ori
meo: et ostiū cōtinentie circū labia mea: vt nō decli-
nes cor meū in verba maligna: Ad excusandas
excusationes in peccatis. Quare sic oras do-
mine? Que peccata tua excusaturus es? Respōdit:
Cum vnū ex mēbris meis sic orat: ego sic oro: sicut
respondi: Cum vni ex minimis meis fecistis: mihi fe- Math.25.
cistis. Cum autē nō declinatū fuerit cor tuū o mem-
brū christi: cum cor tuū nō fuerit declinatū in verba
maligna: ad excusandas excusationes in peccatis.
Cum hominib⁹ operantibus iniquitatē:
K Et nō cōmunicabis cum electis eorum. Hoc eni se-
quit: Et non cōbinabo cum electis eorū. Al. cōmunicabo.
Qui sunt electi eorum? Qui seipsos iustificant. Qui
sunt electi eorū? Qui sibi iusti videnk: et cōtemnūt ce-
teros: sicut phariseus ille in templo dixit: De⁹ gra- Luce.18.
tias ago tibi: quia non sum sicut ceteri homies. Qui
sunt electi eorū: Hic homo si pheta esset: sciret que Luce.7.
mulier illi accessit ad pedes. Agnoscitis vocē alteri⁹
pharisei qui dominū inuitauerat: quādo mulier illa
q̄ erat in ciuitate peccatrix venit et accessit ad pedes
eius? Illa impudica quōdam frontosa ad fornicatio-
nem: frontosior ad salutem: irrupit in domū alienā:
Sed ille q̄ ibi discūbebat nō erat alienus. Nō extra-
nea quēlibet conuiuā: sed ancilla dominū suū secuta
est: Accessit ad pedes: quia eius vestigia sequi cupi-
ebat. Lauit lachrymis: tersit capillis. Pedes christi Ibidem.
q̄ sunt: nisi p quos peragrauit totū mūdū? O qͣ speciosi Esa.52.
pedes eorū qui annūciant pacem: qui annūciant bo-
na. Pedes ergo domini quām susceperūt: vt suscipi- Math.10.
endo iustum i nomie iusti: mercedē iusti acciperent:
et susceperūt pphetam in nomie pphete: vt mercedē
pphete acciperent. Et quicūqȝ potum dederit inqt Ibidem.
vni ex minimis istis calicē aque frigide tantū in no-
mine discipuli: amen dico vobis nō pdet mercedem
suam. Qui ergo tali humanitate pedes domini susci-
pit: quid impendit: nisi q̄ habebat in domo supflua?
Merito qȝ capilli quasi supflui sunt: inde illa pedes
domini detergebat. Supflua tua necessaria fiūt tibi:
si inde fueris obsecutus pedib⁹ domini. Ergo illa cu-
rari volebat cōsciētia magni vulneris. Sed nūquid
magnū vulnus: et paruus medicus? Pharisei autē L
nolebant se tangi ab immūdis: vitabant omnē con-
tactū peccatoꝝ: et si qñ forte necessitate tangebank:
abluebāt se: Et pene baptizabant p omnes horas nō Math.15.
tm̄ se: sed et vasa sua: lectos suos: calices: papsides:
sicut dominus in euangelio cōmemorat. Cum ergo
ille phariseus nosset hanc mulierem: que vtiqȝ si ad
pedes illi⁹ pharisei accederet: repelleret eam: ne san-
ctitas eius pollueretk: Habebat enim eam in corpo-
re: non in corde: et quia non habebat eam in corde:
vtiqȝ falsam habebat in corpore: Quia ergo ille eam
repulsurus esset: cum hoc dominus non fecit: exti-
mauit eū nescire q̄ illa esset: et dixit apud semetipsm:

Luce.7. Hic si esset propheta sciret que mulier illi accessit ad pedes. Non dixit: repulisset eam si sciret que esset: tanq̄ esset cōsequens: vt si sciret repelleret. Ex illo ergo q̄ non eam repulit: etiā nescisse eum pro certo suspicatus est. Dominus autē sic habebat oculos in illā mulierē vt aures haberet in corde pharisei. Itaq̄ audita cogitatione eius: proposuit similitudinē quā nostis.
Ibidem. Duo debitores erant cuidam feneratori: vnus ei debebat quingentos denarios: alter quinquaginta. Cū non haberēt ambo vnde redderent: donauit ambobus. Quero abs te inquit quis eum plus dilexit? Et ille respondit iam coactus veritate aduersus seipsum proferre sententiā: Credo inquit domine: quia ille cui plus donauit. Et cōuersus ad mulierē: dixit ad simonem: Vides istam mulierē? Introiui in domū tuā: osculū mihi non dedisti: illa aūt nō intermisit pedes meos osculari. Aquam mihi ad pedes non dedisti: illa lachrymis suis lauit mihi pedes. Oleū mihi non dedisti: illa vnxit vnguēto. Propter quod dico tibi: Dimittunt̄ ei peccata multa: quoniā dilexit multū. Quare? Quia cōfessa est: quia fleuit: quia non declinatum est cor eius in verba maligna: ad excusandas excusationes in peccatis: nō combinata est cum electis eorū: id est defendētibus se. Non enī et huic ipsi mulieri si declinaret̄ cor ei⁹ in verba maligna deesset defensio peccatorū.
O An non quotidie pares eius in turpitudine sed non pares in cōfessione: meretrices: adultere flagitiose defendūt peccata sua? Si latuerint: negāt: Si aūt vel dephēse atq̄ cōuicte fuerint: vel publice id egerint: defendūt. Et q̄ facilis defensio earum? incerta sed q̄ peruersa? quotidiana et q̄ sacrilega? O si deus hoc nollet: non facerē. Hoc voluit deus: fortuna hoc voluit: hoc voluit fatū. Non
Ps.40. dicit: Ego dixi domine miserere mei: nō quomō illa
Luce.7. peccatrix ad pedes medici veniens: Sana animam meā: quoniā peccaui tibi. Et ista fratres mei defensio qualis est? Non solum indoctorū: sed etiam doctorū. Sedent ⁊ cōputant sidera: interualla: cursus: volubilitates: status: motus intendunt: describunt: coniiciunt: Docti magni vident̄. Totū hoc doctum ⁊ magnū: defensio peccati est. Eris adulter: quia sic habes venerem. Eris homicida: quia sic habes martem. Mars ergo homicida: non tu. ⁊ venus adultera: nō tu. Vide ne pro marte ⁊ venere tu dāneris. De⁹ enī qui damnaturus est nouit quia tu es qui dicis: nō ego iudici scienti. Porro ipe mathematic⁹ q̄ tibi fabulas laqueorū tuorū etiam vendit: vt nō vel gratuitam cōpares mortem. Emis enī mortē a mathematico precio: qui cōtempsisti vitā a christo gratis. Ipse enim mathematicus si vxorem suam paulo petulantius viderit cōuersari: aut aliquos alienos improbe attendere: aut fenestrā crebro repetere: nonne arripit: verberat: ⁊ dat disciplinā in domo sua?
R Respondeat illi vxor: si potes: venerem cede. Nōne et ille respondebit: Fatua: aliud est quod competit rectori: aliud quod profertur emptori. Ergo electi eorum qui sunt? Electi malorū: electi impiorū: cū quibus non est combinandū: id est cum quibus non est habenda societas. Qui sunt aūt? Arbitrantes se iu-
Luce.18. stos: ⁊ cōtemnentes ceteros quasi peccatores: sicut erāt illi pharisei: aut quia ipsa peccata manifeste: vel cōphendunt̄: vel publice fiunt: defendentes ⁊ asserentes ne aliquid culpe eorum tribuat̄: Et vt ipsi nihil mali fecisse videant̄ ⁊ iudicent̄: sed totū de⁹: q̄ vel sic creauit hominem dicūt: vel stellas cōposuit: vel res humanas negligit. Defensiones sunt electorū seculi.
N Sed dicat membrū christi. dicat corpus christi: dicat christianus et persona corporis sui: Non declines cor meū in verba maligna ad excusandas excusationes in peccatis: cum hominibus operantibus iniquitatē: et non combinabo cum electis eorū. Nostis fratres q̄ non est pretermittendū quasi iustos eminentiores in se tenentes velut primū gradū iusticie: electos vocari apud manicheos. Qui nouerunt recognoscant: qui nesciebāt audiant. Electi quidē dei: sunt omnes sancti: ⁊ habem⁹ hoc in scripturis: Sed vsurparunt sibi illud nomen: et quasi familiarius sibi applicuerūt: vt tanq̄ precipue iam electi appellent̄. Qui sunt isti electi? Quibus si dixeris: peccasti: statim illam defensionē impiam et peiorem ceteris magisq̄ sacrilegā proferunt: Non ego peccaui: sed gens tenebrarū. Que est ista gens tenebrarū? Que bellum gessit cū deo: Et ipsa peccat: cum tu peccas? Ipsa inquit: q: cōmixtus sum illi. De⁹ enī q̄ te cōmiscuit: q̄d timuit? Hoc enī dicunt q̄ illa gens tenebrarū rebellauerit aduersus deū anteq̄ mūd⁹ fuerit: ⁊ ille timēs ⁊ cauēs ne regna eius illo adueniente hostili impetu vastarent̄: misit huc membra sua: substantiā suam: hoc q̄d ipse est: si aurum: aurū: si lux: lucē: Quicquid illud est hoc misit ⁊ miscuit visceribus gentis tenebrarum dicunt: ⁊ fabricauit inde mūdū: Et nos anime inquiūt de ipsis membris dei sumus: sed premimur hic viscerib⁹ gentis tenebrarū: ⁊ quicquid peccare dicimur: illa gens
P peccat. Se quidē vident̄ excusare a peccato: sed deū suum non excusant a crimine timoris: nec ipsam substantiā dei sui a crimine corruptibilitatis. Si enī incorruptibilis deus: si incōmutabilis: si incōtaminabilis: si imaculabilis: si impenetrabilis: quid ei factura erat gens illa? Fecisset illa quem vellet impetū: quomō terreret impenetrabilē: inuiolabilem: incōtaminabilem: incōmutabilem ⁊ incorruptibilē? Si ergo talis deus: crudelis: q̄ sine causa huc vos misit: cui nihil noceri poterat: Quare vos misit? Ecce gens tenebrarū illi nocere non poterat. Ipse autem vobis grauiter nocuit: ⁊ ipse magis q̄ ille hostis vester fuit: q̄ ⁊ ipe vobis nocere potuit. Potuistis premi: potuistis captiuari: potuistis inquinari: potuistis corrumpi: potuit ergo ⁊ ille. Frustū enim ⁊ quodāmodo partuncula nature ipsius cōuincat massam. Quale est illud quod huc misit: tale est ⁊ illud quod ibi remāsit. Hoc ipsi dicūt: Ipsi fatent̄ quia he due substātie sunt: vna illa: ⁊ vna ista: Libri eorū hoc habent: et si negant: legunt̄: ⁊ conuincunt̄. Quid ergo? Vt in hoc vno exordio nihil amplius dicam? Non
Q dicam peiora: nō dicā sceleratiora? In hoc ipso exordio q̄ bellū inducūt: videte queādmodū debellent̄: ⁊ vbi pugnatū aduersus deū a gente tenebrarū dicūt: ipsi i eorū verborum pugna capiunt̄. Nō enī est q̄d dicant: aut quo refugiant. Sed vis o nefande false electe defendere peccatū tuū: vt quādo aliquid mali feceris: nō tu fecisse videaris. Queris in quem peccatum tuū refundas: ⁊ refundis in gentem tenebrarū: Sed ad deū attende: si non in illū refundis. Si enim posset gens tenebrarū quā fingitis: hoc tibi diceret: Quid me accusas? Potui aliquid facere deo tuo: an nō potui? Si potui: fortior illo sum: Si non potui:

De natura boni ca.44.et.45.

Mat.5.20.

quare me timuit? Si non timuit: quare huc te misit: vt tanta hic patiaris: cum sis membrū ipsius: cū sis substantia ipsius? Si non timuit: inuidit. Si hoc timore nō fecit: crudelitate fecit. Qr ergo iniqu⁹ est cui nihil nocere poterat: ꝛ fecit vt membris suis hic tantū noceretur? An poterat noceri? Ergo incorruptibilis nō est. Cum vis ergo te defendere de peccato tuo: laudare non potes deū. In laude dei non capereris: nisi in tua iactareris. Transi ad vituperationē tuā: ꝛ laudabis deū. Redi ad verba psalmoꝝ quos execramini: dic: Ego dixi domine miserere mei: sana animā meā quoniā peccaui tibi. (Ps. 40.) Ego dixi: ego peccaui: non fortuna: non fatum: non gens tenebrarū. Si ergo tu peccasti: iam vide queadmodum pateat laus dei: in qua angustiabaris cum te velles defendere. Melius in peccatis tuis angustiaris: et in illius laude dilataris. Iam ergo cōfesso peccato tuo: vide queadmodū laudetur deus: quia ꝛ iustus est cum te punit pseuerantē: ꝛ misericors cum liberat confitentē. Nō ergo inquit declines cor meū in verba maligna: ad excusandas excusationes in peccatis: vt dicam qr gens tenebrarū fecit qđ ego feci. Cum hominib⁹ operantibus iniquitatē. (R) Quam iniquitatē? Dicamus aliquam eorum iniquitatē nefandam. Audite iniquitatem nefariam manicheoꝝ publicam: quā confitentur. Expedire dicunt homini feneratorē esse q̄ agricolā. Querite causam: ꝛ reddunt rationē: Uide si ratio illa nō dementia nominanda est. Qui enī in vsurā inquiūt dat pecuniā: non ledit crucem luminis. Uideo eum non intelligere: sed exponam. Qui autē inquiūt agricola est: multū ledit crucem luminis. Queris quam crucē luminis? Membra inquiūt illa dei que capta sunt in illo prelio: mixta sunt vniuerso mundo: ꝛ sunt in arboribus: in herbis: in pomis: in fructibus. Dei membra vexat: qui terrā sulco discindit. Dei membra vexat qui herbam de terra vellit. Dei membra vexat: qui pomum carpit de arbore. Hec ne faciat in agro falsa homicidia: facit in fenore vera homicidia. Panem mēdicanti nō porrigit. Uidete si potest esse maior iniquitas ista iusticia: Panem mēdicanti non porrigit. Queris quare? Ne vitam que est in pane: quā dicunt membrū dei: substantiā diuinā mēdicus ille accipiat: ꝛ liget eā in carnē. Quid ḡ vos? Quid? Quare manducatis? Carnē non habetis? Sed nos inquiūt quia fide manichei illuminati sumus: orationibus ꝛ psalmis nostris qui electi sumus: purgam⁹ inde vitā que est in illo pane: et mittimus illā ad thesauros celorū. Tales sunt electi: vt nō sint saluandi a deo: sed saluatores dei. Et ipse est christus dicūt crucifixus in toto mūdo. Ego in euāgelio saluatorē acceperā christū: vos autē estis in libris vestris saluatores christi. Estis plane blasphematores christi: et ideo a christo nō saluādi. Ergo buccella nō detur mēdico: ꝛ ploret i buccella mēbrū christi: mēdic⁹ fame moritur⁹ est. Falsa miscōia i buccella: facit verū homicidiū i homie. Sed q̄ sunt isti electi eoꝝ? Nō declines cor meū i verba maligna: ꝛ nō cōcubinabo cū electis (S) eoꝝ. (Ecl. 7. corripiat. increpabit.) Emēdabit me iust⁹ in misericordia: ꝛ arguet me. Uidete peccatorē cōtēnētē: Emendari se vult misericorditer poti⁹ q̄ laudari fallaciter. Emēdabit me iustus i miscōia: si iustus est: si misericors est: quādo me videt peccantē. Hoc vtiq; quedā membra christi dicunt: de quibusdā membris christi dicunt: in vno corpore dicunt: Dignatur loqui dominus ex psona emendatoris: nec respuit psonā emendati vel emendātis. Omnia enī membra in illo: ꝛ ipse dicit: Emēdabit me iustus in misericordia. Quis iustus te emēdaturus est? Caput omnia mēbra emendat. Emendabit me iustus in misericordia: et arguet me. Arguet me: sed in misericordia: Arguet sed non odit. Et eo magis arguet: quia nō odit. Et iste quare inde grās agit? Quia corripe sapientē: et amabit te. (Prouerb. 9.) Emēdabit me iust⁹: qr psequitur? Absit. Hic est poti⁹ emēdandus: si odio emendat. Quare ergo emēdat? in misericordia. et arguet me. In q̄ in misericordia. (T) Oleum autē peccatoris nō impinguabit caput meū. (Ec...) Quid est. oleum peccatoris nō impinguabit caput meū? Nō crescet caput meū de adulatiōe. Falsa laus adulatio ē: Falsa laus adulatoris: hoc est oleū peccatoris. Propterea ꝛ homines q cū falsa laude aliquē irriserint: hoc etiam de illo dicunt: Unxi illi caput. Amate ergo argui a iusto in misericordia: nolite ergo amare laudari a peccatore cū irrisione. Habetote oleū vobiscū: et non queratis oleū peccatoris. Sapiētes enī ille virgines secum portabant oleū: (Math. 25.) id est cōscientia illarū illis testimoniū phibebat. Oleū gloria est: Fulget: nitet i supficie. Sed bona debet esse gloria: ꝛ vera gloria: vt ibi sit intus i vasis tuis. Audi quid est in vasis. Probet autem se homo ꝛ tūc in semetipso habebit gloriā et nō in altero. (Gal. 6.) Quid est in vasis tuis? Audi ipsū apostolū: Nā gloria nostra hec est: testimonium cōscientie nostre. (2. Cor. 1.) Postremo qr in corpore christi es: et adhuc portas mortalitatē quādam: tu tibi esto iustus: et in te esto iustus. (V) Peccator es: vindica in te: redi ad cōscientiā tuam: et exige de te penas: crucia teipsum. Ita enim offers sacrificiū deo. Quia si voluisses sacrificiū dedissem vtiq; (ait peccator) holocaustis nō delectaberis. (Ps. 50.) Quid ergo? Nullum accipit sacrificiū? Sacrificiū deo spiritus cōtribulatus: cor contritū et humiliatū deus non spreuit. (Ibidem) Humilia cor tuū: contere cor tuū: crucia cor tuū: ꝛ tu teipsum emendabis in misericordia. Nō enī odisti te cū seuis in te. Eris i parte emēdata iustus: q̄uis sis adhuc in emēdanda peccator. Ex qua parte enī tibi displices: iust⁹ es: Ex qua pte tibi displicet in te qđ iniustū est: iustus es: Et ex qua tibi displicet in te qđ iustum est: iniustus es. Uis videre q̄ iustus sis? Hoc in te tibi displiceat qđ ꝛ deo. Iam cōiunxisti te volūtati dei: ꝛ in teipso non quod ille fecit: sed quod ille odit odisti. Ex eo q odisti in te quod fecisti: qđ odit ꝛ ille qui hoc non fecit: cepisti in te esse seuerus: erit ille misericors: Parcet: qr tu non pepercisti. Ergo ex quo cōiunctus es oculis eius: et cōdelectaris legi eius: ꝛ hoc in te arguis qđ lex eius arguit: ꝛ hoc in te tibi displicet qđ ꝛ oculis dei displicet: vide q̄ iust⁹ es. Ex quo aūt lapsus: fecisti ea que displicēt deo: ꝛ fragilitate quadā infirmitatis hūane plaberis in illa: ꝛ adhuc portas infirmitatē carnis: ꝛ gemis cuiusdā reluctatōis ꝓcia: ex hac pte iust⁹ es: (X) ꝛ ex hac iniqu⁹ ꝛ petōr es. Quō inq̄s ex quadā pte iust⁹: ex quadā pte petōr? Quid ē qđ dicis? Laboramus: videmur loqui contraria: nisi nobis subueniat apostolica auctoritas. Audi illud ab apostolo: ne me malus intellector accuses: Condelector enī inquit legi dei s̄m interiorē hominē. (Roma. 7.) Ecce iustus. An non est iustus qui condelectatur legi dei? Unde ergo peccator?

Idem. Video aliā legem in membris meis repugnantē legi
mentis meę: & captiuum me ducentē in lege peccati.
Adhuc bellum aduersus me gero: nondū sum totus
instauratus ad imaginem fabricatoris mei: cepi re-
sculpi: et ex ea parte qua reformor displicet mihi qđ
deforme est. Ergo q̄diu ita sum quid spero? Infęlix
Abl.3. ego homo: quis me liberabit de corpore mortis hu-
ius? Gratia dei p iesum christū dominū nostrū: Gra-
tia dei quę cępit iam resculpere: Gratia dei quę infun
dit suauitatē: vt iam p interiorē hominē cōdelecteris
legi dei: Inde cętera sanabūt: vnde & ista sanata sūt.
Geme adhuc vulneratꝰ: castiga te: displice tibi. Nō
j.Cor.9. sic pugno inquit quasi aerem cędens: sed castigo cor
pus meū & in seruitutē redigo: ne forte aliis p̄dicans
ipse reprobus inueniar. Nūquid qui castigat corpꝰ
odit corpus? Si quis castigat seruū odit seruū? Si
quis verberat filiū odit filium? Et vt aliquid cōiun-
ctius eloquamur: caro tua tanq̄ cōiunx tua est. Hoc
Eph.5. ipse apostolꝰ dicit: Nemo vnq̄ carnē suam odio ha
buit: sed nutrit & fouet eam: sicut & christus ecclesiā.
Certe caro tanq̄ cōiunx est: & nemo carnē suam odio
Gal.5. habet. Tamē quid alio loco? Caro cōcupiscit aduer
sus spiritū: et spiritus aduersus carnem. Cōcupiscit
aduersus te: tanq̄ cōiunx tua: Ama et castiga donec
fiat in vna reformatiōe: vna cōcordia. Quādo istud
Roma.7. clamet quōmodo clamas: Infęlix ego homo: quis me
liberabit de corpore mortis huiꝰ? Nūquid sepabit a
Roma.8. te hoc corpus: et tūc securus eris? Et quid ē in no-
bismetipsis ingemiscimus: adoptionē expectantes
redemptionē corporis nostri? Reparat ergo a mor-
talite ad imortalitatem: & iam nō resistit: quia nō est
mortalitas quę resistat. Propterea castiga corpus
tuum: modo doma quod postea recipias: modo de-
ficiat & tūc sufficiat. Nam in hac vita repari nō pōt
q̄diu mortale gerit. Nō te deponat: nō te abrūpat:
Eph.5. Porta: erudi: castiga: repabitur in fine: Et qr nemo
vnq̄ carnē suam odio habuit: resurget et caro. Sed
j.Cor.15. quomō etiā tūc luctaturꝰ sum? Oportet inquit cor-
ruptibile hoc induere incorruptionē: & mortale hoc
induere imortalitatē. Ergo cum dicit: Emēdabit me
& arguet me: siue sit frater: siue sit p̄ximꝰ: siue sit vi-
cinus: siue tuipse: in misericordia debes argui & emē-
Z dari. Oleum autē peccatoris non impinguet caput
meū. Sed quid facio dicis mihi? Patior adulato-
res: nō cessant pstrepere: laudāt in me quę nolo: quę
ego paruipēdo laudant in me: qđ ego charū habeo
rep̄hendunt in me adulatores: fallaces: deceptores.
Magnus vir ille: verbi gratia: Caius: gneus: magnꝰ
doctus: sapiens. Sed quare? christianꝰ. Nā magna
doctrina: & magnę litterę: & magna sapiētia. Si ma-
gna sapiētia: approba qđ christianus est. Si magna
doctrina: docte elegit. Postremo qđ tu vituperas:
hoc ei placet quē laudas. Sed quid? Laudatio illa nō
inducat: oleum peccatoris est. Sed nō cessat dicere:
nō inde impinguet caput tuū: id est noli gaudere ad
talia: id est noli annuere: noli cōsentire: noli inde gra-
tulari. Et si ille attulit oleum adulationis: sed caput
tuū integrū māsit: Nō inflatū est: nō tumuit. Si eñ
inflatū fuerit & tumuerit: facit pondꝰ & p̄cipitabit te.
Oleum autē peccatoris non impinguet caput meū.
T Quoniā adhuc & oratio mea in benepla-
citis eoꝝ. Expecta: modo me vituperāt sit christꝰ.
In primis temporibꝰ christianorū: vndiq̄ rep̄hen-
debant christiani. Adhuc expecta: et oratio mea in
beneplacitis eorū erit. Veniet tempus quādo sup e-
rent hoīm maliciā tundentiū sibi pectus & dicentiū:
Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus Matth.6.
debitoribus nostris. Iam quot remanserūt qui sibi
erubescunt pectus tundere? Ergo rep̄hendant: tole-
remus: Rep̄hendāt: oderint: accusent: detrahāt: ad-
huc & oratio mea in beneplacitis eorū. Veniet tem-
pus quādo oratio mea placebit illis. Erigent enim
se quasi iusti viribꝰ suis vincent in lucta: quia supbe
se erexerunt: elident: trahent a peccatis: videbunt se
iniquos: implebunt q̄ dicta sunt p p̄phetas: incipiet
timeri iudiciū: cōuertet se animę acies ad cōscientiā
peccatoꝝ: & placebit illa oratio: Dimitte nobis debi-
ta nostra sicut & nos dimittimus debitoribꝰ nostris.
O verbosa defensio iniq̄tatis. Certe iam hoc populi ?
dicunt: & populoꝝ pectora tundentiū tonitruus nō
quiescit. Recte nubes tonant in quibus iam habitat
deus. Vbi est illa verbositas: vbi est illa iactantia: iu-
stus sum: nihil mali feci? Certe cū i scripturis sanctꝭ
fueris cōtemplatus normā iusticię: quātūcūq̄ pfe-
ceris inuenies te peccatorē. Profecisti: iam vnū deū
colis: optime: non fornicaris ab eo ad idola: ad ma-
thematicos: ad sortilegos: ad haruspices: ad augu-
res: ad maleficos. Ista eñ fornicatio est a dño deo:
iam es in aliquo numero membroꝝ christi. Iam in-
cipe videre et illa peccata societatis humanę. Nō Exod.20.
occidis quēq̄: nō adulteras cuiusq̄ vxorē: nō vxori
tuę cūdo ad alterā iniuriā facis nō vllā pessima cor-
ruptela te cōtaminas: abstinuisti manꝰ a furto: lin-
guā a piurio: cor a cōcupiscendo rem p̄ximi tui: Iā
iustus es. Attende cętera: Noli iā supbire. Nihil ne
peccas in lingua? Nō plaberis i verbū durū? Sed
quid magnū dicas? Quid magnū? Qui dixerit fratri Matth.5.
suo fatue: reus erit gehēnę ignis. Cōtremiscit iā tota
illa supbia. Ecce iā nō valde facit vñ deꝰ videat im-
pietate aliqua blasphemari: Nō irruit i aliquē lędē- Tobie.4.
dū: non facit alteri qđ pati nō vult. Quid de lingua? Matth.7.
Quis illā domat? Sed ecce iā frenasti & ipsam. quis AA
q̄s tantus vt hoc oīno pficiat? Sed ecce iā & ipsam
frenasti: Quid facis de cogitatiōibꝰ tuis? Quid facis
de tumultu: & caterua rebellātiū desiderioꝝ? Nō eis
das mēbra. Ita credo et video: Sed tñ cogitatiōes
aliq̄n inclinant: & afferūt se & plerūq̄ i orone genibꝰ
fixis: Corpꝰ psternis: collū curuas: cōfiteris pecca-
ta: deū adoras. Video corpus vbi iaceat: quęro vbi
volitet animꝰ. Video mēbra iacētia: videamꝰ si stet
cōsciētia: videamꝰ si fixa est in eum quē adorat. Sic
aūt cogitatiōibus plerūq̄ tanq̄ ęstu maris arripit:
& tempestate tollit i aliud atq̄ aliud. Modo si mecū
loq̄reris: & subito auerteres te ad seruū tuū: & dimit-
teres me: nō dico a quo aliq̄d petebas: sed cū quo ex
ęquo loq̄baris: nō mihi iniuriā factā deputarē. Ecce
quid facis quotidie deo? Qualē mō dixi fratres: iam BB
eū qui solū deū colit: qui christū cōfitet: qui patrē et
filiū & spm̄sanctū vnū deū nouit: qui nō post eū for-
nicat: qui nō adorat demones: qui auxilia sibi a dia
bolo nō requirit: qui tenet ecclesiā catholicā: de cuiꝰ
fraude nemo cōquerit: de cuiꝰ p̄ssura nō gemit vici-
nus infirmꝰ: qui vxorē alienā nō temptat: qui cōten
tus est sua: aut qui nec ipsa sua: & quomō licet & quō j.Cor.7.
pmittit ap̄l'ca auctas & disciplina: vbi ɔsensus ē am-
boꝝ: aut vbi nōdum ducta est? Qui iam talis est: de-

ꝓhendit̄ tamē in istis que iam dixi. Venit ergo tem-
pus qđ dictū est: Adhuc ⁊ oratio mea ī beneplacitis
eorū: siue quā docuit: siue qua interpellet pro nobis.
In istis ergo quotidianis peccatis omnibus q̄ spes
est: nisi humili corde dicam' in oratiōe dn̄ica que iā
in bn̄placitis nostris est: non defendentiū peccata no
Matth. 6. stra sed cōfitētiū: Dimitte nobis debita nostra: sicut
I. Ioh. 2. ⁊ nos dimittim' debitorib' nostris: et aduocatū ha-
beamus apud patrē iesum christū iustum: vt ipse sit
ꝓpiciatio ꝓ peccatis nostris? Nō loquant̄ superbi:
Vincunt̄ numero: vincunt̄ ꝓplis: Tota terra a solis
ortu vsq3 ad occasū laudate nomē dn̄i. Quid faciunt
CC pauci aliter disputātes? Iudices sunt impiorū. Sed
Al. ✝ iuncti petre quid ad te? Vide qđ sequit̄. Absorpti sūt ✝iuxta
petrā iudices eorū. Quid est: absorpti sunt iuxta
I. Cor. 10. petrā? Petra aūt erat christus. Absorpti sunt iuxta
petrā: Iuxta: id est cōpati iudices magni: potentes:
docti. Ipsi dicunt̄ iudices eorum: tanq3 iudicātes de
morib': ⁊ sententiā ꝓferētes. Dixit hoc Aristoteles.
Adiūge illū petrę: ⁊ absorptus est. Quis est aristote
les: audiant. Dixit christus: et apud inferos contre-
miscit. Dixit hoc Pythagoras: dixit hoc Plato. Ad
iūge illos petrę: Compara auctoritatē illorū aucto-
ritati euāgelicę: compa inflatos crucifixo: Dicamus
eis: Vos litteras vestras cōscripsistis in cordib' su-
perborū: Illū crucifixū fixit in cordib' regū. Postre-
mo mortuus est et resurrexit: Mortui estis: et nolo
quęrere quēadmodū resurgatis. Ergo absorpti sūt
iuxta petrā istā iudices eorū. Tamdiu vident̄ aliqđ
dicere: donec cōparent̄ petrę. Propterea si inuent'
fuerit aliquis eorū hoc dixisse quod dixit et christus:
gratulamur illi: nō seqmur illū. Sed prior fuit ille q3
christ'? False: Sed q̄ vera loquit̄: ꝑor ē q3 ipa veri-
tas? O homo attende christū: nō quādo ad te vene-
rit: sed quādo te fecerit. Potest ⁊ ęgrot' dicere: Sed
prius ego cecidi in lectū q3 medicus ad me venisset.
Vtiq3 ideo ille posterior venit: qr tu prius cecidisti.
Videte itaq3 textum psalmi: Adhuc ⁊ oratio mea in
bn̄placitis eorū. Sed erūt multi qui cōtradicāt. Ab-
sorpti sunt iuxta petrā iudices eorū. Quid ergo erit?
DD
Al. ✝ potuerunt Audient verba mea quoniā ✝ꝑualuerūt.
Pręualuerūt verba mea verbis eorū: Dicta sunt ab
eis quędā diserte: s3 a me vera. Aliud est laudare lo-
quacē: aliud laudare veracem. Audient verba mea
quoniā ꝑualuerūt. Vnde ꝑualuerūt? Quis eorū cō-
ꝓhensus in sacrificio cū his legibus ista ꝓhiberent̄:
⁊ nō negauit? Quis eorum compꝓhensus est adora-
re idolum: ⁊ nō clamauit non feci: et timuit ne cōuin-
ceretur? Tales ministros diabolus habebat. Vnde
Matth. 10. autem ꝑualuerunt verba domini? Ecce ego mitto
vos sicut agnos in medio luporum: Nolite timere
eos qui occidunt corpus: animā aūt non possunt oc-
cidere: sed potius eū timete q̄ ⁊ corpus ⁊ animā pōt
mittere ī gehennā ignis. Dedit timorē: subiecit spē:
inflāmauit charitatem. Nolite inquit timere mortē.
Mortē timetis? Prior morior. Ne vel capillus ve-
ster pereat formidatis? Prius integer in carne resur
go. Merito audistis verba eius: qm̄ ꝑualuerūt. Du
cebant̄: ⁊ occidebant̄: Cadebant ⁊ stabant. Et qđ est
factū de tot morib' martyrū: nisi vt ipa verba ꝑua
lerent: ⁊ tanq3 irrigata terra sanguine testium christi
pullularet vbiq3 seges ecclesię? Audient inquit ver-
ba mea quoniā ꝑualuerunt. Vnde ꝑualuerūt? Iam

diximus: cum prędicant̄ a non timētibus. Quid nō
timentibus? Nec exilia: nec damna: nec mortē: nec
crucē. Nō enī mortē solā: s3 nec crucē: q̄ morte nihil
videbat̄ execrabili'. Ipsā dn̄s suscepit: ne discipuli
eius mortē quidē nō timerent: sed nec genus mortis
horrescerēt. Ergo a nō timētib' cū dicunt̄ hęc ꝑua-
luerūt. Quid ꝑ mortes illę olim martyrū? Quid fece- EE
rūt? Audi. Sicut crassitudo terrę ✝dirupta ē Al. ✝ rupta.
sup terram: ✝Dissipata sunt ✝iuxta infernū Al. ✝ super[?]
ossa nostra. Iuxta infernū dissipata sunt ossa mar Al. ✝ secus.
tyrum: id est corpora testiū christi. Occisi sunt enim
martyres: ⁊ quasi ꝑualuerunt qui occiderunt. Pre-
ualuerunt illi ꝑsequendo: vt ꝑualerent verba christi
ꝑdicando. Et quid factum est de mortibus sanctorū?
Sicut crassitudo terrę dirupta est super terrā: dissi-
pata sunt iuxta infernū ossa nostra. Quid est crassitu
do terrę dirupta est super terrā? Nouimus crassitu-
dinem terrę cōtemptibilia queq3 esse. Quę sunt qua-
si cōtemptibilia hominib': fęcundant terram. Nam
dictū est ⁊ in quodā psalmo: iacuisse mortes sancto- Ps. 78.
rum: et non fuit qui sepeliret. Sed illę omnes mor-
tes factę sunt crassitudo terrę. Quomō accipit terra
quādam pinguedinem de rebus cōtemptibilibus et
abiectis: sic ex eo qđ cōtempsit hic mundus accepit
crassitudinē terrę: vt inde seges ecclesię feracius pul
lularet. Iam nostis fratres quia cōtemptibilia terrę
huius: de quibus pinguescat terra: nec appellare vo-
lo: nec dicere decet. Talis est quędam sagina terrę: ⁊
quędam pinguedo: ⁊ cōtemptibile est hominibus: ⁊
quasi sordidum est: et abijcit̄. Sed quid fecit hic vt
iam ⁊ ipsius verbis vtar? De terra erexit inopem: ⁊ Ps. 112.
de stercore exaltauit pauperē: vt collocaret eum cū
ꝑncipibus: cum ꝑncipibus populi sui. Prostratus
est enim in terra: tanq3 pinguedo terrę: diruptus est
super terram. Sicut iacuit ille Lazarus vlcerosus sed Luce. 16.
tamē ab angelis sublatus est in sinum abrahę. Pre- Ps. 115.
ciosa est in conspectu domini mors sanctorum eius.
Sicut cōtemptibilis est sęculo: ita preciosa est agri-
colę. Nouit enim ibi vtilitatem ⁊ vberem succum: et
nouit quid affectet: ⁊ quid eligat: vnde seges fertilis
surgat: Sed cōtemnit eā iste mūdus. Nescitis quia I. Cor. I.
cōtemptibilia mundi elegit deus: et ea quę non sunt
tanq3 quę sint: vt ea quę sunt euacuarent̄. De sterco-
re erectus petrus: paulus: Et cū occiderent̄: cōtem-
nebant̄. Nō iam saginata inde terra: exurgēte sege-
te ecclię: ecce qđ est nobile et ꝑcipuū ī mūdo: impa-
tor: venit romā: Quo festinat? Ad tēplū impatoris:
an ad memoriā piscatoris? Sicut enī crassitudo trę
dirupta est sup terrā: dissipata sūt iuxta infernū ossa FF
nrā. ✝Quoniā ad te dn̄e oculi mei: in te speraui: Al. ✝ Quia
✝ne auferas animā meam. Cruciati sunt enim non.
in ꝑsecutionibus: et multi defecerunt. Et quia de ca-
ptiuitate persecutionis dixit: Sicut crassitudo terrę
dirupta est super terram: Dissipata sunt ossa nostra
iuxta infernum: occurrit multos defecisse: et multos
periclitatos esse: et tanq3 in medijs tribulationibus
ꝑsecutionū emissa est vox ꝑcantis: Quoniā ad te do-
mine oculi mei. Nō curo quid minent̄ qui circūstāt:
ad te dn̄e oculi mei. Plus figo oculū meū ī ꝓmissis
tuis: q3 in minis eorū. Noui quid pro me passus sis:
quid mihi promiseris. Ad te domine oculi mei: in te
speraui ne auferas animā meam. Custodi me a GG
✝muscipula quā statuerunt mihi. Quę erant Al. ✝ laqueo ⁊[?]

muscipulis: Si cōsentis parce: In muscipula posi-
ta est esca vitę huiꝰ. Si amat auis hāc escā: cadit in
Prouer.17. muscipulā. Si aūt auis talis est vt dicat. Et dic ho-
Ps.24. minis nō cōcupiui tu scis: oculi eius non recedunt a
deo: et ipse euellet de laqueo pedes eius. Custodi me
[illegible] a muscipula quā statuerūt mihi. Et ab scanda-
[illegible]operantium lisꝰ qui operantur iniquitatē. Duas res dixit:
ambas inter se distinguendas. Muscipulā statuisse
persecutores dixit: scandala vero ab eis q cōsenserūt et
apostatauerūt. Et ex vtroqꝫ vult se custodiri. Hinc
seuiunt minantes: hinc labuntur cōsentientes. Timeo
ne talis sit iste quem timeam: nec talis sit iste quem
imiter. Hec tibi facio si non cōsenseris. Custodi me
a muscipula quam statuerunt mihi. Ecce frater tu-
hh us iam cōsensit: et ab scandalis eorum qui operan-
[illegible]tenaculo tur iniquitatem. Cadent in retia eius pecca-
tores. Quid est ergo fratres: Cadent in retia eius
peccatores: Sꝫ nō omnes peccatores: Quidā pec-
catores q vsqꝫadeo sunt peccatores vt sic ament vi-
tam istā vt pponant illā vitę eternę: cadent in musci-
pulam eius. Sed qd dicis: Putas isti tales cadunt
in retia eius: Sed quid de discipulis tuis o christe:
Math.26. Ecce cū seuiret psecutio: qñ dimiserūt te oēs fugerūt
et ierūt vnusqsqꝫ in sua: p dixisti hoc qꝛ puidisti. Nō
eñ qꝛ tu pnunciasti: tu fecisti: aut tu in quoqꝫ te ne-
gasti. Sed ecce illi qui tibi coherebāt in tua tempta-
tione et psecutione qua te inimici requirebāt crucifi-
gendū defecerunt: Et vnꝰ ille audax qui tibi pmise-
Ibidem rat: qꝛ tecum esset vsqꝫ ad mortē: audiuit quidem a
medico qd in se ageret: Egrotus febriens: se eñ sa-
num dixerat: cordis venā ille tangebat. Ventum est
ad temptationē: ventū ē ad pbationē: ventū est ad
accusationē: et iam ipse interrogatus: nō ab aliq ma-
gna potestate: ab infimo mancipio: et hoc a femina:
Ubi s. ab ancilla interrogatꝰ succubuit. Negauit ter. Se-
mel negato cū ei memorarek: negauit iterū. Bis ne-
gato cum memorarek: negauit tertio. Hoc predixe-
rat dñs: nō pceperat: non coegerat. Aut si ppterea
putak petrꝰ recte fecisse qꝛ hoc pdixerat dñs: recte
Math.26. fecit et iudas q tradidit eum: qꝛ et hoc pdixerat dñs.
Absit frēs mei: Hec vox illoꝝ electoꝝ ē: q etiā pec-
cata sua defendūt potius qꝫ fatenk. Petrū ipm po-
tius attēdamꝰ. Si nihil peccauit: quare fleuit: Nō
interrogemus de petro: nisi lachrymas petri. Fide-
Ibidem liores testes de illo nō inuenimus. Fleuit amare in-
Ioh.13. quit. Nondū idoneus erat passioni: Sequeris me
postea illi dictū erat. Adhuc futurꝰ erat firmus: con-
firmatus dñi resurrectione. Ergo nondū erat tem-
pus vt dispergerek illa ossa iuxta infernū. Nā vide-
te qꝫ multi defecerūt vsqꝫ ad ipsos primos herentes
[illegible] Singula- ei: et iā ipsi defecerūt. Quare hoc: Singula-
re. ris ego sum donec transeam. Hoc eñ sequitur
ii in psalmo. Supra dixerat: Custodi me dñe a musci-
pula quā statuerūt mihi: et ab scandalis q operank
iniquitatē. A muscipula et a scandalis et a terroribꝰ
et a lapsis. Sed quia in eius passione etiam illi pri-
mi q futuri erant duces ecclesię et columnę terre de-
Ps.74. fecerūt. nondū factū erat qd ait in alio psalmo Ego
cōfirmaui columnas eiꝰ. Quid ait: Singularis ego
sum donec transeam. Hec vox ex psona capitis: sin-
gularis ego sum donec transeam. Quid est singula-
ris: In passione tu solus pateris: tu solus occideris
ab inimicis. Singularis ego sum donec transeam.

Quid est donec transeam: Euangelista dicit: Cum Ioh.13.
autem venisset hora vt iesus transiret de hoc mundo
ad patrē. Quid est ergo donec transeam: nisi de hoc
mundo ad patrē: Tunc enim cōfirmaui columnas
eiꝰ: id est columnas terrę: quādo in mea resurrectiōe
didicerūt plene mortē nō esse timendā. Donec ergo
transeam: singularis sum: cum trāsiero multiplica-
bor. Multi me imitabunk: multi patienk in nomine
meo. Unus ego sum donec transeā: multi in me vnꝰ
erūt dū transiero. Singularis ego sum donec tran-
seam. Audite etiam mysteriū verbi eius. Scdm gre-
cam locutionē pascha videtur passionē significare.
πάσχειν eñ pati dicitur: Scdm hebream autem
linguam sicut interpretati sunt q nouerunt: pascha
transitus interpretak. Nam et si interrogetis bene
grecos: negāt grecum esse pascha. Sonat ibi quidē
πάσχειν: id est pati: sed non solet sic deflecti. Pas-
siō enim παθοσ grece dicik: nō pascha. Ergo pa-
scha sicut dicunt qui nouerūt: et qui nobis qd lege-
remus interpretati sunt. trāsitus interpretak. Ideo
ventura passione dñi: tanqꝫ ipso verbo loquerek eu-
angelista: Cū venisset inqt hora vt transiret iesus de
hoc mūdo ad patrē. Pascha hic q sonuit in hoc ver-
su: Singularis ego sum donec transeā. Post pascha
iam nō ero singularis: post transitū nō ero singula-
ris. Multi imitabunk: multi cōsequenk. Et si postea
sequenk: qd erit: Singulark ego sum donec transeā.
Quid est qd dñs ait in hoc psalmo: singularis ego kk
sum donec transeā: Quid est qd exposuimꝰ: Si in-
tellexerimꝰ: attēde ipsius verba in euangelio: Amen Ioh.12.
amen dico vobis inquit: nisi granū frumenti cadēs
in terram mortuū fuerit: ipm solum manet: si autem
mortuū fuerit multū fructū affert. Hoc autē ibi ait
vbi etiam dixit: Cum exaltatus fuero a terra omnia Ibidem
traham ad meipm. Nisi granum frumēti inquit ca-
dens in terram mortuū fuerit: ipsum solum manet: si Ubi s.
autem mortuū fuerit: multum fructum affert. Ergo
illi grano multa seges debebak: Sꝫ expecta: mortifi-
cek adhuc: qꝛ granū nisi i terrā ceciderit et mortifica-
tū fuerit solū remanet. Ergo solꝰ erat anqꝫ essꝫ mor-
tificatꝰ. Propterea et petrꝰ nōdū habebat tales vi- Ioh.13.
res: Acceptur erat vires seqndi: nō habebat pce-
dendi. Propter christū eñ: id est pp pfessionē nois
christi q christiani sumꝰ: nēo mortuꝰ est añ christū:
ne forte occurrat nobis: Multi eñ mortui sūt et mar-
tyres sunt: Multi et pphete talia passi sūt: nō tñ ideo
moriebank: qꝛ pnunciabāt christū: sed qꝛ peccā hoim
dicebāt in eos: et eoꝝ iniqtatibꝰ liberꝰ resistebant:
et habentur inter martyres. Iuste etenim si non pro
nomine christi cōfessione tñ p veritate occisi sunt. ll
Usqꝫadeo autem pro ipso nomine: id est pro con-
fessione nominis christi nemo mortuus est anteqꝫ Ioh.12.
granum illud caderet in terram: cuius ex persona di-
ctum est: Singularis ego sum donec transeam: vt et
ipse ioannes qui recens interfectus erat ab iniquo Math.14.
rege donatꝰ puelle saltatrici: nō propter hoc inter-
fectus sit quia confessus est christum. Potuit itaqꝫ
et inde occidi et hoc a multis. Si propter aliud oc-
cisus est ab vno: qꝫto potiꝰ ppter christū potuit occi-
di ab his ipsis q occiderūt christū: Perhibebat eñ
de christo testimoniū ioānes: Illi q audiebāt christū:
ipm occidere volebant: et eū q testimoniū perhibe-
bat nō occidebāt. Quia eñ sic fieret ipseꝰ p ter christ-

stum in ioannē: nō negaret. Erāt quippe in illo vires
Ioh. 3. magne: qbus appellatus est amicus sponsi. Magna
Matth. 11. in illo gratia: magna excellētia: inter natos mulierū
nemo exurrexit maior ioanne baptista. Ergo in illū
Matth. 26. impetus factus est q nō habebat tales vires. Fit et impetus in petrū: nō fit in ioannē. Etenim vires ipas petr⁹ post accepit: tunc aūt infirm⁹ fuit. Pro christi noīe ille interrogat q vires nō habebat. Ille qui habebat vires: nō patit psecutionē pter christū: ne p noīe christi antecederet christū. Nō occiditur a iudeis q phibebat liberū testimoniū christo quem occiderūt iudei: et occidit ab herode q dicebat ei: Nō tibi licet habere vxorē fratris tui: Neq enim frater eius sine posteritate decesserat: Pro lege quidē veritatis: p equalitate: p iusticia: Ideo sanct⁹: et ideo martyr: sed nō tñ p illo nomie quo christiani sum⁹. Quare hoc nisi vt impleret: Singularis ego sum donec transeam:

Explicit Tractatus de ps. CXL.
Incipit Tractatus de ps. CXLI.

Prefatio.

A Solennitati martyrum sicut deuotio celebritatis vestre: ita nostre seruitutis sermo debetur. Sed meminisse oportet charitatē vestram: hesterna die q multa dicta sint. Nō eñ quia pter auiditatē interioris oris vestri per totum sermonē tāq recentes affuistis: ptera obliuisci debemus infirmitatis cōmunis: primo quia et honorare oportet verba q clara sicut scriptū est: Preclara aūt verba sapientie sunt: dñi dei sunt: q p nos tāq p vascula vobis ministrant: Etsi fictilia sunt vasa: sed pa
2. Cor. 4. nis celestis est. Apls dicit. Habem⁹ thesaurū istum in vasis fictilibus: vt eminentia virtutis sit dei. Qui aūt thesaurus: idem et panis. Nam si nō idem esset thesaurus et panis: nō de ipo thesauro alibi scriptū
Prouerb. 21. esset: Thesaur⁹ desiderabilis requiescit in ore sapiētis: vir aūt stultus glutit illū. Vñ admonemus charitatē vestrā: vt ea q audiendo tāq ventre memorie cōditis: rursus reuoluēdo et cogitādo qdāmō ruminetis. Hoc est eñ thesaur⁹ desiderabilis: reqescit in ore sapientis: vir aūt stultus glutit illum. Breuiter dixit: Sapiens ruminat: stult⁹ nō ruminat. Hoc autem apte et latine qd est: Sapiens cogitat ea q audierit: stultus aūt audita obliuioni tradit. Neq eñ
Leuit. 11. pter aliud in lege munda ea dicta sunt animalia q ruminant: immunda q nō ruminant. Nam creatura dei ois mūda est. Artifici deo: tam mund⁹ est porc⁹
Gen. 1. q agnus. Creauit eñ oia bona valde: et ois creatu
1. Timo. 4. ra dei bona est (Dicit Aplus) et oia munda mūdis.
Ad titū. 1. Cum ergo in natura vtrūq sit mundū: significatiōe tñ agnus significat aliqd mundū: porcus significat aliqd immundū. Agnus significat innocentiā sapiētie ruminantis: porcus significat immundiciā stulticie obliuiscentis. Breuis psalmus p solennitate dictus est: videam⁹ an possit etiā breuiter tractari.

B Nota titul⁹ huius exponit infra eodē ps. A.

Expositio psalmi.

